Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Oddi , Oddo. **Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum artis medicinalis Galeni**

Venetiis : apud Paulum, & Antonium Meietos fratres, 1574.
Cote : 6023

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?06023

ODDI DE ODDIS
PATAVINI PHISICI
AC MEDICI
CELEBERRIMI

Et in Patauina Academia ſumma cum laude Publici olim ac ordinarij Profeſſoris exactiſſima & dilucidiſſima Expoſitio,

Nunc primùm in lucem edita, & caſtigata laboribus, & vigilijs MARCI ODDI *Medici eiuſdem filij, qui totum id, quod ex interpretatione ob intempeſtiuā patris mortem deerat, perfecit, atq; inſtaurauit.*

CVM PRIVILEGIO.




VENETIIS,

Apud Paulum, & Antonium Meietos fratres,

M. D. LXXIIII.

©BIU Santé



©BIU Santé

DO

ILLVSTRI AC REVER.

D. D. ASCANIO MARTINENGO

ABBATI LEONENSI,

DIVINIS ET HVMANIS

SCIENTIIS ORNATISSIMO

Marcus Oddus Oddi filius. S. P. D.



OMINEM recta incedere ſtatura, & duabus manibus eſſe præditum, quoniam omnium ſapientiſsimus, ac prudentiſsimus eſſe debebat, ſcripſit Ariſtoteles Peripateticorum princeps: duo nanque ei neceſſaria erant inſtrumenta: alterum quidem, quo mẽtis, ac ſapientiæ munere rectè perfungens, ſcientias, & artes omnes adipiſceretur: alterum vero, quo ipſas iam partas prudenter exerceret, ac toti humano generi impartiret. Quam ob rem, vt diuinum id munus obiret, intelligendi ſcilicet, ac ſciendi, aliosq; docendi non vaſta, & grauis ei corporis, atque præcipuè ſuperioris partis moles congruens fuit: ſed hæc quidem inferiore leuior, cordisq; & pulmonis locus calidiſsimus, & ſanguine maximè refertus: quippe caloris inopia efficitur, vt multis in animantibus corpus magis ſit exile, multipes, ſeu expes, ac demum

©BIU Santé

mum humi repens; in plantis vero conditione mutata superiora deorsum, & inferiora sursum posita conspiciantur. Et licet quibusdam animalibus, vtpote Cani, & Leoni maior, quàm homini caloris vis inesse videatur, illa tamen, vt ad superiorem portionem attinet, siccieri, & magis terrestri, ac proinde magis graui, & ponderosa, sicuti homines aerea, & halituosa, atque inde leuiori, & humidiori constant substantia. Atqui prudentissimus est homo, non quidem, vt Anaxagoras est opinatus, quoniam vni omnium manus ei datæ sunt, sed è conuersò; cùm enim prudentissimus esse deberet, instrumentum propterea illi concessum est, quo prudentiam excoleret: manus nanque organum ante organa sunt, quibus leges conscripsit, aras, & simulachra Dijs erexit, scientias omnes scribendi munere ad methodum redegit, cuncta artium instrumenta fabricauit; vt ipsis deniq; per totum vitæ curriculum summa commoditate vteretur: nam quamuis animalia quædam, vtpote Apes formare, fingereq; alueolos, et Formicæ thesauros quosdam, seu labyrinthos moliri, nere vero, & texere Araneæ videantur: hæc tamen omnia nulla ratione, nullaq; prudentia ducta, sed naturali duntaxat instinctu conficiunt: quemadmodum & illa, quæ quamuis habent instrumenta, quibus actiones quasdam edũt, eisdem tamen nondum perfectis, ac vix pullulantibus eas edere conantur: quippè pullus equi calcitrat mollibus adhuc vngulis, et vitulus cornibus petit, priusquam nata ei sint Cornua, ac catulus denique recenter natus mordere affectat teneris adhuc dentibus. Cùm igitur ratione duce, ac sapientia Scientiæ, & Artes quæque hinc originem traxerint, manibus vero prudenter tractatæ sint, & scribendi beneficio posteris traditæ, inter cæteras profectò artes Medicinam non solum præclarissimum initium habuisse, sed & continentibus temporibus excultam, adauctamq; floruisse testatur antiquitas: quandoquidem Apollinem, & eius filium Aesculapium inuentores illam habuisse perhibet, cultores vero propè modum innumeros, non solum priuatos homines, sed & maximos Reges, qui neglecto regiæ maiestatis honore, vastas multarum regionum solitudines, ac inuia montium iuga peragrare non dedignati sunt, quo artem adaugerent, humanoq; generi labore corporis, atque

©BIU Santé

que ſcribendi officiò opem præſtarent: Inter quos olim Galenus Pergamenus Philoſophus hercle, & Medicus celeberrimus adeo enituit Hippocraticam medendi artem in lucem reuocans, atque explanans, vt veteres omnes non ſolum æquarit, verum etiam inuentorum copia, & ſcribendi candore, quo ſtudioſorum animos allicit, longè ſuperarit. Proinde cùm inter tot eius præclara opera liber artis medicinalis præcipuus extet, breuiter admodũ, ſed perpolitè artem totam complectens, complures ſanè medicos, alioqui doctiſſimos habuit interpretes: nouiſſimè tamen Oddus parens meus, dum viueret, hoc in florentiſſimo Gymnaſio eundem ſumma cum auditorum frequentia explanauit: cuius quidem interpretationes, cùm ab ipſis ſummopere expeterentur, tanti ſanè fuerũt apud me eorum præces, atque adeo ſtimuli, quibus quotidie moleſti mihi fuere, quò earum ipſis copiam facerem, vt tandem eorum obtemperare flagitationibus coactus fuerim: idq; potiſſimum cùm intellexiſſem vitiatas quaſdam, & deprauatas enarrationes ſub patris mei nomine circumferri. Quocirca etſi apud me commentaria eſſent ex fido patris exemplari, quæ ad memoriam in ſenio (vt diſertiſſimus Galenus conſulit) ſibi conſcripſerat, imperfecta quidem, & inculta, cùm pater iam morte nobis præreptus foret, quæ communis omnium ſemel eſt calamitas, ego hæc ipſa in vnum collecta in ordinem redegi, perpolui, quod deficiebat, ſummis laboribus, atque vigiliis compleui. Cæterum vt primùm fœtum hunc, veluti Vrſi ſolent, ſæpius lambendo omnino formaui, & perfectum denique in hominum conſpectum apparere poſſe animaduerti, videremq; iam illud mihi reliquum eſſe duntaxat (iuxta veterem conſuetudinem) vt inſigni cuipiam, ac præclaro viro ipſum dicarem: in te confeſtim Vir Illuſtriſsime, & Sapientiſſime oculos conieci, vnumq; te horum Commentariorum patronum elegi: ſperabam nanque tantæ perſonæ ſplendore, virtutibus, & authoritate noſtras haſce lucubrationes non ſolum illuſtrari poſſe: verum & à maleuolorum morſibus, & latratibus defendi: nam vt à tuo ſplendore exordiar, cùm ex Brixia ciuitate nobiliſsima, & Martinengorum familia inter tot Italiæ celebres familias nulli ſecunda, ſummisq; principibus affinitate coniuncta, originem ducas, ex qua

tanquam

©BIU Santé

tanquam ex equo Troiano innumeri cùm armis, tùm literis longè celeberrimi viri prodiere, hi quidem non ſolum tuarum virtutum primordia fuere, ac igniculi quidam ſemper ſunt (quod de Telemacho, in quem Vliſſis virtus erat infuſa, his verbis diuinus ceci nit Homerus: τοῦ πατρὸς ἐνέσσυται μενός νὺ) verum etiam te ipſum exornant, & fulciunt: nam quemadmodum in Virgine formoſa veſtis elegans aliquid decoris, atq; ſplendoris affert pulchritudini naturæ, ita maiorum tuorum nobilitas virtutes tuas, quæ ſolæ proprijs radijs illuſtres ſunt, admirabiliores reddit, eisq; neſcio quid ornatus haud dubiè affert, atque ſplendoris. Atqui ſplendes quidem Vir Ampliſime ex celeberrimis proauorum tuorum geſtis, atque præcipue Comitis Cæſaris aui, viri in omni diſciplinarum genere præſtantiſimi, qui ex multis quidem egregijs, ac illuſtribus filijs, quos reliquit, Georgium habuit in bello fortiſſimum, qui magno ſtipendio apud Franciſcum Francorum Regem primarius militum Dux fuit; & Hieronymum Abbatem virum alioqui doctiſſimum, diſertiſſimum, & de Chriſtiana Religione bene meritum; quippe qui Poloniæ primùm ſummi Pontificis honorificum Legati munus peregit, mox vero apud Ferdinandum tunc temporis Romanorum Regem, ac poſtremò apud ferociſſimos Anglos, vt falſam religionem ex eorum animis extirparet, & funditus tolleret, ipſosq; ad verum diuinum cultum, & catholicam Romanam Eccleſiam traduceret; & Antonium denique patrem tuum virum ſanè integerrimum, & prudentiſſimum, veſtræq; ciuitatis aſſiduum adminiſtratorem: in cuius quidem adminiſtratione tanta erat moderantia, manſuetudo, æquitas, & diligentia, vt vno omnes animo, vnoq; conſenſu ipſum patrem patriæ prædicarent. Veruntamen hæc ipſa maiorum tuorum ornamenta tuis virtutibus coniuncta te multò ſanè illuſtriorem reddunt, atque ſplendidiorem. Te nanq; temet ipſum ab ineunte ætate innumeris corporis, animiq; bonis decoratum omnes iure prudentiſſimum, ſapientiſſimum, fortiſſimum, temperatiſſimum, ac denique munificentiſſimum intuentur: non ſolum enim ad ſapientiam, vt cæteri nobiles, probique homines (quod viri proprium eſt) contendis, ſed cum Socrate ſingulari veterum exemplari teipſum ſupremæ ſapiẽtiæ

©BIU Santé

tiæ associari quàm maximè studes: prudentia vero Philosophiæ, Theologiæq; studijs Abbatem patruum tuum æmulatus non modo mala euitas, bona consectaris, verum & alios ad hæc amplectenda, illa fugienda allicis: siquidem proprijs in ædibus magna impensa tam celebrem, tamque ornatam præstantißimis in omnibus scientijs, ac facultatibus viris academiam à te constitutam cernimus, vt instaurata Socratis, Platonisve schola reuiuiscere videatur. At quis te fortior, qui infestißimos animi hostes delitias, & voluptates in tanta diuitiarum abundantia exuperas? quis vero temperantior, cum vitiorum illecebras prosternas? Syracusanas mensas, Sicula varia obsonia, & Attica Bellaria cùm diuino Platone paruipendas? modestiam vero semper affectes corpus despiciens maximè, ac Philosophiæ viuens? quo fit, vt cum hoc vnum, & integrum nobilis viri opus sit, vt nunquàm moderati mores sciuncti a fortibus sint, hæ duæ sanè virtutes Temperantia nimirum, & Fortitudo tanta in te concordia & amicitia conuinctæ cernuntur; beatos vt se esse prædicent, quicunque tibi inseruiunt, ac tua sub potestate placide, honeste, tutò, & iustè vitam ducunt. Quid de munificentia, & liberalitate tua dicam? qua studiosos omnes, & viros præsertim insignes complecteris? Vnde Mecęnatem, ac Scipionem Aphricanum alterum te omnes esse vbique testentur; cum altero enim eruditos omnes plurimum amare soles, multisq; iuuare muneribus, cum altero verò eos, qui aut te vix intuentur, aut tecum semel tantum colloquuntur, beneuolos tibi & amicos efficere. Suscipe itaque Vir Illustrißime, omniumq; virtutum genere ornatißime, munus hoc hylari fronte, libellumq; hũc, vt Sol aerem, tuo splendidißimo virtutum, nobilitatisq; lumine illustra, propriaq; authoritate, si quis sit, qui aduersus eum latrare audeat, libenti animo tuere. Quod vero ad me attinet, si verum id est, quod Alexander ille Aphrodisiensis summus Peripateticus arbitratur attractionem omnem à calore fieri, nil cuipiam mirum esse debet, si tuæ humanitatis, benignitatisq; ardore attractus ad te ipsum promoueor: meq; tantum tibi deinctum esse confiteor, vt nil aliud magis exoptem, quàm tibi, tuisq; votis alacriter morem gerere. Tu vero ea, qua soles, comitate meipsum

©BIU Santé

ſum grato animo aſpicias, quem tuo immortali nomini, illuſtriq; familiæ deſtino, atque deuoueo. Deumq; Optimum Maximum oro, vt te, tuaq; omnia eouſque fortunata reddat, quoad nos te ad ſupernum euectum honorem (quod haud dubie ſperamus) intueri valeamus. Vale, Patauij Kal. Decembris 1573.



©BIU Santé

Capita quæ in toto opere continentur.

DE instrumentis medicinæ. fol. 1.
De doctrinis.cap.primum. fol. 7.
Diffinitio Medicinæ cap.secundum. fol.20.
Quot modis dicitur affectiuum,indicatiuum,&susceptiuũ,c.3. fo.31.
De corpore salubri.cap. 4. fol.40.
De corpore insalubri.ca. 5. fol.44.
De corpore neutro.cap.6. fol.50.
De signis salubribus.cap.7. fol. 62.
De signis optimæ constitutionis.cap.8. fol.69.
Quot sunt differentiæ partium.cap.9. fol.101.
De signis cerebri.cap.10. fol.115.
De paruitate & magnitudine capitis.cap.11. fol.118.
De operationibus obtinentibus principatum.cap.12. fol.131.
Signa bonæ temperaturæ cerebri.cap.13. fol.142.
Signa calidi cerebri.cap.14. fol.155.
Signa frigidi cerebri.cap.15. fol.163.
Signa sicci cerebri.cap.16. fol.164.
Humidi cerebri inditia.cap.17. fol.167.
Signa calidi siccique cerebri.cap.18. fol.168.
Signa calidi,& humidi cerebri.cap.19. fol.171.
Signa frigidi,& sicci cerebri.cap.20. fol.178.
De sensibus.cap.21. fol.179.
Signa cerebri frigidi & humidi.cap.22. fol.183.
De sensoriis.cap.23. fol.185.
De magnitudine oculorum.cap.24. fol.189.
De paruitate oculorum.cap.25. fol.190.
De colore oculorum.cap.26. fol.191.
De glaucedine,& nigredine oculorum.cap.27. fol.192.
De cordis temperaturis.cap.28. fol.198.
Signa cordis calidi.cap.29 fol.201.
Signa cordis frigidi.cap.30. fol.212.
Signa cordis sicci.cap.31 fol.214.
Signa cordis humidi.cap.32. fol.215.
Signa calidi & sicci cordis.cap.33. fol.215.
Signa cordis calidi & humidi.cap.34. fol.218.
Signa cordis humidi & frigidi.cap.35. fol.220.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 9 sur 753

©BIU Santé

Signa cordis frigidi & ſicci.cap.36. fol.212.
De Hepatis temperaturis.
Signa hepatis calidi cap.37. fol.226.
Signa hepatis frigidi cap.38. fol.230.
Signa hepatis ſicci.cap.39. fol.231.
Signa humidi hepatis.cap.40. fol.231.
Signa calidi & ſicci hepatis.cap.41. fol.233.
Signa hepatis calidi & humidi.cap.42. fol.236.
Signa hepatis humidi & frigidi.cap.43. fol.238.
Signa hepatis frigidi & ſicci.cap.44. fol.238.
De Teſticulis.
Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum cap.45. fol.240.
Signa calidæ & ſiccæ temperaturæ teſticulorum.cap.46. fol.247.
Signa calidæ & humidæ temperaturæ teſticulorum.cap.47. fol.249.
Signa frigidę & humidæ temperaturę teſticulorum.cap.48. fol.250.
Signa frigidę & ſiccæ temperaturæ teſticulorum.cap.49. fol.252.
De habitu totius corporis.cap.50. fol.253.
Signa moderatæ temperaturæ.cap.51. fol.258.
De corpore calidiore.cap.52. fol.260.
Signa frigidæ temperaturæ.cap.53. fol.263.
Signa ſiccæ temperaturę.cap.54. fol.265.
Signa humidæ temperaturæ.cap.55. fol.265.
Signa calidæ & ſiccæ temperaturę.cap.56. fol.266.
Signa calidæ & humide temperaturæ.cap.57. fol.267.
Signa frigidæ & humidę temperaturæ.cap.58. fol.269.
Signa frigidę & ſiccę temperaturæ.cap.59. fol.270.
Signa ventriculi ſicci.cap.60. fol.281.
Signa humidi ventriculi.cap.61. fol.283.
Signa calidi ventriculi.cap.62 fol.284.
Signa frigidi ventriculi.cap.63. fol.288.
De malis temperaturis in ventriculo coniugatis.cap.64. fol.294.
Signa calidioris pulmonis.cap.65. fol.298.
Signa frigidi pulmonis.cap.66. fol.300.
Signa pulmonis ſicci & humidi.cap.67. fol.301.
De voce cap.68. fol.306.
Cur reliquarum animalis partium temperaturarum inditia ſint prætereunda.cap.69. fol.313

Signa

©BIU Santé

Index capitum

Signa naturę inſtrumentarię, ſiue compoſitionis.cap.70. fol.315.
De inſalubri nunc.
Quomodo cognoſcantur.corpora ęgrotantia.cap.71. fol.320
De ſignis cerebri patientis.cap.72. fol.32.
Signa cordis patientis cap.73. fol.328.
Signa hepatis patientis cap.74. fol.331.
Signa ventriculi patientis.cap.75. fol.338.
Signa Thoracis patientis.cap.80. ob continuatam enim ſeriem ſimul poſita à Patre ſunt quatuor capita, quę deficiunt: neque ſubſequentia commutata ſunt à nobis, vt reſpondeant aliorum ſectioni. fol.351.
De differentia eorum, quę excernuntur.cap.81. fol.369.
Signa futurę ęgritudinis.cap.82. fol. 371.
Signa corporum ęgrotantium cap.83. fol.406.
De cauſis ſalubribus, inſalubribus, ac neutris.cap.84. fol.
Quot modis corpus noſtrum alteretur.cap.85. fol.
De venereis.cap.86. fol.471.
De cauſis ſalubribus partium inſtrumentariarum.cap.87. fol.512.
De ſolutione continuitatis.cap.88. fol.529.
De communiſſima intentione curatiua.cap.89. fol.540.
Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa.cap.90. fol.575.
De ſolutione continuitatis in oſſe.cap.91. fol.591.
De punctura nerui,& chordę.cap.92. fol.597.
De ſpeciebus morborum ſecundum formationem.cap.93. fol.611.
De obſtructione.cap.94. fol.613.
De aſperitate,& lęuitate.cap.95. fol.637.
De morbo ſecundum numerum.cap.96 fol.677.
De morbo ſecundum magnitudinem.cap.97. fol.681.
De morbo ſecundum ſitum.cap 98. fol.683.
De cauſis preſeruatiuis.cap.99. fol.685.
De parte artis quę conualeſcentes reficit, & ſenibus congruit. cap.100. fol.700.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 11 sur 753

©BIU Santé

Index capitum

Signa aurig inſtrumentarig, fine compoſitionis.cap.70. fol.115.
De inſalubri nunc.
Quomodo cognoſcantur corpora egrotantia.cap.71. fol.130
De ſignis cerebri patentis.cap.72. fol.131.
Signa cordis patentis cap.73. fol.138.
Signa hepatis patentis cap.74. fol.143.
Signa ventriculi patentis.cap.75. fol.148.
Signa thoracis patentis.cap.80. ob continuatam enim ferem ſimul
poſita à parte ſunt quatuor capita, que deſignant: neque inde-
quentia communia ſunt à nobis, vt reſpondeant aliorum lectio-
ni. fol.171.
De differentia eorum, que excernuntur.cap.81. fol.179.
Signa futuræ egritudinis.cap.82. fol.171.
Signa corporum egrotantium cap.83. fol.196.
De cauſis ſalubribus, inſalubribus, ac neutris.cap.84. fol.
Quot modis corpus noſtrum alteretur.cap.85. fol.
De ventis.cap.86. fol.271.
De cauſis ſalubribus partium inſtrumentariarum.cap.87. fol.314.
De ſolutione continuitatis.cap.88. fol.339.
De communiſſima ipſarum ſolutione continuitatis curatiua.cap.89. fol.340.
Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa.cap.90. fol.373.
De ſolutione continuitatis in oſſe.cap.91. fol.391.
De punctura nerui, & chordæ.cap.92. fol.392.
De ſpecibus morborum ſecundum formationem.cap.93. fol.611.
De obſtructione.cap.94. fol.613.
De apertiuis, & ſolutiuis.cap.95. fol.637.
De morbo ſecundum numerum.cap.96 fol.677.
De morbo ſecundum magnitudinem.cap.97. fol.681.
De morbo ſecundum ſitum.cap 98. fol.693.
De cauſis præſeruatiuis.cap.99. fol.695.
De parte artis, que conualeſcentes reſtituit, & ſanitas conſtat.
cap.100. fol.700.

©BIU Santé

RERVM ET NOTABILIVM QVÆ IN TOTO OPERE CONTINENTVR INDEX COPIOSISSIMVS.

AB euacuatio quæ, & exacta euacuatio. fo. 618
Abstersione quæ polleant medicamenta fol. 624
Abstrahendi quot modi, tot & cognoscendi. fol. 137
Absynthij potio quibus aduersetur. f. 504
Absynthio vim detergẽdi nõ inesse. f. 504
Acetũ & caliditate, & frigiditate ex uino generari. fol. 289
Acetum quando, & quomodo sitim extinguit. fol. 304. 305
Acachiæ error circa emendationem meatuum & osculorum. fo. 520
Aciditatem in saporibus à calido nasci. fol. 290
acidę eructationes à qua causa fiant, Gale. & Alexandri sententiæ oppositæ. f. 289
Actionem imaginatiuæ lædi cæteris haud læsis cerebri actionibus. fol. 89
Actiones, siue negotia distinguere corpus neutrum ab ægro. fol. 394
Actionum vna quæque tripliciter lęditur. fol. 324
Actiones animales quot in cerebro. f. 324
Actiones quæ cessent in ægris. fo. 371
Acumen cernendi bifariam dici. fo. 78
Acuminati capitis quot figuræ, & quæ reperiri non potest. fol. 122
Acutæ vocis diffinitio. fol. 311
Adeps neruis non eget, & cur. fo. 107
Aegritudo quæ, & ipsius causa. fol. 89
Aegritudinis principium duplex. fo. 92
Aegri, senescentes que cur vocem acutam habent. fol. 311
Aegritudinis factæ vnum communissimũ auxilium, & plura partialia. fo. 540
Aegritudo siens num detur. fo. 534
Aerem non esse in nostra potestate. f. 444
Aerẽ pulmonẽ præparare pro corde. f. 300
Aer extrinsecus occursans caput replet. fol. 160
Aer quando salubris, vel insalubris. f. 439
Aer quomodo alteret secundum sui qualitatem, aut ex tota substantia. fo. 427.
Aer num humectet, sententiæ Aui. oppositæ, & quomodo concilientur. fo. 428
Aerem simplicem non putrescere. fo. 429
Aer quomodo temperandus vt non noceat corpori temperato: varia Galeni literæ interpretatio. fo. 446
Aetij sententia de suppressione hæmorrhoidarum contra Hippo. & Gal. f. 388
Aetates absque alteratione non esse, vt tempus absque motu. ibid.
Aetas florens veneri maxime apta. fo. 482
Aetates non alterare corpus nostrum, sed esse mensuram internæ corporis alterationis. fol. 426
Aethiopes cur nigros oculos habẽt f. 195
Aequalitas iustitiæ quæ. fo. 199
Affectus in pectore signis tenendi, & qui. fol. 329
Affectus seu oblectationis tres causæ in coitu. fo. 473
Affectus quid indicet. fol. 603
Affectuum notæ à quibus sumantur. f. 323
Affectuum corporis quatuor esse differentias. fo. 323
Affectio siens est, sed non morbus fo. 535
Ἀφροδίσια cur dicta. fo. 474
Agentia opposita, dum inter se mutuo agunt, ad medium trahi. fol. 495
Albas & lucidas valde res qui aspiciunt, obcœcantur facile, & cur. fo 198
Albi capilli cur in principio eorum tales primum fiant. fol. 181
Albertum vidisse maniachum curatum facta cranei perforatione. fol. 122
Albugineus humor qui, & cur. fol. 192
Albuginei humoris defectus quid pariat. fol. 403

Alo-

©BIU Santé

Index

Alopecia & ophiasis ex quibus. fo.150
aloes quibus noceat. fol.504
aloes plures virtutes, vt & animæ. f.138
alteratrix virtus distincta ab formatrice. fol.120
alterationis motum ab illo locali segregari. fo.365
alteratio à quibus causis. fo.367
alterabilia facile, & corruptibilia non solum à calido naturali, sed & febrili corrumpi. fo.287
alteratrix facultas quæ. fol.84.
aluo adstrictæ quæ admouenda. fo.505
amasias salaces fugiendas in coitu. f.481
ambulatio est uirtutis animalis operatio. fo.176
analtomatica medicamenta quæ. fol.631.
anhelitus tot causæ, quot pulsus. fol.329
anhelitus variatur, vt & pulsus. fol eod.
anhelitus ex duobus motibus constat, atque duabus quietibus, ut pulsus. fol.eo.
anhelitus quo melior efficiatur. fol.482
anhelitum esse actionem voluntariam secundum Gal. fol.176
anhelitus detentio quomodo fiat. fo.308
anhelitū esse motum compositum ex naturali, & uoluntario ex Auer. sentētia ac ex Galeno uoluntarium. fol.206
animalia homine excepto gerere formā Pomilionis. fol.124
animam non cessare in somno ab omnibus operibus, & quomodo. fol.176
animæ operationem nullam fieri in anterioribus cerebri ventriculis. fol.135
animal pigrum ex qua causa fiat. fol.173
animalis appetitus duplex. fol.295
animæ accidentia quomodo fiant. f.433
animi hebetudo quæ. fol.390
animalis facultatis aliquid in somno à cerebro transmitti. fol.176
animalis appetētiā quæ comitētur. f.342
animalia rapacia cur habeant meatū deferentē colerā ad uentris fundū. fo.319
animal non suffocari nisi subito sanguis & spiritus moueantur fol.433
animi affectus quos arceat corpori temperato, & quos non uetet. fol.470
anni tēpus aptū aut ineptum coitui. f.481
Antipatri medici affectus quis. fol.357
anulosorum animalium partes cur pertēpus aliquod uiuant. fol.582
asperitatis uocis causæ. fo.310
asperitatem præter naturam ex duabus potissimum causis prouenire, & duas oriri ab eis indicationes. fol.637
assumēda quot, & quomō alterāt. fo.435
atram bilem cogere cibaria & retinere, non autem appetitum facere, aut iuuare. fo.285
athletæ secundi nomine difficilis spiratio quæ. fol.330
athletis conuenire apotherapiam: & cur. fol.456
athletarum habitus qui. fol.39.40
attenuationē non esse coctionē. fol.557
attrahentium duplex genus. fol.625
attractionis duplex causa. fol.625
attritio quæ, & eius causæ, & quibus ei opitulandum. fol.610
atrophia quæ. fol.334
Aristotelem uniuersalem definiuisse putredinem. fo.548
araneam in tactu non excellere hominē, sed auditu percipere motum. fol.81
Aristot. vocis grauis caliditatem causam ponere frigiditatem acutæ, & quandoque contra, & cur. fol.312
Aristoteles de famis, & fitis diffinitionibus. fol.303
Aristotelis sententia de odoratus organo ad verbum recitata. fo.396
Aristo. & Gal. discordia & concordia circa odoratus instrumentum. fol.398
Aristotelem tribus usum esse doctrinis. fol.15.
Aristotelicorum rationes contra Gal. de sensus tactus instrumēto & solutiones. fol.598
Aristotelem vidisse caput absque futuris. fol.122
Aristotelis sententia de somno. fo.162
Arist. & Gal. discordes de somno. fol.431
Argenterij solutio, quomodo similia similibus conferuentur, & confutatio. f.492
Argenterius contra Gal. qui dixit eandē esse in viuis, vt & mortuis putredinis rationem: Et quomodo Gal. rectè intelligatur. fol.552

Arge nte

©BIU Santé

Argenterium tenere cauſam cõiunctam. fol.537
Argenterij rationis ſolutio de cauſa coniuncta. fol.541
Argenterij reprehenſio contra Galen. de euacuationibus,& defenſio pro Galeno. fol.560
Argenterius reprehenditur de ſanguinis expuitione ſine tuſſi. fo.621
Argenterius contra Gal. de attractione, & eius cauſis, & ſolutio rationũ. f.625
Argenterium falſo arbitrari organicis nõ eſſe vnionem,ſed ſimplicibus. fol.578
Argenterius contra Gal.de ſignis, & defenſio pro Galeno. fol.408
Argenterij error circa olei applicationẽ in neruoſis punctur is. fol.602
Argenterij ſententia de putredine explo. ſa. fo.549
Argenterij rationum ſolutio de coctionis diffinitione ab Ariſt.& Galen. tradita. fol.556
Argenterij propria ſententia de ſomno. fol.464.
Argenterius contra Gal. de pinguedine in ſuibus, & quomodo Gal. ſaluetur. fol.521
Argenterius redarguitur, quòd plures quàm duæ indicationes contra Gal. ſtatuat. fol.441
Argenterium male carpere Galenum de correctione partium organicarum in numero. fol.522
Argenterij rationes contra ſomni cauſas ab Ariſt.& Galeno tactas,& earum ſolutiones. fol.463.464
Argenterij rationis ſolutio, qua contra Gal.probat lapidem in veſica non eſſe morbum. fo.515
Archigenis ſententia de cordis principatu diſtincta ab Ariſtotelis opinione.f.114
Ariſtotelis authoritas de pulſu cordis & uenarum male intellecta à Truſiano quomodo intelligenda. fo.205
Arteriæ cur pulſent contra Erafiſtratum. fol.203
Artes per finem proprie non diffiniri, ſed per ſcopum,& cur. fol.21
Arte chymica ſubtiliores à craſſioribus abſtrahi: & rectè & cur. fo.573
Ars circa quæ. fol.2
Appetitus auctio uel deperditio ex fluxu quomodo. fol.502
Appetitus cur in frigido uentre quàm in calido. fol.284
Appetitus unde producatur. fo.462
Appetentia canina quæ. fol 342
Appetitum ſemper eſſe in operationibus uoluntariis,ſed remiſſum,& quo. fo.177
Apotherapia cur neceſſaria corpori temperato, & quæ. fol.457
Apotherapia in quibus conſiſtit. fol.457
Apotherapia quę,& quando adhibenda. fol 456.
Apotherapiæ duplex ſcopus. fol.456
aquæ dulces quibus applicandæ capite diſtemperatis. fol.502
Aquæ medicatæ quibus noceant. fol.502
Aqua calefacta tempore hiemis cur facilius congelatur. fol.274
Aquã colligi poſſe ĩ capſula cordis fo.330
Aquæ actio duplex. fol.435
Aqua quæ adhibenda in balneo,& quomodo. fol.459
Aquilo qui ſecundum Hippo. fol.174
Aquæ cur in profundo nigriores apparẽt. fol.195
Aquiloniæ conſtitutiones quæ. fol.173
Ars quæ,& eius conditiones. fol.25
Affectum magis genericũ eſſe, quàm morbum. fol.536
Arteria aſpera cur lata uel anguſta.fo.307
Artifex, & ars ab experto & experientia quomodo differunt. fol.26
Arteriæ aſperæ ægritudinum ſigna,& ſymptomata. fol.357
Arteriam in pueris poſſe uniri, non autem alijs,& cur. fol.580
Ars quorum. fol.424
Auic.cur doſim ingredientium in oximelle non ponat. fol.508
Auicen. defenſio,quod omittat orificium. fol.514
Auic.de cauſa contentiua:& quæ proprie. fol.538.
Auerrois contra Gal.de reuulſione.f.649.
Auerrois ſententia de albedinis,& nigredinis oculorum cauſis. fol.194

Auerrois

©BIU Santé

Auerrois locus 2.collig.castigatus. fol.154
Auerrois de speciebus sanitatis & ægritudinis placitum. fol.87
Auerrois de cogitatiua sententia. f.134
Auenzoaris sententia de ossibus num sentiant. fol.109
Auicenna dubius circa oculorum colores. fo.196
Auicenna de canitie concilians Aristote.& Gal. fol.181
Auicennæ dictum de calido,& humido cerebro,quomodo sit intelligendum conforme Gal. fol.173
Auerroim non ponere sensum communem in corde. fol.135
Auerrois contra Herophili medicinæ diffinitionem. fol.22
Auerrois probatio de uirtutibus in cerebro. fol.137
Auer.ponere signa cordis temperati, neq; ad Galeni mentem,& cur. fol.200.
Auerrois opinio circa potentias animæ in cerebro. fol.135
Auicennam duobus progressibus uti.fol.13
Auic.cur plura signa cerebri ponat, quàm Gale. fo.117
Auicennam plura signa ponere,quàm Gal. & ea ad illa Galeni reduci. fol.74.
Auic.cur plures tremoris cordis causas ponat. fol.330
Auic.sententia male intellecta de tempore inter cibum & cibum statuto,fo.452.
Aui.sententia conformis Hippo. de semenis decisione. fol.252.
Auerrois,sententia de odoratus instrumento,& impugnatio. fol.397
Auicennæ sententia circa uirtutes in cerebro. fol.135
Auerroissententia aduersus Galenum de materia pilorum. fo.145
auicenna de causis caluitiei & examen. fol.149.
aucta necessitate an omnes simul differẽtiæ augeantur. fol.224
auditus præstantia quæ. fol.79
auditus affectus uariæ causæ. fol.401
audatiam,fortitudinem, & timiditatem circa idem uersari. fol.207
audaces qui. fol.207
auctio naturalis quomodo differat a non naturali. fol.363
Aui.cur ponat signa plura moderatæ temperiei,quam Gal.& cur. fol.260
Austrinæ constitutiones quæ. fol.173
aurium sordes quæ. fol.143
aures & oculi non sunt loca,per quæ natura superfluitates expurgat. fo.143
auxilia quæ dum corpora in similaribus euariant,sed in instrumentaris seruãt medio critatem. fol.488
auxilia affectibus cutis obstructæ. fol.633.
auxilia quæ propriè,& quæ non. fol.525
auxilia totidem esse,quot modis corpus a'b ipsa temperie dilabitur. fo.532
Argenterius contra Gale,de curatione partium laxarum,& densarum:& defensio. fol.667.
abundantia quotuplex, & quomodo curetur. fol.678
acria,salsa,& amara quæ:& quomodo dolorem,& mordicationem inferãt,& quomodo hæc distinguantur à mordicatione & dolore frigidorum. fol.664
alexiteria, & alexipharmaca quæ & quotuplicia. fol.691.
alimenta quæ senibus & reficiendis. fol.704
anodyna quæ. fol.664.
Argenterius contra Cal.de attractione mẽbrorum,& impugnatio rationum Argenterii. fol 657
acetum quid, & quomodo agat in corpus fol.675.
adstringentia quomodo propellant.fol.656
adstringentia duplici esse differẽtia,& quæ. fol.674.

B

BAlnea morbis & causis conferre, & quomodo. fo.56
Balneum aquæ dulcis quando administrandum:& quod. fol.458
Bonitas ingenii, & facilitas adiscendi num sint idem. fol.139
Bonus habitus duplex. fo.39.40
Bruta cognoscere duntaxat cortices. fol.81
Bruta uti intemperata,cur rarius ægrotent. fol.96
Bubulam cur aliqui melius cõficiant, quàm pisces saxatiles. fol.286.

Bulimos

©BIU Santé

Bulimos quæ. fol.343

C

CAlidior tẽperies nũ plus habeat carnis quam moderata. fol.261
Carnem paucã, & mollem ſiccitatem nõ indicare, nec multam, & duram humiditatem. fol.276
Caro cur reſoluitur ab igne. fol.257.
Calidus ſtomachus quomodo calidũ potũ appetat, cum ſitis ſit humidi & frigidi. fol.288.
Caro quomodo calidæ & humidæ temperici. fol.257.
Cauſæ & effectus quando ſeinuicem non oſtendunt. fol.318
Caliditatem ſolã ſitim non facere. fo.305
Canina fames ex qua cauſa. fo.285
Calorem impedire famem, & cur. fo.285.
Calorẽ proprie nõ trahere, & cur. f.630.
Calidorum quæ ſint craſſæ ſubſtãtiæ, & q pauca. fol.573
Carnem muſculoſam ſolum uniri. fo.580
Carnem regenerantia quę. fol.605.
Calore excitaẽ uim attractoriam. f.629
Caſiã potius eſſe leniens medicamentũ, quàm attrahens. fo.30
Cauitate in aliqua quæcũque continentur quibus auxiliis curanda. fol.634
Calli ad generationem quibus partes ſeruentur. fo.595
Callo partes quomodo alligentur. f.580
Calor igneus, ſeu acquiſititius quando febrem gignat. fol.546
Cauſæ, quæ cauitatem corrigunt, binæ. fol.518
Carnem & adipem non eſſe partes ex ſemine genitas, & cur putreſcant. fo.550
Cauitas quomodo corrigenda. fo.518
Calor ad quam partem recurrat in ſomno. fol 431
Capiti calido, & æſtuanti oleum quid. fol.503
Calorem innatum ſubitò extingui, & quo modo. fol.550
Cauſæ quæ corpus alterant quot præcipuæ. fo.437
Cauſa coniuncta verè eſt formalis, ac eſſentialis facti pars. fol.539
Cauſæ plures quæ aut vulnerum ſanitatẽ retardant, aut nullo pactò permittãt, & quæ. fo.592
Cauſam & effectum in fieri mutuò ſe ponere, & mutuò ſe perimere. fol.539
Cauſarum quot genera, & de quibus Galen. tractat. fol.424
Cauſa coniuncta num detur ex Galen. fol.537
Cauſa conſeruãs quæ, & quomodo. f.49
Cauſam eſſe priorem cauſam, & quomodo. fol.419
Cauſæ quomodo conſiderentur à Galen, contra Argẽterij & aliorum ſententiã. fol.417
Cauſæ quæ dicantur, & ſecundum quæ ſignificata. fo.417.421
Caput magnum quid indicet. fo.120
Caro quomodo gignatur. fo.256.257
Conſeruantes cauſæ quæ & quot. fo.422
Caulæ immediatæ doloris quot. fol.365
Carnis generatio inſequitur humidum. fol.262
Cauſis prẽſeruatiuis quãdo opus ſit. f.422
Caluitij eadem cauſa, vt plantis foliorum defluxus. fol.148
Carnem victimarum caſtratarum eſſe ſuauiorem, quàm non caſtratorum. f.113
Calida æque quomodo ſentiantur. fol.76
Caput paruum quomodo ſit prauum ſignum, conciliatio inter Ariſt. & Galenum. fo.123
Caluities capitis cur in anteriori parte. fol.149
Caput paruum vitioſę conſtitutionis cerebri proprium eſſe inditium. fo.118
Caro duplex. fo.108
Caro hepatis quæ ſentiat, & quæ non & cur. fol.109
Caput lauantes cum lixiuio abſque diſtinctione male facere. fol.160
Capilli cur nigriores, & robuſtiores. f.158
Cartilagines cur à natura genitæ. fo.107
Calida, & rubicunda circa caput cur uiſantur. fo.156
Caſeum cur craſſum ſ ingenium efficiat. fol.132
Calida & humida temperies pro vita magis eſt apta, non autem ad actiones cerebri perficiendas. fo.185

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 17 sur 753

©BIU Santé

canities duplex ſecundum Ariſto. & eius cauſæ & quę ſecundum Gal &. cauſa. fol. 181.
calidum & ſiccum fœcundiſſimum eſſe. fol. 150.
capitis figura propria quæ, & quot fo. 121
canus cur quis una nocte, uel paucis horis fiat. fol 182
Capillorum albedinem bifariam non fieri. fol. 181
calidum, frigidum, hum. & ſic. dici trifariam. fo. 199
calida & humida cerebri temperies triplex, & quomodo. fol. 171
calui cur in ſincipite prius fiant. fol. 182
caro cordis cuius temperiei. fol. 201
calidæ & frigidæ intemperies efficaciſſimæ ſunt. fol. 188
capillorum longitudinis cauſa. fol. 158
Cauillatoriæ rationes quæ. fol. 4
capilli craſſi cur ex Ariſto. fol. 158
caluus quando fit homo. fo. 149
cartilagines non habere neruos. fol. 107
cauſæ externæ quomodo per ſe quando que alterent. f. 438
cauſæ ad aliquid ſunt, & relatio duplex. fol. 439
caro cur pinguedine carer. fol. 268
cerebri quot meatus ſuperfluitates expurgantes. fol. 393
cerebrum eſt frigidum, & humidum reſpectu æqualis ponderalis. fol. 165
cerebrum ſiccum num ſenſus habeat perfectiores. fol. 165
cerebrum replentia humiditate ſomnum concilare. f. 163
cerebrum quantuncunque calidum frigidius cute. fo. 156
cerebrum contra ſe habere, quàm hepar, & quomodo. fol. 159
cerebrum ab odoribus impleri & aggrauari, & quomodo. f. 160
cerebrum quantumcunque calidius, cute frigidius. fol. 160
cerebri & neruorum ſubſtantia quæ. fol. 130.
cerebrum contemperare cordis calorem ex Auer. fo. 162
cerebri pars poſterior quos os habeat, & quot pars anterior. fol. 127
cerebri tumores nullo pacto nobis apparere. fol. 328
cerebri ſeu capitis cum uentriculo uariæ inæquales intemperies. fol. 504
cibus frigidus cur melius non digeratur a uentriculo frigidiore. fol. 291.
ciborum appetentia quomodo fiat, intendatur, minuatur, & diſſoluatur. fol. 377
cibaria quæ temperata. fol. 485
cibi poſt aſſumptionem cur non dormimus quandoque. fol. 466
cibariorum circa appetentiam quæ ſymptomata. fol. 342
cibi qui boni alimenti. fol. 509
cibi cur in fumum uertantur. fo. 289
cibus & potus quomodo conſeruent. fol. 419
cibo cur egeamus. fo. 423
cibus duplex. fol. 297
cibi dulces & pingues qui. fol. 297
citta affectus qui. fol. 342
cibi qui in oſſium fracturis. fol. 593
Coctio ſemper incraſſando fit. fol. 557
coctionis & cruditatis ſigna ſemper de morte & ſanitate prædicere, & quomodo. fo. 414
coctio ciborum utrum magis à calore proprio efficiatur, an a calore partium circunſtantium. fol. 294
coctionibus tribus quomodo reſpondeant ſua excrementa. fol. 437
coctiones duæ ſecundum nonnullos alteram in iuuatiuo, alteram in nocitiuo, quæ & duplex eſt: & quæ. fo. 553.
coctionem triplicem eſſe in morbis, & quã fol. 411
coctionis & cruditatis ſigna certiſſima eſſe. fol. 413
coctionis diuiſionem modernorum eſſe falſam, & cur. fol. 594
Coctio quæ ſecundum Ariſtote. & Gale. fol. 460
Coctionem uerè eſſe unam, & quomodo. fol. 554.
Coctionis perfectio in quibus conſiſtit. fol. 462

coctionis

©BIU Santé

Coctionis manifeſtæ ſigna quando appa-
rent. fol.413
Coctioni que adiuuent. fo.559
Cœleſtes influentiæ ſub quo cauſarum ge
nere. fol.424
Coitus tres conditiones, ſeu ſigna, & quæ
ſecundum Gal. fol.481
Coitu præter rationem adhibito nil pe-
ius eſt ex Hip. fol.460
cogitatio, & ratio quæ, & circa quæ. f.134
Columellæ uſus. fol.300
colores quomodo inter ſe diſtent, & qui.
fol.144.
colorem in corpore indicare affectus cor
dis, & quomodo. fol.331
colores uarii in corpore, & quid indicent
in humoribus. fol 333
coloris capillorum cauſę quæ. fol.152
colores in corpore quomodo futuros mor
bos præmonſtrant. fol.391
colera quæ in uentre gignitur. fol.319
color rubeus in calido, & cur. fol.263
colerici quomodo inuentur coitu, aut no
ceantur. f.478
colera duplex, & quæ. fol.263
colores præter naturam non ſemper fieri
ratione hepatis diſpoſitionum. fol.333
clyſteria quomodo cauſis morbi proſint.
fol.561.
clyſterium uaria genera. & cur. fol.eodē.
complexio melancholica aduſta apta ad
ſtudia. fol.81
complexiones quomodo ſe habent quo
ad malitiam & bonitatem. fol.184
compoſitio in quibus conſiſtit. fol.83
complexio, compoſitio, & unitas ſunt ge
nera perfectionum. fol.83
complexiones ſimiles num lædatur à cau
ſis ſimilibus, inuentur uerò a contra-
riis. fol.188
commenſurata corpora cur ſæpius laban-
tur, & facilius permutentur, quàm in
commenſurata. f.97
compoſitio quæ. fol.40
compoſituræ errata quæ. f.316
complexionem & compoſitionem eſſe de
ſanitatis ſubſtantia, & quomodo,
fol.72
compoſitio cur ſæpe complexionem ſequi
tur, & quando non. fol.307
complexio a temperata quæ longioris ui-
tæ. fol.273
conciliatio propria ex Auer. quomodo ſi
milia ſimilibus conſeruentur, & loco-
rum inter ſe oppugnantium. fol.493
coniunctam cauſam ab antecedenti non
diſtingui. fol.539
Conciliatoris ſententia de dolore fo.323
concinnitas oculorum quæ. fol.196
conformationis ſub ſpecie tres collocati
ſpecies, & quomodo afficiantur obſtru
ctione. fol 613
conuulſio cur in nerui punctura enaſca-
tur fol.598
continua, & contigua quæ. fol.578
contraria contrariis mederi quomodo in-
telligatur. fol.542
conditiones quot ad unionem. fol.583
copulæ non habent ſenſum nec motum.
fol.107
concuſſio & rigor quibus ex cauſis fo.406
conditiones quæ ut ſenſus circa propriū
obiectum non decipiatur. fol 71
conſuetudo cur agnoſcenda. fol 64
contentiuæ, attractiuæ, & expulſiuæ uſus
fol.314
conualeſcentiæ ſigna, & quæ. fol.374
continuitas uerior in ſimplicibus. fol 83.
coniecturalis pars quæ in medicina.
fol.313
conſultationis inuentio quæ. fol.10
cor impediri ab hepate, & quomodo.
fol.209
corpus uniuerſum a quibus reddatur ca
lidius. fol.209
cor & pulmo in thorace repoſita ſunt.
fol.298
cor ualidos dolores diuerte non poſſe.
fol.332
cor cuius temperiei. fol 201
cor primum non generari, & cur.
fol.200
corpora dupliciter lædi. fol 95
corpora quæ magis incurrant in febres.
fol.96.
Corpora calida, & ſicca ex cauſis
extrinſecis facilius diariam incurrere.
fol.96
corporis temperies in qualibus regioni-
bus diſtemperatis. fol.151

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 19 sur 753

©BIU Santé

corpus ſalubre ut nunc quid. fol.42
corpora calida & humida facile incurrere morbos ex putredine. fol.219
corpus cur maxime eligendum medium. fol.95
corporis noſtri ſimplices, & organicæ partes quę continuę, & quæ contiguæ. fo.577
corporum neutrorum ut nunc ſigna. fo.371
cordis ſupercalefacti ſpiratio quæ. fo.328
coronalis ſutura quæ. fol.121
cor paruum habentes cur ſint audentiores,& magnum timidiores,& quando non. fol.124
corporis temperati ſigna. fol.74
corpore in noſtro duæ partes,quæ dolore afficiuntur,& diuerſæ. f.365
corpora quæ labuntur ab optimo habitu. fo.487
cor & pulmonem appetere contraria, & cur. fol.300.
corporis partes locos dici à Gale.fol.369
corpora quomodo recte permutanda ſint, & ad melius aut optimam temperiem, ducenda. fol.499
corpus quomodo humectari ab eodem a gente & exiccari poſſit. f.428
corpus rarum externis cauſis magis opportunum. fol.274
corpus leuatum ab ægritudine quod. fol.45
corruptio ciborum quæ. f.340
cor habere durum & ſpiſſum quæ & mollius quæ. fol.78
corporis humani triplex inæqualis ſtatus ſic& triplex modus præſeruationis,ſeu permutationis. fo.501
cor eſſe primum ſubiectum febris ſecundum tres ipſius partes. f.547
corpus gracile, & in renibus calculis genitis quomodo præſeruandum. fo.508
Cryſtalloidem animatum eſſe. f.197
criſpitudinis pilorum cauſæ quæ. fol.147
cranei ſubſtantia quę. fol.123
Cryſtalloides humor qui, & cur. fo.192
Cruditatis ſigna quando uiſuntur.fo.413
criſpitudo num a calido, an ſicco. fol.166
craſſities & tenuitas pilorum ex qua cauſa. fol.151
Cryſtalloidis multitudo num ſit albedinis cauſa. fol.194
craſſa urina cur. fol.380
cuſtodia uitę quomodo commune propoſitum. fol.27
cur aliqui aromata odorent ut ſtercora. fol.399
curatio lapidis in ueſica per inciſionem & extractionem quomodo. fol.617
curatio quę proprie,& quæ præcautio,ſeu præſeruatio. fol.534
curioſi,& cogitabundi idem. fo.213
Curtium ui diſſe in anatomizato ſuturas amplas cranei, quòd ſtillus ingredere tur. fol.122
Curtii ſententia exploſa circa diſtractionem medicinę a naturali philoſophia. fol.23
Curtii opinio de ſignis prognoſticis,& de monſtratiuis. fol.68
Curtii ſententia de ſignis rememoratiuis non tuta. fol.66
Curtii expoſitio exploſa de corporibus. fol.38
cutis quę ad tactum. f.78
Curtium non recte ſentire, quòd Auicenna ſenſum communem in corde.f.135
cauterium quotuplex. fol.680
canum natura quæ. f.688
cibaria quomodo concoquant. fol.690

D

DEmonſtratiua ſigna an prognoſtica ſint utiliora. fol.67
Demonſtratiua ſigna quæ ſalubria, inſalubria,neutra. f.636
Deſtillationes quomodo gignantur.folio 164
Decretoria ſigna omnino infida eſſe. folio 413
Decretoria ſigna quo morbi tempore appareant. fol.412
Deliciarum cauſa Auicen.a Truſiano tradita. fol.475

Den

©BIU Santé

Dentes cur regenerentur, & inter quas partes numerentur. fol.524
Deliciarum cur obiectum tertia eſt cauſa. fol 476
Debilitatio in coitu cur. fol.253
Delectario & dolor quomodo efficiantur. fol 475
Dexteritas & prudentia à bile. fol 166
Decretoria ſigna duplicia eſſe. fo.412
Deſteritas, & prudentia à bilioſo ſit humore. fol.81
Deiectionis celeris ſymptomata inſeparabilia. fol 341
Deductio per corpus quotuplex, & quibus ex cauſis. fo 334
Demonſtratiua duplicia, & quæ. fo.67
Dentes eſſe oſſa cum Gal. fol.524
Diffinitionis plures ſpecies. fo.16.17
Diarrhæa quomodo gignatur. fo.381
Diffinitiones variæ medicinæ, & earum examen. fo.20.21
Diffinitiones quomodo ſint veluti cõcluſiones. fo.19
Decoctum camomeli oleo camomelino becillius valde. fo.564
Deligaturæ tres modi. fo.584
Differentia inter tuſſim quando adeſt intemperies in pulmonibus, & quando in eis eſt obſtructio. fol.621
Differentiæ affectuum quæ. fol 602
Diffinitiuæ doctrinæ varia nomina fo.14
Dioclis Galeni præceptoris ſententia de ſudore. fol.382
Diatrionpipereõ, aut Diacalaminthe quibus prodeſt. fo.504.505
Diatriompipereon duobus confici modis ex Galeno. fo.505
Digeſtionem fieri à calido & quomodo ſecundum Ariſto. fo.258
Diſtinctio inter curationem & reductionem. fo.497
Diffinitio coctionis ſecundum Ariſt. f.555
Difficilis anhelitus quod ſignum. fo.352
Dolorem eſſe ſymptoma, non morbum. fol.89
Diffinitiua doctrina quæ apud Galenum. fol.11
Diffinitio medicinæ quæ bona, & quæ mala. fo.21
Differentia inter fuliginé, & pilum. fo.145
διαγνῶσις diuiſio. fol.26
Diſcraſię ex cibis quomodo varient excretiones, & cur. fol.379
Diuerſio & deriuatio quæ, & quomodo morbis & cauſis proſint. fol.564
Diurnus ſomnus cur malus. fol.467
Diuretica in duplici eſſe differentia: & quando eis vtendum. fol.562
Duri carne inepti mente, & molles apti. fol. 80
Diuerſionem ſecundum rectum quoque fieri. fol.565
Diuerſionem & deriuationem non ſolum à natura, ſed à medico effici, probatio ex varijs Hipp. locis. fol.565
Diogenis Cynici Philoſophi hiſtoria circa venerem. fo 479
Differentia inter promptitudinem incidẽdi in iram, & ſeruationem iræ. fo.221
Diacalaminthis compoſitio quæ. fo.505
Diſcordia inter Gal. & Ariſto. de cauſa vocis acutæ, & conciliatio. fol.312
Dionyſi Siciliæ Tyranni hiſtoria de his qui obcęcati ſunt, & cur. fo.198
Doctrinæ nomẽ cur multis donatũ ſit. f.8
Dolor maior minorem obſcurat. fol.110
Dolores duos fieri in eodem loco non poſſe. fo.110
Diuiſio libri. fol.7
Dormientes num vigilantium opera efficere poſſint, & cur. fol.175.& 176
Dolores vehementiſſimi à quibus cauſis; & qui non adeo acres. fo.368
Dolor ex trachea arteria acutior eſt, quàm is ex pulmone dolor. fo.358
Doloris variæ differentiæ & ſpecies & earum cauſæ. fo.354
Dolor varius ventriculi qui, & à quibus cauſis. fol.350
Dolores capitis varij, qui & qua ex cauſa. fol.326
Dolores tenſiui qui. fol.eod.
Dolorem bifariam accipi. fol.363
Dolor quis ſecundum Gal. fol.363.
Dolore quæ partes non ſubiiciãtur. f.364
Dolori quæ conditiones accidant. f.eod.
Dolor quomodo à voluptate diſtinguatur ſecundum Platonem. fo.eod.

Dolo

©BIU Santé

dolores vehemẽtissimi capitis qui.f. 327
dolor quis,& an sub actione sit læsa.f.325
dolor hepatis quibus ex causis. fo.338
dolor grauis qui. fol.328
dormire quid. fo.162
Doctrina & disciplina quæ,& quot requirantur ad ea perficienda. fo.7
dubium de gustus depravatione, an hæc magis sentiatur, cum homo non sumit cibaria,an vero cum ea suscipit. fo.396
duritiem siccitatem indicare. fo.186
duri oculi qui. fo.78
durum duro vniri non posse. fol.593
duplex pilorum generatio,vt & herbarũ. fol 269
defectus in nobis tum adeo facile reparatur,& cur. fo.680
discutientia quæ,& quot. fo 663
diuulsio,& deriuatio quomodo eodem tẽpore fiat. fol 696
deriuare,& reuellere quæ. fol 695

E

ELementa esse inter res naturales remotas. fo 417
Exempla plurium subito mortuorũ.f.550
Errores qui in coitu minus mali ,& quomodo intelligatur Gal. circa eos.f.484
Excrementa præter naturam per tres differentias diuidi. fol.325
Excrescentiarum triplex natura. fo.360
Erysipellas quod,& eius causa. fo.362
Epicuri dictum circa coitum. fol.472
Exemplum duorum vasorum aqua repletorum. fol 422
Excrementa hepatica quæ. fol.335
Excrementorum defensus quos generet affectus. fol.501
Excrementa non esse similia naturali tempori,& cur. fol.271
Euacuandum num prius,an reuellendum, & quomodo intelligantur Hippo.& Galen. fol.647
Euacuationes quatuor præcipuas esse: & quæ. fol.560
Euacuationem esse relatiuum quiddam. fol.566
Euentatiua sanguinis missio quæ. fol.648
Epicuri sententia,& rationes de venereorum vsu. fol.472
Euacuatiua sanguinis missio quæ, & ex qua vena fiat. fol 648
Erosio quæ. fo.566
Excrementa trium esse naturarum. f.326
Exercitium quid,& quomodo à motu corporis distinguatur. fo.451
Exercitationis duæ species. fol 451
Exercitij tempus quod. fol.451
Excretionum superfluitatum causæ variæ. fol.378
Excernantur quæ,& quotuplicia. fol.369
Exercitationum variæ qualitates quæ. fol.455
Exercitia varia habere adnexa nomina,& cur. fo 456
Exercitatio robusta quę. fo.eodem.
Exercitij vsus. fol.eodem.
Euersione ad id quod est præter naturam cognosci hepatis affectum. fo.332
Extenuantia ,& incidentia quæ: & quando his vtendum,& cur contra Argentarium. fol.623.& 624
Euacuandum non esse vnica vice totam materiam qualitate peccantem.fo.618
Euaporatio quid faciat ad odoratum. fol.161
Exercendi qui,& quousque. fol.454
Excrementorum tria genera,& quomodo fiant. fo.436
Excrementa duo crassum,& tenue, & quo modo. fo.380
Exercitia à cibo sunt deambulationes. fol.452
Expositorum variæ sententiæ de venereorum tractatione explosæ, & quæ vera. fol.471
Exercitij priuationem quæ damna sequantur. fo.460
Expiratio longior inspiratione cur. f.298
Experientia & exercitatione interna inueniri. fol.313
Excrescentia nonnaturalis quomodo fiat præter naturam. fo.360
Expultricis noxæ tres causæ. fo.343
Expirationes maiores, ac velociores inspirationibus cur. fol.119
Expiratio,exuflatio citra strepitum, exuflatio strepẽs,vox,& loquella ordine se consequuntur,& quomodo. fol.309.

Excrementa

©BIU Santé

Excrementa in duplici differentia, propria meatuum & cauitatum, & orificium, & communia omnibus. fol.617.
Exoluti qui de repente moriũtur, & quot conditiones requirantur. fol.385.
Excrementa in cerebro temperato, modi ca cur. fol.143.
Experientia quotuplex. fol.2.

F

Facilitas discendi qua nam ex causa. fol.133.
Fames num appetitus naturalis, an animalis vè. fol.295.
Fames nũ ex resolutione fiat humidi chyloſi, an vero substantifici. fol.295.
Fames quomodo appetitus naturalis, & præter naturam. fol.295.
Fames & sitis non sunt oppositæ, atque contrariæ. fo.284.
Famis causa quæ secundum nonnullos ex Auicen. & confutatio Curtij, & quę secundum Gal. fo.285.
Facilitas discendi quid indicet. fol.81.
Fasciæ laritudo cur magis accommodæ. fol.595.
Fasciæ quę ad deligandum. fol.585.
Factus morbus quomodo primò curetur, quàm siens affectus, aut causa. fol.568.
Febris diffinitio secundum Auicen. & Gal. fol.331.
Febricitantiũ siti quæ adhibẽda. fol.300.
Febris essentia quę. fol.546.
Febrib, ex pituita nocere venerẽ. fo.477.
Febribus cur acida, & acria, & adstringentia prohibeantur. fol.638.
Febris diffinitionis ab Aui. traditæ declaratio propria. fol.548.
Febrem non esse nisi prius cor efficiatur. fol.547.
Febrem non esse calidam tantum, & rationis contra hoc solutionem. fol.571.
Febricitantibus non exhibenda quæ facilis sunt coctionis, facileque corrumpuntur. fol.287.
Febrim non esse in solida substãtia cordis uti proprio subiecto. fol.547.
Finis notio quæ. fol.12.
Fibulæ quæ, & earũ vsus extictus. fo.586.
Frontis affecto curato num ad factum mor bum semper descendamus. fol.568.
Finis ex suppositione & per accidens tripartitus. fol.466.
Finis vnus stabilis, & certus. fol.16.
Finis artis vnus, & quomodo. fol.28.
Figura quæ, & quotuplex, & quomodo varietur, & ei opituletur quibus. fol.517.
Figuram in pueris & adolescentibus concinnandam. fol.612.
Finis duplex, & qui. fol.465.
Figura cõprehẽdẽs corpora omnia. fo.52.
Fęmina cur in vtero tardius, extra vero citius, quàm mas formetur. fol.251.
Folia in plantis cur renascantur. fol.149.
Formatio quæ. fol.84.
Formationi tria subiici, non autem magnitudinem, numerum, & situm. fol.84.
Fortes qui. fol.207.
Fluctuationes & flatus qui, & à quibus causis. fol.341.
formationis errata quæ. fol.315.
formatio in quibus consistit. fol.73.
formatio quomodo à Gale. modo in tres modo in quinque dissecetur differentias. fol.513.
fractura quæ. fol.366.
fracturæ plures differentiæ, & quomodo curentur. fol.59.
frictiones parare ad exercitia. fol.452.
frictiones morbis & causis, pdesse. fo.564
frictiones præparatoriæ quæ. fol.459.
frictiones quando, & quæ, quot, & in qua quantitate. fol.353.
frictio & anhelitus cohibitio quãdo interponenda. fol.458.
frictionis mediocris inditia quæ. fol.454.
frigidum non plus appetere, quàm calidũ & cur. fol.286.
frigidum quæ consequantur. fol.264.
frigiditatem omnibus animi operibus adversari. fol.166.
frigidum quomodo faciat appetitum, cum non ingrediatur opus naturæ. fo.291.
frigida & humida temperies testium quo modo tarde coitu vir incipiat, contra vero calida & sicca. fol.251.
functiones animales, & naturales. quæ. fol.116.
functionum imbecillitas non quęlibet egritudine

©BIU Santé

gritudinem significat. fol.77.
fluxus malus medendi nostrorum modus, & quomodo recte curetur. fol.502.
furibundi & diuinatiui qui. fol.81.
fœtus generatio, vt & plãe ex semine productio. fol.672.
frigiditatem non obesse expulsiuæ, immo prodesse, & quomodo. fol.657.

G

GAle.duo attractionũ genera cõstituisse, & quæ, nõ autem tertium.fol.630.
Galeni opinio de breuitate & longitudine uitæ in temperiebus. fol.279.
Galenum Aristotelem reprehendere de olfactus organo. fol.396
Gal. sibi contrarius circa reuulsionẽ reiectisque aliorum placitis quomodo saluetur. fol.651.
Galeni controuersia de dolore, & dissolutio. fol.366.
Gal.& Mesuem non dissentire circa attractionem medicamentorum fol.626.
Gal. defenditur circa ordinem causarum efficientium solutæ unitatis. fol.576.
Gal.cur de sola punctura in neruis,& tẽdonibus agat, cum nerui & tẽdones alia solutione continui vexentur. fol.598.
Galeni sententia de somno, & eius causa. fol.163.
Galenum particularius explicare causas vocis diuersæ, quam Aristotel. fol.311.
Galenum non secus, ac Aristo, coctionem diffiniuisse, & quomodo. fol.555.
Gal.sententia de causa coniuncta.fo.538.
Gal.expertum esse in seipso dormientes ambulare posse. fo.176.
Galeni opera male digesta esse, & cur. fol.20.
Galeni locus pro his qui tenent causas ab eo considerari ut & auxilia, & ut materiales, formales,& efficientes.fol.438.
Galenum non soluere Diocles fundamẽta de sudore. fol.383.
Galeni causa de tremore cordis. fol.350.
Galeni sententia de odoratus instrumẽto ambigua, vri & illa Aristotel. fol.398.
Galeni uera interpretatio de indicatione quę est humorũ euacuatio, & alteratio, reiecta aliorũ interpretatione.fol.557.
Galeni sentẽtia de motu Thoracis.f.206.
Galenum nonnaturalis solum putredinis diffinitionem tradidisse. fol 548.
Galenum negare uoluntatem nostram liberam. fol 223.
Galenus cõciliatur de regeneratione parcium similarium contra Argenterium. fol.522.
Galeni sententia circa potentias animæ in cerebro. fol.134.
Galenum quid docere in lib. de tuen. sanitate. fol.41.
Galenus de causa crispitudinis pilorum. fo.148.
Galeni contradictio circa signa cruditatis,& concilium. fol.411.
Galenum sentire sensum communem esse animam uel cerebrum. fo.136.
Galenus cur non tradat signa partium salubrium semper potius, quàm insalubrium semper. fol.100.
generatio humani corporis non est simplex operatio naturæ,sed alteratione, & formatione constat. fol.84.
generationis pulsus tres causas poni à Trusiano,quot à Galeno,& quæ.f.204
generatio,& factio quæ. fo.10.
glandosas carnes sensu & motu carere. fol.107.
glabri qui. fol.221.
glaucus color oculi quomõ fiat. fol.192.
graciles natura pingues fieri, & e conuerso. fo.278.
grauis vocis diffinitio. fol.311.
graue in tarditate motus consistere, sicut acutum in uelocitate eius. fol.311.
grauitas in hepate cum quibus reperiatur. fo.336.
græciæ regio tẽperata, & maxime quod in medio habetur. fol.153.
grauitatis inflammationis modus quomodo differat à modo grauitatis obstructionis. fol.336.
gustũ multas differẽtias obseruare.f.544.
gustus quomodo corrumpatur. fol 389.
Gal.excusatur contra Argenterium,quod de omnibus speciebus situs non agat. fol.684.
Gal.contradictionis solutio circa venas hepatis

©BIU Santé

Gal. contradictionis ſolutio circa uenas hepatis. fo.669
Galenum de conualeſcentibus, & ſenibus tractaſſe lib.metho. contra Argenterium. fol.701

H

HAbitus intellectus quot. fol 25
Habitatio ſub æquinoctiali an tẽperata. fol.153
habitus quid & quotuplex. fol.38
Haly grauiſſimus interpres. fol.6
Haly tenere calorem innatum, & febrilẽ duos eſſe diſtinctos. fol.220
Hepatis parui ſigna propria, & quando hepar errat in magnitudine. fol.318
hepar in quibus animalibus per mẽbranas alligetur coſtis mendoſis. fol.338
hepatis tumor cur nõ facile dignoſcatur. fol.337
hepar dolore quę membra in conſenſum contrahat. fo.338
hepar, de quo Gale. male affectum erat, quibus nam affectibus uexaretur, & Haly, & Truſi. ni ſententiarum conciliatio. fol.528
hepar cui parti conſentiat. fol.337
hepatica affectio quæ, & eius cauſa. fo.335
hepatis frigidæ intemperantiæ ſigna quę fo.335.
herbas naſci in terra multipliciter, ut & pilos. fo.146
Heraclides Errithrieus quis. fo.14
Hieræ picræ uarius componendi modus fol.506
hieræ quantitas exhibenda, & quomodo intelligendus eſt Galenus. fol.506
hieræ picræ uis. fol.503.504
Hiſtoriam militum, qui obcæcati ſunt. fol.198
Hippocratis medicinæ diffinitio cur tantopere probetur. fo.22.
Hippocratis patria temperatiſſima. f.153
Hippocrates de uentorum natura. fo.174
Hippocratis ſententia ab Ariſt. explosa de ſen inis deciſione. fol.252
Hippocratis dictum de uoce magna & parua. fol.307
Hippolaus ex Galeno. fol.15
Hippo. locus de caluitie. f.150
Hæmorrhoidarum ſuppreſſionis, & euacuationis nocumenta quæ. fo.388
Hæmorrhoidarum ſymptoma quod, & cauſæ. fol.387
homo cur prudentiſsimus animalium. fol.80
homo cur caneſcat prius in temporibus. fo.182
homo cur magis ægrotet, quàm bruta. fol.96
homo cur rectæ ſit ſtaturæ. fol.124
homines quomodo ſenſibus imbecilliores ſint nonnullis animantibus. fo.77
homo cur prudentiſſimus ex Ariſt. fo.123
hominem in guſtu & tactu excedere cætera animantia. fol.80
homo cur non habet ſummam prudentiam. fo.165
homines intemperatos in aliquibus excellere. fol.81
hoc aliquid quid indicet. fo.35
hora coitus quæ eligenda. f.481.483
horroris metam cur Gal. ſtatua circa aerem. fo.448
horroris & rigoris, & frigoris differentia in ſanis, & in ægris quæ. fol.449
humor cur attrahitur, & medicamentum attrahat, & non contra. fol.629
humiditas rorida cuius eſt cauſa in uẽtre. fol.304.
humiditas, & ſiccitas qualitates parum actiuæ. fol.168
humiditas duplex craſſior & tenuior, & quæ. fol.304
humiditatem ad nutricationem mirifice facere, ſed cæteris aduerſari functionibus, excepta augumentatiua. fo.334
humor quantitate peccans quando unica uice non euacuandus, & cur. fol.618
humores, dum attenuantur, non concoqui. fol.557
humores euacuandos quoad tria potiſſimum ſpectari. fol.566
humores aquoſos non obſtruere, ſed exasperare. fol.622
humorem ex toto prauum non concoqui, & cur. fo.554
humida, & ſicca cur ſimilibus ſemper conſeruan-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 25 sur 753

©BIU Santé

seruanda. fol.189
humores solos putrescere in corpore uiuente: & cur. fol 549
Humorem extrinsecus accedentem nõ humectare corpus: & cur. fol.459
Humores oculorum tres num sint animati. fol.197
Humidum vt facile suscipit, ita & facile impressiones susceptas amittit. fo.215
Humiditas amentiam, siccitas prudẽtiam generat fo.165
Humores tenues facere ad ingenij probitatem. fol.132
Humiditas cordis hepatis siccitatem non vincit. fo.218
Humidi maxime qui. fol.58
Humiditas & siccitas pro excrementorũ generatione quid agant. fol.165
Hepar venarum esse principium. fo.672
Hirundines Oribasium apponere loco cucurbitarum,& cur. fol.661
Hippo.cur à principio fomentis vtatur in pleuresi. fo.662
Humores in nobis bifariam augeri.fo.689
Hipp. de fœtus productione. fo.672
Hipp.cur solam oppisitionem tangat, quæ est supra & infra. fol.696
Humidi roridi consumptio num immediata causa sitis. fol.302

I

INflãmationibus quæ apponenda in quo uis tempore: & contradictionum dissolutio. fol.657
Io.Antonius Lonicus chyrurgiæ celeberrimus,& anatomicus circa connexionem venarum gibbæ, & concauæ hepatis. fol.669
Indicatio quæ à formatione,& situ.f.668
Impulsio,attractio,& transmissio quomodo fiant. fol.643
Idem non attrahere idem sed simile, & cur. fo.629
Iecoris calidæ intemperantiæ signa quæ. fol.335
Imaginatiuæ operatio quæ. fol.133
Imaginationes animales quomodo assi-
[illegible]. fo.434
Immoderata discrasia quomodo à simili lædatur, & à contrario moderato vsu adiuuetur. fo.282
Imaginatiuam ex Gal.sententia esse communem sensum. fol.390
Immutentur quæ facilius, & quomodo. fol 461
Infantibus è diuerso est superior magna, inferior verò minor, quàm adultis, & perfectis. fol.124
Infantium oculi glauci cur. fo.196
Ingenium quid indicet. fo.81
Inæqualitatem ex siccitate vocem asperã efformare. fol.308
Inflatio quod symptoma. fo.391
Indicatio à loci situ quæ,& à situ, & formatione simul. fol.574
Inflammatio quæ. fo.610
Inflammationis causis quomdo obuiandum. fo.eod.
Indicatio quæ communis etiam plebeis. fol.540
Inconcoctio quæ secundum Arist. fo.460
Incisio quæ. fol.366
Intentio,indicatio,& scopus qui. fo.441
Insalubre multum quid. fol.48
Infirmis cur semper non exhibenda quæ appetunt,cum appetat ventriculus indispositus contraria morbo. fo.292
Insalubre simpliciter quid. fol.44
Insalubre esse veluti genus. fol.408
Insalubre semper quid. fol.47
Insalubre nunc quid. fol.46
Ingeniũ magnum nullum absque aliqua dementia. fol.82
Integritas & grauitas à melancholico fit humore. fol.81
Intemperati corporis actiones diuisim esse perfectiores, quàm temperati & quæ. fol.77
Intellectus quid & quotuplex. fo.25
Intermittentium febrium in statu cuiusque particularis paroxismi cur sudor appareat & in continuis solum in vniuersali statu, Auicen.& Galen. sententia. fol.563
Intemperies senum cur valde difficile permutentur. fo 497
Intemperies variæ inæquales quę,& quomodo

©BIU Santé

Index

modo præseruentur. fol. 501. 502. 503. & infra.
Intemperies num ad contrarium reducatur, & rationum solutio, quæ hoc negant. fo. 496
Intemperies quot modis fiat, & cuiusque proprium auxilium. fol. 532. 533
Inspiratio quomodo. fo. 308
Indicationes duæ tantum num dandæ, rationes Argenterij contra Gal. quòd plures quàm duæ. fo. 440
Inanitionem & repletionem non esse eadem cum cibo & potu, vt falsò putat Argenterius. fol. 436
Iram obedire rationi, rationem iubere, & iram agere. fo. 214
Iræ finis quis. fo. eodem.
Iræ definitio, & quomodo cordis, & non cerebri. fol. 214
Ira quæ, & eius diffinitio. fol. 331
Iræ celeritatem præter naturam calidita-tem indicare. fol. 331
Irascibilem donatam rationi in ministerium. fo. 208
Italia inter regiones temperatas connumeranda. fol. 154
Iuuenes cur auertendi ab effrenata uoluptate in amasias. fol. 473
Iuuenibus cur caro citius regeneretur, nô autem senibus. fo. 605

L

Lapis in vesica quomodo ægritudinis causa, & quomodo morbus. fo. 89
Lachryma qui prompte, aut non prompte in mœrore, aut lætitia emittunt. fol. 187
Larinx vocis instrumentum & quę. fo. 308
Lapidis in vesica curatio. fo. 615
Lac ethicis quando exhibendum. fo. 287
Lenis vox media est inter asperam, & rauca. fol. 310
Libros varijs de causis editos fuisse à Galeno. fol. 18
Liuidi coloris causa. fol. 264
Limitatio insignis quando addenda. fol. 157
Linguæ iuditium quid circa cibos & potus. fol. 389
Linguæ substantia. fol. eodem.
Leoniceni versio mala circa vocabulũ ex crescentiæ. fo. 361
Lambdoides sutura quæ. fol. 121
Libri titulus quis. fol. 6
Ligamenca sub, neruorum nomine Arist. locasse. fol. 600
Limitatio quando addenda. fo. 209
Ἀνάμνησις qui. fo. 213
Læuitatem præter naturam duplici ex causa. fo. 638
Lepores & cerui cur pauidi. fol. 125
Locus affectus an unus vel plures, difficile est cognoscere. fo. 327
Loci ratione num addendum sit medicamento semper. fol. 572
Locum & ordinem non semper à medico in euacuatione spectari. fol. 567
Locorum notæ à quibus sumantur. fo. 323
Loquendi modus quotuplex. fol. 8
Loquentes cur cum tussi materiam in pulmone clausam expellant. fol. 301
Lumbricos dolorem uentriculo inferre. fol. 351
Lo calem sectionem, ut & cucurbitulas in principio non esse admouendas. fol. 660

M

Magniuoca & paruiuoca quæ ex Arist. fol. 311
Magnitudinis errata quæ. fol. 316
Magnitudinis correctiuæ causæ quæ. fol. 520. & 521
Materiæ præparationes quæ. fol. 97
Masculinus concubitus cur detestandus, fol. 480
Materia seminis quæ secundum Gal. quic quid velit Aristo. fol. 474
Masticinum oleum inter melinum, & nardinum. fol. 503
Medicinæ ui humores tribus ex causis ex pelli. fo 630
Medicina tota correctiua. f. 486
Medicamenta quomodo uarie parentur. & cur. fol. 505
Metaphrenum quid. f. 210
Medicamenta aut contusa, aut in polinem redacta bifariam exhiberi. fo. 505
Mensium suppressiones & profluuia quibus ex causis. fol. 386

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 27 sur 753

©BIU Santé

Menſium ſuppreſſiones quæ morbos pariant,& quæ non. fol.386
Medicus quæ præuidere, & quæ non præuidere poteſt. fol.414
Membrum an frigida & rara, & an calida & denſa. fol.280
Melancholica temperies naturalis,& aduſta in quibus differant. fo.273
Medicamenta quot genere, & quomodo alterent. fol.436
Materia pinguedinis quæ. fol.272
Membrum naturaliter diſpoſitum ſemper ſimilia appetere, at præter naturam id contraria. fol.282
Melancholiam ad ventriculum tranſmiſſam eſſe acerbam & acidam. fo.285
Melancholici naturales qui. fol.271.272
Membrana & caro ſimplex num innatam habeat virtutem tantum,& Galeni cõtrarietas. fol.108
Medicinæ inſtrumenta quot, & quæ. fo.1
Methodus quæ. fol.2
Medicina quomodo diſtinguatur à mulomedicina exploſa Curtij ſententia.f.23
Materialis cauſa ſomni ex Auer. fol.162
Medicamenta vt recte comprehendãtur, ſub quo ſenſu cadere debeant. fol.543
Membrum calidum reſpectu cutis quanto calidius tanto bilioſius. fo.160
Medicina num ars vel ſcientia. fo.24
Medicinæ plures partes ex Auerroe.f.24
medicina quomodo coniectrix ſit. fol.26
Medicina neque theorica, neq; practica, ſed factiua. fo.26
Medicinæ ſubiectum quid,& quotupliciter capiatur. fol.27
Medicinam totam practicam. fo.26
Medicina eſt primo & per ſe de ſanitate, ad quam ſequuntur actiones bonæ, & pulchritudo naturalis. fo.27
Membra interna cur ex ſubſtantialiter inhærentibus non cognoſcantur.fol.321
Medicaméta quæ carné regignunt. f.605
Medicamentis meatus reſerantibus quando utendum. fol.563
Medicamenta frigida vt in pluribus eſſe craſſæ ſubſtantiæ. fol.573
Medicinæ in diffinitione cur ponatur ſcié tia. fol.22
Medico neceſſariam eſſe vulnerum, & inſtrumentorum chyrurgicorum cognitionem,& cur. fol.587
Medicamenta quæ auxiliantur neruũ puncturæ. fol.600
Meatus quæ reclaudant. fol.563
Medicamentum quid tale per ſe efficiat, & quid per accidens. fo.545
Medicamenta podagricis quæ. fol.509
Melancholicis quibus iuuet,aut noceat uenus. fol.478
Medicamenta exiccantia uarii generis uariis i uulneribus applicari,& quæ.f.590
Medicus quibus inſtrumẽtis uti debet.f.5
Memoria à quibus lædatur. fol.140
Memoria duplex ex Auerroe. ibidem.
Melancholicos ingenio pollere,ſed in aliis actionibus deficere. fol.81
Materia in membro contenta duplex, & quæ. fol.697.
Medicaminum calidorum, & acrium quãdo uſus. fol.665
medicaméta euacuãtia quæ,& quot.f.691
medicamentum adſtringens quid intelligendum. fol.676
Maniaci,iracundi;& uerboſi qui. fol.81.
melancholici qui. fol.81
Medico num neceſſarium ſit quot ſint mẽbra præcipua. fol.114
Meſues dictum quomodo intelligendum de uentis. fol.174
membrorum principaliũ tres fontes.f.102
modus probandi per locum concomitantiæ non eſt verus ex Auer.& cur.f.137
moderatæ temperaturæ inditia. fol.258
Meſues opinio de duplici uirtute in medicamentis. fol.626
Melancholici duplices & qui.fol. eodem
mollities duplex. fol.80
mollities immoderata non facit ad bonũ ſenſum: fol.81
motus cordis & arteriarum naturales eſſe & cur. fol.177
Montani rationis contra Hippoc.& Gale. ſolutio de reuulſione & euacuatione ſanguinis in pleureſi. fol.652
morbi quo tempore ſigna appareãt.f.413
motus duplex corporis & animi: fo.444
mordicans medicamentum quod fo.638

morbo-

©BIU Santé

Morborum tempora penès tria intẽdi & remitti, & quæ. fol. 537.
Montani error circa tumoris diffinitionẽ fo.361.
Mordicationis quot cauſæ. fol.345.
Motiui nerui qui. fo.123.
Motum dari inſenſibilem ſecundum Gal. fol.92
Motus non ſolum eſt cauſa fluxus, ſed & doloris, & partes commiſſæ extra proprium habeant locum. fo.592.
Morbosomnes quomodo eſſe ulcera dicat Hippoc. fol.366.
Morſus ſiue dolor in ventriculo quid inditium. fol.394
Motus dupliciter fieri. fo.429.
Motione in animali duo eſſe neceſſaria, & quæ. fol.385
Mores naturales quomodo diſtingẽdi ab acquiſitis. fol.224.
Motus cur amittatur remanente ſenſu. fo.128.
Motus num calorem excitet. fol.430.
Motum pulmonis non fieri ab ebullitione, ſed à virtute naturali ſecundũ Aue. non ſecundum Truſ. fol.276.
Motus quomodo alteret corpus. fol.430.
Moueri membra, quomodo nullo concurrente appetitu. fol.176.177.
Mulieres dementiores, quia ſuturas anguſtiores habent.
Mulieres cur appetãt praua edulia. f 342.
Mulieribus grauidis ſymptoma ex appetitu. fol.378.
Muſculum eſſe naturale & animale inſtrumentum. fol.255.
Murmurium cauſa quæ. fol.401.
Muſculus num calidæ ſit, an frigidæ intẽperiei. fol. 256
Mutatio in opinione præcedit mutationem in voluntate. fol.141.
Muſculum quatuor modis moueri poſſe, & quis ipſi ſit proprius. fol. 176.
Muſculus cur motus inſtrumentum, non autem ſenſus dicitur. fol.255.
Muſculus ex quibus conſtet. fo.255.
Mutationes, & ſtabilitates in opinionibus in quibus conſiſtant. fol.141.
Muſculi oculorum quot, & eorum officiũ fol.402.
Muſculi abdominis quot numero, & quomodo eorum inflammatio dignoſcatur. fo.337.
Mulier quando minus excernit per uterum. fol.386.
Membro præcipuo cur adſtringentia apponantur. fol 673.
Medicamenta quę dolorem, & fluxionem non promouent. fol.664
Motus materiæ ſeu ſpecies quæ. fol.704

N

NAſum, & odoratus inſtrumentum quę obſtruant. fol.399
Naſum eſſe ſemitam, & principium odoratus, ſed non inſtrumentum. fol.398
Natura quæ. fol.382
Natura quomodo permutet corpora, vt & ars. fol.499
Naturam reſiſtere permutatione, & cur. fol.499
Naturæ robur ex quibus habeatur. fo.415
Nauſea quæ, & à quibus potentijs proueniat. fol.346
Nares cur facti à natura. fol.143
Natura quę ſecundum Hippo. fol.525
Naturam præcipuum medicum. fol.525
Naturale quid eſſe multiplex. fol.295
Naturam neque plantis neque alijs membris, quàm ventriculo donaſſe ſenſum inanitionis, & cur. fol.295
Naturalia quot numero. fol.425
Naturalia quomodo nonnaturalibus adaptentur. fol.425
Naturalis res quomodo etiam nonnaturalis ſit, & præter naturam. fol.425
Naturalem vim ad alias partes ab hepate non tranſmitti, quàm ad venas contra medicos Haly ſequutos. fol.105
Naturam nõ pati ſubitas mutationes, ſed temporaneas. fol.499
Naturalia inſtrumenta quomodo ab animalibus differant. fol.105.107
Naturalis ſpiritus num detur. fol.105
Natura quomodo omnium ſit medicatrix. fol.526
Naturam ſolam coquere, ſed & medicamenta per quandam communionem: & quomodo. fol.558.

Ne-

©BIU Santé

Index

Neceſſitas quæ intelligenda, & cur tertia non eſt conditio in cauſis adhibenda. fol.439
Neceſſariorum neceſſariam eſſe demonſtrationem. fol.141
Neceſſitas in arte quæ. fol.25
Neutrum medij tranſitus non eſſe omiſſum à Gal. fol 60
Neceſſarium quotuplex ex Ariſt. fo.422
Nerui in quas partes non inſerantur. fol.107
Neotericos falsò tumorem omnem morbum dixiſſe. fo.360
Neruos non ſentire, & ob id ſenſus vehementiam non percipere vt Ariſtotelici. fol.598
Neutrum vt nunc num detur tertij ſignificati. fol.59
Neutrum ſimpliciter num detur, & quomodo. fo.59
Neutrum corpus an detur. fol.61
Nerui ſenſitiui cur molliores. fo.125
Neruorum ſeptem paria, & eorum exortus. fo.127
Neutrum corpus quid & quotuplex, & quomodo intelligat Gal. ſecundum varias ſententias. fol.50
Neutrum vt nunc quid. fol.54
Neutrum multum & ſemper quid. fol.55
Neutra corpora quę media ſunt tranſitus, eſſe duplicia, & quæ. fol.371
Neutrum corpus quo ad actiones quid. fol.92
Niger oculi color ex quibus fiat. fol.192
Nocumenta quæ ex retentione ſeminis in uiris, & mulieribus. fo.478
Nocumenta exercitii intempeſtiui. f.451
Nonnaturalium cauſarum numerus ſufficiés quomodo habeatur ex virtutibus. fo.426
Nothus ſeu auſter ventus quis. fol.174
Nutrimentum quod. fol.435
Numeri errata quæ. fol.316
Nutrimentum quomodo ſimile, & diſſimile. fo.494
Numerus quid indicet apud Gal. fo.570.
Naturam uias ſemper materiebus inuenire, & quomodo. fo.644
Natura & temperies cuiuſque cur ignoretur. fol.677
Obſtructio ex lentis & craſſis humoribus quibus opituletur, & Argenterii error contra Gal. fo.614
Obſtructionem in pulmonibus non niſi eſſe ex craſis humoribus contra Argéterium, & alios. fol.622
ὄγκος quis. fol.360
Oculos habentes prominétes procul cernere non poſſe. fol.79
Obiectum exacte paruum percipere num ſenſus perfectionem indicet. fol 89
Obliuio quomodo indicet frigidam cerebri ſubſtantiam, & fluidam, & in quibus. fo.139
Obliuio quid indicet. fol.213
Oculus niger, quanto nigrior, tanto humidior. fol.194
Oculus medii coloris nũ melius uideat. fo.198
Oculi humidi qui. fol.78
Oculus glaucus tanto ſiccior, quanto magis glaucus. f.194
Oculi partes quæ, & quot. fol.197
Oculum nigrum quæ, & quot efficiant fo.193
Oculorum tres humores qui. f.192
Oculum ex ſe lumen non habere, ſed ab extrinſeco lumen ſuſcipere. fol.195
Oculi cuius nam temperiei. fol.197
Oculi partes quæ, & quot. fol.401.402
Oculorum colores. fol.191
Oculorum muſculi quot. fol.187
Oculum glaucum quæ, & quot efficiant. fol.193
Odoratus ut fiat, an requiratur ut euaporatio perueniat ad organum, an uero fiat per ſpeciem. fol.160
Odorabile ad certam diſtantiam uſque poſitum ſpeciem multiplicare, & ſentiri. fol.161
Odoris ſpecies aere eſt ſubtilior. fo.161
Odoratus inſtrumentum quod uerè, folio 399
Odor obiectum odoratus, & quę eius ſubſtantia ex Platone. fol.399
Oculi puritas & ſinceritas cur. fol.78.
Oddi ſententia propria de tribus doctrinis. fol.11

Oleum

©BIU Santé

Index

Oleum cur probibeat in uulnere carnoso, sed probet in nerui punctura f.601
Opinio propria de speciebus sanitatis, & ægritudinis. fol.87
Oedema quod, & eius causa. fo.362
Operationem tripliciter lædi, & quomodo. fo.368
Operationes non esse uniuersalium, sed singularium. fol.443
Opposita euacuatio, siue diuersio quæ dicatur. fol.649
Olfactus excellentia quę. f.79
Olfactum pessimum animalium habere hominem, & quomodo intelligêdum, ut saluetur Auer. & Aristo. fo.79.80
Operationum læsio an indicet membrum ægrotare. fol.312
Oppositorum quorumcunque nõ esse causas oppositas. fol 284
operationem esse motionem effectiuam. fol.518.
operatio quomodo meatus dilatet. folio 518
operationum signa quæ a principiis originem trahunt quæ in præcognitione. fo.409
operationes num sint de substantialiter inhærentibus. fol.70
operationum uirtus quæ. fol 77
operationum uirtus quæ. fol.190
operationes num sint perfectiores in temperato, an uero in intemperato. fo.76
os uentriculi cor a ueteribus nominari. fol.350
ossa cur facta. f.107
ossa num sentiant exceptis dentibus. fol.109
ossi colatoria quæ in naso. fol.398
ossa fracta, & caro diuisa quomodo inuicem in cura distinguantur, & consentiant. fo.593
os uentriculi roboratum & adstrictum superflua deorsum pellere. f.508
ossa non indiguisse neruis. fol.109
ossa cur non coeant, sed callo agglutinentur. fol.592
ossa quæ in corpore fol.593
ossa fracta cur dolorem inferant, cum nõ sentiant. fo.367
ossa læuiganda quibus. fo.638
ordo duplex in doctrinis, & his quę in doctrinis. fol.11
organicæ partes cur, & quæ. fol.41
ortus inter ea quæ sanitatem efficiunt. fol.525.
obstructio quæ. fol.569
ordo temperierum quoad breuitatem & longitudinem uitæ. fo.280
ordinem curandi quæ medicum auertũt, & quot. fol.569
Organum bifariam diuidi, & quomodo. fol.581.
Organum à toto sectum cur uniri non possit. fol.581
Oris ventriculi affectus qui. fol.342
Oximel cui prosit affectui. fol.507.
Oximelis multiplex cõfectio. fo.507.508
Olei rosacei uis. fol.775

P

PAr imbecilla quomodo præseruanda fol.510.
Partium triplex utilitas. fo.113
Partes corporis licet per uenas nutriantur, non tamen uirtutem aliquam suscipiunt. fol.108
Partes quæ maiori uenarum aut arteriarũ copia egուerũt, & è cõuerso, & cur. f.108
Partium corporis humani quadruplicem differentiam. fol.102.
Particularia quomodo habeantur. fol.25
Parenchyma quid. fol.108
Partes spermaticæ cur absciſſæ non regenerentur, & Argenterii error. fol.523
Passionis nomen quando. fol.534
Parti in plãtis absciſſa cur uiuat. fol.582
Pars cuique quæ debetur sanguinis missio, siue ea apta sit ad suscipiẽdum natura, siue materia fluat, siue fluxa sit. f.648
Partes quomodo exercẽdæ, & quæ. f.455
Parte ex una non esse diiudicandam temperiem totius. fol.275
Partes intra corpus quomodo cognosci possint, & quæ non. fol.316
Partes quibus in vnum deducantur. f.584
Perfectionem dupliciter càpi & promotu, & pro fine, & quomodo. fo.556
Permutatione duo maxime perpendẽda & quæ. fol.497

Pecca-

©BIU Santé

Index.

Peccatum in numerō esse partium organicarum,& simplicium , & quomodo corrigatur. f.522
Perfecte qui cernant. fol.190
Perfectio in quo consistat. fol.556
Pinguedinis generatio quomodo.fo.521
Picrocholi qui. fol.318
Pilis cur careat pectus cordis frigidi & sicci. fo.223
Pilorum generatio quæ secundum Gale. fol.144
Picatio quæ,& quando ea utendum.folio 510
Pigri qui,& tardi. fol.81
Pilorum colores qui , & eorum causæ. fol.145
Pilorum utilitates quæ,& quot. f.146
Pilos non esse animatos contra nonnullos. fol.147
Pilorum nuditas cur non adest in corde calido,& sicco, ut caluitium in capite calido & sicco. fo.217
Pinguedo quomodo à carne congeletur, quæ calida est. fol.272
Pituitæ naturam ad cultum morum nil facere. fol.81
Pili cur non nascantur in interna parte manus,& inferna pedum. fol.149
Pinguedinis materia & quomodo fiat. fol.eodem.
Pinguedinem a frigido generari. fol.261
Phlobotomiam non solum morbo , sed & causis prodesse. fol.561
Philosophiam intelligendam non solum ueram sed in uniuersum quasque disciplinas. fol.224
Præseruatiuum cum curatiuo & conseruatiuo non confundere Gale. ut falso censet Argenterius. fo.686
Præstantiam partis non indigere adstringentibus,rationes Argenterii,& solutiones. f.671
Plenitudo totius causa & radix omniū malorum. fo.644
Propè & longè idem esse , & quomodo. fo.698
Phlegmon quod & eius causa. fo.362
Phrenitidem esse morbum calidum , & siccum , & ad practicas actiones ualentissimum. fol.77
Platonis placitum de dolore quomodo intelligendum. fo.364
Plantæ quę fronde perpetua uirent. fol.148
Pleuritidis signa quot,& quę. fol.352
Pleuritidis signa quot,& quę. fol.70
Plorantes cur acute loquuntur, ridentes grauiter. fol.312
Pluuia ex quibus. fo.174
Plumbeo uase abstrahendi modus ualde detestandus,& cur:& quis bonus. folio 573
Potionis circa appetentiam quæ symptomata. f.343
Potus uoluptas quomodo corrumpatur. fol.389
Polycleti statua quę fol.259
Potus duplices,& qui. fol.435
Potus calidus cur non remoueat sitim, ut frigidus. f.299
Pomilionis forma quæ. fo.124
Ptissana hordeacea cur febrientibus exhibeatur. fo.638
Ptisi laborantes quando picandi , & cur. fol.511
Preparationes materierum sunt causæ longitudinis &breuitatis uitæ ex Auerro. fol.279
Præseruationem & curam contrariis auxiliis effici. f.493
principia non esse corpuscula seu atomos ut uoluit Epicurus. fo.473
Procathartice causę occasiones aliarum quomodo sint. fol.437
problematis Aristo.de corporibus commensuratis, & incommensuratis solutio. fol.99
Principia medica essendi,non cognoscēdi quomodo probari queant. fol.541
Prognostica signa quę salubria insalubria & neutra. fo.63.64
prudentia,& ars circa quæ. fo.25
proportio libri ad reliquos. fol.6
progressus duo in his quæ nostræ potestati subiiciuntur,& qui fol.9
progressus duo in arte medica qui.fol.10
prohibentia damnum ex ablutione capitis calidi. fo.160

prin-

©BIU Santé

Principia orta , & orta principium bene vel male ſe habere num indicent. fol.129.130
Primo quid & per accidens. fo.306
Propria ſententia de ſignis rememoratiuis. fol.66
Principes actiones animales quot. f.324
Principia & orta non eſſe vt radices, & quomodo. fo.102
Priuatio eſſentialiter ſenſu comprehenditur. fol.76
Proprietates indiuiduorum ex Auerro. ignorari,& cur. fol.97
Proprietates nonnullas eſſe indicibiles. fol 328
Principales partes quomodo cognoſcendæ. fol.113
Prudentes qui. fol.81.82
Pueri & fœmmæ cur ut plurimum uoſé obtinent acutam. f.311
Puris in generatione duas concurrere caliditates,& quomodo. fol.557
Puerorum oſſa cur quandoque coeant. fo.592
Pueri an iuuenes citius ſitim incurrant. fol.305
Pueri amentes quando fiunt prudentes, & cur. fo.165
Pulmonis caro interna non ſentit,& cur. fol.109
Pueri,& mulieres cur prompte lachrymentur. fol.187
Pulmonis tabes quæ. fol.501
pulmonis excremẽta qũo pituitoſa.f.302
Pulſus uelociores & frequentiores cur, ſicut contrarii fol.212
Promptitudo ad actiones quomodo ſignũ cordis. fol.208
Puluilli qui,& qñ eis utendum. fol.585
Pulmonem cordi inſeruire. fol.299
Pulſus motus num ſit ab anima, ſeu animæ uirtute, an uero à ſanguinis ebullitione. f.203
Pulſus in corde calidiori non ſemper magnos eſſe,& cur. f.202
Pulmonem mediate ſitim efficere,& quo modo. fol.298
Pulſus generationis tres eſſe cauſas. fol. eodem.
Pulmonem calidum habentes quomodo circa thoracem ſentiant caliditatem. fo.299
Pulmo cur non moueatur perforato thorace. fol.207
Pulmonem non eſſe membrum principale. fol.300
Pulchritudo uera in quibus conſiſtat.f.75
Pulſus cordis affectus indicare. fol.331
Pulſus magni in corde calido & ſicco cur. fol.217
Pulſus demonſtratio,& diffinitio ab ea ſi tu tantum differens. fol 3
Punctura foramine occulſo cur acutius ſentitur. fol.600
Putredinis diffinitionem malè ab Argentario redargui: & quomodo intelligatur. fol.548
Putredo duplex in corporibus. fo.182
Putredini quæ ſubiiciantur corpora. folio 279
Putredinis duos eſſe modos ex Ariſtot' fo.548
Pythagoræ dictum de coitu. fol.472

Q

QValitates omnes non æque actiuas & in agendo efficaces. fol.494
Qualitates cur effectiuæ. f.254
Qualitatum quatuor uſus. fol.314
Quæſtiones mittendæ quæ circa animæ affectus. fol 434
Quies quomodo alteret corpus. fol 430
Quiete indigere corpora , quæ ad melius transferuntur. fol 488
Qualitates primas eſſe effectiuas. fol.56
Quantitas organorum ex quantitate ſimplicium dependet. fol 74
Quantitas quomodo primo organicis conueniat,& non ſimplicibus. f.100
Qui procul cernant &qui non. fol.78
Quorundam rationum confutatio, qui ſigna ex pulſibus certiora, quàm quæ ex urina dixere. f.415

R

RAtionalis anima una eſſentia , ſed multiplex quoad uirtutes.fo.138
Rationum Dioclis aduerſus Gal.ſententiam ſolutio. fol.383

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 33 sur 753

©BIU Santé

Rauca vox quæ,& eius causa.fo.308 310
Raritas multiplex. f.280
Rariora corpora causis intrinsecis magis resistere, densiora uero externis.folio 95
Rationum Trusiani solutiones de attractione medicamentorum. fo.630
Rationalis animæ operationem excogitatiuæ actione pendere. fol.132
Rationalis animæ partes. f.25
Rationalem animam esse in cerebro, ut in domicilio. fol.134
Rationi opitulatur irascibilis,non autem concupiscibili,& cur. fo.208
Ratio à destructione antecedentis ad consequentis destructionē qñ ualet.f.420
Rationis species quot, & quæ præcipua. fol.2.3
Rectitudo in euacuatione quotuplex: & quando unam aut aliam efficere debemus. fo.650
Regionum uariarū tēperies uaria q̄. f.153
Rememoratiua signa quæ,salubria, insalubria,& neutra. fol.63.64
Regionem,& complexionem calidam, & siccam facere ad præseruandum à putredine. fol.280
Rememoratiua num spectent ad medicinam. fol.66
Remedia duo pro educendis quæ in pulmone,& pectore continentur. fol.620
Recessus caloris ad cor, ex Auer.& cur. fol.162
Recessus in frictione ad durum,quàm ad molle sunt tutiores,& cur. f.454
Retentricis facultatis functio in quibus consistit. fol.341
Repletio capitis ex quibus,& in quibus. fol.160
Repletio duplex,& quæ. f.620
Regula qua cognoscuntur effectus,qui a pluribus pendent causis. fol.320
Res non naturales sub quo necessarii significato comprehendantur. fol.423
Resolutione qñ utimur i curatione.f.569
Resolutio & compositio quæ,& quotuplex. fol 9.10
Respirationis magnitudo quādo. fol.202
Resolutiuam doctrinam non esse diuisionem. fol.9
Respirationis causæ tres. f.482
Reuulsionem non esse per maximam intercapedinem contra nonnullos. f.649
Retentricis facultatis in uentriculo symptomata quæ. fol.345
Rhetoricę rationes quæ. fol.3
Rigores quomodo eueniant mulieribus & uiris. fol.449
Rosacei natura quæ. fol.503
Ructus quis,& à quibus potentiis proueniat. fo 346
Ructus multiplex. f.348
Ructus & flatus origo. fol.391
Rustici cur non sentiant magnam oblectationem in coitu. fol.474
Rustici cur praue sentiant. fol.78
Repercutientia quæ prohibeant. fol.658
Rationes Argenterii contra Gale.de principatu heparis,& solutiones. fol.671
Rationes Argenterii contra Argenteriū de diuersione,& deriuatione, & solutiones. ol.694.695
Reuulsionis quot conditiones,& q̄ distinguūtur a conditionibus deriuationis. fol.697
Raræ,& laxæ, pressæ,ac densæ quæ partes. fol.667
Rabies in canibus quæ, & quomodo gignatur,& in quibus. fol.688
Rectitudo lateris in neurris corporibus quo ad euacuationem seruatur præcipue. fo.694

S

SAlutis uel mortis signa esse media inter certa & infida. fo.413
Salutis signa quo tēpore apparent.f.413
Sanguisugarum extractio quæ, & quando. fol.661
Sanguinis euacuatio diuersis ex causis. fol.336.
Salinæ generatio,& causa. fol.395
Sanguinis corrupti aquosi in hepate indi tia. fol.335
Saturitas propria,& q̄ impropria.fol.462
Sanguinis qualitas quæ ad sentiendum, & intelligendum. fol.78
Sanitatem quæ conseruant. fol.132
Salubre optime, & ęgrum quomodo sint

©BIU Santé

fint tetmini maxime diſtantes. fo. 100
Sanitatis latitudinem in tres partes diui di, & quas. fol. 99
Sanum ut nunc, & ſalubre ut nunc idem non eſſe. fol. 49
Sanitatem optimam eſſe in latitudine ſanitatis contra Truſianum. fo. 98
Salubre ſemper quid. fol. 39
Salubre multum quid. fol. eodem
Salubre nunc quid. ibidem
Salubre & inſalubre quæ. fol. 39
Sanum quid intelligendum. fol. 39
Sanguinem in hepate generari, ut ſpiritus in corde. fol. 209
Salubre multũ quomodo ſit ſalubre ſemper. fol. 44
Sanitas magnam obtinet latitudinem, & quæ. fol. 38
Salubre ſimpliciter quid. fol. 40
Seuum ſeu pinguedinem non omnino neceſſariam ad hominis ſtructurã, neque ſimplicem, ac ſimilarem, vt & reliquas partes. fol. 520
Salubris multum diffinitiò. fol. 43
Sanitatem & ægritudinem in tribus naturis conſiſtere, & quomodo. fol. 88
Salubre sẽper quomõ ſit ſalubre nũc. f. 44
Sanatiua pars cur præſtantior, & dignior curatiua contra Argenterium. fol. 418
Sanguinis miſſio quomodo euacuet humores putreſcentes. fol. 560
Sanitas quomodo morbo non ſit contraria. fol. 542
Sanguinem prius alterari, mox putreſcere ut & uina. fol. 553
Sanguinem non reperiri extra uenas præter cor, & torcular, & extra eas effusũ in grumum verti. fol. 619
Salubris ſemper diffinitio. fol. 43
Sanorum corporum diſtinctio. fol. 62
Sanitas cur cognoſcenda. fol. 64
Semen vitiari ac veluti ueneni uim obtinere aduerſus Argenterium. fol. 479
Senibus, pueris, & à morbo leuatis cur venus interdicenda. fol 479
Senes cur imprudentes. fol 165
Sententia illorum, qui febrem non eſſe cordis putarunt, exploſa. fol. 547
Suturæ mendoſæ quæ. fol. 123
Semẽ an à toto corpore decidatur. f. 252
Senſus non decipitur circa proprium obiectum tribus ſeruatis conditionibus. fol. 71.
Secundũ accidẽs bifariã nominari. f. 410
Senſus communis quis. fol. 136
Sedes affectæ quinque modis deprehenduntur. fol. 326
Sanitas quomodo ſubiectum. fol. 27
Sanitas quæ ſimpliciter à medico contẽpletur. fol. 33
Salubre ſimpliciter quid. fol. 31
Sanum & ægrum an diuidatur in ſimpliciter & ut nunc. fol. 48
Sanitas ſimpliciter & optima duplex, & quę. fol. 32. 40.
Screationis variæ ſpecies. fol. 356
Scientia circa quę. fol. 2
Senſationem rei triſtis præcedere appetitum fugiendi vel expellendi, nocuum. fol. 323
Seminaria uaſa duplicia. fol. 106
Secundum quid tale quid. fol. 31
Senſoria quatuor in cerebro variari, vt & uaria ſunt eorum obiecta. fol. 399
Senſus communis & phantaſia idem. fol. 137.
Senes quomodo reponuntur ſub neutris conualeſcentiæ. fo. 375
Senes quando utantur diureticis. fo. 562
Semen quid ex Ariſt. fol. 473
Schyrrus quis, & eius cauſa. fol. 362
Senſuum non eſſe ſenſum, & ſenſibile poſitum ſupra ſenſum ſenſationem non efficere ex Ariſt. fol. 298
Simplicitas & ſtupidias à ſanguine fit. fol. 81.
Scytharum vſus circa venerea. fo. 472
Singultus quis, & à quibus potentiis proueniat. fol. 346
Senſus acutus in ore ventriculi quis. fol. 327.
Signa quomodo ſalubria, ægra, & neutra dicantur. fol. 374
Signa neutra triplicia, ut tria eorum ſunt ſignificata. fol. 372
Signa quoad certam infidamvè præſentionem quomodo noſcenda. fol. 413
Signa ex excrementis cur coctionis ſit &

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 35 sur 753

©BIU Santé

cruditatis,non autem ſalutis uel mortis. fol.410
Sibillus quis in auribus. f.401
Signa functionum, quæ ſunt ex his, quæ ex ſe gubernantur, ſed à principiis deriuationes habent, quæ quoad prægnoſcendum. fol.409
Signa prognoſtica non ſumi, niſi per accidens, ex his quæ innatam tantum uirtutem habent, pariter ex excremétis: & quomodo diſtinguantur. fol.410
Semen non eſſe partem animę & corporis vt Epicurus uult. fol.473
Signa ex membris præcipuis maximâ ad prægnoſcendum uim obtinere: & cur. fol.409
Signa ſalubrium & ægrorum habere unâ tantum relationem, ſed non neutrorũ. fol.376.
Signum reſpectu unius poteſt eſſe neutrũ, reſpectu alterius ægrum. fol.372
Scopi alii non poſſunt reduci ad cauſam ſine qua non contra Truſſia. & cur Galen. de cauſa ſine qua non ibidem egit. fo.604
Semen genitale copioſum gignentibus eũ imbecillitate oris uentriculi & aliorũ ſymptomatum, ſi coeant, quomodo prę cauendum. fol.511
Sententia illorum eſſe neram, qui amorẽ ex ſanguinis vniformitate eſſe uoluerunt. fo.476
Senis corpus cur non reiuueneſcat. f.497
ſermonis materia quæ. fol.309
ſemina frigida cur diuretica ſint. fol.562
ſigna quomodo ueritatem habeãt. fo.156
ſigna à uenteribus cur prænunciatiua dicantur. fol.65
ſigna ex ſenſitiuis & motiuis quorũ ſunt. fol.131
ſcientia propriè quæ. fol.24
ſigna ex tumoribus quomodo hauriãtur. fol.362.
ſententiæ variæ de tribus doctrinis cur natæ ſint. fol.8
ſignum dari aliquid certum prædictionis ſalutis & mortis, & quomodo. fo.413
ſigna quando eſt tempus cibandi ſo-- lio 452
ſigna ex urina ex quinque potiſſimum cõſtare. fo.380
ſigna quæ ſecundum ſeipſum cerebrum. fo.131.
ſigna decidentiæ,& conualeſcentiæ diſtincta. fol.375
ſigna ex expulſionis materię per ſputum modo quę. fo.356
ſigna calidi & ſicci cerebri poſita ab Aui. & Auerro. non tacta ab Galeno. fo.170
ſcopos tres in morbis complicatis adeſſe poſſe,& quomodo his ordine ſit ſatisfaciendum. fol.604
ſingularium cognitio quid pariat. fol.26
ſitis naturalis & præter naturam quoad cauſas quomodo diſtinguuntur. fo.304
ſimiles à ſimilibus bene affici, ſicut contrarias ad conrraria, & quomodo intelligendum. fol.173
ſitis cauſæ quæ. fol.285.297
ſignum idem eſſe prognoſticum, demonſtratiuum,& rememoratiuum, & quomodo. fol.68
ſitis ex pulmone quomodo dignoſcatur diſtincta à ſiti uentriculi. fol.299
ſignum cordis calidi & humidi ualde quod fol.219
ſcarificationes per cucurbitulas, & ſanguiſugas,& huiuſmodi quando admouẽdæ, & quando non. fol.660
ſigna uirtutis & potiſſimum ex pulſibus nõ eſſe certiora,quàm quæ ex urina,& cur. fol.415
ſenes non eſſe reponendos ſub conualeſcẽtibus nonnullorum poſitio, & ipſius deſtructio. fol.702
ſcalpellus quis. fol.679
ſitus eſt genus & ſpecies morbi; & quomodo. fol.683
ſitum capi dupliciter & quomodo. fol.668
ſimilia duobus eſſe modis. fol.188
ſingulares cauſæ ad artem non ſpectant. fol.424
ſiccitas eſt lima caloris. fol.214
ſigna calidi cerebri. fol 155
ſimilia exquiſite ſimilibus ad unguem ſeruari. fol.443

ſimpli-

©BIU Santé

simpliciter tale quid. fol.31
similia num similibus conseruentur, & quomodo uarii loci intelligantur. fol.889
signum quo distinguitur affectus asperæ arteriæ ab eo in leuibus arterijs. fo.357
similia dupliciter secundum Montanum, & quæ. fol.492
sitim quæ sedant factam ex pulmonis caliditate, & quæ ex uentriculi caliditate. fol.300
signorum genera partis affectę quomodo ad quatuor reducantur, fol 359
sicca melius sonare, quàm humida. fol. 310
signa ex substantialiter inhærentibus in cerebro non sumi, & cur, contra Curtium & alios. fol 117
signorum quinque genera, quibus cerebri temperaturæ noscuntur, & quę. fol.116
situs in coitu congruus, & malus. fol.483
sicco temperamento esse noxiam uenerem fol.249
situs optimus in quibus consistat. fol.74
signa corporum salubrium semper a quibus sumantur. fol.73.74
singularia non cadere sub arte, & quomodo. fol.37
signa dari à substantialiter inhærentibus & certa, & quomodo. fol.72
signa optimæ constitutionis quæ, & ex quibus sumantur. fol.69
sitis obiectum, & immediata causa quæ. fol 302
signa quomodo ueritatem dicant. fol.255
signa à substantialiter inhærentibus an certiora sint operationibus. fo.71
simplicibus particulis primò temperatura debetur. fol.41
simplices partes quæ, & quot. fol.41
signa sumpta ex casibus minus sunt certa quàm ex substantialiter inhærentibus, & operationibus. fol.71
singultus quando malum. fol.348
singultus num motus sit uentris uomitu uehementior, & quæ Auicen. contra Galen. fol.349
signa calidæ & ficcæ intemperiei tempore decrementi. fol.272
Situs uentriculi, & quomodo potest peccare. f.317
Signum stabile ex iuuantibus & lædentibus non haberi, & cur. fol.31
Signa diuersitatis causarum in crispitudine pilorum. f.148
Siccitates quatuor, & totidem humiditates quæ, & quæ sanentur, & quæ non. fol.277
Signa ad aliquid dicuntur. fol.63
Sicco stomaco multa humectatio cur ingrata. fol.282
Singultus duabus ex causis. fol.347
Signa in corporibus sanis à quibus sumatur, & a quibus non. fol.70
Similarium partium generatio. fo.257
Somni non dari causam finalem, ut Argenterius sentit. fol.464
Somnum concoquere, & quomodo. f.432
Somnus longus quos effectus producit. fo.432
Sordities duplex crassa, & tenuis, & sic quodcunque excrementum ex Gal. contra Argenterium, & ipsius solutiones rationum. fo.607
Somnus quomodo finis fit. fol.464
Somnus & uigiliæ cur in corpore temperato sunt mediocres. fo.463
Somnus ad quam horam diem extendatur, ut non noceat. fol.467
Solidas partes non putrescere dum uiuunt. fo.549.550
Soluta unitas quibus ex causis fiat. f.366
Somni breuiores a quo. fo.163
Soluentia num cum acribus in clysteribus immiscenda. f.615
Solutioni continui exiguæ cur Gal. non tradat auxilia. fol.531
Solertia quæ. fol.132
Solertiam ad intellectũ pertinere. f.eod.
Solertiam attinere ad cogitatiuam, quæ non solum circa particularia, sed & uniuersalia discurrit. fol.134
Solidæ corporis partes ac primæ nullo modo possunt fieri humidiores. fol.276
Somnus cur quocunque tempore non est proficuus, sed nocet ut diurnus. fo.467

Sonitus

©BIU Santé

ſonitus quis in auribus. fo.401
ſolers qui. fo.132
ſomni demonſtratio, & diffinitio potiſſima. fo.2
ſorditiei quæ ſint auxilio. fo.607
ſomni cauſa, & quomodo efficiatur. f.162
ſomnus & vigilia animalis paſſiones. f.162
ſomnia ex quibus fiant. fol.175
ſomnius quis. fo.431
Solonis oraculum quid. fol.1
ſpongiarum natura quæ. fo.667
ſpiritum animalem animæ primum inſtrumentum. fol.134
ſpiritus in corde detineri calidos, & conueniéti refrigeratione conſeruari. fo.299
ſpumoſæ materiæ eiaculatio cur delectationem pariat. fol.474.
ſpiritus cohibitio quomodo meatus dilatet. fo.519
ſpiritum vitalem non eſſe vehiculum virtutis à corde. fol.104
ſpiratio difficilis ex quibus cauſis. fo.328
ſpacium inter unum & alterum coitum haberi ex tribus cõditionibus. fo.480
ſpiritus cohibitionem multifariam fieri, & cur. fo.457
ſpumæ cauſæ. fo.355
ſplenia quæ, & cur utebantur eis. fo.596
ſpleniis cur medici varie utantur. fo.eod.
ſpinalis medulla quæ, eiuſque ortus, & quibus conſtet. fo.210
ſpiritum viſiuum eſſe radium & lucẽ. f.195
ſputi differentiæ, & cauſæ, & quomodo ex eo ſigna habeantur. fo.354
ſpecies odorabilis nõ habet cõtrariũ. f.161
ſpinales dorſi qui. fo.210
ſpirituum claritas cur. fo.78
ſternutamentũ quid, & cur à natura factũ. fol.392.
Stephani hiſtoria, q̃ nõ laborarit hepatis abſceſſu, & quomodo medici decepti ſunt. fol.333
ſtomacus ſiccus cur nõ ſitit celeriter. f.282
ſtatus triplex inæqualis corporis. fol.57
Stellæ, & alia corpora cæleſtia cur prudentiſſima. fo.165
ſternutatio quæ, eius cauſæ. fol.347
ſubſtantia quæ intelligenda. fol.17
ſuffuſio quæ. fo.681
ſubſtantia calidorum medicaminum duplex, & quæ. fo.665
ſuturæ capitis quot, & q̃n deficiant. fo.121
ſutura coronalis quæ fo.eod.
ſudoris multitudinis cauſæ. fo.384
ſudor quis, & num à toto genere præter naturam. fol.382
ſuctio à frigido quid efficiat. fo.285
ſutura quando vtendum. fo.584
ſuffuſio quæ, & quibus curetur. fo.635
ſudor quomodo ab vrinæ natura differat, & à generationis modo. fol.382
ſuppoſitiones quæ medicæ. fol.541
ſuturæ cur in capite cõſtructæ ſint. fo.122
ſupercilliorum, & palpebrarum pili. f.147
ſubiecta caloris innati, & extranei quæ. fol.220
ſuperfluitates per quæ loca expurgentur cerebri. fo.142
ſuperfluitates à cerebro deſcendẽtes quid pariant. fol.164
ſuturarum triplex differentia, & quomodo eis vtendum. fo.586
ſuperfluitates omnes num ſint pauciores in cerebro calido, q̃ in tẽperato. fo.160
Subethſara quæ. fol.175
ſyrupi quomodo concoquant. fo.691
ſymptomata triplicia eſſe, & quæ. fo.321
ſymptomata, quæ ſequũtur ſomnum diurnum, & quæ vigilias diurnas. fo.432
ſymptomata retentricis, & expultricis vẽtriculi confundi, & quomodo. fo.345
σημεῖα & pro accidentibus in ſanis vſurpari. fol.69
ſyncope quæ. fo.115

T

TAuri hiſtoria qui poſt caſtrationẽ uacam impleuit. fo.106
Tardi ingenio qui, & qua ex cauſa. fo.133
Tactus bonitas aliorum ſenſuum bonitatem, & perfectionem indicat. fo.78
Tactu nullus eſt certior iudex. f.264
Tactilium nullus iudex ſenſu tactus certior eſt. fol.278
Tactum tripliciter lædi & qũo. fo.404
Tactus & guſtus medicamentorum facultates certiſſime diiudicant. fo.543
Tactus quomodo diſcernat facultatum diſtinctiones. fo.544

Tempe-

©BIU Santé

Index

Temperiem exquisitionem facere ad perfectiorem sensum, sed nõ acrioré. f 599
Torcular quod in cerebro. fol. 619
Temperaturæ quibus comparandæ. f. 199
Temperies calida & humida conuenientissima coitui. fo. 482
Tempus commodum & incommodum coitus. fol. 480
Tendo seu corda ex quibus. fol. 254
Temperatum corpus in intemperatis regionibus non gignit ex Gal. fo. 152
Testes cur à natura facti ex Aristotelis sententia. fo. 106
Testibus subministrare vasa seminaria. fol. 106
Temperatũ nunquam plus resistat causis morbosis, quàm intemperatum. fo. 95
Testes non concedi inter membra præcipua, & cur. fol. 113
Testes cur cordi præstent. fo. 114
Tempus, seu occasio temporis an tertia sit indicatio, & quomodo. f 440
Tempus cõmodum, & incommodũ exercendi. fo 452
Temperatum corpus tãtum appetere, q̃ tũ concoquere. fo. 77
Temperatum corpus non semper esse mediocre inter paruũ & magnũ, & cur. f. 75
Temperati hominis actiones in tabellam redactæ. fo. 82
Tenuis urina cur. fo. 380
Temperatura quæ. fo 40
Tentio quæ. fo. 366
Temperato corpori cur tanta sit coctio, quantus appetitus. fol. 462
Temperato corpori ob aerem sudor quomodo accidat. fol. 450
Temperato corpori frictiones quæ. f 453
Temperatos nõ esse melancholicos. fo. 81
Temperatos rarò nasci. fo. eod.
Tenuis substantia quæ fo. 133
Temperatum corpus ex cure nõ esse diiudicandum, sed ex æquabili temperamẽto. fo 75
Temperierum diuersarum diuersi cur eũdem cibum appetunt. fo. 296
Temperaturæ contractæ ex consuetudine q̃ & quomodo à naturalibus differunt. fol. 278
Temperatum corpus non egerere præsede. fol. 77
totius ex signis quando est concludendum de temperie. fol. 275
Timidi qui. fol. 207
Thoracis amplitudo quibus ex causis. fo. 209
Thorax hispidus cur, & præsertim pectus. fo. 209
Thermarum usum male adhibitum a medicis. fo. 502
Thopicæ rationes quæ. fol. 3
Thorax quid, & quid in eo contineatur. fol. 351
Thoracis affecti signa quæ. fol. 351
Trusiani sententia de causis pulsus explosa. fol. 203. 204
Traspositio quando fienda. fol. 526
Trusianus quid sentiat de motu dilatationis, & constrictionis pulmonis. fol. 206
Transpiratio per cutim duplex, & quomodo morborum causas euacuet. fol. 563
Trusianus contra Gal. quòd medicamenta ex forma attrahunt, non autem ob similitudinem. fol. 626
Trusiani rationes aduersus causam oblectationis ab Arist. Plat. & Galeno traditam, & earum solutio. fol. 475
Trusianus de dentibus, & eius sententia explosa. fol 524
Tractationis modus quomodo distingua tur in præseruatione ab eo in curatione quo ad deriuationem, & diuersionẽ. fol. 693
Trusiani de doctrina resolutiua expositio explosa. fo. 15
Trusiani expositio de unguibus explosa. fol. 112
Trusianus carpitur, quòd primum esse legendum librum Techni autumet. folio 19
Trusiani sententia de speciebus sanitatis & ægritudinis. fol. 86
Trusiani expositio explosa de salubri ut nunc. fol 43
Tremores cordis plures causæ. fo. 330
Tumorem quadrifariam esse. f. 642
Tumorum species quæ. fol. 361
Tumoris diffinitio quorundã mala. f. 360

Tu;cæ

©BIU Santé

Tunicæ quot oculorum, & quæ. fo.197
Tussi materias è pectore educi, & quomodo. fol.620
tussis deprauata actio. fol.eod.
tusses aridæ quæ. fol.353
tussis & vomitus non eundem esse motum. fol.353
tussis quæ, & causæ. fo.352
tumoris generatio, & quando morbus, vel quando symptoma. fo 360

V

VEntris humiditas multiplex, & quæ. fol.304
Ventriculi partes duæ, earumq; officium. fol.338
Ventriculi motus deprauati qui, & à quibus. fol.341
Vétriculi apostématis signa & causæ f.347
Ventriculi figura, & quomodo peccare possit. fol.316
Venter humidus quomodo lædi magis possit ex potu superabundanti. fol.283
Ventriculi quatuor uirtutes, & quomodo. fol.296
Ventriculus cur & similia, & contraria appetat. fo.296
Ventriculi superiorem partem debilius concoquere. fo.340
Venti generatio quæ. fol.148
Vétriculi partem inferiorem quatuor uirtutes habere. fol.339
Venæ sectio quæ habeat locum trium sectionum. fol. 654
Vétriculus nũ verè chylo nutriatur. f.293
Ventriculi diuersi motus à naturalibus facultatibus producti qui & quot. fo.345
Venter quando nõ amplectitur cibũ. f.341
Venena, & alexipharmaca quomodo totũ corpus alterent. fo.104
Venæ cur à corde non oriantur. fol.104
Ventriculi affectus uarij, & qui. fol 339
Ventriculo quæ adiaceant. fol.294
Vena quæ secetur in pleuritide, & quãtus sanguis trahendus ex Hippo. fo.561
Venæ sectionem in quatuor genera distinguí: & quæ. fol.648
Ventriculi imbecillioris & acuti sensus symptomata. f.503
Ventrem quæ roborent. fo.503
Veterni potius, quàm naturalis somni cam sam esse eam ab Aristo. traditam. f.432
Ventriculo calido, & capite frigido quæ auxilia fluxus. fol.507
Venus quomodo ex pituita morbis utilis sit, ut Hippo. & Arist. fo.477
Ventrem adstrictam cum ore ventriculi imbecillo ac nauseoso quomodo præseruandam. fo.508
Venerem ex summa natam apud Hæsiodũ mystice scribentem. fol.474
Ventriculo ei male affecto quomodo præstari poterat emendatio. fol.eodem.
Veneris motus qs esse debeat quoad quãtitatem continuã, & discretam, & qualitatem. fo.480
Ventriculi situs, figura, & magnitudo quę, & quomodo uarietur. fol.527
Veritati inquirendæ quæ & quot requirantur. fol.5
Venena quomodo mutent naturam. f.429
Venti ex quibus fiant. fol 174
Venerem non esse noxiam calidis & humidis. fol.249
Venus est in tribus animi affectu, exercitio, & inanitione, & quomodo. fo.473
Venereorum tractatio cur à Galeno instituatur. fo.471
Venus quibus proficua, & quibus non. folio 473.477
Via doctrinæ, & maneries disciplinæ quæ, & quotuplex. fol 8
Via cognoscendi num actio sit voluntaria, an naturalis. fo.177
Via doctrinæ pro dignoscendis medicamentorum facultatibus. fo.545
Vini natura, & quod uini genus senibus & conualescentibus tribuendum. fo.705
Vituli & uaccæ cur grauius sonent, tauri autem acutius. fol.311
Vitrei humoris affectus quid pariat. f.403
Virtutum robur cur seruetur in quibusq; membris, & cur non æque in omnibus. fol.674
Viscosa excrementa differre à crassis, & quomodo pariant diuersos morbos, & uariis egent auxiliis. fo.622
Vinum album aquosum quando exterius, & quando interius exhibendum. f.564

Vitiorum

©BIU Santé

Index

Vinum album aquoſum quando exterius, & quando interius exhibendum fo 564
Vitiorum in ſitu emendatio quæ. fol.526
Victus uariis affectib proficuus quis f.509
Vina quæ aceſcant, & quæ non. fol.289
Vigilia eſt finis per ſe, ſomnus uero per accidens. fol.465
Videre procul, & multas differentias uiſibiles percipere in ſummo eſſe non poſſunt, & cur. fol.79
Vngues & pilos in mortuis augeri. fol.147
Virtus ſenſitiua & motiua à cerebro per nernos quomodo tranſmittatur, & quomodo ſpiritus ſit eius vehiculum. f.103
Viſibiles ut plures differentiæ percipiãtur, ſex conditiones requiri. fol.78
Virtus attractiua in pilis ſecundum Auer-ro. fol 147
Virtutes i cerebro quę cognoſcitiuę. f.140
Virtutes triplices in mdiuiduis reperiri, & quas. fol.97
Viſcoſitatem non eſſe in uapore, ut ſentit Auer. contra Gal. ſed in cute. fol.145
Virtutum in cerebro ordo, & organa quæ. fol.138
Virtutes in cerebro eſſe tres, Galen ratio. fol.137
Vitalem uirtutem ad ſolas arterias trãſmitti. fol.104
Vitreus humor qui, & cur. fol.192
Victu in ſalubri duo obſeruari, & quæ. fol.462
Virtus formatiua quæ. fol.119
Vitalis num ſit neceſſaria in membris diſponens, vt ſenſitiua & motiua in eis ſuſcipiatur. fol.111
Vinum inter ea, quæ cito nutriunt. fo.527
Viſum à ſplendida, & uehementiſſima luce offendi. fol.198
Virtutem ſenſitiuam & motiuam per nernos penetrare, & non eſſentiam. fo.103
Virtus naturalis pro caloris conſeruatione quæ. fol.205
Virtus quid indicet. fo.77
Vitium nil aliud eſſe quàm contractũ affectum diſcraſiæ. fol.539
Vigiliæ quæ. fol.431
Vgonem nihil habere contra Gale. quod ſi gnũ cõplexione ualde ſit imbecillũ. f.76
Vnioni quæ faciant medicamenta. fo.605
Vlcus a uulnere proprie diſtingui, & quomodo. fol.587
Vlcerati pulmonis ſigna. fol.358
Vnitas num ſit communis utriſque. folio 100
Vngues & capilli quomodo fiat partes, & nutriantur. fo.112
Vniri quę poſſint, & quæ non, & cur. fol.579
Vnitatem ſolutam dupliciter conſiderari, & quomodo ſcopi oriantur. fol.577
Vnctiones in morbis gallicis materias tranſmittere, & quomodo. fo.644
Vnionis diffinitio, & declaratio. fol.579
Vnionem fieri non poſſe duplici ex cauſa. fol.579
Vomitus materiæ quot, & ex his ſigna uẽtriculi affecti. fol 349
Vomitus quis, & à qua potentia & quotuplex. fo 346
Vocem formari ab aere inſpirato, & reẽto, ut & tuſſem. fol.301
Vocem obſcuram reddi a pituita, & excrementis. fol.301
Vomitus ſumma animaduerſione iniungendus. fol.633
Vocis magnæ & paruæ cauſæ. fol.306
Vox magna, uel parua qñ. fol. 309 311
Vocis magnitudinem & paruitatem per accidens naturales ſequi temperies, non aduentitias. f.307
Vocis materia quæ. fol.308
Voluntaria actio duplex. fol.177
Voluptatis diffinitio ab Ariſt. tradita f.475
Voluntatem noſtram liberam ſecundum fideles. fo 224
Vocis affectæ ſigna, & quotupliciter affi ciatur. fol 358
Vocis diffinitio ex Ariſt. f.358
Vocis diffinitio ex Ariſto. & quomodo, & quibus generatur. fo.308
Vocis lenis & aſperæ cauſa ex Ariſtote. fo.308.309
Vrinarum per uias morborum cauſas exhauriri & quomodo. fo.562
Vrinã prouocantibus qñ utendum. f.562
Vrinã quos affectus indicet. fo.335

©BIU Santé

Indcx

Vrina quomodo generetur. fo.381
Vſus & generatio dentium. fol.524
Vſus communis damnatur de incisione pilorum in barba,& capillis. f.147
Vſus quis. fol.2
Vtilitates ex signis prognosticis. fol.68
Vtilitas ex diffinitionibus salubris,insalubris,& neutri. fol.61
Vulneri num liceat ponere pulueres incarnatiuas, & similia, & variæ sententiæ explodentur non recte Gal.& Auic.intelligentes. fo.588
Vulnus quomodo deligandum,& quibus. fol.585
Vuæ passæ utilitas, & hepati remedium optimum,& cur. fo.676
Vtilitas exercitij. fo.459
Vulnus cur vlcus dicatur. fo.587

FINIS.

©BIU Santé

Errata sic Benignus corrigat Lector, priusquam opus perlegat nostrum.

Fol. seu facie. l. possessione: lege: professione 3. generetur l. in cerebro generetur: & virtutū pro-
bat. l. virtutū principiū probat. 7. materies. l. maneries: 19. perficit. l. perfecit: 20. libere. l. liber: 21.
hæc aleni. l. hæc Galeni. 26. saiam in l. snia in: 27. cōsequutus. l. consequutiue, 33. ipsas. l. ipsa: 49.
diffinitionē. l. difinitionū: 47. totū qđ l. corū, quot: 49. ad ægritudiné. l. ad ægritudinū: 53. propor
tionē. l. proportione: 59. volumus. l. nolumus: 64. diuisio. l. diuiso: 56. partē vtilia. l. parum vtilia: &
spectare cū. l. spectāt, cùm: 67. ob dictū, q. l. ob dictū Auic. q: & cognosco, proinde. l. cognosco, ac
proide: 72. id eā. l. ad eā: 74. enarratæ. l. enarratis: 87. collocētur. l. collocetur: & lapsis. l. lapsibus: 90.
q̄ in indiuisibiliter. l. q̄ indiuisibiliter: 91. q̄dā falsum. l. quēdā falsum: 92. in latitudinē. l. in latitudi
ne: 95. vitijs oīs. l. vitij oibus: & calidus. l. calidius: 96. & frigidus. l. & frigidius: & cōmēdant. l. co-
medāt: 97. tēperie. l. tēperiem: 101. immoderate intēperatis. l. immoderate in intēperatis: 102. in pa
tre. l. in parte: 103. cōtinet. l. cōtinent: & in febris. l. in fibris: 105. indiguisset. l. indiguissent: 106. &
masculinitatē. l. & mas masculinitatē. 107. subiungant. l. subungant: & læuioris. l. læuoris: & neutro.
l. neutrū: 110. muniuntur. l. nutriūtur: 112. augeatur. l. augentur: 113 Priora. l. Prior: 115. inceperat. l.
inciperet: 124. & inferiore. l. & inferiorē: 128. reuer uri. l. reuerſui: & iustissimos. l. iustissima: 130.
q̄ oculorū l. pro oculorū: 133. ad obiectis. l. ab obiectis: 134. nā ex. l. nā &: & cōpar l. comparatur: &
medijs. l. medii: 137. tenuis. l. tertius, & ad Auerroē. l. ad Auerrois: 138. quæ quidē. l. qua quidē: &
attrahēdi. l. abstrahēdi: & crebro. l. cerebro: & per tactu l. per tactū: & orta. l. orti: 139. partes. l. par-
tis: & stabiles. l. stabilis: & uirtutes. l. virtutis: 140. reminiſibibs. l. reminiscibilis: 141 ingens. l. in-
quiēs: & legeret l. legeretur: 144. opponēs. l. apponēs. 146. axillorū. l. axillarum. 149. hic. n. l. hi. n.
150. distractiā facta. l. discretiā, vt facta: 161 parere. l. patere 165. profectiores. l. perfectiores: 173. q̄
salubre. l. qui salubre: 188. pro notabile. l. q notabile: 191 & visionē. l. vt uisionē: 199. albi. l. alibi: &
calidā. l. calidū. 204. emaneret. l. remaneret: 209. uirtute. l. uirtuti: & adeo. l. ideo: 211. ex maoribus.
l. ex moribus; 217 ob l. ab æquali; 222 aut. l. ā; 225. staū. l. stati; & quinadena. l. quigena; 233. sanguin
generatē. l. sanguinē generat; 238. uniusq; l. vtriusq; 241 dispōne. l. ex dispōne; 242. cōsequētū. l. cō
sequēti; 245. eius l. ex eius; 246. illi. l. illis; 247 copiā. l. copia; 251. quid em nō. l. quid nō; & incisō. l.
incisio; 254. cōstitur. l. cōstituitur; 255 muniri. l. nutriri; 256. furē. l. furē; 258 actuūque. l. aliquando;
260 Galenus. l. Galeno; 262 deinde q. l. deinde extra; 264 in dure quoq; ex molli. l. in duro quoq;
& molli; & extēctionē. l. extinctionē; 275. maximè. l. maximi; 278 vere medio. l. vere in medio; 281 de
carat. l. declarat; & le causa. l. de causa; 283. similes. l. similis; 285. prætereaq. l. propterea q; 287 ma-
nus. l. māmis; 289 optimo. l. optimè; 289. Allucināt. l. Allucinātur; 295. faciles. l. falsæ 300. prouenit.
l. puenit; 302. aspertis. l. aspertis; & partem. l. partim; & medulla. l. medella; 305. ergò ne. l. ergò nos;
309. fistulā. l. fistula; 321. sumetur. l. sumentur; 327. humectātis. l. humectātes; 328 innuit. l. innuūt; 329.
mouētibus. l. mouētis; 330. metiūtur. l. mor iūtur; 332. indicamur l. indicatur; & humore. l. humor;
335. assepte. l. ascyte; & oppō l. appositio; 336. uenæ ipsius portis. l. uenis ipsius portæ; 337. meseteriæ
uenæ; l. mesenterio, uenis; 340. Exhibitio. l. exhibito; 341. indationes. l. inūdationes; 342. deprauatū.
l. deprauatā; 343. cā a. l. cās; 347. duob. l. duabus; 351. uictu. l. visu; 352. tñ. l. tm. 354 snia, de. l. snia, dū de
355. soluta. l. solutu; 358. grauatiuam. l. grauatiuū; 359. conabar. l. conabatur; 363 palidus l. palidius;
364. colore. l. calore; 365. snia. l. sniam; 367. ab ipso. l. i ipso; 368. uitior. l. mitior; & Praxora. l. Praxago
ra; 369 exeuntes. l. exeūtis; 370. 407. 444. 470. 487. Hos. l. Nos; 376. Est ea. l. Est &; 380. vitio. l. uino; 381.
signo. l. signa; 384 ambita. l. ambitu; 385. signos. l. segnes; 387. proinde. l. pinde; 389. vī. l. videtur; 393.
ipse. l. ipsa; 397. sensibi. l. sensibile; 400. admonēt. l. admoneat; 405 nō cōmodat. l. nō incōmodat; 410.
prodere l. prodire; 416. certè. l. certi; 418. oportet; fi. l. opportunè fatis; 419. dicēti. l. decēti; 425. hæc
res. l. inter res; 426. censentur. l. censetur; 428. exiſtēs. l. exitētes; 432. dormiēte. l. dormiētes; 447. hoc
nō. l. hoc mō; 450 parē. l. partē; 453. resulār. l. resultāt; 457. resistat. l. resistit; & exhibitio. l. cohibi-
tio; 462. tēperatæ. l. tēperati; 469. deles. l. hebes; & nō si. l. nā si; 471. motū. l. notū. 474. munitione. l. nu
tritione; 488. neruorū. l. neutrorū; 489. durā tēpeturā. l. dictā tēperaturā. 490. humiditas. l. humidas.
493. cōtraueniētia. l. cōueniētia; 501. humano. l. humani; & tertia. l. tertiā; 505. tuēda. l. tūdēda; 513.
ipsa. l. ipse; 514 neruorū. l. neuttorū; 516 uariæ & uariā. l. uaciæ, & vaciā; 517. nūcupatur. l. nūcupan-
tur; 518. desumātur. l. desumāt; 525 instaurationes. l. instaurationis; 530. dubitatione. l. dubitationē;
535 qua. l. quā. 538. nam. l. nùm. 548. pariētia. l. pariter: & quidā. l. quidē; 559. cōdūtur. l. cōdiūtur; &
impedimēto. l. impedimēta; 560. caluré. l. colorē; 565 ut. l. &; 568. atq; . l. neq;; 575 reddat. l. reddit;
577. partim. l. partē. 579 periculū. l. particulā; & per. l. pro. 580. duo. l. dubiò; 581. corpore. l. corpo-
ra; & nūcupat. l. nūcupatur. 583. par. l. partes; 585 prius. l. peius. 592. mouemur. l. mouētur; 595. subser
uiamus. l. subiiciamus; & prioris. l. priori; 599 substituisse. l. substituisse; 604. effectum. l. affectum.
606 uiciātur. l. uinciantur; 610 deficiendo. l. qualitate afficit; & fluxiones. l. fluxionis: 612 Declarās
l. Declaratis: 616. amplius. l. amplior; 617 semel. l. senes; 622 obstruerūt. l. obstruerēt; 622. unisque aūt

in

©BIU Santé

in ſubſtãtia.l.in utriſque aũt ſubſtãtia;628.ſatius.l.cũ ſatius;& rãdines.l grãdines;632 tãquè.l.tam quãt.641.diſcutere.l.diſcurrere;643. partes.l.partis;645 perantea.l.antea.646 êt.l.&;649 ex cãr. l.& cãr,650 phlegmonẽ.l.phlegmõ 652 alerũ l.alrerũ,651 μόνα.l.μονονὰ 655.auxilio.l.auxilia. 660.quo.l l.quid.661.ſeſe.l.eſſe, & cucurbitulas. l.cucurbitulas.666.atquè l.at quæ.669 res.l. ren. 673.fuit.l.facit.674 maſculis.l.muſculis.679 natura. l.nam.685.obſeruat,l.obſeruat.690. nutriun. tur.l.nutriantur.694.retractione.l.pro retractione.697.nunn l.cùm.698.tradens l. trahens.704.ab. ſumentur.l.abſũmerur.& actiuæ qualitate.l.actiuæ qualitatis .705.perantea l. antea./09 cõplemẽ to.l.pro cõplemento.

ODDI DE ODDIS PATAVINI PHYSICI, AC MEDICI, IN LIBRVM TECHNI GALENI interpretatio dilucidiſſima.

Præfatio de Medicinæ inſtrumentis.

ANNVVM hũc laborẽ mihi auſpicaturo illud aſtutũ excellentiſsimi pictoris non licere ſupra crepidã in mẽtẽ venit; quod quidẽ dũ mecũ idẽtidem animo voluo, admoneor ſanè, vt nulla dicẽdi ratione munitus oratoris poſſeſſione, perinde ac bonę Deæ Sacris abſtineam, ne quod egregiè facere non poſſum, infeliciter tentaſſe videar: ex illo namque Solonis oraculo, quod in templi Apollinis Delphici fronte ſcriptum erat, quo præcipitur ſeipſum cognoſcere, facile colligi poterat, nihil eſſe, quod magis hominẽ dedeceat, quàm vires proprias ignorare: cum itaque Medicus ſim, medicinamque edocturus, ac nõ orator, ſeu oratoriæ facultati præfectus, omiſſo medicinæ præconio, ad ea, quę medicę artis propria ſunt, confeſtim me conferam: Maxime autem vtile fore exiſtimaui his, qui huic ſe arti accingunt perdiſcendę, ſi declarauero, quibus inſtrumẽtis medicinam aſſequi oporteat: nam quemadmodum qui cupit artis carpẽtarię finẽ acquirere, priuſquam opus agrediatur, neceſſe eſt, vt & malleum agnoſcat, & ſerram, & terebellum, & alia id genus eſſe illius inſtrumenta: ita etiam, qui medicinam ſibi diſcendam proponit, in primis vt ſciat oportet quibus inſtrumentis ſibi ſit acquirenda. Proinde poſthabitis Empiricorum, Dogmaticorum, ac Methodicorum diſceptationibus, duo ex Galeni ſentẽtia ad medicinam aſſequendam requiruntur inſtrumẽta, ratio, ſ. & experientia, quod & Ariſtoteles aperte docuit, cum ait, Ex ſenſu memoriam, ex memoria experientiã proficiſci, ab experiẽtia verò in intellectu vniuerſalis notitiam conſurgere, quę quidem notitia initium eſt artis, atque ſciẽtię: artis quidem ſi cir

In ſeparatis ſermonibus. Secundo poſter pro pè calcẽ.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 45 sur 753

©BIU Santé

ca ea ſit, quę oriuntur, & occidunt, & (vt ita dixerim) factibilia ſunt: ſcientię verò ſi circa ea ſit, quę his contraria ſunt: ſi.n. ex Ariſtotele requiritur experimentũ, vt vniuerſalis notitia in intellectu conſurgat, ratio vtique & experimẽtum duo neceſſaria ſunt inſtrumenta, quibus artes & ſcientię conquirũtur, quandoquidem notitia hęc vniuerſalis nõ niſi ratione duce artis & ſcientiæ initium eſt, quam prius experientia antecedit in his quidẽ, qui prius artes reperierunt: ſubſequitur verò in his qui artem perdiſcere cõcupiſcunt: De quibus quidem ſcribens Galenus libris methodi medendi, ait: Nullius artis ſcientiam acquiri poſſe, niſi methodũ aliquam acceperimus per vniuerſalia vocata Theoremata, vſum verò per particularia exempla: neque.n. agere poſſumus, quæ oportet, niſi varijs modis fuerimus exercitati in his, quæ partiatim circa ægrotãtes accidunt: neque exercitationem ipſam probè fieri licet ſine ipſius vniuerſalis cognitione, in quo methodus conſiſtit: nam quemadmodum qui iter aliquod facturi ſunt, cruribus ambobus viciſſim vtuntur, ſiquis verò altero claudicans ſolo vtatur, longo ſanè tempore, & ſæpe errando iter perficit. ita etiam quiſquis ad finem cuiuslibet artis peruenire concupiſcit, ne claudicet, illi duobus his, veluti cruribus aut inſtrumentis, methodo, ſ. in vniuerſalibus theorematis; vſu verò, & experientia in particularibus vtendum eſt: poſſem etiam idipſum ex Galeno varijs in locis comprobare, verum hęc hactenus dicta ſufficiant, ſi hoc duntaxat (quãtum ad experientiam attinet) ſubijciamus, non eſſe cuique experientiæ ſubſcribendum: neq; n.aut vetulę loquaci, aut ruſtico inſcio, aut fori circulatoribus profitentibus ſe aliquod medicamentum fuiſſe expertos, temerè credendum eſt, ſed illi tantum eſt fides habenda, qui in experiẽtiam venit, duce vera methodo, quam Galenus & alij docuere: qua de re neque etiam ita facile credendum eſſe cenſuerim his medicis, qui ſe maximos expertos profitentur, quòd quadraginta, quinquaginta ve annis medicam artem exercuerint, niſi dictam methodum, ac viam optimè caluerint. Quòd verò ad rationem ſpectat, animaduertẽdum imprimis eſt, multas eſſe rationis ſpecies, vt ſcripſit Galenus. inter has verò eſt ratio ſcientiam pariẽs, propoſitionibus conſtans, quę ab ipſa quęſitæ rei ſubſtãtia ducuntur, quemadmodum exempli cauſa, ſi propoſito quęſito nunquid ſomnus ſit conuẽtus caloris intrinſecus, & naturalis reciprocatio id probaremus medio, quod in libro de ſom. & vigilia elicitur ab Ariſtotele: ea vtique eſſet ratio ſcientiã pariens, ſeu demonſtratiua, quæ hoc modo erigi poſſet: Propter euaporationem, quę circa cibum efficitur, fit conuentus caloris intrinſecus

9 meth. cap. 6. t

©BIU Santé

ſecus,& naturalis reciprocatio,ſed ſomnus eſt propter euaporationē, quæ circa cibum efficitur: igitur ſomnus eſt conuentus caloris intrin ſecus,& naturalis reciprocatio: Quę vtique demōſtratio efficietur diſ- finitio ſola poſitione differens a demonſtratione terminis tranſpoſi- tis, hoc modo:ſomnus eſt conuentus caloris intrinſecus, naturaliſque reciprocatio propter euaporationem, quę circa nutrimentum efficitur: idem etiam declarari poteſt exemplo ſumpto ex Galeno libro de differentijs pulſuum, vbi ex propria intentione pulſus diffinitionē aſſignat, quæ ſolo ſitu à demonſtratione differt hunc in modum: pulſus eſt actio cordis præcipue, deinde arteriarum, quę ſecundum ſyſtolem, & diaſtolem mouetur a virtute vitali ob retentionem mediocritatis caloris natiui, & vt ſpiritus animalis generetur. ex qua diffinitione ſimiliter trāſpoſitis terminis, elicitur demonſtratio, qua oſtenditur pulſum eſſe actionem cordis præcipuè, deinde arteriarum, quę ſecundum ſyſtolem, & diaſtolem mouētur à virtute vitali: eſt autem demōſtratio hęc ob retētionē mediocritatis caloris natiui, & vt ſpiritus animalis in cerebro generetur, fit actio cordis præcipue, deinde arteriarum, quę ſecundum diaſtolem, & ſyſtolem mouentur à virtute vitali, ſed pulſus eſt ob retentionē mediocritatis caloris natiui, & vt ſpiritus animalis in cerebro generetur: igitur pulſus eſt actio cordis præcipuè, deinde arteriarum, quę ſecundum ſyſtolem, & diaſtolem mouentur à virtute vitali: conſtat enim harum rationum propoſitiones non extrinſecus ſumi, ſed ex ſubſtātia, & a cauſa rei quæſitæ. Præter has autem rationes, & conſimiles, aliæ omnes propoſitionibus conſtant, quę extrinſecus petuntur, quarum alię Thopicę, ſeu locales appellantur, quibus vtitur Dialecticus, qualis ea eſt, qua Ariſtoteles cor eſſe omniū principium probare viſus eſt, propterea quòd in medio pectore collocatum eſt: quam quidem rationem nō eſſe demonſtratiuam, ſed Thopicam declarat Galenus, quandoquidem ſimili ratione à ſitu ſumpta concludi poteſt Cerebrum eſſe mentis, & rationis principium: cum enim quod in vniuerſo eſt cęlum, idem in homine caput ſit (vtrumque enim ſupremum obtinet locum) ſi valeret ratio, quę a ſitu eo modo ſumitur, conſequeretur, vt quemadmodum cęlum eſt deorum domicilium, ita cerebrum ſit mentis, & rationis domiciliū: quare patet huiuſmodi rationes nō eſſe demōſtratiuas, ſed probabiles. Quędam verò alię rationes Rethoricę dicuntur, quę per authoritates, & exempla, & inductiones quaſdam, & ethimologiam, ac nutus tentant perſuadere, qualem fuiſſe rationem Chryſippi docet Galenus, ex qua cor eſſe omnium virtutum probat virtutum ethimologia

4. de diff. pulſ.

2. de plac. Hippo. & Plat.

3

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 47 sur 753

©BIU Santé

gia vocis huius λέξις: cũ enim vocem illã pronunciamus in prima eius syllaba proferenda labrum, ac mentũ inferius quasi ad pectus retrahimus, ac manum ad pectus admouemus, cum nos ipsos significare volumus dicẽtes, ad me hoc pertinet, ego hoc tibi dico, & id genus alia: Atqui rethoricę hę rationes a demonstrationibus remotiores sunt, quàm dialecticę longissime aũt absunt ab eisdem demonstrationibus, quę cauillatorię, & captiosę nominãtur; qualis fuit Zenonis ratio ab eodem Galeno conscripta, qua (vt referunt Diogenes Babylonius & Chrysippus) cor esse mentis, & rationis principiũ ostendidit hunc in modũ: Vnde procedit vox, inde etiam articulata vox, & oratio ipsa: à ratione autem, & mente oratio procedit: igitur & vox à ratione procedit. quòd si cerebrum esset rationis principium, vox a cerebro emitteretur: si verò vox à cerebro emitteretur, non ergò per guttur emitteretur: constat autem vocem nõ ex capitis sedibus, sed ex inferioribus, ex cordis nimirum sedibus per asperam arteriam à voluntate nostra emitti, quare non cerebrum, sed cor erit rationis principium: Quæ ratio siquid probat (inquit Gal.) huic rationi ipsi respondeant, quod à voluntate nostra emittitur, à corde exit, sed vrina a voluntate nostra emittitur, igitur vrina à corde erumpit: quòd si a corde vrina exit, quo modo per penem procedit? videretur enim esse conuenientius eam procedere aut per asperam arteriam, aut per similem meatum, qui non distaret à corde, & ab eo oriretur, cuius tamen oppositum sensu manifeste percipitur: idẽ etiam de deiectionibus dici posset: Deprehẽditur autem cauillus ex distinctione ἀπὸ prępositionis, qua Zeno vtebatur, quę quidem præpositio pro ἐκ, & pro ὑπὸ siue ab, solet assumi: neque enim idem est dicere, vrinam ab aliquo emitti, & ex aliquo, siquidem ab aliquo vrinam emitti est tanquam à facultate, ex aliquo verò tanquam ex vase, & conceptaculo ipsam continente: Si igitur in Zenonis ratione ἀπὸ prępositio pro ἐκ assumatur, vera est oratio, quę ait, quòd si vox ex cerebro tanquam ex vase eam continẽte emitteretur, non per guttur erumperet: si verò pro ἀπὸ in eadẽ ratione Zenonis assumatur ὑπὸ, falsa est prædicta oratio: sensus enim est quòd si vox à cerebro tanquam à facultate prodiret, nequaquam per guttur emitteretur: quod quidem falsum esse deprehenditur ex his, quę de vrina, & deiectionibus dicta sunt. Cum itaque quatuor hę rationis sint species, demonstratiua, dialectica, rethorica, atque sophistica, quarum omnium naturam diligenter cognoscere debet is, qui nõ medicã modo, sed quamlibet aliã facultatẽ aut discere, aut docere vult, ne Thopicãa, ut Rethoricam rationem audiens, aut proponẽs,

eam

©BIU Santé

eā existimet ex numero esse scientiam parientium, quod multis euenire quotidie conspicimus: eam vtique demonstratiuam medicinę potissimum instrumētum cum Galeno dijudicamus: is enim propositiones medicas ab ipsa quęsitę rei substantia per se notas sumendas esse cēset, ex quibus primam conclusionem inferimus: deinde ex prima secundam: & item ex secunda tertiā, quoad peruenerimus ad id, quod à principio inuestigandum propositum fuerit: Permittimus autē dialecticis rationibus vtendum esse, dummodo, vt demonstrationes non admittantur, sed aut cum sophistas coarguere, aut vt exercitemur, aut quid aliud id genus facere tentamus: Rethoricas verò non suademus esse omnino abijciendas, sæpe enim exemplis vtimur, antiquorumque authoritatibus initimur, non tamen censuerim omnibus, qui aliquid in medicina scripserunt, sine aliquo delectu esse facile credendum, sed his tantum fidem habendam esse, qui vera methodo, ac ratione nobis medicinam tradiderunt. Galenus namque de Hippocrate scriptum reliquit, se illi non vt testi credere, sicut alij plerique faciunt, sed quòd eius demonstrationes solidas esse inuenit: at cauillatorias & sophisticas rationes è medicorum scolis omnino eijciendas esse cum eodem Galeno censemus, nec non medicos illos, qui nihil aliud tota vita studeant, quàm vt in huiusmodi cauillamentis totum vitę suæ tēpus conterant, exsibillandos esse, explodendosque. Cæterū cum hoc anno medicam facultatem vos docere aggrediar, primo quidem instrumento ratione nempè scientiam pariente potissimum utemur, quam cum experientia, ac longo vsu à nobis acquisito associabimus: idque potissimum cùm Galeni artem medicinalem sumus interpretaturi, in quo quidem libro tota ipsa concluditur medicina. Vestrum autē erit Iuuenes studiosissimi vtpote qui naturā vniuscuiusque prædictarum rationum ab optimis præceptoribus perdidiscistis, vt in amplissimum medicinę campum bonis (ut aiunt) auibus descendatis: Nec uos deterreat, quod aduersus rationales iactant Empirici, multitudo s. philosophorum, ac medicorum discrepantium, quibus omnibus si affuissent septem illa, quę adesse oportere ijs, qui ueritatē inquirere tentant, scripsit Galenus, non tam discordes fuissent: Nos verò Galenū imitati, qui natura perspicax fuit, à pueritia in primis disciplinis, ac præsertim Arithmetica, & Geometria uersatus, laboris patientissimus, ueritatis æmulator, uere methodicus, ac sub præceptoribus optimis exercitatus, (prout uires nostrę p̄stabunt) in eam methodum, quam nobis ipse reliquit, insistemus: atque omissis ambitiosis præfationibus, quę à plerisque in cuiusque libri primordijs fieri so-

Primo meth. med. 4.

Lib. quòd ani. mo. tēperat. sequantur.

1 Progn. 5 6. 11. 14. met. med.

Libello de cōst. med.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 49 sur 753

©BIU Santé

lent, ad ipſius ſtatim interpretationẽ libri accedemus: idq; potiſſimũ cũ ex libri inſcriptione, proœmio, atq; tractatione omnia facilime ante oculos ſubijciantur, quę interpretes ipſi longis enarrationibus examinare conſueuerunt. Latini itaque omnes librum hunc Microtechni, hoc eſt, Ars parua Galeni inſcribunt, quam etiam inſcriptionem Haly grauiſſimus hercle interpres inſequitur, inquiens librum hunc artem paruam nuncupari, non quidem facta ad librum methodi medẽdi comparatione, ſiquidem liber is ars magna dicitur, ſi ad librum in Glauconis gratiam editum compares, cum in illo quidem curatio egritudinum, ſeu curandi methodus diffuſius, in libro autem ad Glauconem compendioſius agatur, ſed ad omnium medicinę librorum reſpectum, quandoquidem medicina tota omnibus alijs libris ample tradita, in hoc breui libro continetur, quod tamen libris methodi medendi haudquaquã contingit: ibidẽ nãque nõ tota facultas medica, ſed pars ſolum curatiua comprehenditur: Verum in grę-cis codicibus τέχνη ἰατρική, hoc eſt ars medicinalis abſolute, nõ autẽ ars parua inſcribitur: ſolus enim liber is ars medicinalis nominari promeretur, cum uniuerſam in ſe contineat medicinam: alij uerò unam duntaxat partem, ob quam nomen etiam illius partis non immerito ſibi uindicarunt. Neque putet quis in libro de conſtit. artis medicę artem à Galeno doceri totã, ſed potius quonã pactò ars ipſa medicinalis conſtituenda ſit, ut clare in eo libro teſtatur Galenus: & ob id liber ille De conſtitutione artis medicę, nõ ſine ratione ab eo inſcriptus eſt. Clara igitur libri eſt nomẽclatura, nec non & eius author, ſiquidem Galenus quinto de tuenda ualetudine ſe hunc librum ſcripſiſſe apertiſſime cõfitetur. Proportio uerò huius ad cæteros ipſius libros (inquit Haly) nil eſt aliud, quàm pueri proportio ad uirum perfectum, propterea quòd ſicut in puero eædẽ ſunt partes, quę & in adulto, ſola uerò magnitudine inter ſeſe diſtinctę, ſic & in hoc libro per compendiũ tota medicina continetur, quæ in alijs omnibus unà coniunctis diffuſius, atq; lõgiori oratione conſpicitur. Qua quidẽ in re Truſiani de hac proportione ratiocinationẽ reijciẽdã eſſe ſemper iudicaui, dicẽtis in hoc libro totã medicinã generice, confuſe, ac imperfecte admodũ cõtineri: in alijs uerò ſpeciatim, determinate, ac perfecte magis, ut in puero, atque adulto, cũ in puero tota hominis natura reperiatur, ſed imperfecta, quę demũ, cũ ad iuuentutẽ puenit, perficitur: propterea, quòd clariſſime oſtẽdetur non in uniuerſũ tantũ, ſed & ſpeciatim hoc in libro de attinentibus ad medicinam a Galeno pertractari, utpote de ſignis corporis inſalubris ſimpliciter, & eius partiũ ſpeciatim, diffuſeque

©BIU Santé

fuſeque, aliàs namque de eis, vt & de alijs fuſius non agit. Diuiditur liber hic in proœmium, atque tractationem: tractatio uerò à latinis in tres libros ſecatur: in quorum primo de corporibus: in ſecundo de inditijs, ſeu ſignis: & in tertio de cauſis agitur. Veruntamen diuiſio hæc in græcis codicibus non reperitur, ſed vnus tantummodo liber, à latinis, cõmoditatis gratia, in tres partes diſſectus, quemadmodum & à recentioribus noſtris deinceps per capita diſtinctus. His ita velu ti iactis fundamentis, accedamus ad proœmij interpretationem.

De Doctrinis, Caput primum.

Tres ſunt omnes doctrinæ ordine harentes.

Galenus hoc in proœmio ea perficit, quæ præfationi cõuenire ſolent: reddit namque auditores benevolos, dociles, & attentos, cum declaret qua doctrina hoc in libro ſibi vtendum ſit, & quæ nam inde vtilitas proueniat. Proponit autem ad eorum declarationẽ, quòd tres ſunt omnes doctrinę ordine herentes: verũ quidnam per hec verba ſibi velit Galenus, & quæ nam hæ ſint tres doctrinæ, cum varię reperiantur opiniones, vt hę exactius intelligantur, nonnulla prius ſunt prælibanda. Sciendum itaque eſt, quòd vt & alij, & Ioannes Grammaticus inquiunt, doctrina diſciplinaque eadem ſunt ſubiecto, habitu tantum inter ſeſe diſtincta, ſicuti via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas: actus enim, qui procedit à præceptore doctrina dicitur, & actio ꝓprie eſt, quę verò vt in diſcipulum recipitur, paſſio eſt, & diſciplina nominatur: actio namque, & paſſio eadem ſunt ſubiecto, ſed habitu inter ſe diſtinguuntur: proinde cum actio motus ſit, ac motus res ſucceſſiua, vt ex Ariſt. colligitur, facile conſtat doctrinam quoque rem eſſe ſucceſſiuam, & ob id fortè dixit Philoſophus omnem doctrinam, ac diſciplinam ex præexiſtenti fieri cognitione: Verum cum ad hanc actionem perficiendam complura requirantur, in primis doctor, qui habitum poſſidet, quo alios docere valeat, ſecundum loquutio, vel ſcriptura, vel formatio ſignorum, aut nutuum, quę ſunt notę paſſionum animę, vt rectè ab Ariſt. ſcriptum eſt, tertium in loquutione, ſiue ſcriptura, formationevè ſignorum, aut nutuum via quædam, & ratio ſiue diſpoſitio, ſine qua alios docere vel occulta inuenire non poſſemus, atque hęc via doctrinæ, ac materies diſciplinæ, vtpote tres ſpecies demonſtrationis, di-

Primo poſter. 1

3. phyſ. 20.

primo poſte. 1.

1. de interpret.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 51 sur 753

©BIU Santé

1. Phis. in proœmio. uisio, diffinitio, atque huiusmodi ab Auerroe nominatur: à græcis verò methodus dialectices, quam & quadrifariam diuidunt: alia enim est diuisiua, alia diffinitiua, demonstratiua alia, ac postrema resoluti ua, quartum in loquutione, siue scriptura, siue signorum nutuumvè formatione modus loquendi, vtpote aphoristicus, recitatorius, ac mixtus, quibus (vt inquit Cõmentator Alexandrinus) Hippocrates vti solet; distinctus & ipse à Dialectices methodo, quintum in hac loquutione, aut quopiam, quòd ei proportione se habet, ordo quidam, ac postremum quod in anima discentis cognitio gignatur, alioqui neque præceptor doceret, neque doctrinam exerceret, neque vlla denique actio imprimeretur: hinc factum est, vt multa ex his doctrinæ nomen desumpserint: habitus enim animę, quo quis docere potest, doctrina nuncupatur, quandoquidem dici solet Hippocratem, Platonemvè magnę doctrinę fuisse, itidem loquutio cum dialectices methodo, quæ est quęlibet demonstrationis species, diffinitio, acid tale genus, veluti forma doctrina dicitur, pariter & loquutio, quæ talem vel talem procedendi modum obtinet: siquidem librum aphorismorum Hippocratis ab eo dicimus fuisse doctrina aphoristica conscriptum, ac postremò loquutio ipsa cum ordine, quæ est vt forma, à quibusdam doctrinæ nomine donata fuit. Ex qua quidem multiplici doctrinæ nomenclatura varię ortę sunt sententię, quęnam sint tres hæ doctrinę, quas ordine inhęrere scripsit Galenus; nonnulli enim duas primas (de tertia namque non ita certant) methodos esse dialectices asserunt, qui & discordes inter sese sunt: siquidem Conciliator resolutiuam esse demonstrationem quia, compositiuam verò demonstrationem propter quod autumat: Trusianus verò è conuerso resolutiuam quidem propter quid demonstrationem, compositiuam verò quia: at quidam crediderè resolutiuam doctrinam esse diuisionem, & compositiuam cõpositionem, sicut alij has nõ esse methodos dialectices, sed loquutionem, seu formationem signorum talem vel talem procedendi modũ, ordinemvè obtinentẽ, vt inferius declarabitur: Leonicenus verò Galeni studiosissimus interpres arbitratus est eius fuisse mentem, quòd non tres doctrinæ, sed tres sint doctrinarum ordines: Veruntamen veram nos, ac germanam Galeni sententiam profitentes, ex qua aliorum opinionum falsitas innotescet, totum hoc proœmium nullo negotio interpretabimur, si prius quęnam sit resolutio, quęque compositio inuestigabimus, cùm Galenus primam doctrinam resolutiuã à resolutione, & secũdam compositiuam à compositione denominet. Alexander igitur in commentarijs priorum resolutiuorũ inquit, quòd

Super primũ Epid. com. 1.

Differ. 8.

resolutio

©BIU Santé

resolutio contra se habet, quàm compositio; compositio enim via est à principijs ad ea, quæ ex principijs: resolutio autem est reditus a fine ad principia, cuius quidem tres sunt species naturalis, logica, ac mathematica, naturalis quidem est, qua compositum in sua principia, logica autem, qua propositum syllogismum in propriam figuram resoluimus: mathematica verò, qua à concesso quæsito resoluendo progredimur, donec ad aliquod notum, & ab omnibus concessum deuentum sit: quod & confirmat Ioannes Grammaticus, inquiens, quòd resolutio videtur sumpta per trãslationem ab his, qui post peregrinationem ad proprios lares reuertuntur: resolutio autem propriè diuisioni opposita est: diuisio namq; generũ est per oppositas differentias, qua ad inferiora descendimus: resolutio verò est compositi in sua principia, qua ad superiora fit ascensus, vt a singularibus ad species specialissimas, & ab his ad genera media vsque ad suprema: quam quidem maximè accõmodatam esse inuentioni diffinitionis asserit Aristoteles: præter hũc autem diuisionis modum nonnulli etiam alij reperiuntur: secundus quidem quo totum in partes diuecamus, vt animam in rationalem, atque passibilem: tertius autem, quo vocem in plura significata, sicut quartus, quo accidentia, in subiecta, & quintus, quo subiecta in accidentia diuidimus, ac separamus: Ex quo haud difficile error deprehenditur eorum, qui resolutiuam doctrinam diuisionem esse arbitrati sunt. Sciendum insuper est, quòd in his, quæ à nobis fiũt, potestatiq; nostræ subijciuntur, duo fiunt progressus, alter quidem est, quando proposito fine ex eius notione quæcunque ad finem necessaria sunt, inuestigãmus: alter autem generatio, siue factio nũcupatur: primus quidem ob similitudinem cum resolutione, quæ methodus est dialectices prius exposita, resolutiuus dicitur, ab Aristotele verò consiliatiuus nominatur: hoc enim progressu de medijs inueniẽdis consilium habetur, quibus finem consequi valeamus, siquidem ex Aristotele sententia nec vllus quidem de necessarijs, aut de his, quæ à fortuna sunt, aut de ipso fine consulit, sed eo supposito, & vt principio sumpto de medijs, vt finis acquiratur, quemadmodum medicus non consulit an sanum efficiat hominem, sed hoc supposito quomodo id fieri possit, inquirit, & si per plura media quidnam ex his facilius sit, ac melius, sin autẽ per vnum quonãpactò per illud fiat, & rursus per quod illud, donec ad vnum primum, quod inuentione vltimum est, perueniat: qui enim consultat (inquit Arist.) inquirere videtur atque prædicto modo, vt diagrama resoluere, nam resolutio in consultatione similitudinem habet cum ea, quæ in Geometria conspi- 3. Eth. 6.

citur

©BIU Santé

citur, propterea quòd ſicut reſolutio geometrica ex poſterioribus fit figuris, quas in priores reſoluimus, donec ad vnam primã deuenimus, quę minimè demonſtrari, nulloque modo in aliam reſolui poteſt: pariter conſultans propoſito fine media perquirit, & donec ad vnum ueniat, quod eſt vltimũ, reſoluere contendit, à quo deinceps primo operari inchoat: Et quemadmodũ prima geometrica reſolutio à Peripatheticis demonſtrationis inuentio dicitur, ita & ea conſultationis inuẽtio factionis dici poteſt, & vt in Geometria, ſuppoſito quæſito, id reſoluimus, ſic in conſultatione ſuppoſito fine, quod eſt quæſitum, illum (vti dictum eſt) reſoluimus. De hac quinetiam conſultatione, reſolutioneque meminit Galenus, vbi febris à putredine curatiuam methodum tradere intendens, inquit, quòd ſi plures ſint cauſæ, quarum vna poſt aliam effectum ſuum producit, ſuppoſito fine, medicus reſolutiua methodo vti debet inueniendo quæ facienda ſunt, vt finẽ ſuppoſitum conſequi valeat, ab eoque incipere quo poſtremò reſolutione repertum eſt; quod & aſſerit Ariſtote. tradens exemplum de ſanitate, & domo, quæ quidem in materia fiunt à ſanitate, & domo ſine materia, vt paulò inferius dicemus. Secundus autem progreſſus generatio, vel factio dicitur: primoque opponitur, & in compoſitione conſiſtit, nã quicquid inuentum fuit vltimò, prius efficitur, ac gignitur (vt Ariſt. & Auer. inquiunt) ac mox alterũ, & alterũ ordine quodã, donec ad poſtremũ fuerit deuẽtũ. Proinde duo hi progreſſus hoc modo inter ſe ſe habẽt, quod ſecundus primum præceſſiſſe ſupponit: prius namque conſultatio habẽda eſt, dehinc generatio, ac factio cõſequitur: ob id Ariſto. recte dicebat, quod ſanitas, & domus in materia, quæ ſunt fines factionum, à ſanitate, & domo ſine materia, quæ ſunt intelligentiæ initium, procreantur. Atqui vt in his, quæ à nobis efficiuntur, duo prædicti progreſſus reperiuntur, eodem propè modo in arte conſtituenda duo progreſſus præſtò ſunt, quorum primus conſultationi proportione reſpondet: ſecundus verò factioni, & ſicut cõſultatio in reſolutione, & factio in compoſitione conſiſtit, ita in cõſtituenda arte primus progreſſus reſolutiuus, ſecundus verò compoſitiuus dicitur. Quod quidem tum in arte medica conſtituenda, tum in eadem conſtituta, ſed à quouis ediſcenda facillimè oſtendi poteſt, nã ex Galeni ſententia in arte conſtituenda ſuppoſito fine medicinę inſpiciendum eſt ſub quo artium genere locetur, ac demum ex eius notione progreſſu reſolutiuo, quæ peragenda in medicina ſunt omnia reperiuntur: quibus quidem habitis dehinc de ſingulis quibuſque diffuſe tractamus ſecundum progreſſum efficientes: compoſitiuum inquam

11. meth. 10.

7. metha. 23.

3. Eth. 6 7. metha. ph. 22. 2. phyſ. 89.

Lib. de conſtitut. art. med.

©BIU Santé

quam factioni proportione reſpondentem, vti conſultationi primũ: pariter ſi quis artem conſtitutam adiſcere exoptat, duobus dictis progreſſibus vti cogetur, primo quidem reſolutiuo, vt omnia in arte tractanda comperiat: ac ſecundo compoſitiuo, vt his habitis quę ad artẽ attinent, accuratiſſimè diſcat: atque hoc illud eſt, quod fortè voluit Ariſtotele cum ait, In omni contemplandi genere duas eſſe partes, alteram quidem exponentem procedendi modum, & de quibus talis facultas agere intendit: vias. n. & regulas rationales facultati proprias tradit, quæ licet ad logicã ſpectare videantur, eorum tamẽ perſcrutatio propriæ conuenit facultati, propterea q̃ vt teſtatur Auer. in logica omnibus ſcientijs communia recenſentur, at quę cuilibet ſcientię propria ſunt, in prima illius ſcientię parte ſunt declaranda: alteram autem, quæ de rebus ad eam facultatem attinentibus perſcrutatur: prima quidem pars doctrina vtitur reſolutiua: ſecunda verò compoſitiua, quas duas ordine quodam ſe conſequi non immeritò dixit Gale. Hucuſq; quæ ſint duæ primæ doctrinæ (vti polliciti ſumus) à nobis eſt definitum: reliquũ eſt, vt tertiam doctrinam aggrediamur, quæ nil eſt aliud, quam epilogus omnium, quæ pluribus in operibus artis late tradita memorię mandari haud facilè queunt: ſiquidem diffinitiua doctrina generalem artis diffinitionem omnes artis partes, veluti ſub quibuſdam capitibus continentem proponens, capitaque in partes diſiungens, easque declarans, & rurſus has in alias, donec omnia ad artem ſpectantia ſint explanata, ad memoriam concinna admodum eſſe videtur. Quocirca ſi tertiam cum primis duabus doctrinis coniungas, tres erunt doctrinæ, quæ ordine quodam ſe conſequuntur: neque plures, ſicuti in proœmij explanatione paulo infra oſtendemus: quod quidem abſque vlla contextus contorſione, iuxta hanc veram noſtram exponemus opinionem. Verum cum duplex ſit ordo, unus quidem inter ea, quæ traduntur, vt pote in doctrina compoſitiua prius de elementis, mox verò de temperamentis, non autem econuerſo de temperamentis prius, poſtmodum de elementis: alter uerò inter doctrinas ipſas: reſolutiua namque prima eſt, quãdoquidem prius in artibus ex fine noto quæcunque ad artem attinentia reſolutione reperimus: compoſitiua ſecunda quoniam eam iuxta illa quæ inuenta ſunt, copioſiori ſermone peragimus, diffinitiua tertia, ſiquidem omnium compendium eſt, quæ fuſius ſunt pertractata, arbitror ego Galenum de ſecundo ordine hoc in proœmio intellexiſſe, vt græca illius clarè conſonant uerba, cum ait ἑξῆς ἀκόλουθα, hoc eſt ordine hærentes, quaſi dicat, quæ ſe ſe tangentes conſequenter ſe habent,

1. De par. ani. cap. 1.

In paraph. 1. de par. ani.

2. Metap. 15.

4. Eiuſdẽ. 1 2. Phyſ. 16.

Ari-

©BIU Santé

5. Phyſ. Ariſto.n.declarans quid hærens ſit, ſcripſit, quod eſt conſequenter, cũ tangat, hęrentia namque quæque duas obtinent notas, unam quidem quod unum ſit prius, & alterum poſterius: alteram autem, quod ſe ſe contingant, ita ut nullum inter ea medium reperiatur. cùm igitur ex Galeni uerbis tres ſint omnes doctrinæ ordine hærentes, ſua fuit opinio, quod una tangeret aliam, ac proinde ſe haberent iuxta ordinem ſuperius enarratum: Quòd ſi Galenus (ut uolunt quidã) de primo ordine, qui eſt inter ea quę in arte traduntur, intelligeret, improprie uocabulum acciperet, neque tres eſſe doctrinas ordine hęrentes dixiſſet, ſed in quibus ea, quę traduntur, ordine inhęrent; ob id Leonicenus, & ſequaces putantes Galenum de primo ordine uerba illa protuliſſe, non ordine hęrentes, ſed ordini hærentes, vel quę ordini inhęrent, interpretati ſunt, atque perperam: nam cum græci datiuo non careant, ſed ablatiuo, cuius loco genitiuo fungũtur, rectius ab his in ablatiuo, quam datiuo interpretandum videbatur. Eſt itaque clara ac cãdida noſtra de tribus his doctrinis ordine hęrentibus expoſitio, quę plures tollit ambiguitates ob ignorantiam diu in ſcolis uerſatas, atque eam potiſſimum, qua inquiritur num omnes doctrinæ de quibus hoc loco mentionem facit Galenus, tres tantum modo eſſe queant: neque enim doctrinas omnes ordinarias tres eſſe dicimus, ſed illas tantum, quę ordine huiuſmodi ſe ſe cõtingunt, ac conſequuntur, ita ut hæc neceſſariò præcedat, hæc media ſit atq; alia poſtrema; Atque hanc Galeni fuiſſe mentem aſſerimus cum reſolutiuam primam eſſe, compoſitiuam ſecũdam, ac diffinitiuam tertiam, nec alium ordinem inter ſe ſe reperiri poſſe fateatur: ſupereſt modo, ut ad contextus explanationem accedamus, de prima autem hunc in modum ſcribit Galenus inquiens.

PRIMA *quidem ex notione finis, quæ per reſolutionem fit.*

Ex his, quæ dicta ſunt, palàm eſſe poteſt, quo pactò hæc prima doctrina ex notione finis habeat ortum: item q̃ per finem non eſt intelligenda cauſa ultima, reſolutione inuenta, à qua (ut inquit Truſianus) doceri incipimus. ait namque quod à quęſito procedentes ad ultimam uſque cauſam, reſolutione repertam, nequaquam doceri, ſed dubitare dicuntur: at inuenta cauſa tunc doceri incipiunt hi; Neque intelligendus eſt effectus ultimus, ut dicunt, ponentes demonſtrationem quia reſolutiuam eſſe doctrinam, ſed interpretari opus eſt finem artis, quam quis docere intendit, quidem neceſſitatem omnibus ad finem ordinatis imponit, & norma eſt omnium, quę in artibus per

©BIU Santé

pertractantur: quo fit, ut ex fine noto ordine resolutiuo ad artem attinentia facilime inueniantur: hęc autem resolutio mathematicę persimilis est, nam (vt inquit Hali) Geometrę resolutionem agnoscunt, cũ qua prædicta similitudinem obtinet: qua quidem similitudine Latini expositores fuere decepti demonstrationi resolutionis nomen adaptantes; quàm omnes gręci à demonstratione seiungunt, eamque esse demonstrationis inuentionem, non autem demonstrationem, quemadmodum & Galenus, arbitrantur: sed hęc satis sint. ad secundam doctrinam accedamus.

SECVNDA *ex compositione constat eorum, quæ ex resolutione fuerint inuenta.*

Secundus progressus post primum fit, cum ab vltimo reperto incipimus, & ad finem usque progredimur, & ob id dicit Galenus, secundam doctrinam constare ex eorum compositione, quę resolutione inuenta sunt. His etiam duobus progressibus Auicenna in libro suo Canonis uti videtur, quando imprimis caput constituit de subiectis medicinæ ordine enumerans resolutiuo, quæcunque in medicina sunt peragenda: cum uerò de his agit, quę iam recensuerat, ab elementis ad complexiones, & ab his ad alia progrediens secundum compositiuum progressum conficit. Quo quidé loco vnum est animaduertendum, quod in secundo progressu sat est, ut pro maiori parte compositionis ordo seruetur, à quo, licet aliquando discedamus, non tollitur tamen, quin illa doctrina compositiua sit nominanda: nonnunquam enim ab ea discedimus, quò doctrina facilior sit, siquidem faciliora licet natura sint posteriora, in doctrina tamen præcedere iure merentur. Deinde de tertia doctrina subdens Galenus inquit.

TERTIA *ex diffinitionis dissolutione, cui nunc incumbimus.*

Quomodo id fiat, superius declaratum est, & in expositione medicinę diffinitionis inferius aperietur; quę quidem doctrina, sicut & aliæ tametsi à speciebus demonstrationis, & à Dialectices methodis differant, eis tamen vti possunt: vtimur enim in compositiua nonnunquã demonstrationis speciebus, alijsve Dialectices methodis, sicut & in diffinitiua diffinitione, diuisione, exemplis, aliisque istiusmodi.

LICET *autem huiusmodi doctrinam appellare, non tantum diffinitionis*

©BIU Santé

finitionis diſſolutionem, ſed & explicationem, uel reſolutionem, uel diuiſionem, uel (ut nonnulli alij) explanationem, uel expoſitionem, ut alij.

Quoniam ex Galeni ſententia à principio diximus, quod neglectis nominibus rectam inueſtigare ſcientiam debemus, quod quidem intelligendum eſt cum ſumus ſermonem habituri cum aliquo nominibus abutente: ob id cum hæc doctrina à diuerſis diuerſimode nominetur, ut de nominibus effugiat cõtentionem, inquit Galenus, quod nullę nobis curæ ſit doctrinã hanc diffinitiuam à diuerſis multiplici inſigniri nomine: poteſt enim diffinitionis diſſolutio, ſeu explicatio nominari; nam quod in diffinitione quodammodo eſt implicitum, doctrina hæc explicat, & extendit, ut res melius intueri, intelligi, teneriq́ue poſſint; reſolutio quinetiam vel diuiſio, aut explanatio, expoſitioue ſecundum quoſdam, quaſi dicat Galenus, dummodo in re ipſa concordes ſimus doctrinam hanc diuerſis, ut placet, nominibus appellare permittam. Quo quidem loco valde carpendus eſt Truſianus, qui doctrinam hanc nil docere arbitratus eſt, nam quis non uidet illam & argumentationibus, & diuiſionibus, ac alijs Dialectices methodis, quæ maneries ſunt diſcipline, uti poſſe? Sed illius iam explodatur opinio, quod reliquum eſt, aggrediamur.

Conati ſunt & Herophilorum quidam talẽ facere doctrinam, quemadmodum Heraclides Errithrieus, conati ſunt & eam, quæ per compoſitionem & ipſi Herophili, & quidam Eraſiſtrati ſectatores, & Atheneus Ataleus.

Propoſitis tribus doctrinis, Galenus oſtẽdit, quomodo antiquiores medici ad illas ſe habuerint, quo ad diffinitiuam quidem attinet, inquit ipſe, quòd nonnulli Herophili ſectatores, & Heraclides Errithrieus in arte medica hanc facere conati ſunt, pariter & illam compoſitiuã, ſicut Eraſiſtrati ſectatores, ac Atheneus Ataleus, quaſi dicat Gal. conati quidem ſunt, ſed eas haudquaquã perfecerunt: id enim uerbũ hoc innuere uidetur. Dixit autẽ Heraclides Errithrieus, qui celebratiſſimus & ipſe inter Herophili ſectatores fuit; nam eſt & alius Heraclides, ſed Tarentinus, atque Empiricus, ut Celſus teſtatur, quem Galenus Heraclidem Ponticum nominat. Subdit deinceps.

Lib. 1. 6. de loc. affe. 6.

Nemiuem

©BIU Santé

NEMINEM *tamē ante nos eam, quæ oritur à notione finis ſcripſiſſe comperimus, ex qua omnes artes via quadam, atque ordine conſiſtunt.*

Truſianus doctrinam exiſtimans reſolutiuam, de qua hic meminit Galenus, eſſe demonſtrationem propter quid, quæ ex notione finis conſiſtit, quando finis ex reſolutione innoteſcit; quo quidem habito confeſtim docemur, ac quæſitum per eum cognoſcimus, iuxta veterem trāſlationem exponit [ex qua doctrina] ideſt demonſtratione propter quid [omnes artes conſiſtunt] hoc eſt in omni arte extrahitur quæſitum [ſecundum rationem] hoc eſt per cauſam. Sed ex græca litera, quæ dicit [quadam methodo] expoſitionem hanc uiolentam eſſe facillime deprehenditur. neque enim [ſecundū methodum] hoc eſt per cauſam exponi poteſt: iuxta igitur opinionem noſtram iam enucleatam verba clariſſima ſunt nullum nempè ante ipſum in medicina doctrinam reſolutiuā, quę oritur à notione finis, vt ſuperius declarauimus, & ex qua omnes artes quadam methodo conſtituuntur, conſcripſiſſe. Verum dicet quiſpiam, Ariſtoteles nonne tribus doctrinis vſus eſt? primo namque phyſicorum in proœmio reſolutiuam aggreditur doctrinam ex fine ſuppoſito inueniens quæcunque ab eo in duobus libris ſunt, recenſenda de quibus mox compoſitiua doctrina peragit; idem etiam obſeruat 3. phyſ. à principio, cum ait, quoniam de natura nobis eſt ſcientia, & natura eſt principium motus, & quietis: ergò agendum de motu & conſequentibus motum, vtpote loco, uacuo, & huiuſmodi. non igitur primus fuit Galenus, qui tantopere ſe iactare uidetur. Huic reſpōdeas uelim, vel quòd dixit Galen. nullum ante ipſum non abſolute, ſed in vnico libro doctrinam reſolutiuam, utpote libro de conſtit. art. med. conſcripſiſſe: Ariſtoteles enim eodem libro duabus utitur doctrinis, uel etiam nullum medicum ante ipſum in medicina doctrinam hanc compoſuiſſe, perfeciſſeque; Sed adhuc dicet idem obiiciens, ꝙ Hippo. prius, & alij poſteriores, qui hanc reſolutiuam doctrinam nō compoſuerunt, aut male fecerunt, aut illam tanquam inutilem neglexerunt. Dicendum utique eſt, quòd Hippo. ex Galeni ſententia medicinam ordinate ſcribere non potuit, ſed ſatis fuit eum optima dediſſe ſemina, quæ bono indigent agricola, qui ea tum ſeminet commode, tum augeat atque perficiat: unde dicebat idem, licet Hippocrates idonea vſus ſit via, non tamen eam totam compleuit, cum quædam minime limitata, quędam imperfecta, obſcuraque ab eo prodita inuenire liceat. Quare [ſubdit Galenus] ſtudui ego tum omnia ea lucide explicare, tum

7. Meth. 2.
6. eiuſdē. 4

tum quæ parum discreta sunt distinguere, tum quæ deficiũt, supplere; quod si uellemus etiã cum Hippocrate reliquos posteriores medicos defendere, alia ad obiectum responsio esse posset, quod licet omissa resolutiua compositiua doctrina statim scribi queat, ut fecerunt pleriq; atque Hippocrates, necesse tamen est, ut resolutiua in mẽte saltim præcedat, subdit Galenus.

SED illam quidem alio pertractauimus loco:

Hoc est in vno libro de constitutione nimirum artis medicæ, ut ipsius Galeni loquendi modus innuit: insuper in calce huius inquit ipse: Diximus itaque prius, quòd alter est liber, in quo de constitutione artis medicę disseruimus.

HIC uerò diffinitiuam faciemus doctrinam.

Ostendit hoc loco, quòd in hoc præcipue proœmio intendit, quæ nempè doctrina ex dictis hoc in libro sibi vtendum sit, vt auditores efficiat beneuolos, dociles, & attentos: quòd idem facit, dum vtilitatem quam inde consequuturi sumus proponit. Vt autem id ostẽdat, doctrinæ diffinitiuę priuilegium aperire contendit, his verbis.

QVAE quantum ab eâ, quæ ex resolutione consistit & dignitate, & ipso docendi ordine linquitur tantum, & ad eius compendium, & ad singulorum memoriam præstare inuenietur.

Nam cum resolutiua artem inueniat, atque constituat, cumque inuẽtioni laus debeatur, idcirco diffinitiuam dignitate præcellit, item & methodo, aut quia non solum artem constituit, sed etiam ostendit qua methodo quęcunque ad artem spectant, tractanda sint, aut quia methodus, qua ex finis notione, quæ artis sunt, indagamus magis stabilis, certa, ac necessaria, quam ipsa doctrina diffinitiua esse uidetur, unus enim medicinæ tantum finis est, à quo cuncta ad artem spectantia certa quadam serie unũ post aliud voluti, quadam, cathena depẽdere: quòd quidem in diffinitiua doctrina haud quaquam spectare licet: neque enim una sola medicinę diffinitio assignari potest, ut infra dicetur, sed complures, qua tamẽ proposita, vtpote quod medicina sit ars, quę diæta, medicamentis, & manuum opera in homine sanitatem, aut conseruare, aut recuperare nititur eius partibus diuisis, & declaratis, doctri-

na

©BIU Santé

na diffinitiua conſtituetur. Quod autem diffinitiua doctrina aptior ad memoriam ſit, declarat Galenus ſubdens.

SVFFICIENTER enim facillime memoriæ commẽdantur ex diffinitionis diſſolutione vniuerſa, quoniam totius artis capita in ſe optima diffinitio complectitur.

Ad quæ capita, quæcunque in arte tradita tãdem referuntur, quod reſolutiuæ haud accidit. Sed cum hoc priuilegium non omnibus inſit diffinitionibus, ſubdit Galenus.

Quam quidem ſubſtantialem uocant ex aduerſo diſtinguentes aliꝭ; quæ notionales appellantur, ille ſiquidem ab his, quæ accidunt rebus diffinitis, hæ uerò ab ipſa eſſentia conſtituuntur.

Per ſubſtantiam hoc in loco nõ intelligimus eam, quæ diſtinguitur contra accidens, ſed eſſentiam, quæ in accidentibus quoque reperitur, nam vt inquit Galenus, duo ſunt prima diffinitionum genera (loquitur autem de quibuſque tam ſubſtantijs, quàm accidentibus) alterum quidem rei notionem explicans, ab Ariſtotele ob id dicta nominis diffinitio, hoc eſt nomen interpretans, alterum docens eſſentiam ab Ariſto. explicans quid ſit, & diffinitio eſſentialis nominatur, vtrique autem diffinitioni ſua virtus eſt, notialis enim opus eſt, vt ſit omnibus manifeſta, qui eadem lingua vtũtur, & ad rei eſſentiam non aſpiret: ſubſtantialis verò, vt non ſit cum notionali eadem, ei tamen cõſentiat, vt in pulſu ipſo notionalis diffinitio eſt, motus ſpontinus, qui in partibus quibuſdam animalium ſanguine præditorum ad paruas cutis partes fit, quiete non interpollatus, ſed diuturnus, ex his, quæ omnibus manifeſta ſunt, à Galeno conſtituta, cui quidem ne vllum quid addẽdum eſt, propterea quòd quicquid addetur, quantuncunque puſillum, aut erit inutile, & inaniter poſitum, aut vtile, ſed à notione ad rei eſſentiam tranſitus fiet: ſubſtantialis verò, & optima eius diffinitio eſt (vt a principio a nobis dictum eſt) in ipſo pulſu, quòd actio eſt cordis præcipue, deinde arteriarum, quæ ſecundum ſyſtolem, & diaſtolem mouentur a virtute vitali, ob retentionem mediocritatis caloris natiui, & vt ſpiritus vitalis in cerebro generetur, quæ quidem diffinitio, vt idem inquit Galenus, optima eſt, atque exacte eſſentialis, cum genus explicet, & differentias, & omnes diffinitionis cauſas, & demonſtra-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 61 sur 753

©BIU Santé

tio ſola poſitione differens ſit, vt a principio demonſtrauimus. Proinde ex his duabus complures intermediæ reperiri poſſunt demonſtrationes, quandocunque a notionali pura recedimus, & ad eſſentiã magis minusvè acceleramus, ita vt tres diffinitionis ſpecies notionis, eſſentialis, & media eſſe videantur: veruntamen ſola hæc, quæ totam eſſentiam demonſtrat, optima dici promeretur, quam hoc in loco quæque totius artis capita in ſe complecti voluit Galenus. Cæterum quoniam dixerat diffinitiuam ad memoriam particularium conferre, de particularibus libris ab eo ſcriptis hunc in modum protulit, inquiẽs.

ELABORATA *autem eſt à nobis particulatim, & in pluribus conſcripta tractatibus totius medicinæ contemplatio.*

Per contemplationem non intelligit ſpeculationem propriam, ſed communem etiam artibus, vt medicinam eſſe communi vocabulo dicimus, ſubiungit.

QVIBVS *vti quis poſsit ad triplicem doctrinam.*

Quæ verba, cum non poſſit Truſianus ſuam ſequutus opinionem commode exponere, vt iacent, dixit Galenum figura hypalage vſum fuiſſe, intellexiſſeque, ideſt ad quos expedit tribus vti doctrinis, adducitque teſtẽ Boetium in libro de conſolatione dicentem, collecto in vires animo, pro collectis viribus in animo per eam figuram, quæ ſolis Poetis metri gratia conceſſa, cum oratoribus non concedatur, minus medicis eſt concedẽda quærentibus rerum cognitionem. Sciendũ igitur eſt pro recta verborum explanatione, quòd Galenus in libro de conſtit. artis medicæ, cum inueſtigat ex notione finis in medicina conſideranda, oſtenditque qua methodo de illis ſit agendum, de vno pro exemplo recenſet lectorem mox ad libros, in quibus de eis agitur, particulares tranſmittens, quod & ſæpe hoc in libro obſeruat doctrinam diffinitiuam conſtituens, ex quo facilime conſtat quo nam pactò ad reſolutiuam, & diffinitiuam particularibus libris uti liceat, at de cõ poſitiua dubium uidetur, cum in illis libris contineatur quomodo compoſitiuæ doctrinæ libri hi uſum præſtent: pro huiuſce dubii diſſolutione annotare opus eſt quod ſcripſit Galenus, quòd licet multos cõ
7.Meth.1. poſuerit libros rum ut exerceretur utiliſſima exercitati one, tum propter ſenij obliuio nem, tum ut amicis gratificaretur, vnde cum medendi methodum in Hieronis gratiam ſcriberet, eumque eſſe mortuũ audiiſſet,

©BIU Santé

audiſſet, deſtitit ab opere, qđ quidē dehinc perficit ab amicis coactus, licet inquam ab eo fuerint editi, non vt doctrinā præcipue cōpoſitiuā conficeret, ſed vt amicis gratam rem faceret, libris tamen his, vt & alijs ob prædictas cauſas compoſitis, ad doctrinam etiam compoſitiuā iuxta ordinem ei congruum aptantes vti valemus: & ob id Galenus ad calcem huiuſce libri non immerito declarauit, quo ordine libri particulares legendi ſint. Hæc igitur eſt huius loci vera interpretatio, quam Truſianus ob ſuam totius huius proœmij falſam intellectionem percipere non potuit. Vt autem Galenus auditorem reddat attentum, ſubdit.

HVNC verò diffinitiuam aggrediemur hoc vnum apponentes, quod ſolum capita, & quædam ueluti concluſiones eorum, quæ alibi latius ſunt demonſtrata, à nobis dicentur.

Inquit Haly Galenum non dixiſſe concluſiones, ſed ueluti concluſiones, propterea quòd ſi dixiſſet, quòd ſunt cōcluſiones, eius doctrina ſecundum ordinem non curriſſet; cuius quidem dictum hoc modo intelligendum eſt, q̄ ſi iſtę ueræ concluſiones eſſent, cum concludantur ex præmiſſis, non procederet ſecūdū ordinē doctrinę, ſ. diffinitiuæ, cuius ordo procedit ponendo ſcientiæ diffinitionem, & diuidendo diffinitionis partes, & iterum eas partes declarando, & iterum diuidēdo, ac declarando, donec tota ars ſumatim complectatur. Quocirca diffinitiones hæ, & declarationes non ſunt concluſiones, quæ per ſyllogiſmū habētur, ſed ueluti cōcluſiones, vtpote cū concluſionibus ſimilitudinem obtinentes: ut. n. in concluſione paucis uerbis plura poteſtate cōtinentur, pariter & hę diffinitiones, declarationes, & capita paucis uerbis plura cōtinēt: adde q̄ ut cōcluſiones ſequūtur, & ex p̄miſſis colliguntur, ita & hæc ſequuntur, & ex particularibus libris colliguntur, in quibus ars late pertractata eſt. Hæc ſatis ſint ad proœmi interpretationem, licet plura adhuc dici poſſint, ex quibus libri intentio, & vtilitas facilime habeatur, necnon & eiuſdem ordo: nam cum omniū epilogus ſit, quæ in arte medica traduntur, ultimum locum tenere debet; & ob id Truſianus epilogum eſſe concludens, primum eſſe legendum perperam autumat, quoniam uniuerſalia ſolum in ſe medicinæ præcepta complectitur, ſicut eadem ratione liber physicorum alios libros naturalis philoſophiæ præcedit. dictum enim eſt ſuperius, quòd non ſolum in uniuerſali, ſed & in particulari hoc in libro medicinæ præcepta traduntur, ut ex ſecundo libro huius oſtendi poteſt, cum de

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 63 sur 753

©BIU Santé

ſignis mẽbrorũ corporis inſalubris materiã diſcutiat: In quẽ etiã errorem ceciderunt hi, qui Iunctæ typis Galeni libros digeſſerunt librũ hunc inter introductorios cõſtituentes. Male igitur (inquies) inter tot Galeni opera ſolus hic liber publice legitur? qui ultimum obtinens locum audientes prius cæteros Galeni libros legiſſe ſupponit, quos tamen huic arti initiantes non legiſſe conſtat. Huic afcilis eſt reſponſio, quòd licet Galenus librum hunc ſcripſerit, ut ad memoriam aptus eſſet, non autem ut eo iuuenes introducerentur, non ſine tamen ratione inſtitutum eſt, ut inter tot Galeni opera ſolus hic liber publice legeretur: nõ enim fieri poteſt, ut omnia eius opera breui admodum ſpacio legantur, cum autem in hoc libro tota medicinæ facultas ſub compendio complectatur, ſæpiusque Galenus locos citet, ubi ea, de quibus agit, fuſius pertractantur, iure factum eſt, ut hic potius, quàm alius libere publice interpretetur, nam tota ars ita diſcipulis declarari poteſt, ut ſi quis præceptorem in Gale. operibus optime verſatum nactus ſit, qui hunc librum ei optime declaret, is certe patẽtem aditum conſequetur, quo reliqua Gal. uolumina facile adiſcat, atque iure is præceptor appellari debet, qui librum hunc, ut par eſt, interpretari poteſt, quod quidem nunquam efficient, qui cum Galeno parum habent conſuetudinis. Quod uerò ad doctrinę uiam attinet, clarum eſt, quòd in hoc libro Galenus diffinitione, diuiſione, & præcipue exemplis, rarò uerò utitur demonſtratione.

Diffinitio Medicinæ, Cap. ſecundum.

Medicina eſt ſcientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum.

CVM diffinitio uniuſcuiuſque artis ex tribus ſumi poſſit, materia, fine, & his, quę ſemper fiunt, ut finis aſſequatur, ſeu diſiunctim, ſeu adinuicem diuerſimode copulatis, nulli mirũ eſſe debet, ſi plures apud ſcriptores in medicina diffinitiones reperiantur, nã hęc Galeni ex materia potiſſimum deprehenditur, & idẽ eam Herophili fuiſſe teſtatur, atque potiorem quidẽ quibuſque aliis citra illam Hippocratis, cum ait, Medicina eſt deficientis adiectio, & ſuperabundantis ablatio, quam etiam mirum in modum extollit, utpote per ea datam, quę ſemper fiunt, ut finis conſequatur: diffinitiones autem Auerrois per finem traditæ ſunt, nec non diffinitio Auicen

lib. introduc. med.

11. metho. cap. 12.

nę

©BIU Santé

næ finem & materiam complectitur. Plures igitur ſunt medicinæ diffi nitiones, neque hec aleni diffinitio carpenda uidetur, quòd materiã duntaxat concernat, nam cum diffinitio ex materia ſumitur, opus eſt, vt & quadãtenus finem in ſe claudat, nam ex materia ſumi debet, quę ob finem incluſum propria efficitur, ut idem alenus cenſet partes ſo lo fine diſtingui contendens. At ſi quis has inter ſeſe diffinitiones cõ paret, non omnes concinas eſſe comperiet, nam diffinitio Auerrois poſtrema, ab eo tantopere celebrata, quòd ſcilicet medicina eſt ars ope ratrix, quæ inuenta eſt experimento, & ratione, conſeruans quidem ſa nitatem, & ægritudinem remouens, reprobari videtur à Galeno, ſiue authore libri introductorij, ubi deſtructa opinione medicinam diffi-nientium per ea, quæ facere non poteſt, ſubdens inquit, quòd diffini-tio quoque illa mala eſt, quæ dicit medicinam eſſe ſanitatis conſerua-tricem, & morborum repultricem: neque enim ſemper medicus finẽ aſſequitur, cum nec ſemper conſeruet, neque ſanitatem recuperet: diffinitio autem illa recta eſt, ac bona, quę ex his ſumitur, quæ à medico ſemper cum ratione fiunt, licet ſanitas in homine non introducatur: ob id idem dicebat, quòd diffinitiones à fine ſumptę non leues pariũt difficultates. Cęterum dices fortè, nonne diffinitio eſſentialis ex Gale-no genus, differentias, uſum generationis, efficientemque cauſam ma terialem, & inſtrumentalem eſt explicatura? cur igitur neque finẽ ha-bebit, neque artes per finem diffinientur? dicendum utique eſt, quòd artes per finem proprie diffiniendę non ſunt, non.n. ſemper artifex (vt dictum eſt) finem attingit, attamen per ſcopum, & cauſam finalem diffiniri poſſunt, quoniam licet medicus non ſemper ſanitatem attin gat, quicquid tamen agit, ob ſanitatem facere uidetur, quæ quidem vt conſeruabilis, uel recuperabilis ſcopus eſt, ac finalis cauſa, non autem finis, & in medicinę diffinitionem cadere poteſt, quod ſanè fit, cum oratione utimur futuri temporis, ut clare habetur ex Ariſtotelis reſpõ ſione. Quòd ſi quis utatur preſentis tẽporis oratione, quæ futuro nõ æquipollet, finis proprie, ut effectus, non ut ſcopus in illa diffinitione ponitur, qualis illa ſecunda Auerrois exploſa diffinitio eſt, & ob id priore eius tradita magis laudanda videtur, propterea quòd eo in loco diffiniens eam, quòd eſt ars operatiua exiens ex principijs ueris, in qua quæritur conſeruatio ſanitatis corporis humani, & remotio ſuæ ægritudinis ſecundum quòd poſſibile fuerit in quolibet corpore, uti-tur oratione æquipollente orationi de futuro ob uerba illa ſecundũ quòd poſſibile fuerit: pariter & diffinitio illa Auicen dicentis, quòd medicina eſt ſcia, qua humani corporis diſpoñs noſcũtur, ex pte qua ſanatur

1. & 6. coll. lig. cap. 1.

1. primi ab initio.

lib. ad Traſ ſi. an. med. &c. ca. 28. & 29.

Cap. 6.

lib. ad Traſ ſib. an. me di. & c. c. 7

4 De diff. pul. cap 2.

2. phyſ. 29.

5. metaph. 2.

1. collig. 1.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 65 sur 753

©BIU Santé

sanatur, uel ab ea remouetur, ut habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur: datur enim per scopum, atque finalem causam, ut diffusius à nobis alibi est declaratum. At Hippoc. diffinitio ob id à Galeno tantopere probatur, quoniam cum detur per ea quæ à medico semper fiunt, ut finem contingat, non potest parere difficultates, quæ ex ea, quæ datur per finem, oriri possunt, præter quod etiam medicinam esse uere artem, & factiuam ac resarcientem ostendit; & licet non explicite, implicite tamen continet scopum: nã cum medicus, quicquid agit, ratione sanitatis efficiat, intelligenda est diffinitio, quòd medicina est adiectio, & ablatio eorum scilicet quę officiũt sanitati, uel prosunt, quod sanè facit ut uel eam conseruet præsentem, uel absentem reuocet: Qua ratione efficitur, ut sit necesse quamlibet artis diffinitionẽ si bona esse debet uel implicite, uel explicite finem continere. diffinitione namque opus est, diffinitum à quocunque alio differre, cũ autem artes solo fine inter sese distinguantur, consequitur necessariò finem in diffinitionibus includi debere, sicut etiam in hac Galeni tradita diffinitione, in ea enim finis includitur, tametsi apertissime non exprimatur. Verum aduersus hanc diffinitionem insurgit Auerrois qui dum suam comprobat, præsentem Galeni, siue Herophili reprobare contendit, inquiens, quod diffinitio hęc non ostendit, ex quo genere medicina sit, quod potissimum in ea est ostendendum, neque etiã quo pactò medicina à naturali distinguatur: philosophus enim perinde ac medicus principia sanitatis ac ægritudinis cõtemplatur: Huic facile satisfacere possemus, ꝙ cum Galenus dicat medicinã esse scientiam communiter non proprie, quę conuenit artibus, aperte innuit propinquũ medicinæ genus esse, ꝙ sit ars: uerum alio etiã modo Auerrois rationem destruemus dicentes, ꝙ cum Galenus diuidat salubre, insalubre, & neutrum in diffinitione posita in corpora, causas, & signa, satis ostẽdidit medicinam esse factiuam scientiã: cibi enim potiones, aer, regio, exercitia, animi accidẽtia, innanitiones, repletiones, somni, vigiliæ, medicamenta omnia possunt esse & salubria, & insalubria, ut uel bene uel male fuerint administrata: Quocirca necesse est, ut omuia in ordine ad opus considerẽtur; quod quidem medicinę propinquum genus est & ad sanitatem ipsam quæ est causa finalis, & medicinæ scopus. Cur autem non dicat Galenus, quod medicina est ars factiua, sed scientia, ratio esse potest ab eo in libri initio de sectis sumpta, quoniam hæc erat ratio antiqua, in qua dicebatur, quod est scientia, ob id noluit eam cõmutare. adiecit autem Galenus, quid per scientiam intelligendum esset, ne quis eum uerè scientiam esse putasse suspicaretur. Et forte qui

6. collig. 1.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 66 sur 753

©BIU Santé

hoc modo medicinam diffinierunt, eo tempore extiterunt quo adhuc medicina sapiẽtię pars habebatur, quam primus Hippocrates à studio sapiẽtię seiunxit, ut Cornel. Celsus testatur. Medicina igitur à naturali distinguitur, tum quia est scientia communiter, tum quia naturalis cõsiderat prima initia sanitatis, & ęgritudinis, ut a natura tantum sunt, medicus autem ut ad opus referuntur ut scilicet sanitas est conseruabilis, uel amissa recuperabilis, siquidem artificis opus est considerare, quæ à voluntate proueniunt, ut Aristoteles testatur. Quo loco Curtij sententiam reijciendam esse puto, dicentis, medicinam à naturali distingui, qm medicina considerat sanum quocunque modo nõ in ordine ad opus, naturalis autem solum, ut est à natura: nam licet medicus sanitatem à natura contempletur, eam tamen considerat, ut conseruabilis uel amissa recuperabilis, quod quidem confirmat Galenus dicens corpus humanum ut naturale & à naturali considerari, a medico uerò ut sanitatis capax, ideſt ut cõseruabilis, uel recuperabilis. item ait idẽ, quod theoremata propria noscũtur utilia ad finem relata: sunt igitur in medicina ad finẽ oĩa referenda, sanitatem, s. conseruabilem, uel recuperabilẽ, & per consequens à medico nõ quocunque modo, ut uoluit Curtius, sed in ordine ad opus cõtemplãda. Sed instabit adhuc aliquis quod ex hac diffinitione haud manifestum est, quomodo medicina hęc à mulo medicina distinguatur. Respondent quidam, & cum his Curtius, quòd illæ duæ sunt artes vnum finem obtinentes, sanitatem scilicet, sed materia circa quam versantur, inter sese differunt, quam quidem Galenus distinctionem tacuit, quoniam hoc erat notissimum, licet de ea Auicenna mentionẽ faciat. Aduersus hanc responsionẽ adest Galeni authoritas qui artes solo fine distingui affirmauit, non igitur diuersarũ artiũ unus finis est, licet diuersarum partium unius & eiusdem artis unus reperiatur. Rectius igitur dicerem ego, quod medicina & mulo medicina vnius artis duę partes sunt, cuius finis sanitas est, vnde in medicina hominis multa etiam sunt mulo medicinæ cõmunia, ut quod contraria contrarijs curentur, & id genus similia, tametsi in animalibus brutis non uere medicinæ ars ipsa reperiatur, sed solum experimenta quædam, valde enim difficile est mederi brutis, quæ sermone carent, & respondere, ac proprios affectus, quibus morbos medicus indagat, narrare non possunt; quæ responsio licet uideatur contra cõmunem opinionem, insequitur tamen Galeni principia asserentis artes solo fine distingui, cum prius dixerit, quòd uno cõmuni scopo partes quàmmaxime distantes unam artem constituunt, quodque ex inscitia artificum, & artis difficultate aliquando una ars in plures partes

Traſſ. au med. &c. c. 28. lib. de optima ſecto.

lib. ad traſ. cap. 28.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 67 sur 753

©BIU Santé

diuiditur, ita quod ex diuersitate tum actionum, tum membrorum, tũ medicaminum diuersa sortiuntur nomina, tunc autem putant ignari, quòd plures sciunctæ artes sint, sicuti est chyrurgia & medicina non utens manuum operatione, quod tamen falsum est, atque à veritate alienum: sed de his satis. quæcunque autem alia sunt inutilia, hic consultò silentio inuoluam, ex his enim quæ iam declarata sunt facilime dissoluentur, subdit Galenus in contextu.

NIHIL uero differt, & si quis loco insalubrium ægrorum dixerit.

Hoc dicit Galenus propter nominum diuersitatem idem indicantium, ut effugiat de nominibus contentionem: Sed non bene latine legitur ægrorum, sed hunc in modum iuxtà græcam loquutionem, si quis loco νοσωδῶν. i. morbosorum, νοσερῶν. i. morbidorum dixerit. Deinde subdit.

NOMEN uerò scientiæ communius, non autem proprie accipere oportet.

Cur autem id dicat, superius à nobis est declaratum. Cæterum quoniam oritur hic dubium, num medicina sit ars uel scientia, aliorũ omissis opinionibus, breuibus dicam Galeni, meamque sententiam, nam cum Galenus medicinam esse factiuam affirmet, ars uerò propriè sit factibilium, ut habetur ab Aristo. necessariò sequitur quòd medicina propriè ars sit, & licet antiquis (ut dictum est) communiter scientia nuncuparint, multaque in ea contemplentur, ac demostrent, vt inquit Galenus, non tamen scientia propriè, ac speculatiua dici promeretur, non enim ex Aristotelis, & Auerrois authoritate propter scire speculatur, sed propter opus, quod etiam confirmat Galenus dicens, quòd medicinæ finis non in solo speculari cõsistit, sed etiam aliquid circa corpus agit. Sed dices nonne pars medicinæ, qua iungitur philosophiæ natura si est scientia propriè talis, scilicet quòd finis intentus in ea est scire solum non opus, ut autumat Auerroes? Respondeo, quod Auerroes ibi plures medicinæ partes cõstituit, theoricam scilicet, & practicã, & manualem: theoricam quidem proculdubio esse scientiam inquit, cuius finis proprius est scire solum, quo à cæteris medicinæ partibus distinguitur, cuius tamen finis communis, ad quem omnes aliæ partes aspirant, est sanitas operabilis, alioquin non esset medicinæ pars, siquidem omnia Theoremata artis ad eius finem aspirare necesse est, si utilia esse debent, ut ait Galenus. praxis autem, siue actiua pars ea est, cuius operatio

Lib. de constit. art. & lib. ad Trasib. & alibi sæpius.

6. ethic. cor. 1. met. med 4. & 5. & lib. de optima secta.

2. meth. 3. Li. ad Trasib. 30.

1. cantic. 1.

©BIU Santé

peratio, & usus ut plurimum operando: manualis uero operatio non sermonibus sed opere atque exercitatione semper habetur. At dices denuò, in adiscente medicinam totam, ut sciat, & non operetur, nonne medicina scientia, & non ars erit? Huic quidem obiectioni respondendum est, quòd artem possidet non necessariò operari debet, sed præter hanc electio quoque requiritur, quę ab appetitu fit, ut uoluit Arist. & ob id Aui. medicinę tradens diffinitionem non absque ratione dicebat quod quisque utranque medicinę partem absque quod unquâ operatus fuerit, calere potest. Aduersus hanc Galeni, ueramque sententiam insurget fortasse quispiam inquiens, Aristotelis fuisse decretum, prudentiam & artem circa singularia versari, cum prudentia quidem actiua, ars autem factiua sit, actio uero & factio singularium, & ob id non scientes quandoque (inquit Arist.) efficacius scientibus agunt, ac operantur exemplo de leuibus carnibus, & uolatilium sumpto, autigitur medicinam non esse artem dicendum est, cum uniuersalium existat aut illam esse singularium dũtaxat, cum eorum ars sit: Huic planè adamussim satisfaciemus obiectioni, si quæ ab Arist. dicuntur diligenter examinauerimus, etenim ars propriè est uniuersalium, & inter habitus intellectus, quemadmodũ & scientia ab eodem collocatur, quando diuidebat rationalem animam in duas partes, alteram quidem necessaria ac impossibilia aliter se habere percipientem, alteram autẽ contingentia, quorum principium est in nobis, ac à uoluntate nostra depẽdet, siquidem intellectus est, ut speculum, imagines rerum quantumcũque diuersarum recipiens, cum enim speculabilium imagines suscipit speculatiuus, practicabilium verò practicus dicitur: Harum quidẽ duarum potentiarum quinque sunt habitus, quibus anima dicit uerũ affirmando vel negando, inter has autem ab ipso Arist. excluditur existimatio, quia licet anima nonnunquam illa uerum dicere queat, falsum tamẽ multotiens dicere potest, soli autem quinque hi habitus, inter quos ars ipsa existit, semper uerum affirmant, & nisi in arte necessitas aliqua licet de dictis sit contingentibus, includeretur, in ea nõ semper procul dubiò veritas conspiceretur: necessitas autem hęc in arte reperta non simpliciter, ut in æternis, dicitur, sed ex suppositione ut in caducis, atque gignendis, siquidem inquit ipse, quod in habentibus necessitatem hanc ex prioribus posteriora non consequuntur, sed ex posterioribus priora. Cum igitur ars sit habitus intellectus, & uniuersalium, ac necessariorum, non autem singularium, quia tamen facere docet, circa singularia (ut probatum est in obiectione) uersatur, quorum quidem cognitionem artifex non doctrina, sed experientia & exercita-

tione

Lib. de opt secta. cap. 3

9. met. c.

Arist. 3. de anima 46. 47. & 6. et hicorũ, & de mot. anim. prima primi a principio.

6. ethico.

1. de par. ani. 1. & 5. meth phy. 6. & 2. de gen. & corrup. prope finem.

©BIU Santé

tione habere debet particulare nanque & proprium ex Galeni sententia, primo ad Glauconem, & alibi pluries ad vnguem nec omnino scribi, nec dici potest, uerum tamen cognitio hæc ars non est, nec habitus intellectus, sed cogitatiuæ, cui coniungitur intellectus practicus, qui cognitionem uniuersalē possidet, & circa singularia discurrēs, dū maiorem assumit uniuersalem, minorem verò particularem, syllogizat. Vnde fit ut singularium cognitio habitum intellectus, scilicet artē non constituat, sed illam & certiorem, atque magis stabilem reddat, & ob id dicebat Galenus nullius artis scientiam acquiri posse, nisi methodum quādā habuerimus per uniuersalia uocata theoremata, & in particularibus exēplis te exercueris, at qui singularia duntaxat cognoscit artem non possidet, nec artifex dicitur, sed expertus. Arist. nanque dicebat, quod artifex & ars ab experto, & experiētia differunt, eo quod ars est uniuersalium, experientia uerò particularium, & quia actiones sunt singularium, ideo experti sine arte efficacius operantur, quam artifices inexperti, carentes cognitione particulari immediate actioni, quam habent experti, quod idem confirmat ubi non proprie scientes, sed respectu experti artifices nominat. Et licet nonnulli medicinā coniectricem esse facultatem, siue artem existiment, quoniam Galenus libro de loc. affe. medicum uti coniectura in inuestigandis partium internarum affectibus affirmauit, attamen magno sunt in errore, siquidem præceptum omne ex eius sententia in medicina commune est, ac firmum: actio autem, & medentium opera incertum habēs euentum, artem coniectricem reddit: cum enim non omnium artium finis semper attingi possit, eò fit, ut ipsarum nonnullę cōiectrices dicantur, quę incertum, ancipitemque euentum habent, & licet Galenus de dolore capitis ex uentositate agens dicat, quòd medicinę pars, quæ de signis tractat coniectrix est, inuenta autem ægritudine pars curatiua certissima, methodus tamen, quam docet Galenus in libris de locis affectis qua coniectura artificiali locorum affectorum morbi sunt cognoscendi, uera est, & perpetua: & ob id actiones & inquisitiones, quę singularium sunt, medicinam coniectricem efficiunt. Ex quo etiam clarissime constat totam medicinam esse practicam ratione finis cōmunis, a quo totius artis nomen desumitur, tametsi pars theorica à fine particulari ab alia medicinę parte distincto dici possit, de quibus quidem finibus particularibus à Galeno diffusius habetur disceptatio: at si propriè loquamur, medicina neque theorica, neq; practica dici promeretur, sed factiua. Aristot. nanque μαγνικὴν esse, uel practicam, uel ἀρχιτεκτονικὴν ideſt factiuam, uel theoricam uoluit: factiuamque à practica, siue actiua

9. met. me dē. cap. 6.

1. metaph. a prīcipio.

6. ethic.

lib. de op. sect. cap. 6

2. de compo. med. secundum locos.

©BIU Santé

ua ſciunxit, idem quoque ſenſit, ubi de prudentia & arte loquitur: cũ autem medicina (uti dictum eſt) factiua ſit, nulli dubium eſſe poteſt eam impropriè practicę nomen ſibi uendicaſſe. Dubitari quinetiam ſolet de medicinę ſubiecto, in qua quidem dubitatione uarię ſunt opiniones, ſi tamen ſubiectę nomen diſtinxerimus, huiuſce difficultatis diſſolutio facilis erit. Subiectum itaque quo ad propoſitum attinet noſtrũ trifariam ſumitur, uno quidem modo pro materia, circa quam uerſatur intentio, ut inquit Ammo. quomodo in medicina ſubiectum eſt corpus humanũ, ueruntamen ex Galeni ſententia vt ſanitatis capax, altero quidem modo pro genere ſcibili, nã in libro poſt. analy. inquit Ariſto. quod una ſcientia eſt unius generis ſubiecti, de quo, ut datum præſupponitur quid, & quia; ſecundum quam quidem ſignificationem in medicina non eſt ſubiectum, licet aliqua paſſio de quopiam ſubiecto partiali comprobetur, ut enim ſpeculatiua dici non meretur, quia ex Ariſt. Auerroiſque ſententia ſpeculatio illa ad opus dirigitur; pariter & genus ſcibile habere non meretur, de quo paſſio quæpiam comprobetur, ſi quidem non ut ſciamus, ſed ut operemur, medicinam poſſidemus. Verum ut in ſcientia unum eſt ſubiectum, quod ſupponitur, & paſſiones, quæ de eo per illius ſcientiæ principia quęrũtur, atque probantur, ita in arte unus eſt finis, qui ſupponitur, modi uerò operandi per principia quæruntur. Vnde inquit Galenus quod omnia, quæ in medicina demonſtrantur, perducenda ſunt ad primas, & indemonſtrabiles propoſitiones, & quæ ex ſe fidem faciãt, ut in Arithmetica, & Geometria fit. Tertio autem, ac poſtremo modo capitur ſubiectum pro obiecto, quomodo accepit Ariſt. inquiens: vnuſquiſque quidem igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt: quod & propoſitum & ſcopus & intẽtum dicitur: Tale autem in medicina ſubiectum ſanitas eſt, quemadmodum etiam habetur à Galeno cùm diuiſionem medicinæ ponit, inuentam quidem ex diſpoſitionibus corporis ſecundum proprijſſimam materiam, ſi quidem uoluit ipſe ſanitatem materiam eſſe propriã non autem corpus, quandoquidem corpus ipſum humanũ à naturali quoque conſideratur, ſanitas autem medicinæ ſcopus propriè exiſtit, & ſubiectum conſiderationis etiam dici poteſt: Et licet cuſtodia uitæ commune ponatur propoſitum & libris de tuend. ſanitate, & libros meth. medendi, non tamen illud eſt per ſe, & primo, ſed conſequutus, ut enim medicina primo & per ſe eſt de ſanitate, ad quam bonæ actiones & pulchritudo naturalis ut fructus & filiæ neceſſariò conſequuntur, ita etiam ad ſanitatem uitæ cuſtodia quam eſſe aut uires, aut earũ actiones uoluit Galenus. At dices, ſi medicus non potes ſanare, agit ad uitæ

6. Ethic.

[Lib. prædicabilium Porphrii 1. Aph. 1. & lib. ad Traſ. c. 28. 1. poſt. 43.

2. meth. 3.

1. met. me. cap. 4.

3. de gen. & corrup. 7. & 2. de anima. 144.

Lib. de part. art. med.

9. met. me cap. 10.

Libro ad Traſſ. c. 15

9. met. 13.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 71 sur 753

©BIU Santé

uitæ cuſtodiam, non autem ad ſanitatem, nonne in eo uitæ cuſtodia ſubiectum erit? Huic facile reſpondebo, quòd finis artis unus eſt, quod quidem bonum eſt, & optimum iuxta eam ſubſtantiam, qui ſanè in medicina optima ſanitas eſt, ad quam pro poſſe medicus tendit, quã ſi contingere non poteſt, ad eam quantum fieri poteſt, proprius accedere conatur, & ob id ut ſupra dictum eſt ex Galeni ſententia diffinitiones per finem traditæ non leues pariunt difficultates, quandoquidẽ artifex finem non ſemper contingit: cum igitur artifex non ſemper aſſequatur finem, utpote medicus ſanitatem, id quod poteſt, efficit, & uitã conſeruans, & prohibens ægritudinis incrementum quodammodo ad ſanitatem (quãtũ in ipſo eſt) ſuam dirigit operationem. Propoſita generali medicinæ diffinitione, deinde Galenus capitum, quæ in diffinitione ponũtur, diuiſionem aggreditur, quorum ſingula in tria diuidit membra dicens.

Libro ad Traſ. c. 13.

SALVBRE autem & inſalubre, & neutrum unũquodque tripliciter dicitur, hoc quidem ut corpus, hoc autem ut cauſa, hoc uero ut ſignum.

Quam diuiſionem declarans de ſalubri inquit,

ET enim corpus, quod ſanitatem natura ſuſcipere aptum eſt, & cauſam, quæ eandem efficere, uel conſeruare, & ſignum, quòd poteſt indicare.

Quod comprobans ex modo græcorum dicit.

HAEC omnia græci ſalubria appellare conſueuerunt.

Græci ἑλληνες, ideſt hellines à quibuſdam populis dicuntur, nec fuit medicorum ſecta, ut aſſerit Truſianus. Eandem diuiſionem de inſalubri declarans proſequitur Galenus.

EADEM ratione, & ſuſceptiua morborum corpora, & eoſdem efficientes, conſeruantes q; cauſas, & ſigna indicantia inſalubria vocant.

Idem de neutris agens inquit.

NEG aliter corpora, neutra, cauſas, ſignaue dixerunt.

Hac diuiſione nouem habemus capita quolibet in tria diſtincto, meminit autem ſolum de cauſis efficientibus, & cõſeruantibus, quoniam ma-

©BIU Santé

materialis cauſa eſt corpus ſuſcipiens, cauſa uerò finalis ſunt operationes, quæ à medico ut ſigna conſiderantur. Quę quidem trium horum diuiſio (ſi recte perpendatur) eſt uocis in ſignificata ſua analoga, ut ex Ariſto. facile colligi poteſt. Deinde ſubdit Galenus ſcribens. 4. metaph. contex. 2.

Et ſecundum primam quidem rationem, atque præcipuam cauſarum ſalubrium eſt medicina ſcientia, propter eas autem & aliarum, ſecundo quidem loco inſalubrium; & tertio neutrarum, & poſt has eodem modo corporum primo quidem & hic ſalubriũ, ſecundo loco & inſalubrium, tertio neutrorum: itidem de ſignis dicendum, in actionibus autem prima quidem eſt corporum cognitio, quæ habetur ex ſignis, poſt hæc earum, quæ in ipſis inuentio cauſarum.

Non eſt exponendum, ut quidam ſecundum primam rationem, id eſt in parte Theorica, in actionibus autem, ideſt in parte practica, in Theorica namque primo agit de elementis, non de cauſis efficiẽtibus, & conſeruantibus, de quibus hic Galenus; Nec exponendum eſt ſecũdum primam rationem, i. in intẽtione primo cauſæ occurrunt, demũ & reliqua, in opete uerò primo ſigna, ſecundo corpora, tertio cauſæ, quia in intẽtione dictæ cauſæ primo non occurrunt, ut ab Ariſto. colligitur; neque ut Leonicenus ſecundum primam rationem, ideſt diffinitionem Herophili, quam primam eſſe dicit, quandoquidem niſi alicuius fuerit antiquioris, debuit poſterior eſſe ea Hippocratis, ut & Herophilus Hippocrate, dignitate quinetiam poſterior dicenda eſt, cum dicatur hanc eſſe cæteris diffinitionibus præſtatiorem diffinitione Hippocratis excepta, quæ melior eſt. Curtius autem Galenum inquit tacitæ reſpondere obiectioni, cur primo agat de ſignis, & de corporibus, deinde de cauſis cum ſecundum πρωτον λογον hoc eſt ſecundum primum ſermonem, uel primam doctrinam reſolutiuam primo cauſæ occurrant, & poſt eas corpora & ſigna: reſpondet igitur Galenus uelle ſequi ordinem in actionibus repertum, quo prius corpora per ſigna noſcuntur, deinde cauſæ, ſed inquit Curtius, ſi corpora per ſigna ſunt cognoſcenda, oportet prius tenere quid nominis corporum, quod quidem Galenus in primo perficit libro. Sed in duobus quidem præſertim Curtius peccare uidetur, altero quidem, quoniam cum attinentia ad artem per doctrinam reſolutiuam inquirimus non primo cauſæ occurrunt: Galenus namque libro de conſtit. artis med. de corpore diſſol- 7. metaph. & 3. ethic. In introduc. med. cap. 6. Cap. 1.

©BIU Santé

dissoluēdo meminit, altero ăt, quia falsò opinatur huiusce libri diffini tiones notionis, & quid nominis esse, quę tamen (ut ostendetur) essentiam tangunt, & sunt capita, & ut concluſiones eorum, quæ pluribus in locis à Galeno latius declarata sunt. Exponendum igitur existimo, quòd cum ex dicta diuisione Galenus ostēderit illa nouem capita, nūc declarat quem ordinē in hac doctrina sint habitura, dictum est enim q̄ præter ordinē doctrinarum inter se, adest etiā ordo inter ea, quæ in doctrina pertractantur: & inquit, quòd licet secundum primam rationem, ideſt secundum quòd representat nobis ratio rei naturam insequens, medicina primo sit causarum, deinceps & reliquarum, quia tamē in operibus primo est corporum cognitio per signa, postea causarum inuentio, ideo innuit hunc ordinem sequi uelle, ut prius de corporibus & signis, deinde de causis agat. Et secundum hanc expositionem per actionem uel opus non intelligenda est operatio, sed consultatio operationem prȩcedens; & ob id Galenus non absque ratione dixit, inuentio causarum. causę nanque consultatione reperiuntur, & in ea in primis occurrunt corpora per signa cognoscenda, dehinc causæ, ut ab Arist. habetur, atque Galeno. Vel exponatur in actionibus, ideſt in his, quæ à nobis fiunt, ut in medicina, cū aliq̄d operari uolumus corpora per signa cognoscenda primo se offerunt, demū causarū sequitur inuestigatio, atque inuentio, quem sanè ordinem epilogus conuenienter seruare uidetur, qui planè est ad memoriam omnium, quæ ample sunt pertractata: cum enim medicina omnia in ordine ad opus consideret, quando aliquid facturi sumus, atque rememorari contendimus, quæ diffuse admodum in medicina didicimus, primum quod nobis occurrit, corpus est, circa quod operaturi sumus, cuius temperamētum & compositionem, & an salubre, uel insalubre corpus sit, per signa perscrutamur, deinceps causas, quibus aut cōseruetur, aut prȩseruetur, aut curetur, aut ad melius ducatur. Innuit igitur Galenus uelle ordinē sequi cōueniētē epilogo, non aūt eū, qui in rebus ex natura ipsa reperitur. alterum autē ordinem ponere uidetur Galenus, quando inquit, quod in primis de salubribus, mox de insalubribus, postremo de neutris causis, signis, & corporibus est medicina, quā quidē sententiam habet in primo de tuend. sanit. cum ait, Quoniam & dignitate & tempore sanitas morbum antecedit, utique & nobis quemadmodū & hęc seruanda sit, prius tractare conueniet: insalubre autem neutrum prȩcedit, quia neutrū est medium inter salubre, & insalubre, medium autem ex extremis cognoscitur. Sed dices, si ordo in consultatione est resolutionis ordo, ut testatur Arist. cum inquit, qui consultat, quęrit,

7. metaph. 23. & 3. ethic. 6.

Libro de consti. art. & 11. metho.

3. Ethic. 6.

&

©BIU Santé

& reſoluit, ut diagramma: ergo huius doctrinæ ordo erit ordo etiã primæ, ſcilicet reſolutiuę contra ſuperius dictum, quod tres hæ doctrinæ tres ordines generales habent. Dicendum eſt, quod hic ordo ab ordine reſolutiuę differt ratione termini à quo, ille nanque à notione finis incipit, hic verò à generali medicinę diffinitione: inſuper huius etiã doctrinæ ordo præcipue attenditur ex ordine eorum, quę in diffinitione poſita ſunt, & quia in diffinitione primò ſalubre ponitur, ſecundò inſalubre, tertiò neutrum, ideo eo ordine de illis tribus agit, in quorũ quidem pertractatione (ſi recte perpẽdamus) licet ordinem ſequatur, qui in conſultatione reperitur, cum de his conſultatio pertractat, attamẽ non ob id conſequitur, quod hic ordo non differat à reſolutionis ordine, ut ſatis cuique patere facile poteſt. Deinde Galenus aliam ſubdens diuiſionem, dicit.

Quot modis dicitur effectiuum, indicatiuum, & ſuſceptiuum. Cap. 3.

SED quoniam & effectiuum, & indicatiuum, & ſuſceptiuum dupliciter unũquodque dicitur, hoc quidem ſimpliciter, hoc verò ut nunc, noſce oportet amborum eſſe medicinæ ſcientiam.

ARiſt. appellat ſimpliciter tale, qđ nullo addito eſt tale, non ſimpliciter uero ſecundum quid tale, & ſicuti ſimpliciter tale eſt per priuationem omnis additionis, ita ſecundum quid tale eſt aliquo addito, ſeu ſecundũ partem, ut cum dicimus æthiopem album non ſimpliciter ſed ſecundum dentes, uel quando ſcilicet in tempore & nunc, ut ſi ex natura quiſpiam pallidus ex accidenti animæ rubeus fiat, uel ubi, ideſt in tali loco, ut aliquid dicitur bonum in domo non ſimpliciter, & quocunque loco, vel ad aliquid, vt temperatum reſpectu calidi intenſi frigidum dicitur: Galenus igitur hoc loco per ſalubre ſimpliciter intelligit, vt limitationem temporis excludit, illud ſcilicet eſſe ſimpliciter ſalubre, quod quocunq; tempore eſt tale, vt nunc verò ſalubre, quod in preſenti tale dicitur, quod idem de inſalubri, & neutro intelligendũ. Quòd verò tale ſimpliciter in omni ſit tẽpore eò patet, quia ſubdiuidit deinde Galenus ſimpliciter tale in ſemper, & vt multũ tale, ſed de hoc infra fuſius dicetur. Truſianus declarans an cauſę & ſigna ſint ſalubria, inſalubria, & neutra ſimpliciter, inquit, ꝙ cauſa

1. Elẽchorum.

©BIU Santé

causa ſimpliciter ſana eſt, quę ſanitatem ſimpliciter aut efficit, aut conſeruat: ſana verò vt nunc, quę ſanitatem nunc efficit, vel conſeruat, ſignum ſanum nunc, quod ſanitatem ut nunc oſtendit, ſimpliciter uerò ſanum ſignum quod ſanitatem ſimpliciter demonſtrat, ſimiliter & de ęgro, & neutro: Verum aduerſus eum inſtare poſſemus, nam ſi in corpore ſalubri febriente in die critica ſudor appareat, ſecundum illius ſententiam erit ſignum ſalubre ſimpliciter vel ſemper, & tamen ſi in eodem tempore morbi tamen in principio appareat, non erit ſignum ſalubre ſemper: ſigna namque critica à principio ſalubria non ſunt. Alio igitur modo dicendum à nobis eſt, cauſas ſalubres ſemper eſſe, quæ ſemper ſanitatem efficiunt, aut conſeruant, quæcunque ſit ſanitas illa: ſigna verò ſalubria ſemper, quæ ſemper ſanitatem indicant, vt ſigna coctionis ſemper ſanitatem indicant, quocunque tempore, ac modo appareant: neutrum verò ſignum eſt, quod non magis ſanitatem quàm ęgritudinem ſignificat, ſed vel neutram diſpoſitionem, vel aliquando ſanitatem, aliquando ęgritudinem, vt ſigna critica in die critico ſanitatem ſignificant: in principio verò nequaquam: cauſa autem neutra dicitur, quia non magis hoc, quàm illud efficit, ſed modo hoc, modo illud, vt ex ipſo Galeno inferius colligi poteſt. Truſiani tamen opinio defendi poſſet, ſi hoc modo rationem aduerſus eum intelligamus, quòd in corpore ſalubri febriente ſudor non abſolute ſignũ eſt ſalubre ſimpliciter, ſed in die critica, & ob id cum dicis, quòd ſudor in principio è corpore profluens ſalubre ſignum non eſt, dico, quòd non idem eſt ſignum cum eo quod in die critica conſpicitur. Deinde Galenus ſubdiuidens primum membrum ſecundę diuiſionis ſcribit.

IPSVM uerò ſimpiciter duobus dicitur modis, & quod ſemper & quod plurimum.

Ex iſtis diuiſionibus cum prima enumeratione viginti ſeptem capita colliguntur, vt ſatis cuique animum adhibenti manifeſtum eſt.

DE quorum utroque medicina pertractat.

Quod etiam dixit in prędcedenti diuiſione; hoc autem non temerè dixit, ſed propterea quòd in libro primo de tuenda ſanitate diuiſit Galenus ſanitatem ſimpliciter, & optimam in duo membra, vna quidem ſanitas in indiuiſibili cõſiſtit, & hæc vel nunquàm fuit, vel ictu oculi pertranſiuit, quę cum inſenſibilis ſit, à medico non conſideratur, qui artifex ſenſitiuus eſt; altera autem latitudinem habet, qua homo vel

ſemper

ſemper, vel multum ſanus viuere poteſt, quę ab ea exacta & punctuali non ſenſibiliter diſtat, hanc verò medicus contemplatur. Ne quis igitur credat loquens de ſalubri ſimpliciter, & ſemper, quòd de exacta, cuius nulla apud medicos habetur conſideratio, ea verba protulit, de quorum vtroque medicina pertractat, quaſi dicat non de ſanitate loquor ſimpliciter, & ſemper exacta, ſed de ea, de qua medicus conſiderat, ac contemplatur. Deinde Galenus ſubdiuidens neutrum, quocunque modo dictum ſcribit.

NEVTRVM verò, & cauſa, & corpus, & ſignum, & quod ſimpliciter dicitur, et quod ut nunc tripliciter unumquodq; appellatur.

Neutrum eſt quod inter ſalubre & inſalubre poſitum, & ſub eodē genere nec ſalubre, nec inſalubre dicitur: taleque duobus modis eſſe poteſt, uno quidem modo, quia nullius contrariorum particeps eſt, & ideo ſcribit Galenus de hoc modo.

HOC quidem quia neutrius contrariorum particeps eſt.

Altero autem modo, quoniam utroque contrariorum participat, & hoc duplicite r, uel eodem tempore, de quo dicit.

HOC verò quia utriuſque.

Eodem ſcilicet tempore particeps eſt utriuſque: Vel in diuerſis temporibus eſt particeps, de quo ſubdēs Galenus hunc in modum ſcribit.

HOC verò quia aliquando huius, aliquando illius.

Deinde Galenus ſubdiuidens ſecundum membrum, quæ diuiſio tertij etiam membri eſſe poteſt, dicit.

HORVM autem ipſorum ſecundum rurſus duobus dicitur modis aut quia utrumque contrariorum ex æquo participat, aut quia aliquando plus alterum.

Ex quibus diuiſionibus neutri reſultant 36. neutri ſignificata, quę additę capitibus ex diuiſione ſalubris, & inſalubris ortis, quę ſunt 18. fiunt 54. capita, ad quę omnia in medicina conſiderata tandem reducuntur, & ſi cauſam inefficientem, & conſeruantē diuidere voluerimus, ſeptuagintaduo efficientur capita: Quę ſanè omnia ex figuraiu noſtra prima tabella adeo aperta & clara ſunt, vt nil clarius oſtēdi poſſit, quā quidem tabellam aliàs in ſtudioſorum meorum diſcipulorum gratiam in lucem prodire permiſi, quò adhuc res ipſas lucidius appareat, uideantque ſtudioſi iuuenes, quàm grauiter nonnulli ex Galeni interpretibus allucinentur. Sequitur Tabella prima.

C ODDVS

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 77 sur 753

©BIU Santé

ODDVS DISCIPVLIS.

QVM à nobis tãtopere efflagitaueritis Diſcipuli ſtudioſiſſimi, ut tabulas imprimendas curaremus, quas multis ante annis publicis lectionibus noſtris in Artẽ Gale. medicinalem uobis expoſuimus, & hoc anno ſumus expoſituri, quandoquidem aſſerebatis uos ex illis non ſolum uniuerſa capita, ad quę omnia ad medicinam attinentia referuntur, atque doctrinę diſſinitiuę facultatem, & excellentiam eſſe ante oculos habituros, ſed etiam facile perſpecturos, in quibus diſſentiamus ab alijs illius libri expoſitoribus, & ijs preſertim, qui ſe ſolos ueram in eo libro Gal. ſententiam aperuiſſe gloriantur, non potuimus tandem non uobis morem gerere. In hac itaque prima Tabula habetis omnia totius medicinę capita ex eius diffinitione tam quam ex fonte deducta, quę in primo libro (iuxta Latinorum diuiſionem) à Galeno poſt diffinitionem medicinę fuerunt illis diuiſionibus explicata. Ex prima ſiquidem diuiſione qua unumquodque contentũ in medicinę diffinitione in corpus, ſignum, & cauſam diuiditur, nouẽ habentur capita, quibus ſingulis in ſimpliciter, & vt nũc, diuiſis octo & decem efficiuntur: itidem ſimpliciter in ſemper, & vt multum diuiſo fiunt ſeptem & viginti. Quia verò neutrum in tria diſſecatur ſignificata totius medicinæ capita ad 45. vſque ſe extendunt, ad quæ omnia ea, quæ ad rem medicam ſpectant, optimè referri ſcimus, vt hoc numero poſſimus eſſe contenti. Sed cum Galenus neutrum ſecundi ſignificati in duos diuiſerit modos, ex qua diuiſione numerus dictorum capitum vſque ad 54. augetur, atque cum cauſas appellauerit efficientes, & conſeruantes, quaſi aliam faciens cauſarum diuiſionem, ex qua eorum capitum numerus vſque ad 72. porrigitur, volui etiam iuxta has duas diuiſiones poſtremas hac figura omnia dicta capita comprehendere, ea tamẽ ratione, ut unuſquiſq; & ea cõplecti, & omittere valeat.

His ſic expoſitis, atque enucleatis ad ea quæ ſubdit Galenus, iã accedam, vult autem dubium quoddam, quod hoc loco occurrit, prius diſſoluere, idque vnde oriatur proponens inquit.

EST verò & in tota diffinitione, ſi verba animaduertimus, ambiguitas quædam, quam & ipſam diſſoluere oportet.

Lib. prædic. cap. de ſubſtantia.

Hoc eſt ſimile ei quod dicit Ariſto. nempè quòd omnis ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare, quod ſanè verum eſſe dicit, & indubitabile

©BIU Santé

tabile in primis ſubſtantijs, quoniã vt declarat Ammonius [hoc] quod eſt oſtenſionis ſignum, ſubiectum importat, quod unum eſt numero, & ideo materia prima dicitur etiam hęc, quæ ſubiecta eſt, & una numero omnibus formis ſubijcitur: [aliquid] verò eſt particulare: & ob id [hoc aliquid] ſubiectum particulare importat, primæ autem ſubſtãtiæ, qm̃ ſubiecta particularia ſunt, hoc aliquid verè ſignificant, ſecũdæ verò ſubſtantiæ, inquit Ariſt. videntur quidem hoc aliquid ſignificare ſub appellationis figura, quando quis uel hominem, uel animal dixerit, quia dicit Ammonius cum hominem, uel animal pronuncio, id in ſingulari numero profero, & ideo ſub appellatiõnis figura hoc aliquid ſignificare uidentur, quod tamen uerum non eſt. Pariter etiam dicit hoc loco Galenus [ſi uerba animaduertimus·] uel ſecundum loquutionem eſt dubitatio, quod idem eſt, quod dixit Ariſt. ſub appellationis figura, quia in diffinitione in plurali dicitur numero, ut pote quòd medicina eſt ſcientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum. Et ſic proponens Galenus dubitationem ſcribit.

Cum enim dicitur medicinam eſſe ſcientiam & ſalubrium, & inſalubrium, & neutrorum ſignificatur, & quòd omnium particularium, & quòd quorundam, & quòd qualium.

Deinceps Galenus dubitationi reſpondens, primo oſtendit primum intellectum conuenientem non eſſe ſcribens.

Sed omnium indefinitum quidem quoddam eſt.

Cum particularia fermè ſint infinita: Et propterea ſubdit dicens.

Atque impoſſibile.

Quia cum ferè infinita ſingularia ſint, enumerari non poſſunt: deinde Galenus ſecundum remouet intellectum, dicens.

Quorundam diminutum.

Quia non omnia comprehenderet, artis enim eſt prȩcepta tradere, atque tractare, quæ nihil omittant eorum, quæ ad illam attinent artem, & ob id ſubdit etiam Galenus.

Atque artificio carens.

Quia ab artis ratione deficeret, de cuius ratione eſt, ut prȩcepta omnibus communia doceat, quare Galenus tertium intellectum comprobans, ſubdit.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 79 sur 753

©BIU Santé

Qualium verò artificiosum.

Quoniam rationem artis obseruat, de qua supra dictum est.

Pariter et sufficiens ad omnia artis particularia.

Hunc enim in modum quæque complectitur, ut abunde declarabitur: Quare subdit Galenus dicens.

Quod etiam dicimus in medicinæ diffinitione comprehendi

Trus. dicit, quòd per qualia intelligendum est uniuersalia, quæ dicuntur qualia prædicatione, quæ est qualitas accidens eis, id enim cui accidit aliquid, ex eo accidente quale dicitur. Curtius autem dixit, ꝙ Galenus inquit qualia uniuersalia in medicina tradita, quia omnia sana in sanitate conueniunt, egra in egritudine, & neutra in neutralitate, quæ qualitates sunt: Ego uerò puto aliud uoluisse Galenum: dicit enim in greco ποιῶν, idest qualium, & deinde Galenus statim subdit scribens [primum igitur de corporibus dicere aggrediemur qualia nam sint, & salubria, & insalubria, & neutra: post hęc de signis, & causis differemus] utitur autem eodem uocabulo, similiter & in fine huius primi libri, cum dicit: salubre igitur, & insalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale unumquodque sit. Quare uidetur mea quidem sentẽtia, quod per qualitatem uelit, quòd diffinitione manifestatur, quæ est ipsa diffiniti natura, quę non per se existit, sed habet esse in indiuiduis, & ob id dicitur qualis: unde cũ quippiam diffinitur, illa explicatur natura, quę in pluribus reperitur, & hac ratione in fine huius libri dicit, explicauimus quale unumquodque sit, quando quidem eorum natura explicata fuit, quę ob rationẽ superius dictam dicitur qualis: & hoc uoluit etiam Arist. in prędicamentis cap. de substantia, cum dicit, ꝙ secundę substantię hoc aliquid non significant, sed quale quid, ut homo naturam significat in pluribus particularibus repertam, quę licet in pluribus sit, est tamen in omnibus una & eadem, & (ut dicit Ammonius) similitudo; qua homines inuicem assimilantur secundum quòd homines sunt, & cap. de differ. & communita. spe. & differ. Porphirius, & Ammonius dicunt, quòd species etiam qualis dicitur, ut differentijs participat, & cum hęc natura diffinitur, quicquid in diffinitione huic naturę competere dicitur, omnibus etiam competit particularibus sub illa natura repertis: & ideo dicit Galenus. Qualium uerò artificiosum pariter & sufficiens ad omnia artis particularia. Notãdum est autem, quòd in hac

parte

©BIU Santé

parte Truſianus inquit, nempè dubium hoc rudium eſſe, qui diffinitionem eſſe uniuerſalem ex uniuerſalibus, & rei uniuerſalis ignorant: uerũ Galeno haud eſt attribuendum, quòd hoc præſertim libro, qui eſt totius medicinę compendium, rudium dubitationem promoueat. Terapolinus dicebat, quòd cum in hac doctrina Galenus utatur diuiſione, ne quis ſuſpicaretur, quòd diuiſio hęc ad ſingularia uſque procedat, hoc dubium promouet, atque diſſoluit. Sed ex logica habetur, quòd diuiſio ſpecies ſpecialiſſimas pertranſire non debet, ſicut quòd diffinitio uniuerſalis, & ex uniuerſalibus eſt: Quare non minus hęc rudium erit, quàm illa: Item Galenus non dicit de diuiſione dubium eſſe, ſed de diffinitione, an ſcilicet omnium, an quorũdam intelligatur: non igitur Terapolini diſſolutio uera eſt. Aduertendum itaque exiſtimo, q̃ licet ſingularia ſub arte non cadant, ut à philoſopho dicitur, eſt enim ars uniuerſalium, experientia uerò ſingularium, attamen artem & prudentiam uerſari non tantum circa uniuerſalia, ſed etiam circa parricularia habet Ariſt. unde inquit Galenus nullam artis ſciẽtiam acquiri poſſe, niſi theorematis, & circa ſingularia exercitatione, & primo ad Glauc. Non ſolum oportet medicum cognoſcere communem hominis naturam, ſed & propriam uniuſcuiuſque: opus igitur eſt artificem circa ſingularia uerſari, ſeque exercere, ſi recte operari deſiderat: ars namque factiua eſt, & ſingularium eſt factio, ut de prudentia aſſerit Ariſto. quæ exercitio artem corroborat, atque certiorem reddit: Verum ſingularia huiuſmodi & propria dicit Galenus æque ſcribi, atque communia, & ſermone explicari non poſſunt, & ob id ſe, qđ commune eſt, quamuis id ſit uſu ſecundum, ſcribere conari. Quibus ſic ſtantibus dubium à Galeno non abſque ratione promotum fuiſſe, idque rudium non eſſe à nobis facillime demonſtratur, cum enim ex locutionis forma intelligi poſſet, quòd medicina ſit ſalubrium omniũ, aut quorumdam, cumque opus ſit medicum particularia cognoſcere, & circa ea uerſari, ideo potuiſſet quis non ſine ratione ſuſpicari diffinitionem intelligendam eſſe, quòd particularium, uel omnium, vel quorundam ſit, propterea dubitationem promouet, atque diſſoluit, adde etiã q̃ Galenus dicens, ſi ea diffinitio intelligatur eſſe qualium artificioſum eſt, & ad artis particulatia ſufficiens, rationem reddit, cur per diffinitiones, qualia prędicta ſint declarare debeat: Quocirca Galenus poſtea quaſi concludens ex prędictis in dubij ſolutione inquit, ſubdens.

2. Ethi. 2. 1. metaph. propè initium.

1. Ethi. 7. & 6. eiuſ. dé 8. & 9. 9 meth. 6.

Cap. 1.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 81 sur 753

©BIU Santé

PRIMVM igitur de corporibus dicere aggrediemur qualia nam sint & salubria, & insalubria, & neutra, post hæc de signis & causis differemus.

Aggrediens Galenus corporũ diffinitiones, incipit, vt superius promiserat ratione superius adducta a salubris simpliciter diffinitione, sed quia hæ corporum diffinitiones diuersimode intelliguntur, ideo pro earum intelligentia aduertẽdum est quod alibi declarat Galenus, nempè quòd sanitas ipsa magnam obtinet latitudinem, quidam enim optimam habent sanitatem, qua vel optime suas perficiunt operationes, quidam autem non ita exactam, nõnulli verò pessimam, de quibus ait, q̃ vel ad senectutem non perueniunt, aut si quando peruenerunt vno saltem diutino morbo penitus laborant. Hanc sanè sanitatis latitudinem ipsemet Galenus inferius in tres partes diuidit, quarũ vnaquęque magnam latitudinem possidet, prima quidem latitudinis pars est corporum salubrium, secunda autem neutrorum, tertia uero insalubrium. Quod autem latitudo hæc sanitatis sit, Galenus libro de constitutio. artis ostendit, nisi quis posuerit aliquos temperatos, quosdam uerò intemperatos, is alterum duorum dogmatum sequi cogetur, vel omnes semper ægrotare, vel vnam esse omnium virorum, mulierum, iuuenum, ac senum temperiem. Trus. & Genti. uidentur corpora in sanitatis latitudine diuersimode collocare, quorũ quidem non sine ratione, cum nihil ueri dicant, sententias impræsentiarũ prętereo. Curtius autem Galenum existimat hic de corporibus duntaxat sanis agere, quodq̃ salubria simpliciter sint, quæ à principio generationis talia sunt: salubria uero ut nunc talia ex arte, quæ a principio generationis aut neutra, aut alterius generis erant, dicuntur autẽ ut nunc, quoniam si proprię naturę dimittantur, & secundum communem uiuendi hominum modum regantur, eam salubritatem amittẽt: pariter insalubria simpliciter (inquit Curtius) talia dicuntur à generatione, insalubria autem ut nunc talia ex malo regimine, quæ ex generatione uel simpliciter neutra, uel simpliciter salubria dicuntur, quod idem & de neutris dicit ipse. Verum in diffinitionum expositione clarissime ostẽdemus, quod Curtius literam, ut hic iacet, haud recte potest exponere: item consequeretur ex hoc, quòd Galenus hoc libro omnia corpora non diffiniret, quæ in secundo huius per signa cognoscere docet. Cæterum pro vera Galeni mente adnotare opus est, quod ipse libro de bon. corp. habitu asserit consonum quidem ei quod libro de const. art. dixerat, quòd scilicet habitum de omni firmo dicimus nõ dum

Libro de constit. art. c. 10. & 1. de tuend. sanit. & 6. eiusdẽ nõ longe à principio. 2. Ethi. 8. capite.

Cap. 10.

Cap. 10.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 82 sur 753

©BIU Santé

dum tamen illum laudãtes, neque uituperantes, ſed cum uel malum, uel bonum addimus, qualis nam is ſit, proferimus: bonus autem habitus dupliciter dicitur, vno quidẽ modo ſimpliciter, qui in optima reperitur conſtitutione, altero autem modo non ſimpliciter, ſed huius, & hic pro cuiuſque natura bonus dicitur, utpote bonus habitus Dionis, uel Milonis, & in horum etiam numero boni ſunt habitus Athletarum, ſiquidem non ſimpliciter boni dicuntur: at boni ſimpliciter habitus ab omnibus exoptantur, qui ut Galenus ait reſpectu habitus Athletarum ſecundum naturam dicuntur, bonus autem habitus non ſimpliciter ab omnibus deſideratur, ſed ab eo tantum, cuius eſt: omnes enim & ſi inſalubres ſanitatem propriam, etiam quod non ſit optima, uel maxime cupiunt. Adnotare quinetiam opus eſt, quod ut colligitur ab Ariſto. prædicamentorum libro, ubi de ſecunda loquitur qualitatis ſpecie, ſalubre connotat naturalem potentiam, inſalubre verò naturalem impotẽtiam, in quibus nominibus ſimul quodammodo includitur, & connotatur ſanitas, uel ægritudo. Quare ſimpliciter ſalubre actu ægrotãs licet nõ poſſit dici ſimpliciter inſalubre, caret namq; ea naturali impotentia, dicitur tamen ut nunc inſalubre, quia ęgritudinem ſaltim habet, quam includit inſalubre, pariter inſalubre ſimpliciter actu ſanum licet ſalubre ſimpliciter dici non poſſit, nominatur tamen ut nunc, habet nanque ſaltim ſanitatem, quam ſalubre includit: Vnde gręci [illegible] accipiunt, & pro ſalubri habente aptitudinẽ ad eſſe, uel perdurare ſanum uel ſemper, uel ut multum, & pro actu ſano iuxta id Ariſt. 2. phy. de poſſibili, quod quidem duobus eſſe modis inquit, uno quidem modo ſine actu, etenim multa poſſibilia ſunt, quæ actu non ſunt: altero autem modo cum actui coniuncta ſunt. quę enim ſunt, eſſe poſſunt, ſi nanque eſſe non poſſent, nec etiam actu forent: neque ſalubre potẽtiam naturalem amittens fit inſalubre naturalem impotentiam acquirendo, nec inſalubre impotentiam naturalem deperdens acquirendo naturalem potẽtiã ſalubre fit, ſed eo modo quo ſuperius à nobis declaratum eſt. Dico itaque quòd Galenus uult ſalubre ſimpliciter corpus eſſe, qđ bonum habitũ ſimpliciter poſſidet, qđ quidem in ſemper, & ut multum diuiditur: eſt autem ſalubre ſemper, q̃ ſummã in omnibus habet ſanitatis abſolutionem, quod ſanè (vt dicit Galenus) per longiores temporum circuitus generari ſolet, ut multũ uerò ſalubre, quod paululum deficit, aliquãdo uidere licet, ſalubre verò nunc eſt bonus habitus non ſimpliciter, ſed huius ut Dionis, tunc̃que ſalubre cum actu coniunctum eſt, ac ſi ſanum diceremus: Quemadmodum bonus etiam habitus Athletarum ſalubris ſimpliciter dici

lib. ad Traſ

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 83 sur 753

©BIU Santé

non merétur, ſed ut nunc, quia etiam bonus habitus ſimpliciter non dicitur, ſed Athletarũ, ut Dionis quoque bonus dicitur habitus, non autem ſimpliciter, quinimmo Gal. in libro ad Traſſ. bonũ habitum ſimpliciter appellat ſecundum naturam, illum autem Athletarũ non ſecundum naturam, ſed ex arte, & de huiuſmodi inquit artem eſſe gymnaſticam. Aduertendum quinetiam exiſtimo pro diffinitionem declaratione, quòd ut declarat Galenus libro ad Traſſ. ſanitas duplex eſt, altera quidem quæ in habitu, altera autem, quæ in reſpectu dicitur: itẽ eſt & bonus habitus, ſanitas autem in habitu media eſt inter bonũ habitum, & ſanitatem in reſpectu: Ponamus aliquem grauiter ęgrotare, qui nuper à morbo leuetur ita gracilis & debilis ad actiones, quòd egeat à quo ueheatur, hic vtique curatione non indiget, cum non amplius ægrotet, ſed refectione & robore, ut ad actiones, & ad impetum, cauſarum ferẽdũ validus fiat, cũ tunc neq; caloré, neq; frigoré, neq; uigilias ſufferre valeat, ſed ſit facile iterum in ęgritudinem elapſurus, utpote qui nondum tutam, & fixam ſalubrem conſtitutionem adeptus eſt. Qua planè adeo adepta, ut non ita facile uincatur, tunc ea ſanitas in habitu dicitur, non tamen adhuc bonus habitus nominari poteſt, ſiquidem ſolum accuſationem effugit, ſed laudem nondum eſt cõſequutus quam conſequitur, ſi abſentię debilis actionis robur addatur: tunc .n. bonus habitus dicitur, atque ſimpliciter, vti ſuperius dictum eſt. Adnotandum eſt præterea temperaturam eſſe cal. frig. hum. & ſic. atque ſimplicium partium, compoſitionem autem uel commoderationẽ organicarum quæ ex ſimplicibus componuntur, & in debita conſiſtunt quantitate, numero, poſitu, & formatione, quę ex tribus conficitur, debita ſuperficie, figura, & concauitate. Dicit modo Galenus hunc in modum ſcribens.

De corpore ſalubri. Cap. 4.

SALVBRE *ſimpliciter corpus eſt quod ab ipſo naturę ortu.*

QVod dicit, ut id diſtinguat ab habitu Athletarum, qui non eſt ab ortu naturæ, & ſecũdum naturam, ſed arte, & à corpore pariter reducto ad optimam ſalubritatẽ, uel ſanitatẽ, quod eſt ſimile auricalco ab arte facto, ſimilitudinem planè cum naturali auro obtinẽte, in corpore nanque reducto ars ſanitatem efficit optimæ ſanitati ſimilem, at non ſalubritatem, quę naturalis eſt potentia, quippe

quæ

©BIU Santé

quę ex ortu naturæ fixa eſt, & ſtabilis, ac difficulter remoueri poteſt, donec mors ipſa homini ſuperueniat, & quamuis corpus ægrotet, nõ tamen eam naturalem potentiam deſerit, alioquin ad priſtinam diſpoſitionem non amplius redire poſſet; Neque putandum eſt Galenum in lib. de tuend. ſanit. docere, quonam pactò illa naturalis potentia conſeruetur, ſed ſanitas ipſa, quę licet in huiuſmodi corpore difficile remoueri poſſit, quia tamen corpus eſt alterabile, ut dicit Galenus in 3. huius, poteſt omnino remoueri, & ob id docet, quomodo huiuſmodi corpora actu ſana conſeruari poſſint, quod infra proprijs locis Galenus effi cit, deinde ſubdit, inquiens.

BONAM *habet temperaturam.*

Nempè ſimpliciter, & non bonam huic, deinde ſubdit.

In ſimplicibus & primis particulis.

Quia harum primò eſt temperatura, dicuntur autem ſimplices, quoniam in partes diuerſi generis diuidi non poſſunt, vtpote caro, os, & huiuſmodi, dicuntur etiam primæ, reliquæ nanque ex eis componuntur, nominantur quoque ſimilares, per totum enim ſimiles ſunt, & partes totius nomen, & diffinitionem ſuſcipiunt: etenim quælibet pars carnis eſt caro, & quelibet pars oſſis os: Deinde ſubdit.

ATQVE *in his, quæ ex illis componuntur inſtrumentis eſt commoderatum:*

Ideſt in organicis: habet enim omnia dicta ſuperius commenſurata quæ primo organicis conueniunt, quę ita dicuntur, quia animę ſunt inſtrumenta, compoſitę autem, quoniam ex ſimplicibus componũtur, ac poſtremò diſſimilares: non enim quęlibet pars totius nomen & diffinitionem ſuſcipit, vt cor, oculus, atque id genus tale. Deinde Galenus diffiniens ſalubre nunc dicit.

SALVBRE *verò nunc eſt corpus.*

Hoc totum eſt diffinitum, quod capi poteſt, ut diximus pro habente bonum habitum non ſimpliciter, ſed huius: & ſic neutra & inſalubria ſimpliciter actu ſana, dicuntur ſalubria ut nunc: Quod eſt, acſi quis

©BIU Santé

quis dicat æthiopẽ ſimpliciter & abſolute nigrum eſſe, at ſecundũ quid ſ. ſecũdũ dẽtes albũ, eſt ét ac ſi quis dicat tale corpus eſt nunc ſalubre, q potius aptum eſt ægrotare, quam eſſe ſanum, & ob id illud nunc minuit à ratione ſalubritatis ſimpliciter. Quocirca ſalubre ſimpliciter actu ſanum ſalubre nunc dici non debet, eſſet nanque ac ſi quis diceret, quòd eſt actu ſanum, cùm ægrotare potius aptum ſit, quod falſum eſt, ſed potius eſt actu ſanum, quoniam naturalem habet potentiam, qua à ſanitate facile remoueri non poteſt: & ob id ſalubre ſimpliciter dicitur, non autem nunc, cuius etiam diffinitio huncin modum eſt exponenda. & cùm dicit Galenus.

QVOD in præſenti eſt ſanum.

Denotat hoc ſalubre eſſe cum actu. Deinde cùm dicit.

EST uerò & hoc eo tempore, quo ſanum exiſtit bonam habens temperaturam, & commoderationem.

Quod dicit, ut diſtinguatur ab habẽte ſanitatem in reſpectu, in quo membra ficciora reddita ſunt, & graciliora, ob id debita caret commoderatione. Deinde addit Galenus.

NON tamen optimam.

Vt à ſimpliciter ſalubri diſtinguatur, quod non tantum bonam, ſed & optimam habet temperiem, atque commoderationem. Deinde ſubdit.

AT ſibi propriam

Fermè inquiens, licet ſalubre nunc bonum ſimpliciter habitum non habeat, bonum tamen habitum huius poſſidet: & hæc bona eſt expoſitio. Poſſet etiam quis accipere ſalubre nunc, ut etiam de ſalubri ſimpliciter actu ſano diceretur, & hoc pactò idem eſſet, quod actu ſanum. Quo quidem caſu, qui tali uteretur expoſitione, dicere coactus eſſet ſalubre nunc nõ importare bonum habitum non ſimpliciter, ſed ſolum actu eſſe ſanum, tuncque diffinitio intelligenda eſſet, quòd eo tẽpore quo ſanum exiſtit, bonam habet temperaturam, & commoderationem, non tamen optimam, ideſt non neceſſario optimam: poteſt, n, habere quinetiam non optimam, ſed ſibi propriã: Verum ex his duabus, meo quidem iudicio, prima melioreſt expoſitio. circa uerò hanc ſalubris nunc diffinitionem nonnulli exiſtimarunt primam particulã ſolam eſſe diffinitionem, reliqua aũt à Galeno adiecta eſſe, ut eam declarent,

©BIU Santé

rent, ac manifeſtent: At ego puto reliqua etiam in diffinitione conclu di, & vt à nobis eſt expoſitum, verba omnia eſſe explananda. Aduertendum autem eſt, quòd bona temperies, quam ſalubre nunc corpus habere dicimus non neceſſariò talis eſt a principio generationis, vt perperá inquit Truſianus, qui ob hoc nullum a principio generationis poſſe naſci egrum dicere coactus eſt: vnde conceſſit etiam cęcitatem a natiuitate eſſe ſanitatẽ nunc, multaque alia inconuenientia, ſiquidem alibi Galenus ponens morbi cauſas in figura dixit, quòd duplex eſt cauſa, altera quidem dum infans eſt in vtero impedito naturali ſpermatis motu, vel ob materiæ multitudinem, vel non idoneam qualitatem: altera verò ſi inter pariendum, vel dum faſcijs infans inuoluitur, cõmittatur error. Deinde Galenus ſubdiuidens corpus ſalubre ſimpliciter in ſemper, & vt multum, inquit.

IPSIVS verò ſalubris ſimpliciter corporis tale quidem eſt ſemper id quod eſt optima temperantia præditum, ac maxime eſt commoderatum, ut multum autem, quod à conſtitutione optima non valde admodum deficit.

Galenus in primis diffinit corpus ſalubre ſemper, circa cuius diffinitionem annotare opus eſt, quòd ſalubre ſemper tria habet, in primis quidem temperaturam moderatiſſimam, atque maxime exactam commoderationem, quam demum duo reliqua conſequuntur, nempè perfectiſſimę operationes, & naturalis aptitudo ad ſe ſe tuendum ne incidat in morbum, Galenus autẽ a duobus ultimis uocauit ſalubre ſemper quod habet operationes naturales in ſummo ſibi inuicem reſpondentes, & tantum aperit, quantum concoquere poteſt, pariter & in omnibus alijs operationibus optima ſeruatur proportio, qua corpus hoc una cùm naturali aptitudine ad ſe ſe cuſtodiendum nomine ſalubris ſemper inſignitum fuit: Verum cum hęc duo ex optima temperie, & commoderatione proficiſcantur, Galenus non immeritò non ex illis duobus, ſed ex eo primo ipſum diffinire voluit, inquiens [ipſius uero ſalubris ſimpliciter corporis tale quidem eſt ſemper id, quod eſt optima temperantia prędituin, ac maxime eſt commoderatum.] Deinde diffiniens ſalubre multum dixit, quod id eſt, quod à conſtitutione optima non ualde admodum deficit, de quo quidẽ vt & ſalubri ſemper alibi loquebatur Galenus inquiens, quòd ſalubre ſemper non niſi per longos temporum circuitus reperitur, cum in omnibus corpora ſummã ſanita

tis

©BIU Santé

tis abſolutionem poſſident, quæ verò paululum ab optima deficiunt aliquando uidere licet, atque hæc ut multum ſalubria dicuntur. Sed quis dicet non recte videri Galenum diuidere ſimpliciter ſalubre in ſemper, & vt multum, omne namque ſimpliciter tale eſt huiuſmodi à principio generationis, quod autem ab ortu tale eſt ſemper talis nomẽ habet, ergo multum ſalubre erit ſemper ſalubre, cum multum ſalubre ſimpliciter ſalubre ſit. Huic quidem reſpondeas uolo, quòd illud ſemper conſtrui poteſt, & cum uerbo, & cum ſalubri adiectiuo, ſi cum verbo coniungatur, verum eſt, quòd multum ſalubre eſt ſemper ſalubre, ſemper enim naturalem potentiam habet, at ſi cum adiectiuo copuletur, falſum eſt, quòd multum ſalubre ſit ſalubre ſemper, quod nomẽ à naturali potentia deſumitur, qua perfectiſſimas operationes hẽt, & ob id (ut dictum eſt) à cauſis ægrotare facientibus difficilimè cõuinci poteſt. Sed dubitaret denuò, quòd ſalubre ſemper ſit & vt nunc, quoniam quod ſemper eſt, omni tempore eſſe dicitur, quod autem omni eſt tempore, & in præſenti tempore eſt, & per conſequens vt nunc etiam dicetur. Argumentum quidem hoc falſum eſt, peccat enim per fallatiam compoſitionis, atque diuiſionis, cum enim dico ſalubre ſemper ſalubre nunc, illud nunc uerbo iungi poteſt, & ſenſus eſt, quod eſt ſalubre omni tempore, eſt etiam præſenti tempore ſalubre, & iſte ſenſus verus eſt, quòd ſi illud nunc cum ſalubri adiungatur, dictio eſt diſtrahens ab optima ſalubritate, & tunc falſum eſt dicere, ſalubre ſemper eſt ſalubre nunc. Deinde Galenus diffinit inſalubre ſimpliciter hunc in modum.

De corpore inſalubri. Cap. 5.

INSALVBRE verò ſimpliciter eſt corpus, quod ab ipſo ortu naturæ uel in conſimilibus partibus malam habet temperaturam, uel in inſtrumentariis incommoderationem, uel vtrunque vitium.

SIcut ſalubre ſimpliciter dicitur à naturali potentia obſtendi cauſis ægrotare facientibus, & ſanitatem actu neque includit, neque excludit, ita inſalubre ſimpliciter tale dicitur à quadam naturali impotentia, & imbecillitate, qua aptum eſt facile in ęgritudinem cadere, quam actu nec includit, nec excludit: Diffiniens igitur hoc inſalubre dicit, quòd inſalubre ſimpliciter eſt corpus quod ab

©BIU Santé

ab ortu naturæ & cætera: Hoc autem protulit non ſolum, vt diſtinguat ipſum ab inſalubri nunc, & neutro decidentiæ, ſed etiam ab habente ſanitatem in reſpectu, quod quidem corpus nuper ab ægritudine leuatum imbecillum dicitur, & gracile, & per conſequens bonam non habet commoderationem, cum ſaltem partes carnoſæ debita quantitate fruſtrentur: & ob id ſalubre dici non poteſt, nec minus etiam inſalubre ſimpliciter, cum id vitium (vt clare conſtat) ex ortu naturæ non ſit; & propterea ſubdit Galenus [uel in conſimilibus partibus malam habet temperaturam] nempè naturalem, quæ in extremo latitudinis ſanitatis repoſita eſt. Diffiniens autem Galen. hoc inſalubre, id per notam copulationis non diffinit, vt de ſalubri ſimpliciter, de quo dixit, quòd bonam habet temperaturam in ſimplicibus, & commenſurationem in organicis, ſed per notam diſiunctionis, cuius hæc cauſa eſſe poteſt, quòd vt ad conſtituẽdum omnia requirũtur, ita vnum ad deſtruẽdum ſufficit: qua de re ſubdit [vel in inſtrumentarijs in commoderatione] malã, ſ. cui ẽt addendũ eſt naturalẽ, quã ſubintelligere opus eſt. [vel vtrunque vitiũ] naturale ſanè, nã ſi altero tantũ deficiente eorum quæ requiruntur, vt corpus ſalubre ſit, corpus inſalubre redditur, multo magis reddetur, ſi ſalubri ſimpliciter requiſita deficient omnia. Dubium eſt, quòd ſicut ab ortu naturæ & bona malavè temperatura, & commoderantia eſſe poteſt, ita etiam vnitatis continuitas, ſolutiove, cur Galen. in præſenti diffinitione, & ea ſalubris ſimpliciter vnitatis ſolutionem continuitatemuè non appoſuit, quam tamen in vtraque addere debebat, ſi quidem debita vnitas in ſimplicibus, atque compoſitis conſpicitur? Dicendum eſt, quòd à principio natiuitatis ſolutio vnitatis eſſe non poteſt, niſi mala temperies adſit, aut mala compoſitio, aut vtrunque, de quibus cum in diffinitionibus & ſalubris, & inſalubris ſemper meminerit, de vnitatis ſolutione haud meminiſſe neceſſe fuit: Hæc autem corpora inſalubria ſimpliciter habentia ab ortu naturæ naturalem impotentiam poſſunt, vt reliqua corpora ab optima ſanitate deficientia, & ipſa ſalubria nominari, vt libro de conſtit. art. ex Galeno colligitur, vbi dicit, Igitur inter ſalubres corporis habitus vnus tẽperatiſſimus eſt, octo vero intemperati, morbus nullus eſt temperatus & tot ſunt numero, quot ſalubres intemperaturæ: Quod verò dicit Truſianus inſalubre ſimpliciter ex naturali impotentia ſanũ diu perdurare non poſſe falſum eſt, poteſt namque diu eſſe ſanum eã rõne, qua docet medicina, conſeruatum. Deinde Galenus diffiniens inſalubre nunc dicit. Cap. 10.

Inſa-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 89 sur 753

©BIU Santé

Insalubre verò nunc est corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat.

Quasi dicat, quod meretur nomen insalubris, quo tempore ægrotat, vt autem diffiniẽs salubre nunc dixit, quòd in præsenti sanum est, ita diffiniens insalubre nunc dixit, quod in præsenti est ægrum: insalubre namque nunc respectu salubrium, & neutrorum simpliciter ita se hẽt, vt salubre nunc respectu deficientiũ à salubri simpliciter, nã ut insalubria simpliciter cum eam sanitatem habent, quam habere possunt, salubria nunc dicuntur, tuncque salubre pro habente sanitatem actu deprehenditur, ita & salubria simpliciter aliqua ex causa ægrotantia insalubria, vt nunc, ideſt actu ægra ob malam vel temperaturam, uel commoderationem, uel utramque non quidem ex ortu naturæ, sed ex tempore dicentur. Quo fit, ut cum actu ægrotant, licet insalubria simpliciter dici non mereantur, insalubria tamen nunc dicuntur, quasi dicat quis tale corpus hoc tempore ægrotans, licet insalubre simpliciter dici non possit, quia naturalem impotentiam non habet, dicitur saltẽ nunc insalubre, quoniam ægritudinem possidet, quam insalubre includit. Quod itidem & de neutris simpliciter dicendum est. Quo quidem modo insalubria simpliciter sumpta, & dicta à naturali impotentia inclinante ad actualem ægritudinem, cum actu ægrotant, & sunt coniuncta actui, ad quem sua naturalis impotentia inclinat, neque nomen mutare, neque insalubria nunc dici promerentur: esset enim sensus talis, hoc corpus nunc ægrotans, cui non debetur nomen simpliciter insalubris, saltim pro eo tempore dicitur insalubre: per illud igitur in diffinitione positum insalubre nunc à simpliciter insalubri distinguitur, quod in sui ratione nec sanitatem, nec ęgritudinẽ in trocludit: item à neutris decidentiæ quæ nondum actu ægrotant pariter & ab habentibus sanitatem in respectu, quæ, vt dicit Galenus, licet gracilia sint, & debilia, non sunt tamen ęgra, cum curatione non indigeant. Proinde si quis uellet, quòd insalubre simpliciter insalubre etiã nunc dici possit, diceret quòd cum salubre simpliciter perfectionem connoter, vt nunc verò imperfectionem: (hoc enim pactò à perfectione salubris simpliciter distrahit) ob id salubre simpliciter salubre ut nunc dici non potest, sed insalubre simpliciter, licet dicat imperfectionem in latitudine sanitatis, cui alia imperfectio in eadem latitudine addi non possit, imperfectio tamen extra latitudinem sanitatis adiungi potest, quo quidem modo insalubre simpliciter ut nunc etiam dici promeretur: indicat enim quòd duas obtinet imperfectiones. Hæc igitur est vera huiusce diffinitionis interpretatio, ad reliqua iam accedamus

©BIU Santé

damus in diffinitione posita, quæ diffiniti naturam exprimunt.

NEQVE obscurum est, quòd & hoc ipsum eo, quo dicitur tempore ægrotans, uel in consimilibus malam habet temperaturam, uel in instrumentarijs incommoderationem, uel utrunque.

Hæc si in genere sumantur communia, habebit & nunc insalubre non solum cum neutris, quæ sunt extra latitudinem sanitatis, sed etiã cum insalubri simpliciter: si verò in specie pro temperatura, uel commensuratione præter naturam cum prædictis corporibus neutris cõmunia tantum habebit. Deinde Galenus supposita diuisione insalubris simpliciter in semper, & vt multum primum insalubre simpliciter diffinit.

EST verò & semper insalubre, quod ex ipso naturæ ortu uel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus uel aliquibus, uel his, quæ obtinẽt principatum, uel instrumentarijs incommoderatum existit, similiter autem in his uel omnibus, uel aliquibus, uel illis, quæ obtinent principatum.

Cum insalubre semper tria habeat opposita tribus, quæ salubri semper inesse diximus, primum quidem est pessima temperies, uel commoderatio, ex qua reliqua duo sequuntur operationes, scilicet imperfectissimæ, quę ex tertio oriuntur naturali nempè impotentia, qua à causis ęgrotare facientibus difficile tuetur, & Galenus ab his duobus postremis insalubre simpliciter nominarit, hoc loco per primum tãtum id diffiniuit, siquidem à primo cætera ortum habẽt, ut de salubri semper à nobis dictum est, dictaque tria in omnibus, quæ talia simpliciter semper sunt, proportione reperiuntur. Diffiniens itaque insalubre semper in primis, dicit [est verò & semper insalubre, quod ex ipso naturę ortus] quod est intelligendum, ut in diffinitione insalubris simpliciter expositum est [vel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus, uel aliquibus, uel his quę obtinẽt principatum] Quod dicit, quia si tale corpus ratione malę temperiei insalubre dici debet, nõ est necessarium, quòd omnes partes simplices sint male temperatę, sed satis est, quod tot existant totum quod insalubre semper reddere possint, eique denominationem impartiri, vel etiam hoc ratione molis esse posset. Quod si neque multę, neque molem habebunt

©BIU Santé

bebunt, ſed magnum in corpore dominium, cum partes ptincipales vtpote cerebrum, cor, hepar totum conſtituant, fuerintque malæ temperatę, id reddent qninetiã inſalubre corpus ſemper, dum modo intẽperanti a excedat in ſummo: huius autem ratio eſſet, quoniam totius temperies ab ea principalium membrorum pendere uidetur, quemadmodũ in ſecũdo uberius declarabitur; Deinde ſubdit Galenus [vel in inſtrumentarijs: in commoderatum exiſtit, ſimiliter autem, & quæ ſequuntur] quod quidem de intemperatura (vt nuper diximus) intelligendum eſt. Deinde ponens ut multum inſalubris diffinitionem ſcripſit.

Vt multum verò inſalubre eſt corpus, quod ab huius quidem uitio recedit, nondum tamen mediocritatem attingit.

Hæc diffinitio inſalubris multum eodem modo eſt intelligenda cũ nota diſiunctionis, ut illa inſalubris ſemper hac ſola appoſita differẽtia quod hoc non extremam illam malignitatem attingit, ſed ab ea recedit, non tamen ita, vt ipſa neutra, de quibus infra dicemus: & hac quidem ratione inquit Galenus, quòd ſalubre multum recedit à uitio inſalubris ſemper, & per hoc diſtinguitur ab eo, at quia neutra recedunt ab eius uitio, idcirco ſubdit [nondum tamen mediocritatem attingit] neutra enim magis recedunt, quam inſalubre multum, quod parum recedit: Oritur hic dubium, an ſanum, & ęgrum diuidi poſſint per ſimpliciter, & vt nunc, quemadmodum ſalubre & inſalubre; Dico ego, omiſſis, quæ ab aliis dicuntur, ꝙ talis diuiſio non ita his congruit, qui enim habet ægritudinem vel diu, vel breui duraturam tempore, æger ſimpliciter & abſolute dicitur, & ſi aliquod corpus nominatur ægrũ, nũc ſequitur, ꝙ ſimpliciter ægrũ quoq; dicatur: ſecus autè eſt de ſalubri, & inſalubri naturalẽ indicantibus potentiam vel impotẽtiam, in quibus quidem nominibus ſanitas vel ægritudo quodammodo introcluditur: Qua de re ſalubre ſimpliciter ægrotans, licet inſalubre ſimpliciter dici non poſſit, quia illa naturali caret impotentia, inſalubre tamen nunc dicitur, continet namque ſaltim ægritudinem, quam includit inſalubre: quod itidem de ſalubri dicendum eſt: Nõ ſic autem eſt ſanum & ægrum, neque enim indicant potentiam uel impotentiam includendo ſanitatem, uel ęgritudinem, ſed ipſam met ſanitatem, uel ægritudinem: Aegrum igitur corpus non eſt diuidendum in ſimpliciter, & nunc, ſed quod eſt ęgrum nunc, abſolute dicitur ęgrum, ſiquidem Galenus alibi inquit, ꝙ ægritudo quantuncunque parua, & breuis propriam ſpeciem conſeruat. At ſi quis ęgrum in ſemper

1. de loc. affect. 2.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 92 sur 753

©BIU Santé

ſemper, & multum, & nunc diuidere uolet, hoc quidem ad ęgritudinẽ tempora reſpiciens efficere poſſet, quędam namque corpora toto uitæ tempore, quędam multo, & quędam ſtatuto quodam tempore ęgrotant, & illa quidem ſemper, alia vt multum, & alia vt nunc ægra dicẽtur, veruntamen ægra nunc proprie dicenda forent: vnde æger nunc ab ortu naturæ ita generari poteſt, ſicut etiam ſalubre vt nunc: corpus enim inſalubre ſimpliciter naſcens, actu ſanum, eoque tempore ſalubre nunc, & ſanum nunc dicetur: pariter etiam ſi corpus actu ægrum naſceretur, eo tempore ægrum nominaretur, & ab ortu eſſet naturæ, quæ ſanè ægritudo diu, & toto vitæ tempore perdurare poſſet, vtpote mala quæpiam intemperies, aut compoſitio, vt ſunt claudi, & tale corpus ęgrum ſemper diceretur: quælibet enim diſpoſitio vt nunc ab ortu naturę generari poteſt; De ſalubri quidem nunc dictum eſt, at dubium oritur de inſalubri nunc preſertim in corpore temperato, & ſalubri ſimpliciter, quia de neutro ſimpliciter clarum eſt, dico tamen hoc etiam inſalubri ſimpliciter contingere poſſe, ponamus enim omnia pro fœtu iam eſſe diſpoſita, eumque ex principijs generationis naturalem potentiam contraxiſſe, occurrat quępiam externa cauſa, vtpote matricis ægritudo, aut aliqua eius magna alteratio in toto corpore, poterit fœtus ſeruata naturali potentia ęgritudine corripi, & ſi tũc naſcatur, inſalubre vt nunc naſcetur. Quo fit, vt cuipiam facilimè cõſpicuum eſſe poſſit, quòd ſanum vt nunc, & ſalubre vt nunc idem nõ ſunt, ſiquidem dictum eſt ſalubre ſimpliciter, cum actu ęgrotat, inſalubre nunc dici; quòd ſi aliquo incurabili morbo, vtpote ethica febre, corripiatur, inſalubre nunc dicetur, at non ægrum vt nunc, ſed ſemper potius, vt dictum eſt, pariter q; nec inſalubre nunc, & ęgrum nunc idem ſunt, diximus namque inſalubre ſimpliciter, non recte inſalubre nunc dici, cum actu ęgrotat, poſſe tamen vt nunc ęgrum nuncupari, conſtat, ſi ęgritudine facile diſſolubili corripi contingat. Ceterum dices fortaſſe, q; ęgrum nũc in diffinitione inſalubris nunc conſtituitur, inquit enim Galenus, quòd inſalubre nunc eſt corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ęgrotat, quod eſt idem, quod ęgrum vt nũc: Dicendum eſt, quòd ea longe diſtant, aliud enim eſt dicere ęgrum nunc, ita quòd aduerbium nunc nomini ęgro coniungatur, aliud eſt dicere nunc eſt ęgrotans, vbi aduerbium nunc cum verbo conſtruitur: ſed de his hactenus, de quibus ſuperius ſatis dictum eſt. Omitto plures hic dubitationes inutiles, de quibus expoſitores meminerunt, pariter an formę ſubſtantiales elementorum formaliter maneant in mixto, & an primæ qualitates ſint formę ſubſtantiales elementorum, & num

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 93 sur 753

©BIU Santé

complexio ſit vna qualitas ſimpliciter, an aggregatum ex primis qualitatibus elemẽtorum: item num in mixto ſit vna complexio, ſiue plures, ſatis enim in prima primi Aui. dum illam partem expoſuimus, (qui proprius eſt locus) has omnes diluimus dubitationes; Accedamus ad neutra corpora, de quibus hunc in modum ſcripſit Galenus.

De corpore neutro. Cap. 6.

QVONIAM verò & neutrum corpus tripliciter dicebatur, vnũ quod neutrius erat extremæ diſpoſitionis particeps: aliud autẽ, quoniã utriuſq;, aliud quoniã aliquãdo huius, aliquãdo uerò illius, iuxta primũ ſignificatũ neutrũ erit corpus, quod exquiſitè mediũ eſt, & ſaluberrimi, & inſaluberrimi corporis, & huius hoc quidem ſimpliciter tale, quod ab ipſo ortu naturæ ita eſt cõſtitutum, hoc uerò vt nunc, quod in præſenti tempore mediũ exiſtit ſaluberrimi, atque inſaluberrimi corporis.

TRACTATVRVS Galenus de neutris in primis diuiſionem repetit, quam ſuperius explanauit, nempè neutrum corpus trifariam diuidi, vnum quidem eſt, quod neutro extremorum participat: ſecundum autem, quod vtriuſque extremi in eodem tempore particeps eſt: tertium uero, quod utriuſque quidem extremi, ſed diuerſis tamen temporibus deinde agit de neutro primi ſignificati, antequam de alijs differat, cuius quidem ordinis ratio talis eſt, eo quòd hoc magis propriè dicitur neutrum. & inquit, quòd tale neutrum eſt corpus, quod eſt exacte & exquiſite medium ſaluberrimi, & inſaluberrimi corporis. De huiuſmodi quidem neutro variæ ſunt opiniones, & per conſequens quid intelligat Galenus per ſaluberrimum, & inſaluberrimum, quibus hoc neutrum notificat. Gentilis dicit omnia huiuſmodi neutra eſſe præter naturam diſpoſita, & per ſaniſſimum intelligere Galenum ſibi optime ſanum, & per ęgerrimum actu ægrum, inter quæ neutrum reponitur, ac collocatur, per quod fit tranſitus à ſanitate ad ęgritudinem, & ob id medium eſt tranſitus. declarat quinetiam idem expoſitor, quomodo medium ſit per utriuſque extremi abnegationem. Sed ſatis patet expoſitionem hanc nominibus abuti, & ob id erronea eſt, item Galenus ſecundo huius in ſani-

Cap. 2.

tatis

©BIU Santé

tatis latitudine corpora neutra collocauit, uti uidebimus : non igi tur uera eſt illius ſententia, quod illa medium tranſitus ſint. Truſianus uoluit neutrum hoc eſſe medium per utriuſque abnegationẽ extremi, & neutrum ſimpliciter eſſe medium alio quidem modo, quam neutrum nunc : cum enim neutrum ſimpliciter diſpoſitio naturalis ſit, non poteſt eſſe medium tranſitus, ſed medium eſt formæ : neutrum autem nunc medium eſt tranſitus & formæ, cum diſpoſitio ſit, ad quam prius corpus accedit a ſanitate recedens, quàm ægritudinem attingat, aut econuerſo: nam putauit & ipſe alio quidem capi modo ſaniſſimum & ægerrimum, cum inter ea mediũ eſt, neutrũ ſimpliciter, & alio modo cũ inter ea mediũ neutrũ nũc eſt. Verũ cũ Galenus dicat non ſaniſſimũ, & ægerimum, ſed ſaluberrimum, & inſaluberrimũ, quæ ſunt eorum ſuperlatiua, quę in medicinæ diffinitione conſtituerat, ſatis patere cuique poteſt, expoſitionem hanc falſam eſſe. Idcirco rectius dicendum eſt, quòd hic neutrum diffinitur, quod à naturali diſpoſitione dicitur, ut & ſalubre, & inſalubre, & quoniã nomẽ nõ habuit propriũ, dictũ fuit neutrũ, quaſi nec alterũ, quę quidem naturalis diſpoſitio nec naturalis eſt ſalubris potentia, nec naturalis inſalubris impotentia, neq; bonã tẽperaturã obtinet, atq; cõmoderationẽ, vt ſalubre: neque malã, vt inſalubre: itẽ nec perfectas operationes, vt ſalubre, nec imperfectas, vt inſalubre, prẽterea nec aptitudinem naturalem ad ſeſe tuendum, nec naturalem impotentiã reſiſtendi cauſis morboſis, vt illa duo priora: Non igitur potuit Galenus commodius mediam hanc naturam huiuſce corporis declarare quàm dicendo, ꝙ exquiſite medium eſt & ſaluberrimi, & inſaluberrimi corporis, quod quidem non tantum intelligendum eſt, ꝙ medium ſit poſitu, ſed formæ & naturę: ex hoc enim quod dicit, ꝙ eſt medium & ſaluberrimi, & inſaluberrimi corporis habet, ꝙ nec optimam, vt ſaluberrimum, nec peſſimam, vt inſaluberrimum poſſidet temperiẽ, & commoderationem, ſed mediocrem & mediam inter vtrunque: Quod autẽ corpus tale, quod neutrum ſimpliciter, & nunc in ſe claudit, poſitu ſit exacte medium ſaluberrimi & inſaluberrimi, facile conſtat, quandoquidem cum per ſaluberrimum Galenus velit ſalubre ſemper, & per inſalubertimum inſalubre ſemper, manifeſtum eſt, quòd inter hoc corpus & ſaluberrimum in medio collocatur ſalubre multum duntaxat, & inter idem & inſaluberrimum ſolum inſalubre multum: dictum autem eſt, quomodo medium ſit formæ, veruntamen nõ medium eſt tranſitus, vt male ſenſit Gentilis, quippe quòd in ſanitatis latitudine concluditur. Ex his autem, quæ à aleno hoc loco ſcripta

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 95 sur 753

©BIU Santé

ſunt, figura quædam omnia comprehendens corpora ſana facile deſignari poteſt: habito enim vbi extrema locanda ſunt, & exacte mediũ facile eſt reliquorum loca inuenire, ea namque quæ magis ad ſaluberrimum accedunt, ſupra medium ponenda, & tanto proximius ſaluberrimo, quanto eius natura minus ab eo diſtat, ſimiliter quę magis ad in ſaluberrimum vergunt, infra medium ſituanda ſunt, quibus locus pariter eſt aſſignandus, vt & proximiora, & minus proxima inſaluberrimo ſint: neutrum autem medium tranſitus extra latitudinem ſanitatis ſituari debet, cum ab hoc neutro non comprehendatur. Nos igitur publicæ ſtudentes vtilitati alteram ſecundam tabulam, ſiue figuram confecimus, in qua huiuſmodi clariſſime viſuntur corpora, eãque typis excudendam curauimus, vt omnes ſibi eam familiarem facere poſſint.

Sequitur Tabella ſecunda.

ODDVS DISCIPVLIS.

IN hac ſecunda tabula habetis Diſcipuli doctiſſimi quatuor ſummas qualitates in centro circularis figuræ coeuntes æqua portione, ita, vt in eo intelligamus reponi corpus exquiſitiſſime medium vniuerſę ſubſtantiæ ęquale ad pondus dici ſolitum, quod aut nunquã fuit, aut ictu oculi pertranſiuit, vt primo de tuend. ſanit. dicit Galenus. Quę verò corpora à centro recedentia aut per vnã, aut per duas qualitates, nondum manifeſtam habent imbecillitatem operationum ſimpliciter ſalubria dicuntur, quorum, quę centro magis proxima ſunt, ſemper ſalubria, quę verò à cẽtro magis diſtãt ut multũ ſalubria nominantur, quę vero corpora ita recedũt à cẽtro, vt manifeſte imbecilles ędãt operationes, in minoribus quidem diſtantijs neutra ſimpliciter dicũtur, ſecũdũ tria neutrius ſignificata, quorũ ſemper neutra, cũ nullã ſuſcipiãt mutationẽ in medio latitudinis ſanitatis corporum ſimpliciter neutrorum repoſita ſunt, vt multum verò neutra (quandoquidẽ aliquã ſuſcipiunt mutationẽ) aut magis verſus ſimpliciter ſalubria, aut magis verſus ſimpliciter inſalubria vergunt, quare duo loca ſibi vendicarunt: In maximis autem diſtantijs, ſed ita maximis, vt non excedatur totius ſanitatis latitudo ſimpliciter inſalubria appellantur, quorum vt multum inſalubria, vtpote minus recedentia ab optima ſalubritate non ita in extremo, ſemper verò inſalubria magis

©BIU Santé

magis recedentia ab optima ſalubritate in extremo circunferentiæ totius latitudinis ſanitatis collocãtur. Quę verò extra dictam circumferẽtiã repoſita ſunt corpora, ſenſibilem habent in actionibus læſionem, quare præter naturam diſpoſita ſunt. Quæ ſi omnino non ceſſant à ſolitis operibus, neutra dicuntur, & media tranſitus, atque locum ſibi vendicarunt, qui medius eſt inter corpora ſana, & ea, quæ vere ægra in extrema parte circunferentię illius latitudinis, vltra quam non ſtat vita, repoſita ſunt. Neque etiam volumus vos latere, quòd corpus ſimpliciter ſalubre non poterit cadere in morbum, neque debebit ægrum appellari, niſi totam ſanitatis latitudinem pertranſierit, quo in trãſitu diuerſi ordines lapſuum præter naturã proportionem reſpondentes diuerſis ordinibus naturalibus in huiuſmodi corpore inuenire licebit, atque in eo trãſitu tale corpus neutrũ, & medium trã ſitus dici poterit, licet nondum totam ſanitatis latitudinem egreſſum fuerit. Quod ſi vel corpora ſimpliciter inſalubria artis beneficio ad melius trãſlata talia fiant, qualia ſunt ſimpliciter neutra, uel pari ratione ſi ſimpliciter neutra talia fiant, qualia ſunt ſimpliciter ſalubria, hęc corpora eo ſolo diſcrimine, quòd talia non ſunt ab ortu naturæ ab illis differentia non quidem ſimpliciter vel neutra, vel ſalubria, ſed vt nũc dicentur. Ad hæc vos quoque cautos eſſe oportet, ne in eorum errata incidatis, qui perperam arbitrãtur, tum inter neutra ſecundi ſignificati ea corpora eſſe enumeranda, quę in aliqua quidem parte ſanitatem, in aliqua uerò neutram habent diſpoſitionem, tum inter neutra tertij ſignificati ea eſſe reponẽda, quæ quandoque ſanitate, quandoque neutra diſpoſitione fruuntur, quæ quantum à Galeni doctrina ſint aliena, non eſt, ut nitamur hic pluribus vobis explicare, quod (vt ſcitis) ſatis diffuſe, & perſpicue publicis lectionibus declarauimus, ac ẽt declarabimus: Ex qua hac ipſa figura illud etiam poterit vnuſquiſque veſtrum faci e uidere iure corpus optimæ conſtitutionis, & à corpore inſalubri ſimpliciter, & à corpore ægro maximè diſtare, nec in eo Gal. eſſe reprehendendum, ut nonnulli falſo prædicant. Vtilitatem autem diſtinctionis horum corporum, ad quam ſcilicet medicinæ partem illorum unumquodq; pertineat, hic ſcribere prętermittemus, ne chartas uideamus uelle magis implere, cùm præſertim id antea dilucide explicauerimus, & hoc anno ſumus explicaturi. Suppoſita neutri primi ſignificati in ſemper, & ut nunc diuiſione, Galenus in primis neutri ſimpliciter diffinitionem aggreditur, & ſuppoſita ſuperiori diffinitione id ſolum ponit, quo differt à neutro ut nunc, & quo ſimpliciter dicitur, ea nanque diffinitione omnia dicuntur neutra, dicit igitur ſic.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 97 sur 753

©BIU Santé

Et huius hoc quidem simpliciter tale, quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum.

Habet enim naturalem dispositionem mediam à generatione, uel ab ortu naturæ, & hoc à neutro vt nunc distinguitur, cuius diffinitionem assignans scribit.

Hoc verò vt nunc, quod in præsenti tempore medium existit saluberrimi, atque insaluberrimi corporis.

Sepe dictum est superius, quomodo talia vt nunc à simpliciter talibus distinguuntur: quæ enim corpora ab ortu naturæ neutra nõ sunt, sed aut salubria, aut insalubria simpliciter, & aliquo accidenti facta sunt media inter saluberrimum, & insaluberrimum, vtpote salubria quidem ex indebito, insalubria uerò ex debito regimine, non quidem neutra simpliciter dici promerentur, siquidem non ex ortu naturæ talia sunt, sed neutra nunc, & medium transitus dicuntur, & ob id nõ vere, sed impresentiarũ neutra sunt. Supposita neutri simpliciter in semper & multum diuisione demum Galenus primo loco neutrum semper diffinit dicens.

Ipsius autem simpliciter semper quidem tale est id, quod in omnibus ætatibus tale perdurat.

Non enim mutatur, vt neutrum multum, de quo agens deinceps.

Vt multum autem, quod nonnullas recipit mutationes.

Quoniam non tale perseuerat in omni tempore, siue in omnibus ætatibus. Sed dices, cur Galenus non diffinit hæc neutra, vt superius salubre & insalubre semper & multum, de quo quidem ut multum dixit, quòd ab optima constitutione parum recedit, non autem, quia aliquas suscipiat mutationes: item competens generi omnibus & competit speciebus, sed cum neutrum simpliciter diuũsum in semper & ut multum ab ortu naturæ mediam acquisierit dispositionem, qua mediã habitudinem inter saluberrimum & insaluberrimum possidet, ita hæc habitudo in neutro multum sicut in neutrõ semper perseuerabit, nõ igitur neutrum multum vllas recipit mutationes. Respondendum est, quòd cum hæc duo corpora neutra in se duo habeat, alterum quidem com-

©BIU Santé

commune ſcilicet neutrum, & hoc quidem modo neutra per extrema, quorum ſunt media, recte declarata fuerunt, quę ſanè extrema prius per ſuas cauſas enucleata ſunt, quòd cum habeamus ipſum eſſe mediũ, habebimus etiam, quòd mediam naturam poſſidet, uti ſuperius dictũ eſt, alterum uerò, quo differunt ſemper, ſcilicet & ut multum, reſtabat modo dicere cur hoc ſemper, hoc verò multum dicatur, idcirco dicit Galenus ſemper per omnes ætates ſimile perdurare: idem enim uidetur dicere ſemper, & per omnes ætates, multum uero nonnullas recipere mutationes, id enim multum, ideſt promaioriparte importare videtur, & licet ſalubre; & inſalubre ſemper & ipſa habeant, ut quatenus ſemper talia ſimilia per omnes ætates perdurent, melius tamen eorũ natura oſtendebatur, ſi Galenus in eorum diffinitionibus apponeret, quòd optimam uel peſſimam habẽt temperaturã, atque commoderationem, cum preſertim inſalubre, & ſalubre ſimpliciter prius per bonã malãque temperiẽ & commoderationem fuerint diffinita: pariter etiam cum neutrum ſimpliciter diffinitum ſit, quòd ex ortu naturæ eſt exquiſitè medium inter ſaluberrimum & inſaluberrimum, ex conſequẽti declarare uoluit, quòd neutrum ſemper per omnes ætates hanc exquiſitam ſeruat mediocritatem, vt multum, quod aliquas recipit mutationes! Ad ſecundum dicendum eſt, quòd neutra ſemper ſunt media exquiſite verè, & apparenter inter ſalubre, & inſalubre, neutra autẽ multum non ſunt vere exquiſite media, paululum enim ab ea mediocritate dimouentur, at non adeo ut ſenſu dignoſcantur, ob id ſolum apparenter ſunt exquiſite media, natura nanque eorum paulum recedit aut verſus ſaluberrimum, aut uerſus inſaluberrimum, ut neutrum multum a neutro ſimpliciter verſus inſalubertimum per calidum declinans, in ætate quidem calida, & aliqua occurente cauſa valida ad calefaciendum, & tempore denique calido & huiuſmodi tale corpus tunc magis eſſe pronũ ad morbũ, quàm ad ſanitatem facile deprehenderetur, quod in aliis ætatibus alijſque cauſis occurrentibus indifferens videtur ad ſanitatem, & ægritudinem: Et hoc eſt, quod dicit Galenus quod neutrum ſemper in omnibus ætatibus tale perdurat, ideſt non ſolum eſt, ſed etiam ſemper apparet exquiſite medium, & neutrum, ut multum autem, quod paululum declinat, licet plurimum appareat exquiſite medium, aliquando tamen non nature, ſed illius apparentię ſuſcipit mutationes. Natura enim ita in hoc ſemper ſimilis perſeuerat, ut in ſemper neutro, ſed de perſeuerantia ſimilitudinis apparentiæ intelligendum eſt. Dices ergò neutrum multum hoc modo non eſſet exacte in medio. concedi poteſt, quòd non eſt vere in medio exactè, ſed ſo-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 99 sur 753

©BIU Santé

lum apparenter, ut dictum est; dici etiam potest, quòd in medio exacte repositum est, ut enim si superficies quinque pedum esset, totum verò trium pedale in medio exquisite esse diceretur, comparando autē partes trium pedalis inter se se, sola pars, quæ in medio est, exquisite & uere in medio dicitur, reliquę verò à medio uersus alterum extremum recedunt, ita etiam totum neutrum simpliciter est exquisite medium, cō parando autem partes inter se se huiusce neutri, neutrum semper exquisite medium nominatur, ut multum uerò paulum recedit ab eo. Deinde Galenus supposita neutri secundi significati in simpliciter, & ut nunc, statim primo neutrum simpliciter diffinit dicens.

IVXTA verò secundum significatum neutrum erit corpus, quod ab ipso ortu naturæ.

Ex hoc denotat, quòd de neutro simpliciter loquitur: deinde subdit.

CONTRARIARVM similiter est particeps dispositionum.

Et per cōtrarias dispositiones vult salubritatē, & insalubritatē, dicāt alii quicquid uelint: non enim id solū dicitur neutrū, quod neutro contrariorum participat, sed etiam quod ita eis participat, ut nomen neutri subire ualeat. Deinde ostendit Galenus quomodo corpus aliquod potest particeps esse duorum contrariorum, dicens.

AVT, scilicet in una parte, aut in duabus differentibus.

Quomodo autem in una parte possit esse particeps contrariorum in primis declarat Galenus, scribens.

IN una quidem si secundum alteram oppositionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit temperaturam, uel etiam secundum utranque, sed in formatione, uel in magnitudine, uel numero partium, uel situ delinquat, aut cōtra, in his quidem recte se habeat, uel omnibus, uel quibusdā, peccet autē in tēperatura.

1. de elemen. & de const. art. cap. 9.

Primas qualitates nominat effectiuas, quas solas totam per totam substantiam immutare dicit Galenus. Deinde ostendit quomodo in diuersis

©BIU Santé

diuersis partibus possit esse particeps corpus hoc neutrum duorum cõ trariorum.

In differentibus uerò partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quicquam simul particeps esse contrariorum.

Clarum est, quomodo omnes tẽperaturæ, & compositiones oppositæ in eis ab ortu naturæ procreari possunt, ita quòd altera quidem salubris, altera uerò insalubris existet: & ob id corpus de extremo utroq; participans neutrum dicetur. Cęterum de triplici statu inęquali corporis hẽt Galenus 6. de tuẽ. sani. quos quidem status asserit iuxta triplicem nostri corporis compositionem fieri, quarum prima est ex elemẽtis partium similarium, secunda partium dissimilarium, & tertia totius corporis ex dissimilaribus: Ex quibus facile constat in diuersis partibus, & in vna, & eadem parte esse posse oppositas constitutiones. Aduertendum autem, quòd tale neutrum ab insalubri simpliciter distat, quoniam in hoc neutro non opus est ut pars insalubris ita partem salubrẽ in insalubritate excedat, quòd totum corpus insalubre reddat, alioqui tale corpus insalubre diceretur, vt ex eius patet diffinitione. Deindẽ Galen. supposita dicti neutri simpliciter in semper, & ut multũ diuisione, in primis de neutro semper dicit, demum & de eo ut multũ.

Et semper quidem tale, quod per omnes ætates in eodem perseuerat, vt multum verò, quod aliqua ex parte euariat.

Et dictis de neutro primi significati omnia patẽt hic dicta, & de neutro semper, & de eo ut multum, intelligendum enim est, quòd neutrũ semper simile perseuerat quo ad esse, & apparentiam, vt multum verò aliqua ex parte euariat, non quòd naturam ex ortu naturæ concessam deperdat, sed quòd certis temporibus & casibus id non esse ita exacte mediũ deprehenditur, vt prius cernebatur, quod ei contingere potest vel quia erat particeps salubris & insalubris ut multum, non autẽ semper, vel quia inæqualiter de salubri & insalubri semper participabat. Deinde diffiniens neutrum nunc secundi significati, dicit.

Ita uerò & nunc neutrum erit corpus iuxta secundum significatum, quia vel parte in una hæc quidem sibi salubria existunt, illa

©BIU Santé

la uerò insalubria, uel indifferentibus ita afficitur partibus.

Hæc diffinitio intelligenda est, ut illa neutri simpliciter uno excepto quòd hoc ea non habet ex ortu naturæ, sed ex tempore, & arte vt salubria simpliciter ex indebito regimine, insalubria verò simpliciter ex debito regimine. Deinde Galenus declarans neutrum tertij significati scribit.

IVXTA *uerò tertium significatum neutrum erit corpus, quod aliquando quidem salubre, aliquando uerò insalubre existit, vt nõnullis accidit, qui in pueritia salubritate corporis uigent, cum uerò ad iuuentutem peruenerint, insalubres euadunt, aut contra.*

Galenus sexto de tuend. sanit. de temperatura calidi & humidi scribens dicit, quòd qui maxime sunt humidi (quod attinet ad temperamẽti rationem) maximè longæui sunt, sed in pueritia deterius se habent, tempore tamen præstantius euadunt: item Hippo. dicit, Quicunque
2.Aph.49. iuuenes morbo commitiali laborant, mutatione maxime ętatis, & temporum, & locorum, & victuum liberantur: præterea secundo huius ubi ostendit signa temperaturæ frigidę & siccę cerebri, inquit Galenus, q in pueritia sensus in eis sunt perfecti, prouecti verò citius emarcescũt. Proinde cùm non dicat Galenus cuius neutri hæc declaratio sit an in communi, an simpliciter, an nunc, nec diuidat, ut solet in simpliciter, & nunc, & simpliciter in semper & multum, hæc omnia à nobis explananda censeo, & potissimum num detur neutrum nunc huiusce tertij significati, si prius sequentia contextus verba exposuerimus, quę talia sunt.

IN *uno autem tempore, quod ita est neutrum, consistere nequit, latius uerò si accipiatur, contingit. Nouimus autem, quod nunc dupliciter dicitur.*

Curtius expertit, quòd cum Galenus dixerit neutrum hoc respectu diuersorum temporum nominari ostendit, quòd per diuersa tempora non intelligit quasdam temporis partes, sed quę in latitudine magna consistunt, quodque hoc in paruo tempore, ut in præsenti tempore neutrum non dicitur, idcirco dixit, quod est ita neutrum tertij, scilicet signi-

©BIU Santé

significati, in uno tempore consistere nequit, hoc est in uno tempore non dicitur neutrum, latius verò si accipiatur contingit, idest si aggregentur tempora, quibus fuit salubre, & insalubre hoc neutrum eo modo dici potest. Qua de re subdit: Nouimus autem, quòd nunc dupliciter dicitur, hoc est vno modo, de tempore presenti dicitur, quod est ferè instans. Et de tempore præsenti, cui copulatur futurum, & preteritū secundum partem, hoc autem neutrum non dicitur primo, sed secūdo modo: & quoniam hoc neutrum non est nisi in magno tempore ob id (inquit Curtius) non diuiditur in simpliciter & vt nunc. Verū hoc non videtur ad mentem Galeni, qui superius dixerat, Neutra uerò & causa & corpus, & signū & ꝙ simpliciter dicitur, & quod nūc ut tripliciter unūquodque appellatur; Quibus quidem verbis Galenum vel le videtur dari neutrū simpliciter & ut nunc tertij significati. Quocirca mihi magis exponendum placet, quod Galenus tacitę cuidam occurrat dubitationi, quomodo neutrum nunc in hoc tertio significato reperiri possit, cum idem eodem tempore esse salubre, & insalubre non valeat, in diffinitione nanque ipsius nunc dicitur, quòd tale est in presenti tempore, intendit quinetiam ammouere & alterum dubium, quòd scilicet non uidetur tale corpus neutrum dici posse: quocunque enim tempore id neutrum appellare uolueris, uel salubre, uel insalubre erit ob id inquit, quòd tale neutrum in uno tempore scilicet nunc esse nō potest, sed subdit, Latius uero si accipiatur, contingit pro aggregato scilicet ex tempore, quo dicitur salubre, & tempore, quo insalubre nominatur, tunc corpus tertii significati dicitur: Deinde cum dicit Galenus, Nouimus autem, quòd nunc dupliciter dicitur; vult inferre, ꝙ cum proferimus neutrum nunc secundum hoc significatum, idest in presenti tempore, per nunc volumus tempus momentaneum, & breue, sed quod magnam obtinet latitudinem, quod etiam de una tota ętate nonnunquàm dici solet, ita .n. in pueritia feci, nunc scilicet in iuuentute ita faciam, dicere consueuimus; Quo quidem modo capiendo nūc hoc neutrum in simpliciter, & ut nunc dissecari potest, quod Galenus ex superioribus manifestum reliquit, pariter quod simpliciter distat à nunc, siquidem quod simpliciter dicitur ab ortu naturæ reperitur ꝙque simpliciter in semper & ut multum diuiditur. Dico igitur redeundo ad id quod in fine alterius contextus enucleari pollicebamur, ꝙ diffinitio neutri huius tertii significati in communi tradita est ob eas quas diximus rationes, quę à nobis breuitati studentibus haud repetendę sunt. Cæterum dices, si daretur hoc neutrum simpliciter, ergo idem corpus ex salubri fieret insalubre, quæ quidem corpora ex natu-

Cap. 3.

rali

©BIU Santé

rali potentia uel impotentia dicuntur, vel si in priori ętate esset salubre ab ortu naturę, ergo fieri non poterit insalubre ab ortu naturę: qđ tamen illi aduersatur, quod superius à nobis dictũ est. Respondendũ est, quòd si corpus hoc ab ortu naturę vere salubre, vel insalubre fieret, vtique mutari non posset, at oritur cum dispositione, & natura ipsum in vna quidem ætate ad ægritudines aptum, in altera vero ineptum, & in ætate, qua parum est procliue ad ægritudines, licet absolute salubre dici non possit, in ea tamẽ tale dicitur, pariter & de ætate, qua ad ęgritudines procliue est. Quo loco vnum aduertendum esse existimo, multas tum à Trusiano, tum etiam ab aliis fieri mediorum complicationes cum extremis, vel mediorum inter se, quæ licet inter modos tres neutralitatis non sint nominandę, ad eos tamen & præsertim ad secundum modum reduci volunt. Quæ quidem opinio ex se ostenditur erronea. Cum ergo casus proponuntur, in quibus hæ fiunt complicationes, perpendendum est, num propositum corpus in se habeat extremam salubritatem, & insalubritatem, an neutram dispositionem: si enim vtranque includit, uel eodem tempore, & tale ad secundum neutri modum spectat, dummodo insalubritas non sit apta totum insalubre denominare, uel diuersis temporibus, quod ad tertiũ modum spectat: si uerò nec insalubritatem, nec salubritatem includit, neutrum primi modi dicetur: quòd si sit corpus in uno salubre, in altero neutrum, erit neutrum uel primi, uel secundi, uel tertij significati, ut erit id neutrum, nec tale dicendum est neutrum secundi significati, quoniam de utroque participet, si quidem hoc uerum non est, sed de uno duntaxat particeps est, iamque dixerat Galenus, quòd neutrum secundi significati est simul particeps contrariarum dispositionum: si uerò cuipiam neutro insalubre coniungatur, corpus erit insalubre, pariter & si insalubre semper cum insalubri multum, corpus
Cap. 82. erit semper insalubre, dicãt alij quicquid uelint. Denuò dices fortasse, quòd Galenum neutrũ, quod est medium transitus, omisisse videtur, quod tamen secundo huius per signa docet cognoscere. Respondeas uelim, quòd habitis extremis, medium facile dignoscitur, cum enim id medium sit inter sanum & ęgrum, quæ ferè idem sunt, quod salubre, & insalubre nunc, facile est cognoscere, quòd tale corpus neutrũ est, quod uel malam temperaturam, uel malam compositionem, uel commoderationem obtinet, sed nondum ęgrotat: ob id diffinitio insalubris nunc erit huius neutri mutata ea particula, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat, in hanc, quod eo tempore, quo tale dicitur nondum actu ægrotat: ex quo cuiquam manifestum esse potest,

©BIU Santé

test, quomodo ex extremis mediũ facilime dignoscatur, vt etiam declaratis signis optimæ constitutionis dicit Galenus velle signa insalubris simpliciter ostẽdere, si quidem habitis extremis facile est media ipsorum comprehendere: adde quòd Galenus ibidem de huiuscemodi corporibus mentionem facturus erat. At dicet quispiam, philosophus, q̃ sanitas & ægritudo contraria sunt immediata, vt in post prędicamentis Arist. habet, siquidem sanitas æqualitas, ægritudo verò inæqualitas est, & inter æquale, & inæquale non intercidit medium, inter igitur sanum & ægrum tale neutrum non datur. Trusianus & alii conciliantes Arist. cum Galeno inquiũt, posuisse Galenum mediam inter sanitatem, & ægritudinem neutralitatem, quę est insensibiliter lędens operationes, quam quidem Aristo. ægritudinem nominat, à qua specie nõ differt, vt habetur à Galeno dicẽte, q̃ in homiomerijs, cũ fiunt, eadem statim constant essentia, etiam, q̃ à nobis & laborantibus non percipiatur, qui cessant separatis causis eos facientibus, eos namque natura sanat non indigens extremo: Verum male Galenum interpretantur, nempe q̃ ex eius sententia neutralitas insensibiliter lædat operationes, siquidem hęc insensibilia à medico iudicantur, ac si non essent, iuxta id omnium sensus sit iudex, non rerum natura inspiciatur: item eadem sunt signa prognostica futurę ægritudinis, & neutralitatis demonstratiua, quæ sensibilia sunt, cum ait, q̃ eadem dispositio debili corpori est ęgritudo, quæ forti neutralitas existit: prętera Galenus dicẽs principium ęgritudinis sumi à die decubitus habet expresse neutralitatem sensibilem esse dispositionem; adhuc testatur quoque neutram dispositionem eorum esse, quę manifeste discrasiantur, sed nondum ęgrotant, cum adhuc consuetus peragant operationes: Et licet morsus à cane rabido, quique delecterium assumpserũt, neutra sint, & sensibilem malum non habeant, causa tamen sensibili potiuntur, à qua motus non ab insensibili malo agit, ut ea prędeuet, non enim quę rit malum insensibile, sed causam ammouere, à qua primum gigni potest, dehinc & lędo sensibilis: & ob id neutrum necessariò aut lędione, aut sensibili indiget causa. Sed quid ad hæc dicendum sit, alibi diffusius explanauimus. Proinde utilitas quę ex dictis habetur diffinitionibus talis est, eo q̃ præcipua est medici intentio ut sana corpora aut cõseruentur, aut ad melius traducãtur, neutra autem prędeuẽtur, uel reficiantur, ęgra uero curentur. quod tertio huius docet Galenus: ob id ex suis signis corpora sana, neutra, & ægra sunt cognoscenda, quod fit secũdo huius: oportet autem prius corpora per diffinitiones agnoscere, quod in primo libro perfecit: vnde fit, vt primus ad secundum, & secundum

2. huius cap. 8.

1. de lo. affect. 2.

1. de loc. aff. 2. & 3. de tẽper. 4.

2. huius. 8. & 82.

1. de dieb. crit. 6.

lib. de par. ant. med.

©BIU Santé

6. de tuen. ſan. à principio.

ſecundum, ad tertium ordinetur librum: Quocirca ſanorum quæda temperata ſunt, quę ſalubria dicuntur, quædam uero diſtemperata, quę multiplicia ſunt, ut teſtatur Gale. cum ait, q̃ duplex eſt eorum diſcrimen ſecundum genus, aliis ſimili intemperie omnes partes habẽtibus, aliis diſſimili, & deinde oſtendit, quę ſimilium peſſima eſt, & quæ non, & diſſimilium duplex eſſe genus, aliis principes partes conſtant contrarijs temperamentis, quæ morbis maxime patent, alijs diuerſæ à principibus conſtant contrarijs temperamentis, quæ non ita obnoxia ſunt ægritudinibus: horum autem deficientium ab optimo, quod unum eſt in omni genere, quędam dicuntur ſimpliciter iuſalubria, quędam ſimpliciter neutra, uel primi, uel ſecundi, uel tertij ſignificati, quę alia & alia ratione indigent conſeruari, & ex conſequenti alias & alias conſeruatrices, & permutatrices cauſas poſſident: ob id eorum omnium hoc ordine à Galeno digeſtorum cognitio ualde neceſſaria eſt, quæ quidem diffinitiones dicuntur & capita ſunt, & ut cõcluſiones eorum, de quibus agit Galenus in libris de elementis, de temperamentis, de bono corporis habitu, de inæquali intemperie, de uſu partium, & huiuſcemodi, quæ enim in eis libris ſcribit Galenus nõ ob aliud facit, niſi ut ex illis temperaturarum diuerſitatem, & conſtitutionum corporum ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum comprehendamus. Recapitulans aut breuibus, & ſe ad ſecundum continuans librum ſubiungens Galenus dicit.

SALVBRE igitur, & inſalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale vnumquodque ſit, ſufficienter explicauimus. De ſignis verò deinceps dicendum.

Litera clara eſt, neque ulla indiget interpretatione, iam ad ſecundũ deueniamus, iuxta latinorum ſectionem.

De ſignis ſalubribus. Cap. 7.

Quod eſt libri ſecundi, iuxta Latinorum ſectionem initiũ.

SVNT autem & ex his ſalubria quidem, quæcunque præſentem indicant ſanitatem, & futuram prænuntiant, & præteritam memoriæ ſubijciunt: inſalubrium verò quæ & præſentem indicant ægritudinem, & futuram pronuntiant, atque præteritam memo-

©BIU Santé

memoriæ ſubijciunt: eadẽ ratione neutra dicuntur, quæ neutrã diſpoſitionem oſtẽdunt, prænũtiant, & memoriæ ſubijciunt, et quæ nihil omnino de diſpoſitionibus indicant, vel nihilo magis ſalubrem, quam inſalubrem diſpoſitionem oſtendunt, et quæ partim quidem ſalubrem, partim uerò inſalubrem indicant diſpoſitionem, & quæ aliquando quidem ſalubrem, aliquando uerò inſalubrem, & hæc quoque ſecundum tria tempora ueluti ſalubria & inſalubria appellantur.

GALENVS traditurus corporum per ſigna cognitionem, hac in parte ſignorum aggreditur diuiſionẽ, eaque in demonſtratiua, prognoſtica, atque rememoratiua diſtinguit, quæ quidem manifeſtat ex his, quæ deſignãtur: ſigna nanque ad aliquid dicuntur, eorũ quę natura talis eſt, ut per ea, ad quæ referũtur, diffiniãtur: ob id demonſtratiua ea eſſe inquit, quę pſens quippiã indicãt, prognoſtica, quæ futurũ pnũtiãt, & rememoratiua, quę præterita memoriæ ſubiiciũt: uerũ cũ hæc tria ſignorũ genera in triplici ſint differẽtia, ea rurſus diſtinguit: quædam enim ſalubria eſſe ait, quæ pręſentem ſanitatẽ indicant, aut futuram prænũtiant, aut pręteritam memorię ſubiiciũt: quædam inſalubria, quæ pari modo in tria illa tempora diſecantur, nõ nulla poſtrẽmò neutra uocata, quę eodem pactò in tria (ſi recte Galeni mens intelligatur) ſignificata diuiduntur. Quod ut clarius fiat, exemplis breuibus illuſtremus: ſalubria enim ſigna demonſtratiua ſunt actiones perfectę, mediocritas in mollitie, & duritie, optimus color, partiũ cõmenſuratio, atque alia id genus, quę præſentem ſalubritatem oſtendunt: prognoſtica autem ſunt, conualeſcentia uirtutis ægrotantis, quę in dies maior, ac maior fit, ſigna coctionis, & criſis, quę fit ſeruatis bonę criſis conditionibus: rememoratiua uerò ſalubria ſunt omnia, quæ oculis uſurpantur, quæ etiam demonſtratiua ſunt, vtpote corporis habitus, venarum mediocritas, & conſimilia. inſuper etiam rememoratiua pręteritę ſanitatis ſunt ideę ſeruatæ in mente medici, & naturalium actionum, & conſuetudinis uictus, color, & alia huiuſmodi, quæ qualiſnam fuerit pręterita ſanitas clariſſime oſtendunt: ob id Haly dicere ſolitus erat, quòd medicus, qui antea ſanitatis tempore ęgrum non cognouit, ab eo, aut ab aſtantibus ſciſcitari debet, quæ nam eius conſuetudo fuerit, quibuſque cibis ſanus delectabatur, qua hora, quot uicibus, & quantum nutrimenti commedebat, quibus etiã exercitiis utebatur, & an eſſet promptus ad iram, an timidus, an lætus, atq; huiuſ-

©BIU Santé

1. de victus rat. in acu. à cõtex. 29 infra.

huiuſmodi, quę præteritam ſanitatem oſtendunt: etenim conſuetudo agnoſcenda eſt, eam namque pro viribus, teſte Hippocra. conſeruare, cuſtodireque opus eſt, pariter & ſanitas cognoſcenda, æger enim (niſi cognoſcatur) ad eam haud recte deduci poterit, ſicut habetur à Galeno, ubi inquit, quòd quantum quis recedit naturali ſtatu poſſibile eſt ſcire ei, qui naturalem ſtatum exquiſite cognouerit, cum uero in ipſis hoc fuerit nobis ignotum, ne omnino hæſitemus, ad commune confugimus: At inſalubria demõſtratiua ſunt operationum læſio, prognoſtica autem ſunt eadem, quæ præſentem diſpoſitionẽ neutram oſtẽdunt, quemadmodum inferius dicet Galenus, nempè eadem eſſe ſigna neutra, & inſalubria, neutra quidem dum præſentem diſpoſitionẽ indicant, inſalubria autem dum futuram ęgritudinem præmonſtrant, rememoratiua vero ſunt, ut extenuatio, mali colores ex ægritudine derelicti, & cauſę procatharticæ, quemadmodum à Galeno primo prognо. diffuſius colligitur. Cæterum ſigna neutra primi ſignificati demõſtratiua ſunt, actio neque perfecta, neq; valde in corpore læſa. prognoſtica autem diminutio ægritudinis, vel ſanitatis, aut actionum, quę magis ac magis in dies efficitur: rememoratiua verò, cum actiones in corpore quandoque ægras, quandoque ſanas fuiſſe uidimus, aut ab alijs audiuimus. Neutra ſecundi ſignificati demonſtratiua ſunt, in uno mẽbro, aut vna natura eiuſdem membri actio læſa, & in altero membro atque altera eiuſdem membri natura actio perfecta: prognoſtica autem, vt ſi in Socrate malum generari colorem intuear, ſeruari tamen cõmoderationem, ipſumque adhuc eſſe ſanum, corpus hoc neutrum eſſe præſentiam: rememoratiua verò, ut ſi vidimus, audiuimusvè nonnunquam actionem unius membri læſam, alterius autem membri perfectam fuiſſe: Neutra tertii ſignificati demonſtratiua ſunt, læſę, perfectęque diuerſis temporibus actiones, prognoſtica autem actiones, quę ſub diuerſis temporibus modo à perfectione recedunt, modo ad eandem accedunt perfectionem, rememoratiua uerò quæque uel ex nobis, uel ab aliis huiuſmodi iam elapſam diſpoſitionem (vt in aliis dictum eſt) rememorantia deprehendimus. Aduertendum autẽ eſt, quòd duæ diuerſę reperiuntur tranſlationes, noua ſcilicet, & antiqua, in antiqua quidẽ clare patet, quòd Galenus tria ponit ſignorum neutrorum, primi ſcilicet, ſecũdi, & tertii ſignificati genera, iuxta uero nouá Leoniceni, & græcam literam ponere uidetur quinque genera primo in tria diuiſio ſignificato, vt Curtius exponit: primum.n. eſt eorum, quæ neutram diſpoſitionem, ſecundum eorum, quæ nihil omnino de diſpoſitionibus, tertium eorum quę non magis ſalubrem,

Cap. 81.

quam

©BIU Santé

quã insalubrẽ dispositionẽ indicant: quartũ eorũ, quæ partim salubrẽ, partim insalubrẽ: quintũ eorũ, quę aliquãdo salubrẽ, aliquãdo insalubrẽ ostẽdũt dispositionẽ. Veruntamen Galenus de tribus dũtaxat neutris meminit, nam in noua litera, cum dicit: [Eadem ratione neutra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, & quę sequuntur:] intelligit neutram dispositionem tribus communem significatis, cum uero subiungit [& quę omnino de dispositionibus nihil indicãt] ponit primum significatum, & cum subdit [vel nihilo magis salubrem, quam insalubrem ostendunt] alium modum à prædicto non ponit, sed id [vel] stat expositiue: cum enim dixerit [Quę nihil omnino de dispositionibus indicant] ne quis credat, q̃ neutram etiam dispositionem non significant, explicat, quas hęc signa non indicent dispositiones, in aliis autem locis non [vel] sed [&] collocauit. Hęc est vniuersalis signorum distinctio, quam & Aui. & Auer. sequuti sunt. Expositores vero diuersas alias machinati sunt signorum diuisiones, quas silentio inuoluam: nihil enim hoc in loco ad propositum nostrum conferunt, pariter alteram signorum distinctionem, nempè quòd quædã ex operationibus læsis sumuntur, quædam autem ex exeuntibus commutatis, nonnulla autem ex mutata qualitate, si quidem Galenus infra, & alibi de ea copiosius mentionem fecit: subiungit Galenus, quòd veteres vno & eodem vocabulo omnia appellare signa prognostica consueuere, inquiens.

t. primi doct. 3. c. 1. 4. collig. t.

3. de acci & mor. 2.

VOCANTVR autem nonnunquam à uetustioribus medicis hæc omnia signa prænunciatiua, quamuis præsentium, ac præteritorum indicatiua.

Primo namque prognosticorum dicebat Galenus. Ita efficitur, vt rerum, quæ per tria accidunt tempora, pręsensio censeatur, si quidem vates nihilominus demirandus est, qui tanquam præsentia dicat præterita, quæ non vidit ipse, quàm qui futura prænunciet, pari ratione, qui ea, quæ nunc geruntur, dicit quidem antequam uideat, nihilominus quàm ille qui videt, uates bonus est: & ob id ueteres illi medici omnia illa signa prænunciatiua nuncupabant. Comparans autem prædicta signa inter se quo ad vtilitatem, quæ ad opus medici refertur, subdit.

Cap. 5.

VSVS uerò non paruus ex prænunciatiuis, atque indicatiuis, minor autem ex his, quæ memoriæ subijci unt.

Quo fit, vt negare non uideatur Galenus, quòd ex rememoratiuis etiam utilitas non habeatur. Verum dubitari solet, num rememorati-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 109 sur 753

©BIU Santé

ua ſpectent ad medicinam, quemadmodum hoc loco aſſerit Galenus,
Cap. 9. & author ille introductorii cum ſigna in hæc tria diuiduntur, ſine quibus medicus curare non poteſt, quod etiam ratione confirmatur: nam ſi ſanitas præterita, ad quam deducendus eſt ęger, cognoſcenda eſt, ea autem ex rememoratiuis non niſi comprehendatur: rememoratiua utique ſigna medico ualde neceſſaria ſunt. In contrarium verò eſt Galeni authoritas dicentis rememoratiua ſoli medico neceſſaria eſſe, ſuã
1. prognoſti. 5. excellentiam oſtendere volenti, aliis verò prorſus inutilia, at prognoſtica utiliſſima, quorum quidem utilitas facillime dignoſci poteſt, ſi ad artis finem referatur, etenim omne theorema medicinale uerum et
Libro de opt. her. ad Traſſ. à principio. ſe oportet, conſequens ex medicinæ principiis, & ad finem aſſequendum perutile. Non igitur rememoratiua ad medicinam ſpectare, cum ſoli medico, non autem ægro utilia ſint. Quod & corroboratur, ſiquidem in libro de conſtit. artis med. & de part. art. med. de ſignis mentionem faciens, de aliis omnibus præterquam de rememoratiuis meminit Galenus. Curtius huic uolens ſatisfacere dubitationi ex Auer.
4. collig. 1. dicebat, quòd ſigna, quę ſuper ęgritudines pręteritas indicant in hac arte partem utilia ſunt, & hoc Galenum uoluiſſe aſſerit rememoratiua ſoli medico utilia eſſe dicentem, rememoratiua autem ſanitatis prętęritę (inquit ipſe) ęgro conferunt, & utilia ſunt, licet minus quàm alia. Verum Auerroes non dicit, ꝙ illa priora abſolute, & penitus in arte inutilia ſint, ſed parum utilia, ita ut concedat, ꝙ aliquam etiam prę-ſtent utilitatem. Quocirca rectius dicendum exiſtimo, ꝙ rememoratiua duplicia ſunt, quędam rem prętęritam duntaxat rememorant, nihilque ad rei pręſentis cognitionem conferunt, nõnulla autem ad rei præſentis cognitionem aliquid etiam faciunt, utpote ſanitatis prętęritę cognitio, ad pręſentis ęgritudinis cognitionem, prima quidem utilia non ſunt, ſed ſecunda, non quidem ut rememoratiua, ſed ut ea quę rememorant præteritum, ad rei pręſentis cognitionem conferũt: ait enim Galenus à nullo adhuc non permanentium indicatio ſumitur agendorum. Ex hac igitur noſtra diſtinctione clare conſtat, quõ
4. metho. med. 3. Galenus inquit rememoratiua ſoli medico utilia eſſe: intelligit namque de rememoratiuis ſolis, quę ad cognitionem rei præſentis non cõferunt. Qua de re dicebat idem in primo prognoſt. quòd medicus ſuã oſtendit excellentiam narrans quę prętęriit infirmus, quaſi dicat narrans quęcunque & infirmus, & quiſque narrare ſciret, ſicut & prę-ſentia, & quę prętęrita ſunt, ut ex ſignis habitis, ſibique commemoratis ſi recenſeret ęgro, uel conualeſcenti, quos dolores in morbo paſſus eſt, quanto tempore ægrotarit, quibus cibis oblectabatur, atque id genus

©BIU Santé

nus tale, hæc ſolum medici excellentiá oſtenderent, ut Galeno apud medicum illum Siculum contigit. Atqui licet ſoli medico utilia ſint, aliquid tamen ad finem artis conferunt, aut ſaltem faciunt ægrum magis confidere de medico, ille enim plures ſanat, de quo plures confidunt, ut eſt in adagio. Ad id autem quod dicebamus, quòd Galenus de eis non meminit, reſpondendum eſt, ꝙ cauſa exempli rememoratiua præteritæ ſanitatis eadem ſunt cum demonſtratiuis præſentis ſanitatis; & ob id de rememoratiuis mentionem non fecit, ſatis enim fuit de demonſtratiuis meminiſſe. Sed num demonſtratiua, an uerò prognoſtica utiliora ſint: de rememoratiuis enim dubium non eſt, cum omnes ea minus utilia concedant, communis fuit opinio ob dictum ꝙ rememoratiua ſoli medico, demõſtratiua ſoli infirmo, prognoſtica & ægro, & medico conferant. At aduerſus hanc opinionem extat Galeni authoritas dicentis, quòd uates non minus laudatur, ſi prędixerit & præſentia, & præterita, quæ neque uiderit, neque audiuerit, quàm ſi futura præſenſerit, atque prædixerit: ergo demonſtratiua medico etiã utilia ſunt. Reſpondent omnes, ut Auicennam tueantur, demonſtratiua duplicia eſſe, quædam, quæ omnibus nota ſunt, & ab omnibus narrari poſſunt, nonnulla autem; quę non omnibus nota, atque ob id Auicennam de primis loquutum eſſe, at Galenum de ſecundis: Sed aduerſus hanc conciliationem eſt ipſemet Auicenna contrarius, ſiquidem ſigna diuidens in demonſtratiua, prognoſtica, & rememoratiua, ſigna ea demonſtratiua recenſet, quæ non omnibus nota ſunt, cui hoc addas, quòd ea omnia ex Galeni ſententia commemorat: ob id meo quidem iudicio putarem ego, ꝙ Aui. hinc inde ſuum colligẽs canonem ex diuerſis authoritatibus non recte Galenum intellexerit, de cuius mente prædicta omnia deſumpſiſſe profitetur. Dicunt præterea fermè omnes, quòd demonſtratiua utiliora ſunt, quàm prognoſtica, quod quidem dictum ab Haly ſumunt, dicẽte, quòd licet ſigna prognoſtica & demonſtratiua neceſſaria ſint, maior tamẽ demonſtratiuorum neceſſitas eſt, per demonſtratiua namque uel ſanitatem conſeruãdam, uel ægritudinem curandam cognoſco, proinde quęque à medico peragenda ſunt: ſed per prognoſtica medicus imminens aliquod malum, cui obuiandum eſt, pręcauet, futura quinetiam bona cognoſcit; quo fit, ut hęc nunquid naturę opitulandum ſit, nec ne, indicent: ueruntamen magis neceſſarium eſt pręſentem ſanitatem, aut ægritudinẽ cognoſcere, ſine qua quidem cognitione neque facere, quę in pręſenti tempore efficienda ſunt, neque tandem conſeruare ſanitatem, aut ægritudinem ammouere ualemus, quàm malis occurrentibus propulſa

5. de loc. affect.

ſecunda primi doc. 3. cap. 1.

1. Progn. 5.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 111 sur 753

©BIU Santé

re: non enim mala ſemper eueniunt, quibus obuiandum ſit, neque ſemper criſes efficiuntur. Curtius ex una Galeni authoritate ubi comparans inter ſe tria ſignorum genera, iuxta antiquam trãslationem, dicit, prognoſtica utiliora eſſe, quàm rememoratiua, & demonſtratiua eam communem reprobat opinionem. Sed in noua tranſlatione, & litera greca de ſignis prognoſticis ſolum dicit, quòd utiliſſima ſunt, & de rememoratiuis, quòd ſoli medico utilia ſunt, ſuam excellentiam oſtendere uolenti, at de demonſtratiuis ne uerbum quidem fecit. Veruntamen hi omnino reprehendendi ſunt, neque enim omnes recenſent utilitates, quæ ex prognoſticis habeatur, ſiquidem præter tres utilitates ab Hippocra. & Galeno deſcriptas, eſt & utilitas altera, quòd prognoſtica, quę in tota ægritudine agenda ſunt, indicant, quandoquidem ex prognoſticis ſignis diem ſtatus agnoſcam, ad quem recta uictus ratio dirigenda eſt. quod non ſic demonſtratiuis accidit, cum ex eis, quę in preſenti ſolum agenda ſunt, agnoſcam, quę nec recte ſine prognoſticis haberi poſſunt, licet uerum etiam ſit, quòd abſque demõſtratiuis ex ſolis prognoſticis rectè, quę ordinanda ſunt, adminiſtrare non poſſimus. Propterea mihi magis dicẽdum uidetur, quòd hęc duo ſignorum genera uel æque utilia ſunt, uel ſi aliquis eſt exceſſus, utiliora ſunt prognoſtica, quàm demonſtratiua. Dubitare quinetiam poteſt quiſpiam circa huiuſmodi ſignorum diuiſionem, quandoquidem mẽbra diuiſionis coincidere uidetur, quod maximum uidetur eſſe inconueniẽs. ſunt enim ſigna multa rememoratiua, quæ in primis rem preſentem ſignificant, utpote piloſitas, & uenarum latitudo, necnon ſanitatem etiam prætetitam rememorant, prętereа in urina hypoſteſis preſentem uirtutis uictoriam, & ſanitatem futuram ſignificant. Huic ſatisfaciendum eſt, quòd idem ſignum reſpectu diuerſorum rememoratiuum, prognoſticum, & demonſtratiuum eſſe poteſt, quemadmodum uertigo, quæ frequenter fiat ex mala uictus ratione, demonſtratiuum ſignum eſt, malam namque cerebri diſpoſitionem præfert: eſt & prognoſticum, ſiquidem apoplexiam futuram comminatur, poſtremò rememoratiuum, quoniam memorię prętеritum inordinatum regimen ſubiicit, quod etiam Gal. infra teſtatur, inquiens, quòd eadẽ ſigna preſentem oſtendũt neutralitatem, & futuram ęgritudinem prænuntiãt. Aduertendum autem eſt, ꝙ iuxta ea quę à nobis dicta ſunt, rememoratiua ſigna rememorant, quę nunc non ſunt, ſed fuerunt: prognoſtica uero, quę ſimiliter nunc non ſunt, ſed futura ſunt, & ob id nonnulli male dicunt putantes, ꝙ bona complexio, & compoſitio capitis eſt ſignum demonſtratiuum optimę ſanitatis nunc exiſtentis, & prognoſticum

1. prog. 2. 3. 4.

Cap. 82.

©BIU Santé

ſticum etiam, ꝙ eadem erit optima, & poſtremo rememoratiuum, ꝙ fuit optima, ſed his miſſis, ad contextum deſcendamus, ſubdens igitur Galenus hæc, quę ſequuntur uerba, hunc in modum ſcribit.

CVM uerò ſint ſalubria corpora, hæc quidem ſimpliciter, hæc uerò ut nunc, quæ & bene ualentia dicuntur, ſalubrium ſimpliciter corporum duplicem diximus eſſe differentiam, quoniam nonnulla quidem ſemper, nonnulla verò vt multum eſſent talia, & ſemper quidem quæ optimam conſtitutionem ſortita ſunt, vt multum uero, quæ non magnopere ab illa recedunt.

Repetit corporum diuiſionem ſalubrium in primo libro poſitam, vt id corpus deligat, cuius ſigna prius enucleaturus eſt, & ut oſtendat, quo pacto horum corporum ſigna inter ſe ſe diſtent: in litera autem ipſius contextus clara ſunt omnia, neque ulla indiget expoſitione, aggrediamur ſigna corporum ſalubrium, quorũ diuiſionem ſuppoſuit.

De ſignis optimæ conſtitutionis. Cap 8.

EORVM autem dignotiones ſumendæ ſunt ab his, quæ ſecundum eſſentiæ rationem ipſis inſunt, & ab his, quæ ex neceſſitate conſequuntur, operationibus, caſibuſq́, qui propriè accidentia uocantur.

STENDIT hoc in loco Galenus, ex quibus ſigna corporum ſalubrium ſumenda ſunt, nempè ab inhærentibus ſecundum rationem eſſentię, ideſt à ſubſtãtialiter inherentibus, & à neceſſariò conſequentibus operationibus, & caſibus, qui ſcilicet caſus proprie accidẽtia uocãtur, ſiquidẽ in Græco dicitur καὶ συμπτωμάτων, quod nomen licet proprie dicatur de accidentibus morbum conſequentibus, ut habetur à Galeno dicente quæ conſtitutionem, unde actio naſcitur, neceſſariò ſequuntur, ſanis accidentia, ægris ſymptomata dicuntur, à quibuſdam tamen uſurpantur etiam pro neceſſariò conſequẽtibus ſanis, ideo ne quis crederet ipſum uelle ſigna corporum ſalubrium ab accidentibus morborum eſſe ſumenda, ſtatim ſubdit [qui propriè accidentia uocantur] quaſi dicat, non intelligo ſymptomata

1. method. med. 9.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 113 sur 753

©BIU Santé

3. de acc. & mor. 1. & 2

propriè ea, quæ proprie loquendo accidentia dicuntur, Galenus enim ait ſymptomatis proprium hoc eſt, ut præter naturam ſit, diciturque generatim, atque ſpeciatim: generatim quidē de morbo, cauſa morbi, & eius accidenti: ſpeciatim autem de accidenti morbum conſequente ueluti umbra corpus. Horum ſanè exempla confeſtim habebimus, etenim ponit Galenus, quō ſigna optimæ conſtitutionis ab his ſumenda ſunt, & hæc eſt uera huiuſce contextus expoſitio, non autem illa Truſ. uolentis ut legatur [quæ propriè] non autem [qui propriè] ſiquidem eius eſt opinio, q̄ ad caſus & operationes referat: Quod quidē minime ſtare pōt, quoniā in græco διὸτι ἐργαῶν, καὶ συμπτωμάτων, ἃ δὴ καὶ συμβεβηκότα καλοῦμεν ἰδίως, clarum autē eſt, q̄ τὰ ἔργα fœminini generis eſt, συμπτώμα vero neutri, & ἃ, ideſt quæ neutri generis apud græcos eſt, & ob id non niſi ad ſymptomata referre poſſumus. Neque etiam Truſ. rectè accidēs diuidit in operationem læſam, exiēs mutatum, & qualitatem mutatā: hæc enim diuiſio ſymptomatis eſt, & omnia quæ de accidente dicit, de ſymptomate dicenda forent, ſiquidē accidens de his, quæ ſecundū naturam ſunt, dicitur. Præterea Truſ. ait, quem & alii ſequuntur, quòd omnia hic à Galeno dicta de ſignis corporum ſalubrium ſunt canones ſignorum ſumendorum ſecundum omnia corpora ſeu ſana, ſeu ægra, ſeu neutra: Verum hoc falſum eſt, ſiquidem ſigna ægritudinum nō ſolum à ſubſtantialiter inhærentibus, & neceſſario conſequentibus comprehenduntur, ſed etiam à non neceſſario conſequentibus, ut alibi habet Galenus, & diffuſius a nobis annis iam elapſis ſuper primū aphor. librum diſputatum eſt. Cum igitur hic loquatur de ſignis duntaxat ſalubrium corporum, hanc poſuit diuiſionem, ut ſigna optimę conſtitutionis oſtenderet, in qua cum non reperiatur differentia, ideo non ſumuntur ſigna ab his, quę non neceſſario eueniūt, ut fit in morbis, qui cum multis modis eueniant, multas habent differentias, & ob id à nō neceſſario conſequentibus ſigna in eis deprehenduntur, quæ diuerſas morborum differentias conſtituunt, quod quidem ibidem exēplo pleuritidis declarat Galenus, oſtendens in primis quinque eſſe ſigna inſeparabilia pleuritidis febris, ſcilicet dolor lateris, difficilis anhelitus, tuſſis, & pulſus durus, deinceps & alia ſigna non neceſſaria, quę diuerſos modos, uel ſpecies pleuritidis conficiunt, vtpote quòd dolor ad furculas aſcendat, uel ad hyppocondria deſcendat, præterea quòd melius decumbat ſuper latere dextro, quàm ſuper oppoſito, uel è cōuerſo, hęc omnia cōtingentia ſunt, & diuerſos pleuritidis modos efficiūt. Verū dubitaret quiſpiā, nū operationes de ſubſtātia ſint ſanitatis, uī nāque hoc ita eſſe, ſiquidē ſanitas, uel ſanū p eas diffinit quemadmodum

lib. de conſti. arti. 15. aphor. 12.

Aph. 12.

©BIU Santé

dũ ex ipſo Galeno colligit, quę ſanè Leoniceni fuit opĩo. Sed cõtrariũ hoc ſentit Galenus inquiens operationes eſſe de neceſſariò conſequẽtibus, ergò non de ſubſtantia ſunt corporis ſani: cui & rationem adiici mus, nam dormientes ſani ſunt, attamen non omnes operationes efficiunt à corpore ſano prouenientes. Reſpondet Curtius, q ſanitas altero modo diffiniri poteſt, quòd debita temperies eſt calidi, frigi. hum. & ſicc. verum tamen hæc reſponſio tuta non eſt, quoniam ea ipſa ſanitas melius per operationes cognoſcitur: Reſpõderi ẽt poteſt, q ſanitas nõ per operationes, ſed per potẽtiã vel aptitudinẽ ad eas diffinitur: ob id Gal. ſanitatẽ diffiniens, inquit, eam eſſe affectũ ſecũdũ neutram ad faciendam actionem idoneam: cum enim in ſanitatis diffinitione potẽtia collocetur, quæ ad actionem relatiue dicitur, ideo in eius diffinitione actio reponitur, ut potentię relationem terminans, ſed ob id de ſubſtantia ſanitatis non eſt, licet ponatur ibidem, ut ſanitatis ſubſtãtia notificetur. Verum ſciſcitabitur à me quiſpiam, quęnam ex dictis ſigna magis certa ſint, nam ſi quæ à ſcriptoribus dicuntur, perpẽdamus, proculdubiò omnes conuenire reperimus, quòd ſigna ex caſibus ſumpta minus ſunt certa: at dubium eſt, an ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus, an verò ab operationibus ſint certiora. Reſpondent quidam quòd ex operationibus de prompta non minus, quàm quæ ex ſubſtantialiter inhærentibus firma ſunt, moti authoritate Aui. dicentis [Cùm que anathomię ſciẽtia ei acquiſita fuerit oportebit poſt hoc totũ ipſum ſtudere in ſignificationibus ęgritudinũ occultarũ ſecundũ ſex regulas, quarum prima eſt de nocumento operationum, & tu quidem operationes cum ſuis qualitatibus, & quantitatibus iam ſciuiſti, quarum ſignificatio eſt prima, & perdurans] Hęc Auic. Quòd ſi dicat quis, ſi ſtomacus aut nimia quantitate, aut prauitate cibi male concoquat, poſſet quis decipi id ex imbecillitate concoctricis uirtutis ſtomaci fieri exiſtimans: reſpondẽt, quòd ſimiliter ex ſubſtantialiter inhærẽtibus decipi poteſt, habens enim manus frigidas corpus temperatum tãgat, id profectò lapſum eſſe à temperie per calidum diiudicabit, atque hũc in modum cõtinget error. Hęc ſanè opinio falſa eſt, cuius quidem falſitas ex noſtræ opinionis dilucidatione quàm facilime enucleabitur. Dico igitur, quòd tribus ſeruatis conditionibus ſenſus circa proprium obiectum non decipitur, prima quidem; quod organum ſit bene diſpoſitum: ſecunda, quòd organum pariter eodem modo ſe habeat: ac tertia, quòd inter agens, & paſſum debita diſtantia reperiatur; quibus quidẽ ſic conſtitutis, infero ex hoc, quòd tribus illis ſeruatis conditionibus, medicus exercitatus ex ſignis à ſubſtantialiter inhærentibus ſumptis

1. de ac. & mor. à principio.

3. de ac. & mora.

2. primi doctri. 3. ca. 1

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 115 sur 753

©BIU Santé

decipi non poteſt: & ob id reſpondeo ad id, eam de manu infrigidata rationem, quod prima deficit conditio, nempè organi diſpoſitio, ſiquidem prædictarum duntaxat trium conditionum, alicuius vè earum defectu contingit medicum decipi ex ſignis à ſubſtantialiter inhærentibus acceptis, ſed ex his ab operationibus ſeruatis adhuc his tribus decipi poteſt, quandoquidem ſi ſit exiens mutatum in debita diſtantia, & organo uiſus, & pariter aere bene diſpoſitis medicus iudicare poteſt malam fuiſſe factam in ſtomaco coctionē uirtutis imbecillitate, quod tamen vitio cibi fieri contingeret: ſigna igitur ſubſtantialiter inhærētia omnino certiora ſunt, dicant alij quicquid uelint, quemadmodū clariſſime oſtendi poteſt. Sed denuo inſtabit quiſpiam probare intendēs, quòd à ſubſtantialiter inhærentibus nullo pacto ſigna ſumantur, propterea q̄ idem eſſet ſignum, & ſignatum, cum ſigna corporis ſalubris ſimpliciter ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus non niſi ſint optima temperies, atque optima compoſitio, idem & ſanitas ipſa. Reſpondet Truſ. huiq; inſtantiæ, quòd compoſitio, & temperies non ſuper optima ſanitate, ſed ſuper optime ſano ſignificant: Verum non aduertit ipſe, quòd indicans tale corpus optime eſſe ſanum, indicat quoque huius corporis optimam eſſe ſanitatem. Neque hac contentus reſponſione, aliam ſubdit, quòd ſpecies ſenſibilis rei eſt ſignum, non autem complexio, atque compoſitio: Sed adhuc non aduertit, quòd ipſe dixerat ſignū eſſe, quod ſenſibus offertur, notiuſque eſſe re ſignata quod ſpecies rei ſenſibilis, quæ eſt in organo, minime cōpetit. Veram autem huiuſce rei ſolutionem eſſe opinor, quòd ut animal & rationale ſunt de ſubſtātia hominis, pariter & complexio, & compoſitio de ſanitatis ſubſtātia, & vt homo per animal & rationale diffinitur, eodem propè modo ſanitas per ipſam temperiem, atque compoſitionem, idem namque fermè ſunt, at ratione diſtinguuntur: Vnde ſenſus primo quidem occurſu complexionem temperatam apprehendit, prout eſt complexio, ſicuti & compoſitionem, qua eſt compoſitio, demum eam eſſe ſanitatē diiudicat, ſanitas namque in temperie primarum qualitatum, & organicarum debita compoſitione conſiſtit: Subdit Gal. in contextu,

AB eſſentia quidem ipſa eorum, quæ optimam habent conſtitutionem commoderatione conſimilium quidem in cali. frigi. humi. & ſic, inſtrumentorum verò in quantitate, ac numero eorum ex quibus componuntur, ac præterea formatione ſitu partium ſingularum, ac totius inſtrumenti; ex his verò, quæ ex neceſſita-

©BIU Santé

te consequuntur cõsimilia, quantum quidem attinet ad tactum à mediocritate, quæ in mollitie, ac duritie consistit, quantum verò ad aspectum à colore optimo, & leuitatis, atque hispiditatis mediocritate. In operationibus à perfectione, quam & ipsarum virtutem appellamus. Ab his verò, quæ instrumentarias partes consequuntur a commensuratione, & pulchritudine omnium totius corporis instrumentorum, ac præterea ab earum, quæ ipsis insunt, virtute operationum: optimæ igitur constitutionis corporum signa indicatiua sunt hæc.

Cùm declarauit signa corporum salubrium a tribus sumi, hoc quidem contextu subdere voluit, quomodo a prædictis signa corporum salubrium semper sumantur: de his enim principalius est speculandũ, cum & perfectiora præ cæteris esse censeantur: signa itaque (ait Gal.) habentium optimam constitutionẽ, quæ sumuntur ab essentia, sunt cõmoderatio consimilium in cali. frigi. humi. & sic quæ est optima rem. peries, item commoderatio instrumentorum in quantitate, & numero eorum, ex quibus componuntur, nempè simplicium, & informatione, & situ partium, quæ sanè formatio consistit in congrua figura, superficie, & via: atque hæc signa dicuntur sumpta ex substantialiter inhærentibus, propterea quòd optima sanitas nil aliud est, nisi optima tẽperies & optima partium compositio: Subdit demum Gal. declarans signa sumpta ex necessitate consequentibus, atque in primis consimilium, quantum quidem attinet ad tactum sumuntur ex mediocritate in mollitie, & duritie, siquidem tale corpus neque est molle, neq; durum, quod ad tactum attinet ad hunc habet colorem optimum, nec hispidus est, nec lenis, sed ad mediocritatem vergens, & hæc à cæsibus signa deprehenduntur; quæ verò ex operationibus sunt, à perfectione quidẽ operationum, cum huiusmodi corpora perfectiores habeant operationes præ cæteris consimilium corporibus, utpote attractionem, retentionem, & in vniuersum nutritionem. Addit præterea Galen. quomodo ex cæsibus, & operationibus quoad partes organicas spectat, signa sumantur: habentur autem ex accidentibus secundum naturam consequentibus, à commensuratione quidẽ, & pulchritudine omnium organorum totius corporis: tale namque corpus habet optimam omnium totius partium commensurationem, nullumq; corpus est eo pulchrius, ab operationibus verò instrumentorum: etenim corpus hoc perfectissimas edit operationes, vt potè visionem, & alias

©BIU Santé

alias iſtiuſmodi. Eſt autem animaduertẽdum, quòd quãtitas organorũ ex ſimplicium quantitate dependet, ob id Gal. verba faciens de quantitate, & numero, de ſimplicibus duntaxat mentionem facit, at quoniã fieri poteſt exempli gratia, quòd partes manus debitum inter ſe ſe ſitũ obtineant, manus tamen conuenientẽ ſitum non habeat, idcirco de ſituloquens de ſimplicibus meminit, atque organicis: Aduertendũ preterea eſt, quòd Galen. ſumatim hoc loco ponit ſigna corporis optimæ conſtitutionis, verum eadem latius alibi: Præter autem ea, quæ preſenti loco ſcripta ſunt, addit Gal. libello de opt. cor. hab. q̃ corpus hoc uenis conſtat, nec amplis, nec obſcuris, pulſibus preterea nec magnis, nec exiguis, eſtque habitus corporis nec rari, nec denſi: ſecundo uero de tuend. ſanit. quòd medium eſt inter gracile, & obeſum, nec iracundum, nec ignauum, nec ſomnolentum, nec peruigilẽ, nec hebes nec calidum, in venere nec pronum, nec alienum. & ſecundo de temp. addit Gal. quòd medium eſt inter audax, & timidum, inter tardum & uelox, inter taciturnum, & uerboſum, inter miſericors, & inuidum alacre quoque corpus eſt amicorum benenolum, humanum, ac prudens, ex quibus multa quoque alia ſe conſequentia intelligere uoluit Galenus; moderate namque comedit, bibitque, cibos probè concoquit non ſolum in uentriculo, ſed & uenis, & tota corporis mole, & denique omnes tum naturales tum animales inculpatas obtinet vires, cum & optimis præditus ſit ſenſuum facultatibus, & membrorum magnitudinibus: habetque poſtremo dum puerile corpus eſt, pilos magis ruffos, quam nigros, in florenti verò ætate è conuerſo: Aui. quinetiam eadem ſigna ponit, quæ à Gal. mutuatus eſt, unũque addere uidetur nempè, quòd hæc corpora uenas habent mediocres inter apparentes, & profundas, & eorum ſomnia valde delectant, ſpeciemq; bonam afferunt, nec non boni odoris eſſe videntur. Neque hoc loco Gal. eſt increpandus, nam hæc (ut dixi) ſumatim connumerat, atque capita duntaxat, ad quæ omnia dicta reducuntur, etenim hæc ipſa aut ad operationes, aut ad caſus, aut ad ſubſtantialiter inhærentia relationem habent, utpote eſſe medium inter gracile, & obeſum, inter rarum, & denſum, uel ad compoſitionem, quę eſt de ſubſtantialiter inhærentibus uel ad caſus, qui ex complexione conſequuntur: itidem dicendum eſt de uenis mediis inter apparentes, & non apparentes, magnas & graciles, ſicut uero ſignũ ex pulſibus ſumitur, & alia ab operationibus vtpote audatia, & timore, & huiuſmodi enarratæ. Fuere nõnulli, qui ſuſtinuerunt, temperatũ corpus eſſe mediocre inter magnũ, & paruum, ut enim in cęteris mediocritatem obtinet, ita & in magnitudine mediocritatem

lib. de opt. cor. habit.

2. de tẽpe. 1. & 2. de tuẽd. ſan. à principio.

2. primi de &ri. 3. c. 4.

©BIU Santé

critatem ſeruabit: item cum medici arguant ex magnitudine corporis humidum eſſe corpus, ex paruitate verò ſiccum, ergo in temperato corpus mediocre erit: adhæc cum habent uenas nec magnas nec paruas, ergo corpus erit, nec magnum nec paruum. Verum niſi eorum opinio ſana mente intelligatur, falſum eſt, quod dicunt, & aduerſus Galeni placita lib. de opt. corp. hab. dicentis temperatum eſſe in omnibus aliis medium inter extrema, non neceſſariò tamen mediocrem habere magnitudinẽ corporis, cum magnitudo, aut paruitas proueniat aut magnitudine, paruitatevè materiæ, aut abundantia defectuvè caloris. Temperatum igitur cum paruo corpore eſſe poteſt, in quo mẽbra inter ſe ſe uel optime diſpoſita erunt, nam ſicut nihil prohibet paruã ſtatuam debitam habere partium proportionem vt & magnam, ita & de corpore tempetato dicendum eſt, dummodo congruam partiũ proportionem obtineat, cuiuſcunque fuerit magnitudinis. Quocirca intelligendum eſt, quòd eadem deſignata materia, ſi erit humidior, corpus maius temperato efficietur: ſi autem ſiccior, minus, & præſertim ſi cum humidiore materia caliditas maior erit, cum ſicciore verò minor, atque hoc modo temperatum corpus mediocritatem obtinebit. Proinde ſunt & alij, qui ex Gal. aſſerunt pulchritudinem in operationibus cõſiſtere, & perperam, quandoquidem ait Gal. quòd vera pulchritudo nil aliud eſt, quàm optima cõſtitutio, quam operationibus indicabis Hippocrati credens non albedine, uel mollitie, uel id genus aliis, per quæ non natiua, non germana, non vera, ſed fucata, notha adulterinaque pulchritudo oſtentatur: item idem confirmat his verbis quòd ſi omnibus quoque corporis partibus planè medium omnis exceſſus teneat, pulcherrimum id viſu nimirum fuerit, vtpote ſymmetrum. Dicendum igitur eſt, veram pulchritudinem naturalem in debita proportione, & commenſuratione membrorum conſiſtere, ex qua optimæ operationes conſequi poſſunt: ob id dixerat Gal. quod hæc actionibus indicatur, & quoniam pulchritudo in debita conſiſtit proportione, conſequitur, quòd tales habeant faciem hilarem, amabilem, & iucundam, quemadmodum & ipſe teſtatur Aui. Dices fortaſſe habens hepar frigidum, & cor calidum, pari exceſſu ex cute temperatum corpus uidebitur, attamen intemperatum erit. Quid igitur dicendum? Ex Galen. huiuſce dubij ſolutionem colligere potes, ſi ipſum per leges reprobantem eos, qui complexionem totius ex unius partis temperie dijudicãt prius haudquaquã didiſcentes, num corpus per totum æquabili cõſtet temperamento: ob id ex cutis temperie non ſtatim totum eſſe temperatum iudicandum eſt, ſed ſolam cutim & membra ſibi proxima, perpẽ denda

1. de uſur. par. 9.

1. de tuẽd. ſanit.

2. primi de ctri. 3. c. 4.

2. de tempe. vltimo.

©BIU Santé

denda autem sunt membra principalia, & reliqua ex proprijs & inseparabilibus signis numæquali constent temperamento, tangendaque corpora in naturali sua dispositione, si quis recte de totius temperie iudicium affere studeat, nam phlegmaticus exercitatus temperatus apud quosdã ad pauca respicientes uideri posset, qd tamẽ secus se habet. Vnde facile concludi potest Vgonem nihil habere aduersus Galenum, cũ ipse ait, signum à complexione temperata valde imbecillum esse. Sed dices denuò, si medicus intemperatus est, quomodo temperatum dignoscet? quòd si ipse temperatus est, non percipiet, siquidem ex Arist. sententia eque calida non sentimus. Respondeo iuxta id Auer. dictum q priuatio essentialiter sensu comprehenditur, medicus autem priuatiue complexionem temperatam apprehendet, si temperatus ei ut propter ea quòd complexionem neque calidam, neque frigidam, neque humidam, neque siccam esse percipiet, quemadmodum nos quoque per motus priuationem quietem comprehendimus: oportet autem vt medicus in primis se esse temperatum cognoscat, atque ea ratione, regulaue, quam docet Gale. q si medicus fuerit intẽperatus eodem mixto ex frigidissima, feruentissimaque aqua pari portione, quantum ab illo mixto temperato eius distet complexio, inuestigare debet; quòd si corpus temperatum tanger, illi mixto simile esse percipiet, frequenter antẽ id mixtum contangendo iudicium in mente confirmabitur, quod & per multum temporis spatium seruari potest, atque eadem ratione corpora temperata dijudicantur: Et licet glacies agat frigiditate sibi familiari, aqua verò maximo adscititio calore, non tamen prohibebitur, quin mixtum saltim parum, & insensibiliter distans ab exacto temperamento efficiatur, quoniam & caliditas frigiditate magis est actiua. Proinde oritur hic dubium, nũ operationes sint perfectiores in temperato an in intẽperato seruata semper quoad ętatem, & sexum paritate. Missis ęterorum opinionibus tanquam absonis à ueritate, dicam, quam veram esse sententiam existimo, quòd in tempetato omnes actiones, vnà comprehensę perfectæ sunt, corpus namque temperatum est, atque adeo constructum, ut concinnas, ac inter se se proportione respõdentes ædat operationes: totum enim & partes ad moderatam temperiem conspirant, atque compositionem, quę optima sanitas sunt, à qua actiones efficiuntur: atque hęc sanitas cum in temperato non deficiat, neque etiam ipsius actiones deficere poterunt, vtpote effectus ex sanitate, ut ex causa prouenientes: ob id quelibet actio temperati corporis perfecta erit, probaque: quam ob rem in hoc præsenti contextu docebat Gal. quod operationum perfectio [quam uirtutem apellamus]

2. de anima cõtex. 118.

1. de tempe. vltimo.

lib. de consti. art. me:

signum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 120 sur 753

©BIU Santé

ſignum eſt corporis optimæ conſtitutionis, pariter loquens poſtea de partibus inſtrumentariis ſubdebat. [Ac præterea ab earum, quæ ipſis inſunt, virtute operationum] per uirtutem intelligens probitatẽ, quæ in intemperamento reperiri non poteſt, ut ſi quis ſit calidioris ventriculi bene concoquit, ſed non bene appetet, quare minus comedet, quàm corpus indigeat: ſi vero ſit frigidioris ventriculi bene appetet, ſed non probe concoquit, quare plus cibi aſſumet, quàm poſſit concoquere, quorum vtrunque multarum ęgritudinum cauſa eſſe poteſt: at temperatum & bene appetit, & bene concoquit, tantum enim appetit, quantum poteſt concoquere, & quanto corpus indiget, ita ut hæc optime menſurata eſſe uidentur: ob id Gal. 3. huius loquens de temperatis dicebat, Quare neque præſide egent, qui ſingulorum, quę aſſumuntur quantitatem metiatur, optima ſiquidem natura quantum appetit, tantum etiam concoquit, & lib. de opt. corp. hab. declarans tẽperatum non facile lædi à cauſis internis, quoniam in eo non facile colligitur nec multitudo, nec malignitas humorum ſubdebat rationem, inquiens, naturalium enim inter ſe actionum debita conuenientia, tum cuiuſque earum uirtus excremẽtorum prouentum prohibet. Puto itaque Gal. hic uirtutem appellaſſe debitam illarum inter ſe conuenientiam, uti declaratum eſt, quę nos ab ęgritudinibus euenientibus, & à cauſis extrinſecis, atque intrinſecis tutos reddit; at loquẽdo partiatim, & diuiſim, multæ ſunt actiones in intẽperato perfectiores, quàm in tẽperato corpore, de naturalibus quidẽ dictum eſt, quod & ex Gal. facilime confirmatur, ubi ait, ꝙ habentes uẽtriculum bilioſum meliùs bubulas cõficiũt, quàm piſces ſaxatiles, quod tamen haudquaquam temperatum corpus efficiet; animalium præterea operationum nil prohibet aliquas in intemperato ualidiores reperiri: unde Gal. dicebat, ꝙ ad practicas functiones durum, & calidum inſtrumentũ magis eſt idoneum: frigidum uerò, & humidum quàm maxime imbecillum, quod etiam uerum eſſe in ęgris paulo infra Gal. innuit, inquiens, phrenitidem morbum eſſe calidum, & ſiccum, atque ob hoc ad practicas functiones ualẽtiſſimum: ſenſitiuas uerò operationes exteriores Gal. teſtatur in brutis, & in intemperatis perfectiores eſſe poſſe, & ut de motiuis primum loquamur, non quęlibet imbecillitas functionum ægritudinem ſignificat, nam ſi cum Aquilis, & Lince comparemur, dubio procul male cernimus, & confuſe, & oblæſe audimus, ſi cum melampode, & pedibus parum ualemus, ſi cum Iphiclo, & manibus ſi cum Milone, & quouis denique mẽbro ſingillatim mutili uideamur, ſi cum his qui hoc ipſo maxime ualent, comparemur: uerum omnes

Cap. 85.

libello de opt. cor. habit.

primo de alim. 1.

6. de acci. & mor. 3.

1. de tuenda ſan.

ſimul

©BIU Santé

simul sumptæ operationes in temperato, quàm in intẽperato, & brutis perfectiores dicuntur. Vt autem res melius intelligatur, incipiẽtes à uisu, ipsius perfectio in quibus consistat, perpendemus, de quo sanè scripsit Arist. inquiens, acumen cernendi bifariam ferè dici, acute nãque cernere dicitur, aut quod procul cernere potest, aut differentias uisilium quàm maxime sentit: quæ simul nullis eisdem contingit, sicuti nec audiendi, olfaciendivè ratio similis: Vt autem plures differẽtiæ uisibiles percipiantur, sex requiruntur conditiones, quarum quidem Prima est bona primarum qualitatum temperies, obid bonitas tactus aliorum sensuum bonitatem, perfectionemque indicat, siquidem bonus tactus bonam indicat temperiem, quę in temperato est optima, cum in medio consistat. Secunda conditio est oculi mollities, qua de re dicebat philosophus quæ sensu hebeti sunt, cor habent durum, & spissum, quę autem sensu ualent, mollius: & superius dixerat, oculi ideo humidi sunt ut cernere acutius possint, nam si duri forẽt, tutius quidem constarent aduersus ea, quæ extrinsecus occursarent, atque inciderent, sed cernere acute nõ possent. Tertia conditio est tenuitas cutis, ideo Arist. post dicta uerba subdit, itaque eius rei causa cutis prætenuis pupillæ obtenditur; quod idem in aliis sensibus adesse confirmat, utpote in tactu cutis, quæ tenuis esse debet, non dura, & rugosa, ut species sensilium melius percipiat: quare rustici cutim duram habentes praue admodum sentiunt: Quarta conditio est sanguinis tenuitas, nam Aristote. scriptum reliquit, quòd est certe roboris efficacior sanguis crassior, & calidior, uim autem sentiendi, & intelligendi pleniorem obtinet tenuior, atque frigidior, idem quoque repetit paulo infra subdens, & sincerior: Quinta conditio est, puritas & sinceritas oculi, etenim vt in veste mundissima, vel minima macula perspicua est, sic in puro, sinceroque oculo vel parua motio patet sensui, secus, ac in eo qui non purus, neque sincerus conspicitur. Sexta & postrema conditio est spirituũ claritas, etenim cum dicat Arist. quòd excellentes in omni arte melancholici extitere, subdit Cõciliator in com. quòd sicut aqua vitæ clarior fit, atque subtilior ex uino crassiore, quàm ex subtili, pariter ex malancholia, quæ crassa est, spiritus subtiliores eleuantur, & ad doctrinam clariores. In quibus igitur omnes dictæ conditiones reperiuntur, illi optime multas differentias visibiles conspiciẽt, at non procul cernent: Proinde ad comprehendẽdum ea quæ lõgè sunt voluit Arist. opus esse, vt oculi in profundo positi sint, & subdit [Sed humorem pupillæ non purum, neque modicũ conuenienter externo motui, neque summam cutem prętenuem obtinet

5. de gen. ani. primo ferè in fine.
2. de aĩa.
2. de temper. & primo eiusdẽ.
3. de part. anim. 4.
2. de part. anim. 13.
2. de par. anim. 13.
5. de gene. anim. 1.
2. de parti. anim. 1.
Cap. 4.
5. de gene. ani. primo
5. de gene. ani. cap. primo, & 30. part. pro. ble.
5. de gene ani. cp. 1.

©BIU Santé

net, id, vt exquisite colorum differentias non percipiet, sic procul cernere poterit] Vnde admota manu supra oculos, aut per fistulam longius cernimus, & ex foueis, & puteis stellas cõspicimus, etenim motus in vastum non dissipatur, sed recto tramite meat, quo fit, vt qui oculos habent prominentes, procul cernere nequeant. Dices Auer. ait [Et ille in quo vtræque res copulantur, vtroque modo perfecte cernet] Cuius tamen oppositum sensit Aristo. Dicendum est, quod fuit Arist. opinio, quòd illa duo in summo simul esse non possint, quoniam oppositæ cõditiones eis requiruntur, cum enim cutis est tenuis, magna fit spirituũ disgregatio, atque ob id videre procul non potest, cum verò cutis est durior & crassior, illa disgregatio non efficitur, ac proinde procul intuetur: Auer. autem sentit, quòd in quibus hęc moderate reperiuntur procul quoque moderate cernunt, atque plures differentias visibiles. Cæterum de auditu, & olfactu pariter, vt de visu dicendum est, Aristo. namque dicebat: Bene, & exquisite audiunt, & olfaciunt, qui quam maxime differentias omnes substantiarum sensibilium rerum sentiunt, aut, vt procul audiant, & odorentur: Vt igitur differentiæ recte iudicẽtur in causa sensorium est, quomodo in cernendo, videlicet si sincerũ tum ipsum tum eius membrana sit, ita enim omnes motus manifesti vt in uisu, in his etiam veniunt: Et propterea Arist. inquit: Homo pro magnitudine minime ferè omniũ animaliũ procul sentire potest, cùm tamen differentiarum sensu maxime omnium valeat, quia sensorium sincerum, minimeque terrenum, corpulentumve obtinet: Qui autem habent auriculas longas, & intortas melius sentiunt, quia tales auriculę motum eminus excipientes ipsum ad sensorium reddunt: similiter etiã habentes nares porrectas eadem ratione procul odorantur: Auer. quoque expresse habet, quòd licet homo procul non odoretur, attamẽ cæteris animalibus melius differentias odorum percipit. Verum contrarium sentire uidetur. Arist. libello de sens. & sensi. scribens, quòd genus saporũ in nobis clarius est, quàm odoris, cuius quidem rei causam subdit, quoniam pessimum animalium omnium hũc habemus sensum, & horum etiã, qui nobis insunt sensuum, exquisitissimum autem tactũ ex reliquis animalibus, gustatus namque tactus quidam est; quòd, & secundo de anima ab eodem confirmatur, in quo quidem loco Auer. dicit expresse, quòd homo quibusdam deterius differentias odoris percipit. Responsio ad huiuscemodi contrarietatem ex ipsomet Arist. colligitur libello illo de sensu, & sens. ubi ait, quòd duplex est odorũ genus vnum applicitum saporibus cõmune omnibus animalibus, & hoc pessimè odoratur homo, alterum florũ, & aromatum non applicitum saporibus

5. de gene. anim. in paraphrasi.

5. de gene. ani. cap. 2.

3. collig. 34.

cõtex. 55. iuxta Leonici sectionem.

cõtex. 92.

cõtex. 84.

©BIU Santé

ribus, & hoc Arist. sentit esse homini proprium; atque hac ratione dici potest hominem plures odorum differentias odorari, quod quidē minime cōtingit, si de primo genere loquamur. Alia quoque respōsio ex
3. colli. 34 Auer. desumi potest, quòd multorum odor non manifestatur, nisi igne calefiant, aut fricentur, ut lignum aloes, & consimilia: & quoniam homo id efficere potest non alia bruta, ob id (ait Auer. homo præ cæteris animantibus ad discernēdum indiuidua odorabilium est aptior, quamuis nonnulla fortiorem sensum odoratus à remotis obtineāt: licet autem hæc de brutis dici possint, non tamen de intemperato, qui temperatum in ambobus excedere ualet; sed ut supra intelligendum est, quòd temperatus homo omnia mediocriter possidet. Proinde quæret fortasse quispiam, num obiectum exacte paruum percipere, sensus perfectionem indicent, ut scribit Gale. hisque potissimum uerbis [Quibus adeo
4. de ac. & mor. 2. absoluta est cernendi facultas, ut ne minimum quidem uisile eos latere possit, si vapores à uentriculo sursum ferantur, præsertim ubi non probè concoxerint, hos symptomata suffusioni similia infestabunt] Auer. pariter de auditu idem dicit, nempe, quòd id in eo sensus bonitate
3. colli. 37. 4. 3. cap. 9. contingit. At Aui. velle videtur, quòd debilitate quoque sensus contingere possit, ut in auribus tinnitum percipientibus: Neque dici potest, quòd litera corrupta sit, siquidem assignata Gal. causa, deinde illā ex debilitate ponit: atque ob id à Gal. & Auerroi dissentire uidetur, subdēs quòd ægritudo illa à medicis cum sensum non ita acutum efficiētibus, curari debet: Porrò in tactu, & gustu hominem cętera animantia excedere clarum est, vt & sensit Arist. nec non & Gal. & licet intemperatus
libello. de sens. & sensi. 55. & 2. de ani. 92. 1. & 2. de temper. lib. de sen. & sensi. citato, & 2. de ani. 94. in aliqua particulari sensatione, vtpote cal. frigi. & huiusmodi temperatum excedat, attamen temperatus, quoniam mediam inter extrema temperiem obtinet, absolute meliorē tactum habet: itidem & de gustu dicendum est, quidam enim tactus est, ut testatur philosophus inquiens, hominem perfecte gustum possidere: quidam enim tactus est, quo homo perfectissime quàm cętera animalia præditus est, licet in aliis à plerisque superetur; & ob id homo animalium prudentissimus est: Vnde duri carne sunt inepti mente, molles autem apti. est autem aduertēdum, quòd duplex est mollities: altera, quæ in coctionē potius consequitur, ut membri laxitas, quę in superflue humidis nō intemperato reperitur, ideo quoniam mulieres homine ex crudita tate molliores sunt, ad discendum ineptiores conspiciuntur: altera, quæ nil aliud est, quàm tractabilitas optimam coctionem insequens, atque tēperiem, quę in moderato corpore reperitur, atque hæc moderata est, & ad perfectum sensum vel optime facit, nō autem prima, quę etiam immo-

©BIU Santé

immoderata mollities est, & ob id ad bonum sensum non facit. Quod si quis velit araneam quemcumque paruissimum motum percipere in tela sua factum, quem homo temperatus nõ perciperet, quã quidem sensatione ipsum in percipiẽdo graue, & leue excedere videtur, is vtique sciat, areneam in tactilibus qualitatibus hominem non excellere, sed hominem in ijs cuncta superare animantia: Et fortè quòd aranea non tactu, sed auditu hunc percipit motum. At in sensibus interioribus cognoscitiuis clarum vtique est hominem excedere bruta, quemadmodum testis est Arist. dicens, bruta duntaxat cortices agnoscere: homines autem intemperati in aliqua ex his excellere possunt, infra namque cap. 12. Gal. ait, ingenium significat subtilem cerebri substantiam, facilitas discendi formarum facile susceptiuam: Et primo de natu. hum. dicebat, quòd dexteritas & prudẽtia à bilioso fit humore, integritas & grauitas à melancholico, simplicitas, & stupiditas à sanguine, pituitæ natura ad morum cultum nihil facit, quare in ciborum prima mutatione generari videtur: Arist. quoque inquit, ϕ omnes excellentes, aut in philosophia, aut poesi, aut alia arte, vt plurimum fuere melancholici. Neque dicendum est voluisse Arist. per melancholicos temperatos, in quibus melancholia mediocriter incalescit, & ϕ in istis omnes conditiones reperiantur, vtpote spiritus clari, & substantia cerebri subtilior, & cutis tenuior, & hmõi, neq; enim hęc omnia in melãcholico esse possunt: sed dicendũ est, ϕ tẽperati rarò nascũtur, vt Gal. asserit, & si nascũtur solitudinẽ nõ amãt, ideo duplici de causa rarò excellentes sunt tẽperati: inter intemperatas aũt complexiones melãcholica reperitur adusta apta ad studia, siquidem eis dedita amat solitudines, & licet melancholicus humor frigidus sit, & siccus, cum tamẽ mediocriter incalescit, tales esse prudentes efficit, ϕ si in his talis sit humor multus, & valde calidus, tales maniacos gignit, & iracundos, & verbosos, & (inquit Arist.) caliditas in tantum crescere potest, quòd hi fient furibundi, & diuinatiui, vt Sybillis contigit, & illis, qui Bachosa crificabant, de quibus ibidem loquitur Arist. Quòd se humor is multus sit, & frigidus, eos tardos efficit, & pigros, qui vtique diuersus effectus est à primo, quemadmodum ex Arist. de vino dicendum videtur, quoniam humor melancholicus adustus licet natura sit frigidus, leui tamen de causa calefit, & ex eo subtiles spiritus eleuantur, & clari, vt superius dictum est, qui huiusmodi pariunt effectus: Vnde licet concedatur hos melancholicos ingenio pollere, in multis tamen alijs actionibus deficiunt, vtpote naturalibus & sensitiuis, quare aliquãdo breuioris sunt vitæ, nonnunquã etiam furibundi efficiuntur, & sunt obnoxij

Com. 39.

30 par. p. ole. 1.

Lib. de bo cor. hab.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 125 sur 753

©BIU Santé

ægritudinibus ex melancholia, item quãdoque deficiunt in animi moribus, ideo dici ſolet, nullum magnũ ingenium abſq; aliqua demẽtia, temperatum autem oẽs hẽt perfectas, & vnius perfectio ãlterius perfectionem non prohibet. Vel dicatur, ꝙ melancholici ſunt alijs intempe-
2. de anim. 94. ratis excellentiores, propterea ꝙ cum dicat Ariſt. hominem eſſe animalium prudentiſſimum, quoniam tactum habet perfectiſſimum, ille vtique prudentior erit, qui perfectiorem tactum obtinebit, & is tempe-
1. & 2. de tẽ per. ratus eſt, vt voluit Gal. Eſt enim medium vniuerſæ ſubſtantiæ, vt melius tangibilia dijudicaret: qua de re temperatus ipſe à melancholico non excedetur. Proinde de virtutibus reſeruantibus, vtpote memoria
libe. de memoria, & rem. c. 12. huius. clara eſt, Ari. ſententia. & Galeni inferius quòd intemperatus temperatum excedere poteſt, quod itidem de imaginatiua dicendum videtur. De vitalibus autem dictum eſt, ꝙ temperatus mediocritatẽ ſeruat inter iracundum, & ignauum, inter audacem & timidum, & huiuſcemodi, quæ cordis temperiem inſequuntur. Eſt itaque dicendum iuxta modum ſuperius expoſitum in temperato omnes operationes perfectiores reperiri, vt ex noſtra etiam ſubſequenti tabella luce clarius oſtendetur.

Sequitur tertia Tabella:

Intendens

©BIU Santé

INtendens autem Galenus ſigna ſalubrium multum, aliorumq; ab optima ſalubritate deficientium in medium adducere, prę̃mittit in primis, quomodo talia deficiant, ſumpto à ſalubri multum exòrdio hunc in modum.

EORVM *autem, quæ ab ipſa deficiunt, & adhuc tamen ſalubria exiſtunt, nonnulla quidem in conſimilium temperatura vitium à quod paruum habent, in inſtrumentariorum commoderatione, & hoc quoq; perexiguum, accedit autem hoc vel in omnibus, aut in aliquibus, aut in vtriſque.*

Hoc eſt ſimilibus, & inſtrumentarijs, ſubdit autem, quot genera lapſuum reperiantur, dicens.

VITIORVM *vero genera eadem ſunt his, quæ virtutem perficiunt.*

Quæ ſanè verba vno' quidem modo exponuntur, q̃ complexio, compoſitio, & vnitas ſunt genera perfectionum, atque lapſuum: complexio namque dicitur de temperata, & intemperata, compoſitio de æquali & inæquali, & vnitas de perfectione, & imperfectione in vnitate: altero verò modo exponuntur, quòd eadem ſunt genera ſubiecta circa quæ ſit ſanitas, & lapſus, ſiue perfectio, & imperfectio, vt cũ perfectio domus conſiſtat in fundamento, pariete, & tecto, ita & eius imperfectio in eiſdem conſiſtit: Pariter temperies conſimilium, & compoſitio organicorum, & vnitas vtrorumque in corpore ſe habẽt, & in eis perfectio conſiſtit, quæ ſanitas eſt, & imperfectio ipſius corporis. Enumerat autem, quæ ſint virtutem perficientia, ſubdens.

TEMPERATVRA *quidem in conſimilibus, numerus autem, & formatio, & magnitudo, & ſitus in inſtrumentarijs, vtriſque verò cõmunis vnitas, quam & ipſorum continuitatem appellamus.*

Non dicit autem in contextu compoſitionem, ſed eius loco enumerat ea, in quibus conſiſtit compoſitio, quę ſunt numerus, magnitudo, ſitus, formatio, quæ in ſuperficiem figuram, & cõcauitatem diuiditur: ſubiecit autem [Quam & ipſorum continuitatem appellamus] de vnitate verba faciens, nam verior cõtinuitas in ſimplicibus reperitur, ſed quoniam eodem propè modo lęditur organicum, & eædem intentiones curatiuæ habentur facta non vera continuitate, quemadmodum ſi

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 127 sur 753

©BIU Santé

vera continui ſolutio fieret, ideo dicit Gal. quam & ipſorum continuitatem appellamus, quaſi dicat, tametſi non vere vnitas vtriſque ſit cõmunis, vt vere cõtinuitas in vtriſque dici poſſit, nos tamen medici ob rationem iam dictam ita appellare poſſumus. Dices, cur Gal. in formatione tria includit, non autem magnitudinem, numerum, & ſitũ? Reſponſio ex Gal. colligitur, vbi ait, ꝙ generatio humani corporis nõ eſt ſimplex quædam operatio naturæ, ſed alteratione, & formatione conſtat, nam, vt os fiat, & neruus, & vena, & huiuſmodi, ſubiectam ſubſtãtiam alterari opus eſt, ex qua animal generatur: vt autem & figurã conuenientem, & ſitum, & concauitates quaſdam, atque propagines, cohaliusque, & alia talia habeat, alteratam ſubſtantiam formari oportet, igitur Galenus duplicem virtutem conſtituit, ſiquidem alteratrix multiplex eſt, quot ſunt ſimplices particulę, quæ gignuntur: De formatione autem, inquit, eam eſſe artificioſam, aut magis artem ſummam, & omnia gratia alicuius facientem, vt nil ocioſum ſit, atque ſuperfluum, ſæpeque virtutem hanc diuinam appellat, de qua dicebat ipſe Ariſtotelem dubitaſſe, an ſit diuina, & à cal. frig. humi. & ſicco diſtincta, quod quidem ſæpius repetit, & libris de ſemine, & libello de fœtuum format. Cum itaque figura, ſuperficies, & yia ſoli formatrici attribui poſſint, reliqua verò & alteratrici, idcirco per formationem illa tria duntaxat intelligenda ſunt, nõ autem reliqua, nam pars eſt magna, vel parua, propterea ꝙ alteratrix tantam materiam immutauit, eſt in tali ſitu, quoniam eo in loco illam immutauit, numerus quoque talis adeſt, quoniam nimiam materiæ molem commutauit, ex qua, exempli gratia, in manu ſextus digitus naſcitur, at virtus formatiua licet circa quędam etiam alia operetur, potiſſimum tamen circa illa tria verſatur. Quod ſupra dixerat de ſalubri multum, ꝙ. ſ. genera vitiorum ſunt eadem his, quæ virtutem complent, idem nunc ſubdens de inſalubri ſecundum vtrumque ſignificatum, hoc eſt ſimpliciter, & vt nunc, quorũ alterum eſt in latitudine ſanitatis, alterum autem vt nunc, ſ. extra ſanitatis latitudinem collocatur, inquit.

1. de pot. na. c. 5. & 6

lib. de aſſ. part 2 de temp. 6.

In his autem ipſis generibus ſunt corporum inſalubrium vitia, ſecundum vtrumque inſalubritatis modum.

Hoc eſt, in quibus ſunt etiam vitia ſalubris, vt multum, & in quibus conſiſtit virtus, & perfectio, atque optima ſanitas, ſubdit Galenus in contextu.

Terminus

©BIU Santé

Terminus autem, qui vtrumque distinguit, est operationum læsio sensibilis, quæ verò ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re uera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa, nõ tamen id sensu comprehenditur, distinguuntur verò ex eo, quòd magis minusvè in operationibus existit, ac quia causis, quæ ægritudinem pariunt, non æque resistunt.

Contextus hic duplicem habet expositionem, Trus. quidem exponit, ꝙ cum Gal. declarauerit, in quo conueniunt salubre multum, & insalubre secundum vtrumque significatum, quoniam habet vitia in eisdem generibus: nunc ostendit, quomodo distinguãtur, inquiens, ꝙ terminus distinguens ea est sensibilis læsio, propterea ꝙ salubre multum sensibiliter non lęditur, licet omnino lædatur, & ideo exponens verba sequentia dicit [Vero] pro quia ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re vera sunt, & ipsa in aliquo offensa, sed læsio non percipitur, cum vero subdit, distinguuntur autem ex eo, quòd magis, & quæ sequuntur, declarat quo modo salubre semper, & salubre multum inter se se distinguantur. Quę sanè expositio conueniens non est, & in primis nunquam auditũ fuit, quòd [verò] exponatur pro quia, in græco namque ait ὅτι, quæ quidem particula pro quia interprætari non potest: item non est verũ, ꝙ in salubribus multum lęsio in operationibus insensibilis existat: neque verum est, quòd solum per magis minusvè resistere causis ægris distinguantur, siquidem Gal. ait, quòd distinguuntur etiam ex eo, ꝙ magis minusve in operationibus læsio existit, ita vt velit, quòd ex illis duobus distinctio eorum agnoscatur, cum copulatiua vtatur, quòd quæ si distinguuntur ex læsione operationum, necesse est, vt illa lęsio sensibilis existat, quoniam si sensibilis non esset, neque etiam ex illa distingui possent. Est itaque (vt ego existimo) rectius exponendum, ꝙ declaret Gal. quomodo insalubria, de quibus meminerat, inter se distinguantur, inquiens, quòd terminus distinguens vtrunque inter se lęsio sensibilis in operationibus existit: insalubre .n. nũc, quod est actu ęgrum in operationibus sensibiliter læditur, quæ corpori existenti intra sanitatis latitudinem non conueniunt: atque hæc eadem sententia ab ipsomet Gal. ponitur lib. de const. art. med. & alibi, vbi ait. Est. n. alia sanitatis, alia morbi intemperies, morbi quidem, quę à temperie longissime abest, sanitatis, quę paulum, definire autem modum, ne hic quidem mensura & pondere licet, cæterum intemperamenti, quod intra

Cap. 10. & 2. de tẽp. 4. propè fi nem.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 129 sur 753

©BIU Santé

ſanitatem habetur, ſufficiens nota eſt, quòd nulla functio animalis manifeſte adhuc læſa ſit. Sed aduerſus hanc expoſitionem arguit Truſianus. Inſalubre nunc hoc ſigno non ſolum ab inſalubri ſimpliciter, ſed à tota latitudine ſanitatis diſtinguitur, non ergò debuit declarare Gal. quòd hoc ſigno duntaxat ab inſalubri ſimpliciter diſtinguatur: itē Gal. infra poſita diuiſione latitudinis ſanitatis declarat, quòd inſalubre nunc hoc ſigno differt ab omnibus corporibus, quę ſunt intra ſanitatis latitudinem, ergò non hoc loco, idem namque ſuperflue repeteret. Reſpondeo ad primum, quòd quoniam ſuperius dixerat, in quo illa duo conueniant, loquens de eis duntaxat duobus, oſtendidit, quomodo adinuicem diſtinguantur, nulla de tota ſanitatis latitudine mētione facta: ad ſecundum verò dicitur, quòd Gal. infra non inutiliter repetit, quoniam oſtendere intendit inſalubre nunc, quod eſt ægrum, nō ſolum ab inſalubri ſimpliciter, ſed & à ſalubri differre. Subdens autem & comparans ſalubre multum, & ſemper, dicebat, quòd ſalubre multum re vera eſt offenſum in aliquo, ſed illa offenſio ita parua eſt, quòd ſenſu non cognoſcitur, & ſtatim ſubdebat quòd bifariam diſtinguuntur, vno quidem modo per magis minuſvè exiſtere in operationibus: ſecundo autem modo, quoniam non ęque cauſis ęgris reſiſtunt. Notat Truſ quòd licet tot ſint genera ſubiecta ſanitatem perficientium, quot ſunt genera ſubiecta lapſuum, non tamen tot ſunt ſanitatis ſpecies, quot ſunt ęgritudinis, cum plures ſit lapſus ſpecies, quàm ſanitatis: nam ſanitas in complexione ſimilium eſt temperantia in cal. frig. hum. & ſicco, quæ vna tantum eſt, à qua tamen plures lapſus ſpecie diſtincti eſſe poſſunt, quatuor ſcilicet ſimplices, & quatuor compoſiti: ſuſtinet igitur uir iſte celebris non eſſe verum cuilibet ſpeciei morbi opponi ſuam ſanitatis ſpeciem, at ſanitas eſt vna in complexione exiſtens media inter omnia extrema, & omnibus morborum ſpeciebus opponitur, vt extremis medium. In oppoſitum ſentire videtur Gale. lib. de conſti. art. med. vbi etiam habet, quòd ſanum naturæ actiones inoffenſas habet, ægrum autem offenſas, inquiens, cum ſanus quiſima becilliores, quàm alius ſecunda ualetudine prędituſ functiones obit nondum verò læſas, intemperatior ſanè eſt, ſed nondum ęgrotat [& hæc faciunt pro his quę de differentia ſalubris ſimpliciter, & inſalubris vt nunc dicta ſunt] ſubdit poſtea, igitur inter ſalubres corporis habitus vnus eſt temperatiſſimus, octo intemperati, & tot ſunt numero quot ſalubres intemperaturæ: ex quibus quidem uerbis velle videtur, quòd tot ſint morborum ſpecies in complexione, quot ſunt ſanitatis intemperatę ſpecies, quę octo ſunt, & cum inter has ſanitas quoque tē

Cap. 10.

perata

©BIU Santé

perata collocentur: ergo plures ſanitatis, quàm morbi ſpecies erunt : item Auer. dicit, ꝙ numerus ſpecierum ęgritudinis eſt, ſicut numerus ſpecierum ſanitatis ſecluſa temperata, pariter & alibi inquiens, Contraria enim exiſtimantur eſſe ſecundum eundem numerum, vt de ſanitate, & ęgritudine: exiſtimandum eſt enim ꝙ tot ſunt ſanitates numero, quot ægritudines: præterea ex Ariſtotele habetur, ꝙ quot modis vnum oppoſitorum dicitur, tot etiam modis dicitur & reliquū. Hoc planè dubium tetigit Auer. nam cum Ari. dicat, Alteratio alterationi, augumentatio augumentationi, corruptio corruptioni, & generatio generationi eſt contraria, Auer. in eius interpretatione, dicere videtur, ꝙ cum generatio violenta ſit generationi naturali contraria, quot erunt ſpecies vel modi generationis violentæ, totidem erunt & generationis naturalis, & ſtatim dubium ſubijcere videtur inquiēs, & hoc, quod dixit, exiſtimatur non ſequi, quoniam & ſi infirmitas eſt multarum ſpecierum, exiſtimatur vt non ſequatur, ꝙ contraria earum ſint ſpecies ſanitatis, quoniam ſanitas eſt vna, & ægritudines multę: & ſtatim ſubiecit reſponſionem dicēs, ſed forte videtur, ꝙ vna ſanitas multas particulares continet oppoſitas illis multis ęgritudinibus, ſed non habent nomina, & ideo latent: Hoc etiam videtur innuere, vbi ait, ꝙ à cognitione ſanitatis ægritudo comprehenditur quamuis opinatum ſit, ꝙ notiores ſint ſpecies ęgritudinum ſpeciebus ſanitatis, propterea quia multę ęgritudines habent nomina, & ſanitates eis oppoſitæ nomina non habent. Omiſſis aliorum reſponſionibus, nec non & Sueſſani hoc dubium tangentis, dico ego, ꝙ vna exiſtente debita temperie, & ſanitate octo ſunt lapſus, atque ægritudines, inter quas tanquam inter extrema medio loco ſanitas collocatur, quæ diuerſis lapſis comparata, diuerſas ſuſcipit rōnes, ut ſi lapſui calidi intēperati cōparetur, calidi temperati rōnem obtinet, ſi vero lapſui frigidi intēperati frigidi tēperati rationem poſſidet, ꝙ itidem de aliis lapſibus tam ſimplicibus quàm compoſitis dicendum eſt: in hac enim ſanitate omnes quatuor qualitates debitę temperatę conſpiciuntur, & propterea diuerſis comparata varias ſortitur rationes: atque hoc voluit Auer cum ait, quòd vna ſanitas plures continet partiales multis ęgritudinibus oppoſitas, & ſubdit, ſed nomina non habent, quod etiam repetit dicens, ꝙ multę ægritudines nomina habent, & ſanitates illis oppoſitę nomina non habent: quod quidem verum eſſe conſtat, nam ſanitas, quæ eſt cōplexio vno duntaxat nomine inſignitur, nempè aut complexio temperata, aut calida tantum, aut frigida tantum, & iſtiuſmodi, quæ ſanè nomina ſibi debentur, vt complexiones hæ naturales inter ſeſe non au-

3. colli. 1.

3. cœli. 18.

1. Topicorum.

5. phy. 57.

3. colli. 1.

5. phy. 57.

3. colli. 1.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 131 sur 753

©BIU Santé

tem vt ad ſuos lapſus comparantur, quorum ratione diuerſas ſortiuntur rationes: Hos autem tales diuerſas rationes contemplantes, quas ex diuerſis illis comparationibus aſſumunt, eas varijs nominibus nũcupamus, quę eis non ſunt aſſueta, ſiquidem conſuetum eſt, vt vnaquę que complexio vno tantum nomine vocetur, vti dictum eſt. Ad Gale. autem lib. de conſt. art. dicerem, ꝙ intemperies ſanorum ab illa ægrorum diſtinguitur, cum hæc ſit præter naturam, illa vero naturalis, & ſalubris quidem dicitur intemperata habita ſolum optimę ſanitatis ratione, ſed intemperies morboſa non ſolum intemperata ratione optimæ ſanitatis, ſed & totius latitudinis ſanitatis dicitur; atque ob id non valet, ꝙ plures ſint ſpecies ſanitatis, quàm ægritudinis, ſiquidem nomina illarum ſanitatum non illis conueniunt, vt ad lapſus pręter naturam, ſed vt inter ſe ſe, & ad optimam ſanitatem cõparantur. Rurſus dicet fortaſſe quiſpiam, non videri ſanitatem & ægritudinẽ in tribus duntaxat naturis conſiſtere, vt hoc loco inquit Galenus, quoniã idem aſſerit, ꝙ licet cauſa actionis vt plurimum ſit propria partis ſubſtantia, aliquando tamen ob aliquod etiam conſequentium efficitur, vt in oculis propter colorem, & ſubdit etiam os propter duritiem. Cum igitur quę non ſunt de illis tribus naturis, ſint ſanitas, quod erit oppoſitum, erit ęgritudo, vt mollities in oſſibus & color extraneus in oculo ęgritudines erunt, ſiquidem imperficient operationes: Reſpondeo, quòd ſanitas, & ęgritudo in his tribus naturis conſiſtit, aut ad eas conſequentibus, quare licet durities in oſſibus, & diaphaneitas in oculo, neque conplexiones, neque aliquid ex alijs duobus ſint, ad eas tamen conſequuntur, & pariter mollities in oſſibus, & color extraneus ad complexionem conſequuntur: atque hęc ſententia ex Gal. colligi videtur, cum ait, ꝙ operationes fiunt, vel immediate ex ipſa complexione, vel mediante aliquo ad complexionem conſequente: quæ ſanè opinio fortè fuit & ipſius Aui. Verum aduerſus hoc placitum nonnulli arguunt dicentes, ꝙ ex mala complexione humida ſuperficies nimis lenis fieri poteſt, & ex mala complexione ſicca, nimis aſpera, ergò in his caſibus ægritudo in ſuperficie eſſet ægritudo in complexione, cum ad eam conſequatur: item diminutio carnis ad calidam malam complexionem conſequitur, ergò quantitas in eo caſu erit ęgritudo in complexione. Ad hanc inſtantiam dici poteſt, ꝙ ea ſpectant ad compoſitionem; quoniam variatur neceſſario his variatis, quod tamen de complexione dicendum non eſt, ægritudines namque in complexione, aut ſunt in complexione, aut ex complexione neceſſario conſequuntur, utpote color in oculo extraneus, & mollities oſſium,

1. de uſu. part. c. 9.

ibidem.

2. 1. doct. 1. cap. 2.

©BIU Santé

ossium, quę necessario ex complexionis diuariatione consequuntur, asperitas autem, & lenitas superficiei euenire possunt non commutata temperie. Cum itaque dicitur, quòd in tribus naturis sanitas collocatur & ægritudo, intelligendum est tanquam in primis atque præcipuis, in quibus efficitur sanitas, & ęgritudo, & non ex sanitate, & ęgritudine alia necessariò præcedente, & si contingit in aliis non potest esse nisi prius variatio, & ex consequenti sanitas vel ægritudo in aliqua istarũ triũ naturarũ efficiatur. Secundo arguũt hi, læsa imaginatiua ledit actio cogitatiuæ absq; alicuius triũ naturarũ offensione, ergò est ægritudo, nõ tamẽ in his tribus naturis cõsistens. Respõsio colligitur ex Galeni placitis exponẽtis, ꝙ actio imaginatiuæ ledi potest cæteris haud læsis cerebri actionibus, quemadmodũm & aliarum unaquæque reliquis non offensis, datque exemplum Theophili medici, qui falso imaginabatur tibicines in cubiculo die noctuque continẽter canentes adesse, eosque expelli iubebat, in eo namque imaginatiua erat offensa, at non cogitatiua, siquidem si interfuissent tibicines, recte cogitasset eos expellendos fore, tradit quinetiam aliud exemplum cuiusdam alterius, cui lęsa erat sola cogitatiua, cum is per feneſtras uasa argenta, & puerũ proiecerit, idem quoque testatur de memoria, cum Tucydidis testimonio nonnullos seruatos è pestilentia memoriam duntaxat amisisse, ait. 3. de ac. & mor. 3. prope finem.

Est & tertia ratio ex dolore sumpta, qui in his tribus naturis consistere non videtur. Verum ex Gal. facilime dicere possumus doloré esse symptoma, non morbum, cum ad continui solutionem, vel malam temperiem consequatur, vt clare idem pluries testatur. At quoniam quartã nõnulli addere possunt rationem sumptam ex ipsomet Galeno primo de accidenti. & morbo, quo quidem loco declarans, quis sit morbus in numero ait, quòd duplex efficitur, aut ob abundantiam alicuius partis quę est pars corporis, & à natura genita, vt sextus digitus in manu, & in oculo pterygion, hoc est vnguis, & tuberculum corpulentum in naribus, aut ob cuiuspiam abundantiã ex toto genere prẽter naturam, ꝙ sanè non naturaliter additum sit, vt lumbrici, ascarides, grando in oculo, suffusio, & lapis in vesica, qui morbus, vt & alii prædicti consimiles in numero sunt ęgritudines, in quibus tamen sanitas non contingit; Huic planè rationi dicimus vnumquodque horum esse ægritudinem si primo impedit actionem, at si non primo lædituꝛ actio, ægritudinis est causa: Et hac quidem ratione fortè dici posset lapidem in vesica ægritudinis esse causam, non autem ęgritudinẽ, vt alias superius enarratas affectiones: Verum dato etiam quòd sit ægritudo, dicerem ego, ꝙ eius presentia est ægritudo, ita eius absentia sanitas est in numero: qua quidem

3. de acc. & mor. cap. 6. 2. de ra. ui: acut. 1. 12. metho. med. 7. & 4. de simp. med. fac. primo & libello de inep. intẽper. & infra. ca. 80. Cap. 8.

©BIU Santé

quidem ſolutione plura etiam conſimilia argumenta diſſolui poſſent. Et quoniam dixerat ſuperius Galenus ſalubre multũ a ſalubri ſemper duobus modis diſtingui, & quòd non æque perfectas habet operationes, & non æque reſiſtit cauſis morboſis, inſalubria namque & neutra ſimpliciter & ipſa à ſalubri ſemper his ſanè duobus diſtinguuntur modis, voluit hoc declarare, & oſtendere quomodo ſalubre multum, & inſalubre ſimpliciter, & neutrũ ſimpliciter inter ſe diſtinguãtur his duobus modis prædictis, inquiens.

QVE autem ſimpliciter inſalubria ſunt corpora diſtinguuntur, ob id, quòd facile à cauſis, quæ morbos committendi uim habent ſuperantur, et quoniam in uigore operationum plurimũ deficiũt.

Et hoc etiam differt à ſalubri ſemper & multum, nam ſalubre multũ operationes non adeo imbecilles habet, vt inſalubre ſemper, licet non æque perfectas habeat, vt ſemper ſalubre, ſubdit.

IN medio autem amborum collocantur ea, quæ neutra ſimpliciter appellantur, & cum latitudine quadam.

Hæc verba à Truſiano tripliciter exponuntur, quas quidem expoſitiones, vt vanas prætermitto: Curtius autem voluit Gal. his verbis declarare quomodo neutra ſana diſtinguantur à ſalubri ſemper & multũ, & ab inſalubri ſimpliciter, & dicere, quòd in medio amborum, ſcilicet ſalubris multum, & inſalubris ſimpliciter collocantur, hoc eſt medio modo ſe habent, & ad operationum imbecillitatem, & ad cauſarum ægrotare facientium reſiſtentiam ea corpora, quæ neutra ſimpliciter appellantur, ideſt quæ in indiuiſibiliter cõſiſtunt, queq; vere neutra dicuntur ac cum quadam latitudine, quod ei eſt oppoſitum. Quòd ſanè inquit Curtius feciſſe ac explicaſſe Galenum, he quis crederet eum intelligere de vere neutris, quę in indiuiſibili conſiſtunt, ſed de his quæ cũ quadam ſunt latitudine. Ego verò in omnibus expono, vt Curtius, excepto illo ſimpliciter, quod quidem aſſero in eodem ſumi ſignificato, in quo & ſumebatur, cum meminit de inſalubribus, quibus addidit ſimpliciter, ut ſe loqui de inſalubribus ſimpliciter tantum oſtenderet, quæ in latitudine ſanitatis exiſtunt, non autem de inſalubri nunc, quę extra ſanitatis latitudinem reponuntur: hoc enim loco idem intelligit dicens, quæ neutra ſimpliciter appellantur, vtà neutris nunc diſtinguan

©BIU Santé

ſtinguãtur, quę extra ſanitatis latitudinem reconduntur, ſiquidẽ vtrobique ait Gal. in greco codice, ἁπλῶς cum verò dicit [& cum quadam latitudine] remouet quædam falſum intellectum, quoniam cũ dixerit quòd talia neutra in medio ſunt, potuiſſet forte quis credere, quòd cũ hæc neutra ſint in medio collocata, in indiuiſibili conſiſtunt, ideo ſubiunxit hæc ſimpliciter neutra dici, & cum latitudine quadam: Vnde continuans ſubdit,

Qvo fit, vt tota ſanitatis latitudo in tres partes, quarum ſingulæ latitudinem habent non paruam, diuidatur; Erit autem prima ſalubrium corporum, ſecunda neutrorum, tertia inſalubriũ. Poſt, quæ deinceps ſequuntur, quæ iam ægrotant corpora, quę ſenſibilibus operationum læſionibus diſtinguuntur.

Quaſi dicat, quoniã meminimus de ſalubribus, inſalubribus, & neutris ſimpliciter, quę omnia in ſanitatis latitudine reponuntur, & quia diximus, quòd talia neutra ſimpliciter cum latitudine quadam dicuntur, ob id ſciẽdum eſt, quòd tota latitudo in tres partes diuiditur, quas etiam in contextu enumerat. ſubdit demum, quòd poſt huiuſmodi corpora, quæ ſunt in ſanitatis latitudine, ægra dicuntur extra ſanitatis latitudinem, à ſaniſque diſtinguuntur ob ſenſibiles operationum læſiones concludens autem ſubdit.

Qvae igitur dolore infeſtantur, & quorum motus ſunt uitioſi, aut omnino interierũt, manifeſtam habent determinationem. Quæ verò imbecilles edunt operationes in magnis quidem diſtãtijs facile diſcernuntur in paruis verò ambigua ſunt, atque id circo in eo genere noxæ collocantur, quæ neutrius participat diſpoſitio, quam & ipſam neutram dicimus appellari, ita tamen vt horum omnium ſenſus ſit iudex, non ipſa natura rerum inſpiciatur, ne periculũ ſit in dogma perpetuę paſſibilitatis incidere.

Omiſſis aliorum expoſitionibus, Curtius exponit, quòd quia in calce præcedentis contextus dicens. Gal. ægra à ſanis diſtingui ob ſenſiles operationum læſiones, per egra quoque neutra intellexit, ex conſequẽti declarat quomodo egra, & neutra diſtinguãtur, inquiens. Quę igitur dolore infeſtantur, & quorum motus ſunt uitioſi, aut omnino interierunt,

©BIU Santé

terierũt, manifeſte ſunt ęgra, neque de his dubium eſt, & per motus intelligit conſueta opera, & conuerſationes, à quibus quis ceſſans manifeſte ægrotat, ſubdit autem, Quę verò imbecilles ędunt operationes hoc eſt ſi ex imbecillitate actionum alicuius membri, vtpote ſtomaci ægritudinem inquires, in magnis quidem diſtantijs, hoc eſt lęſionibus facile diſcernunt, quòd ſunt ægra, cum id ex cõſuetorum operum quiete cognoſcitur, in paruis autem diſtantijs, hoc eſt in parua lęſione ſunt ambigua, neque ex toto ab operibus conquieſcunt, & ob id ęgra non uidẽtur, neque ita valide operationes exercent, ſicuti ſanitatis tempore, & talia corpora enumerantur inter neutra, & neutra, vt nunc nominantur: & hęc eſt Gal. ſententia alibi diffuſius explanata, quam hoc loco explicare intẽdit, ibidem namque aduerſus nõnullos inuehitur, qui dies creticos negabant, ſiquidem putabant ipſi principium egritudinis reperiri non poſſe, quod tamen falſum eſt, nam quædam ægritudines manifeſtum habent principium, nonnullę verò valde obſcurum, prius enim quàm æger decumbat patitur aut capitis dolorem, aut aliquem ſtomaci affectum, qui adeo augetur, vt cum febre in lecto decumbere cogitur, & tunc ex Gal. ſentẽtia principium ægritudinis adeſt, nõ quidem cum huiuſmodi malum patitur affectum, & adhuc ſua opera exercet, licet imbecillius, tunc enim neutrum corpus dicitur, non ægrum, ſed cum decumbere incipit: ſubdit deinde in contextu Gale. ꝙ hęc omnia ſenſu ſunt iudicanda, neque rerum naturam inſpicere opus eſt, alioquin periculũ eſſet incidere in dogma, ſeu decretum perpetuę paſſibilitatis, nempè quòd omnia corpora ſint ægra, quandoquidem continuè, & à cibis, & ab aere, & aliis corpus ſaltim inſenſibiliter alteratur: & ob id cum voluerit Gal. dari motum & alterationẽ inſenſibilem, dicebat, Sic igitur nunquàm deficientis affectionis dogma iis vtique, qui ſolum id exiſtimant, ualente demonſtratione non carer, & quæ ſequuntur: cuius tamen oppoſitum ſentit Ariſt. Ego verò aliter expono, quòd cum Gal. in ſuperioribus oſtenderit, quomodo ſana deficientia ab optima diſtinguantur, & ab ipſa optima conſtitutione, & inter ſe, & quomodo etiam diſtinguantur, quæ extra ſanitatis latitudinẽ collocantur, hoc modo quaſi concludens, vel colligens ex dictis infert ea, quæ ſunt extra ſanitatis latitudinẽ manifeſtam habere determinationem, quæ vero in latitudinẽ ſanitatis repoſita ſunt, & inſalubria ſimpliciter ſunt, facile diſcerni, cũ operationes valde imbecilles obtinẽt, quæ vero neutra ſimpliciter eſſe ambigua, an ſalubria, an verò inſalubria dici mereãtur, cum neque operationes maxime imbecilles habeãt vt inſalubria ſimpliciter, neque perfectas, ut ſalubre ſimpliciter: & hac

primo de dieb. crit. cap. 6.

3. de temper. 4.

8. phyſi.

de

©BIU Santé

de cauſa inquit, quod diſpoſitio, quę neutrius contrariorum eſt parti ceps, in hoc genere noxę collocatur, utpote in qua eſt hęc ambiguitas, quam in primo libro diſpoſitionem neutram appellari voluit. Dicit itaque in contextu. Quæ igitur dolore infeſtantur, hoc eſt non ſana corpora, & quorum motus ſunt uitioſi vel imperfecti, & per hæc intelligit neutra, aut omnino interierunt, ex hoc intelligit ægra, quæ à ſolitis operibus conquieſcunt, ut ſuperius dictum eſt: vel dicas, ꝙ vult tres modos læſionis operationũ, nẽpè corrupte, diminute, & ablate, vt ſæpe Gal. teſtat. Quę verò imbecilles, vbi dicit in magnis, litera, græca hẽt μεγίσταις, hoc eſt maximis, & melius iacet: ubi verò dicit in parnis, cõtextus græcus habet μικροτέροις hoc eſt paruioribus, & rectius ſanè per cõparationem, vt primum vocabulum per ſuperlatiuum, quoniam cum ait in paruioribus diſtantijs non intelligit de paruis abſolute, ſed in cõparatione ad maximas: Ex quo fit, quòd iſta ſint ambigua, vtpote neque ſalubria neque inſalubria: ſi enim diceretur in paruis abſolute poſſet etiam hoc intelligi de ſalubri vt multum, quòd in paruis diſtantijs operationes imbecilles obtinet, at quia cõparatiuo illo vtitur, ſua fuit opinio, ut intelligeremus in paruioribus, hoc eſt non maximis, quę tamen abſolute paruæ non ſunt, vti dictum eſt: Et ob id rectius ſe habet tranſlatio antiqua: Quod vero reliquum eſt ex contextu, uti ſuperius, exponatur, ſubdit Galen.

Et quidem ſigna ſanorum corporum, ſed quæ inſalubria, ſalubriaq; & neutra exiſtunt, quantitate diſtantia differunt.

Ex ſuperius dictis inferens, ꝙ hæc inter ſe quantitate diſtantiæ dumtaxat differunt, hoc eſt ſecundum magis & minus, vt corpus valde calidum, & ſiccum, erit valde piloſum, ſi minus calidum & ſiccum, minus piloſum, & ſi adhuc minus calidum & ſiccum, adhuc minus piloſum cõſpicietur: pariter, & de alijs dicatur, temperatũ autem in omnibus habet mediocritatem, ſimiliter omnia alia ſigna reperta in valde calido & ſicco, inuenientur etiam in minus calido & ſicco, ſed remiſſiora, ſicut etiam lapſus eſt minor: ob id Gal. ſubdens dat regulam examinandi corpora, & ait.

Dvobvs inuicem contrarijs terminis à nobis ſtatutis, optima videlicet conſtitutione corporis, & nuper facta ægritudine, ac deinceps conſiderantibus vni eorum viciniora ſunt ea, quæ ad examen corpora veniunt: quæ enim proximiora ſunt optimæ conſtitutio-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 137 sur 753

©BIU Santé

tutionis ſalubria, quę verò ab hac longius diſtant, atque ad ea quæ iam ægrotãt, magis accedunt inſalubria, quæ autem inter media, atque æqualiter ab vtriſq; diſtare videtur, neutra.

Debemus itaque conſiderare corpora, quę ad examen veniunt, an magis ad hunc, vel illum terminum accedant, an vero in medio poſita ab vtroque æqualiter diſtent, ꝙ ſi erunt proximiora optimæ conſtitutioni, ſalubria dicentur, ſi verò adeo diſtabunt ab ea, ꝙ accedent proximè ad iam ęgrotantia, inſalubria: ſi verò erunt media, ita vt diſtent, vel ſaltem ab vtriſque extremis æqualiter diſtare videantur, neutra dicentur. Declaratis ſignis ſalubris ſemper, & corporibus ab eo labentibus, ſubdit quomodo ponenda ſint ſigna aliorum corporum inquiens.

OPTIMAE *igitur conſtitutionis corporis inditia explicauimus: eorũ verò, quæ ab ipſa deficiunt, totidem ſunt numero genera, quæ in magis & minus ſecari poſſunt, cui autem in tres latitudines diuiſa ſint, corporis inſalubris ſimpliciter indicia trademus. Ex his enim & reliquę duę innoteſcent latitudines. Generaliter igitur prius à nobis in eo, quem de optima conſtitutione habuimus ſermonem, ſpecialiter autem nunc dicetur, ſi prius partes diuiſerimus.*

Non.n. reliquę hæ duæ differunt, niſi quantitate diſtantię, aſſignatis namque ſignis inſalubris ſimpliciter calidi & ſicci, habebimus quoque ſigna neutri ſimpliciter calidi & ſicci, ſiquidem cum neutrum ſimpliciter temperatum non ſit, atque ex conſequenti non habeat mediocritatem, quam ſeruant omnia eius inditia, ſigna illa obtinebit, quæcumque erunt inſalubris ſimpliciter calidi & ſicci ſecundum magis & minus duntaxat diſtincta, corporis autem multum ſalubris eadẽ erunt inditia cum illis temperati, ita ꝙ quantum ad ſigna ſumpta ex ſubſtantialiter inhęrẽtibus nulla erit ſenſilis diſtinctio, quo verò ad ſigna ſpectat, quæ ex operationibus depromuntur eas non ęque perfectas habebit, item non ęque cauſis ægris reſiſtet: hac igitur ratione ſigna talium corporum parum diſtabunt, ſubdens autem: Generaliter igitur prius hoc eſt, non tantum in eo libro de conſtitutione artis, ſed ſuperius in hoc libro (cum de ſignis optimæ conſtitutionis ſermonem fecit) loquuti ſumus, nunc autem, ideſt in hac libri parte ſpecialiter dicetur: ſuperius namque dixit, optimę igitur conſtitutionis corporum ſigna

ſunt

©BIU Santé

sunt hæc, eorum vero quę ab ipsa deficiunt, & quæ sequuntur constituens quomodo lapsus exigui salubrium, vt multum sunt in eisdem naturis, in quibus consistit perfectio, & demum declarat, ꝙ in eisdem generibus sunt lapsus magni insalubris, & ꝙ talia corpora operationes valde imbecilles possident, quæ quidem notitia signorum insalubris simpliciter generalis esse uidetur, at nunc speciatim ponet, tum quia magis speciatim singula declarabit inditia, tum quia signa quoque partium in medium afferet, ex quibus totius temperies conflatur: ob id subdit [si prius partes diuiserimus:] vel per sermonem de optima constitutione intelligit librum de optimo corporis habitu, ubi pariter signa insalubris generaliter collocare videtur. Circa ea, quę à nobis exposita sunt, oritur ambiguitas, num temperatū plus resistat causis morbosis, quàm intemperatum. Galeni opinio habetur libello de opt. corp. habitu, dicentis quòd cum corpora dupliciter lędātur, quæ rariora causis intrinsecis magis resistant, cum in corpore contenta per poros latos facilius exhalent, exterioribus autem minus, siquidem per meatus amplos in partes intimas facilius penetrare possunt, quæ verò densiora contra se habent ob oppositas rationes, tēperatum autē, quoniā in oibus seruat mediocritatē, ideo æque resistit, & intrinsecis atq; intrinsecis: & licet vitijs oīs non maxime resistat, sed in aliquo ab intē peraris superetur, attamē ex ipsius sententia omnium est maxime eligendum corpus medium, quandoquidem nullum reperies, quod ab omnibus planè securum sit, nisi temperatum corpus: pariter dicendū est, quòd corpus calidius plus resistit frigidis occurrētibus, quàm temperatum, & frigidius calidis, & pariter de alijs, sed nullum nisi temperatum omnibus simul resistit, cum omnia collectiue sumuntur, at si diuisiuè loquamur, dici potest, ꝙ plus resistit intrinsecis, ex quibus ęgritudines ex humorum putredine contingere possunt, nam vt Galenus asserit eodem libro in temperato colligi non potest, neque humorum plenitudo, neque humorum prauitas: hoc etenim fieri prohibetur ex debita operationum naturalium inter se se conuenientia, tantū enim appetit, quanto potest concoquere, & quanto indiget corpus, & contentiua debito tempore continet, & expulsiua tempore conueniēti expellit, quo fit, vt si superfluitas aliqua gignatur, à virtute valida expellatur, extrinsecis autem collectiue plus resistit, diuisiue autem nō, ut ex declaratis manifestum est: Proinde quòd alterantibus collectiue plus resistat temperatum, probari potest ex eo quòd plus distat ab extremis: clarum autem est, quòd hoc collectiue intelligendum est, non autem diuisiue, nā corpus calidus plus distat ab extremo frigido, quam tempera-

©BIU Santé

...uena.ani mal.à 21. usq; ad 27. temperatum,& frigidus ab ipso extremo calido. Dices Arist.multa ostendit animalia compluribus uexari posse egritudinibus,& tãdem inquit equum,& ouem totidem fermè morbis,quot homines infestari, sed bruta intemperata rarius egrotant,quàm homo: ergo etiam intemperatus rarius egrotabit,quàm temperatus. Huic obiectioni respondeas velim,quòd ratione cõplexionis homo rarius egrotare deberet, sed si ita est,ꝙ bruta rarius ægrotẽt (neque enim adeo brutorum curá habebimus,neque ipsorum affectiones animaduertimus)ideſt ob alias causas,quarum vna est, quòd cum bruta commendant instinctu naturę,homines autem quoque ex delectatione,in homine maior superfluitatum copia aceruatur: altera autem est, quoniam bruta non tam varijs cibis,vt homines,vtuntur; Accedit ad hæc, quòd homines habent intellectum,quo intelligunt & sapiunt, cogitant,discurrunt, aliasque huiuscemodi actiones exercent, ex quibus spiritus distrahuntur;quo fit,vt non adeo rectè cibos concoquant, cum præsertim ma-

6. meth.8. gnis quoque animi accidentibus vexentur.Secundo dices, Gale.asserit preparata ad febres primo esse corpora calida,& sicca,secundo calida & humida,tertio calida tantum,quarto sicca tantum, quinto temperata,& post hæc alia quatuor tanquam ad febres minus apta reponit, quædam igitur intemperata difficilius febricitant,quàm tẽperata, cuius tamen oppositũ libello precitato de bono corp.hab.sensit Galen. Huic quoque obiecto dicendum est,quòd Gal.tunc reprobat medicos illos triduanos, qui ieiunium in febribus per tres dies absque distinctione,nullaque habita ratione ægritudinis,cõplexionisvè iniungunt, dicens, quòd corpora calida,& sicca ex causis extrinsecis facilius diariam incurrunt,quę si per triduum ieiunare cogantur, ociſſime diaria in acutam mutatur,post hæc sunt calida & humida,& quæ sequuntur corpora:loquebatur autem de diaria,quę non est humoralis,sed in spiritibus ex causa extrinseca conflata: vnde de quatuor alijs subdens dicebat,quòd quatuor,quæ reliquæ sunt intemperies, neque facile febribus occasione iam dictarum causarum patent, neque diaria tentatæ,si inediam tolerant,in plurium dierum febres transeunt:subdit quoque quòd in his præsertim frigidis,& humidis,si sint humores citra corruptelam, ex ieiunio potius adiuuantur.Tertio adhuc dices, si temperatus fiat apopleticus,& similiter frigidus, citius suffocabitur temperatus,quoniam calidior est, propter quod maiori indiget euentatione. Dicendum est,ꝙ aliud quidẽ est,dicere magis resistere,ne fiat ægritudo,

6.coli.1. aliud autem cum iam facta est, minus lædi, primum quidem verum est, at secundum haudquaquam. Quarto adhuc instabis, Auerr.inquit,ꝙ

accide

accidere poteſt duos reperiri vnius, eiuſdemque temperatæ complexionis æqualiter, qui eodem vtantur regimine, vnus tamen meliorem finem, quoad ex ſui natura poteſt, conſequetur, in alio autem praui generabuntur humores, qui illi tandem mortem inducent: ergo in temperato febris ex prauis humoribus fieri poteſt, tuncque cauſis ægris temperatum, quàm intemperatum minus reſiſtet. Satisfaciendum huic inſtantiæ opinor, quòd in indiuiduis triplices virtutes reperiũtur, quoad propoſitum attinet, quædam enim neceſſariò formam ſpecificã cõſequitur, vt eſt ea in magnete, qua ferrum attrahitur, quæque in omni indiuiduo reperitur, altera autem temperie inſequitur, vtpote facile iraſci, colericam complexionem, quæ in omnibus eius complexionis indiuiduis exiſtit, & tertia materiæ præparationem concomitatur, quę ita in vno adeſt, quòd in alio indiuiduo non reperitur: Vnde ex Auer. ſententia has ignoramus proprietates, quoniam propterea quòd infinitæ ſunt, ſigna non habemus, quibus eas dignoſcamus, & hæ proprietates, ſiue præparationes varietatũ in indiuiduis repertarum cauſę ſunt, contingit autem nonnunquam, quòd talis vtique proprietas adeo aduerſetur proprietati complexionem inſequenti, qua homo longæ vitę eſſe debebat, quòd erit oppoſitum: Verum dicit Auer. quoniam hoc rarò euenit, ob id ferè adnihilatur, qua de re non corrumpitur ars nobiliſſima, & per materiæ præparationes intelligendum eſt, multarum formarum in materia præceſſiones, ex qua gignitur homo, ſine quarum præceſſione homo generari non poſſet, vti manifeſtum eſt, quinimmo idem aſſerit, quòd totum hoc eſt, quoniam in homine multę indiuiduorum vel compoſitionum ſpecies offenduntur, poſtremum namq; compoſitum eſt, & ob hoc occultatio varietatis proprietatum prouenit, quæ in naturis & moralitatibus reperiuntur, quamuis in ſenſibilibus particularibus indiuiduorum manifeſtis quoad nos communicent: patet itaque quòd hoc rariſſime contingit. Præterea quinto obijcies ex Ariſt. 5. problem. libro, vbi quęrit propter quod commenſurata corpora, & ſæpius labantur, & facilius permutentur, & reſpondens dicit, quòd cum corpus ſit totum æquale, alterata vna parte totum condolet, incommenſurabile autem contra ſe habet. Quare commenſurata, & ſæpius, & facilius, incommenſurata & rarius & difficilius. Reſpondent quidam, quòd Ariſt. intelligit per commenſurata corpora vniformia, dato quòd ſint intemperata, ſed intemperantia æqualis eſt, vtpote cal. & ſic. per omnes partes, per incommenſurata autem intelligit ea corpora, quæ partes diſformes habent, vt cor calidum, hepar verò frigidum: Et hoc videntur oſtendere verba ſolutionis, cum ait, quòd incõ- probl. 22.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 141 sur 753

©BIU Santé

mensurabile rarius, & difficilius ægrotat, quoniam æquale non est, & ideo alteratio vnius partis non facile toti potest communicari, secus autem se habet in commensurato. Reprobat hanc Curtius responsionem, inquiens, videri, quòd intemperata habentia inæqualem intemperiem facilius ægrotent intemperatis temperiem æqualem obtinentibus, vt ex Gal. colligitur. Ob id respondet ipse Curtius, quòd differentia inter Galenum, & Arist. est, quoniam Gal. sentit neutralitatem nõ esse ægritudinem, quam tamen esse morbum voluit: Arist. item q̃ cum temperatum vere sit in medio, facile alteratur à quacumque causa, siue cali. siue frig. collectiue, non autem diuisiue, sed alteratione, quę nõ est ægritudo: alteratione autem, quę est ægritudo, non alteratur, nisi causa validior sit, vt intemperatum corpus, præsertim si collectiue intelligatur, & quoniam Arist. neutralitatem esse ægritudinem voluit, ob id dixit ipse problema dissoluens commensurata sępius, & facilius, incommensurata verò & rarius, & difficilius alterari. Verum hæc responsio habet instantias, quoniam ratio facta ab Arist. cogit, quòd non solum leui, sed magna alteratione corpora illa agitentur: item sequeretur saltim, quòd vt plurimum, vel sępe talia corpora præter naturã disposita essent: adhæc ex Gale. libello de opt. corp. habitu tale corpus difficile alteratur, quoniam plurimum ab extremis recedit, ergò responsio constare non potest. Ego autem priorem magis comprobo responsionem, quam & tutius defendi posse existimo, & ad Gale. dicerem, q̃ ipse non dicit habentia temperiem inequalem facilius ægrotare, quàm quę æqualem habent intemperiem, sed de vtrisque loquens, ait, Atque eorum quidem, quæ similem habẽt intemperantiam, ea pessima sunt, quæ has validas habent, ac potissimum frigidas, & siccas, deinde de inæqualibus subdit, Nam maxime quidem ea morbis patent, quorũ principes maxime partes contrarijs temperamentis sint affectę. At si dicas, quòd habetur saltim esse æque facilia ad ægritudinem, vt ex modo loquendi Gal. palàm est, huic respondebo, quòd Ga. in vniuersum de omnibus ægritudinibus loquitur, Arist. autem de his solum, quę à causis externis efficiuntur, vt manifestum est. Verum quod vrget aduersus hanc responsionem, quòd, s. Arist. intelligat de vere tẽperatis est, quoniam Arist. eodem vocabulo vtitur, quo & Gal. cum ait, ἀλλ' ἐπὶ τὰ σώματα, &c. atque eo magis cum optima sanitas in latitudine sanitatis à Galeno distinctę cõtineatur, nam licet Trusianus velit, q̃ non sit in latitudine sanitatis, quoniam testatur Galenus, quòd partes latitudinis non paruam quoque latitudinem obtinent (quod. n. est optimũ, vno tantum modo dicitur) nam propè huius cap. finem dicit, Eorum, quę

6. de tuen. san. non lõge a princ.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 142 sur 753

©BIU Santé

quę deficiunt, tot sunt genera signorum, quæ in magis & minus secari possunt, quot sunt genera corporum, & cum genera corporũ tria sint, ergo & totidem signa, item subdat idem Trut. quòd hæc sanitas nõ est in rerum natura, quòd si daretur, in latitudine sanitatis absolute collocaretur, at nõ in ea à Galeno diuisa, esseтque in medio extremorum, vt punctus ab extremis ęque distans, attamen falsum est, quòd hęc sanitas cuius signa hic docet Gal. haudquaquam reperiatur, neque dicendum est Gal. statuisse signa sanitatis, quæ reperiri nõ potest, vel si potest ictu oculi pertransiuit, cum medicus sit artifex sensitiuus. Igitur dicendum esse arbitror, quòd talis sanitas datur, habetq; latitudinem, & est optima quoad sensum, de qua libello de bono corp. hab. mentionem fecit: non est autem ita assidua, sed per longa internalla temporum efficitur, de illa verò quę ex parte rei exquisitissima est, Gal. verba fecit 1. de tuẽ. san. quandoquidem hęc nunquam fuit, vel ictu oculi pertransiuit: patet itaque quomodo vtraque in sanitatis latitudine recondit ur altera quidem vt punctus, altera vero quandam in se latitudinem obtinens. Ad Gal. autem in calce huius capitis dicerem. quòd tota sanitatis latitudo in tres partes diuiditur, prima quidem est salubrium semper, & multum, secunda autem neutrorum semper, & multum, & tertia insalubrium semper, & multum: pariter & latitudo sanitatis deficientis in totidem partes distinguitur, prima siquidem est salubrium, sed vt multum tantum, reliquę verò duæ vt supertus dictum est: Et hæc est vera Galeni sententia: Verum tamen ne scrupus quis derelinquatur ob propositam instatiam dicamus breuibus, quòd corpora, de quibus loquitur Arist. non sunt ea, quę Gal. temperata nuncupat. Gal. namque hæc propriè eucrata nominat: at Aristo. illa symmetra nuncupauit, hoc est commensurata, quę temperata, & intemperata esse possunt: Quo fit, vt magis vererem comprobem translationem, quàm nouam: quærit. n. Arist. propter quid corpora commensurata sępius laborant (non autem temperata, vt noua aut translatio) & facilius permutantur, seu curantur, & respondens inquit, quòd eadem est causa vtriusque, cum. n. commensuratum æquale sit in omnibus. s. corporis partibus, si quæpiam illius commensurati corpotis laborarit, totum etiam condolebit, quod quidem assimetris, hoc est, incommensuratis corporibus nõ ita accidit, in quibus cum inęquales sint partes, vt pote aliæ quidem calidę, alię verò frigidæ, si vna pars infestetur, non ita facile totum confestim afficietur: Eadem pariter de causa hoc vtique corpus facile curatur: nam cum huic toti passio cõmunicetur, & expãdatur, passio quoque hæc imbecillior est, atque ob id etiam facilius ammouetur, at in

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 143 sur 753

©BIU Santé

corporibus incommensuratis, ac dissimilibus, quoniam affectio toti non ita communicatur, neque expanditur, sed vnita remanet, ex consequenti validior est, & difficilius ammouetur: atque hæc, meo quidem iudicio, est vera Arist. sententia, & adinstantiã dissolutio. Oritur quin etiam dubium ob ea, quæ dicta superius sunt, num complexio primo sit simplicium, compositio organicorum, & vnitas cõmunis vtriusque.

2. colli. 5. De vnitate quidem aliàs iam dictum est, Auer. autem probat, ꝙ quantitas non primo conuenit organicis, nam pars organica excedit in quãtitate, quoniam vna vel plures simplices eam constituentes excedũt in quantitate, ergo illud vitium primo est simplicium, & earum ratione secundario compositorum, sicuti quoque est complexio: Respondeo, ꝙ licet quantitas organi sit ratione simplicium, quia tamen magnitudo excedens primo, & immediate organi operationem offendit, ob id dicimus, ꝙ quantitas primo organicis competit, quod quidem de temperatura dici non potest, siquidem ea primo simplicia lædũtur, & eorum ratione organica: Argumentum igitur Auerr. aduersus medicos

2. coll. ca. deun. itat. haud difficile solui tur, vt & dubium illud, quod ab eodem num vnitas sit communis vtriusque: aduersus etiam medicos agitatur. Proinde circa contextus hucusque expositos videtur, quòd optime salubre, & ægrum non sint termini maximè distantes, nam si corpus optime salubre in aliquam leuem incurrat ægritudinem, vtpote febrem diariam, non videtur, quòd ab optima sanitate magis, distet, quàm insalubre simpliciter. Dicendum est, quòd si optime sanum morbo calido ægrotare debet, opus est, vt calidius efficiatur, quàm insalubre simpliciter, quod per calidum labitur: & ita oportet, quòd totam latitudinẽ caliditatis inuentæ in latitudine sanitatis pertranseat: quo fit, vt temperatus æger plus distet ab optima sanitate, quàm simpliciter insalubre: Vnde est adnotandum, ꝙ cum temperatũ incidit in ægritudinem, priusquã fiat ægrum, neutrum efficitur, quod quidem neutrũ pertrãsit particulares multos lapsus præter naturam pluribus lapsibus naturalibus proportione respondentes, qui sanè lapsus præter naturam erãt neutralitates vt nunc: & hac quidem ratione contingit, ꝙ temperatũ non ægrotat, nisi aliquã excedens causa præstò sit, à parua namque causa fieri non potest, nisi neutrum: & hac ratione etiam contingit, ꝙ cum ægrotat, illa quidem ægritudo non nisi ex magnitudine causæ periculosa sit, vt Galenus quoque super aphorismum ita incipientem,

2. parti. Apho. 34. In morbis minus periclitantur, quorum naturæ &c. aduersus Diocle asserit. Insuper dubium est, quoniã videtur Galenum potius debuisse ponere signa partiũ salubriũ semper, q̃ insalubris semper, nam vt ait

Gal.

©BIU Santé

Gal. temperata complexio eſt, vt regula omnium aliarum, ita q̃ eius ratione aliæ dicuntur tales, vel tales, item rectum eſt judex ſui & obliqui. Reſpondet Truſ. quòd Gal. tacuit ſigna partium huiuſce ſcorporis, quoniam vel nunquàm vel rarò huiuſmodi corpus viſitur: Verũ hac eadem ratione debebat etiam tacere illa, quæ in genere declarauerat: item ex Gal. libello de opt. corporis habituriam declaratum eſt dari huiuſcemodi corpus: quare reſponſio ipſius vana eſt. Curtius autem alio modo reſpondet, quòd cum Gal. libello de opt. cor. habi. dicat, ſalubre ſemper non reperiri, niſi per lõga temporum interualla, uoluit tradere ſigna ſpeciatim partium, eorum ſcilicet corporum, quę ſæpius generantur, & ſub ſenſu cadunt, quoniam medicus artifex eſt ſenſitiuus. Ego verò rectius dicerem, quòd Gal. infra ſigna tradit temperati cerebri, dicens, quòd homo tali cerebri adeptus temperie omnia obtiner moderate, atque eà, quæ immoderate intemperatis reperiuntur propè capitis finem, cum air, communis hæc ratio ſtatuatur in omnibus partibus, quorum intemperaturis vniuerſis indicia ſumus tradituri. Qua de re cum Gal. ſigna partium inſalubris ſemper tradat, ponit quoque ſigna partium ſalubris ſemper, quòd ſcilicet omnia in temperato ſint moderata.

1. & 2. de temper.

Cap. 13.

Quot ſunt differentiæ partium. Cap. 9.

SVNT verò earum quatuor vniuerſæ differentiæ, quoniam nonnullæ earum principia quædam exiſtunt, aliquæ verò ab ipſis originem habent, aliquæ nec aliarum gubernationi præſunt, neque aliunde gubernantur, cum inſitas habeant à natura potentias, à quibus reguntur: quædam verò ſunt, quæ inſitas ſimul & aliunde habent. Principia igitur ſunt cerebrum, cor, hepar, teſticuli: ab his verò ortum habent, atque eiſdem ſubminiſtrãt, nerui quidem & ſpinalis medulla cerebro, cordi uerò arteriæ, hepati uenæ, ipſa uerò ſeminaria uaſa teſticulis. Quæ autem à ſeipſis gubernantur, ſunt cartilago, os, copula ſeu ligamentum, membrana, adenes, adeps, caro ſimplex. Reliquæ uerò partes, cum unà cum iſtis habeant ex ſeipſis regimen, arteriis, neruis, & uenis inſuper eguerunt.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 145 sur 753

©BIU Santé

PONENS Gal. diuisionem partium, quam supra promiserat, hoc capite quadruplicem esse corporis humani partium differentiam ostendit, siquidem partium non nullæ sunt principia, quædam ortę à principibus, eisque familiares, aliæ neque principes, neque ulli dominantur, neque aliunde gubernantur, sed innatam hẽnt potentiam, qua reguntur, & ex seipsis gubernantur, hoc est potentiam innatam duntaxat, non influentem: & postremò aliæ sunt, quæ virtutem innatam habent, & aliunde quoque manentem siue influentem: qua quidem diuisione posita exempla statim subiecit, quæ in cõtextu clara sunt. Animaduertendum autem est, ob ea quę dicit Gale. & Haly, & communis fermè medicorum scola comparant principia, & orta radicibus, trunco, & ramis: asserunt namque principia radices esse, nucham autem, & aortam, & chylim, & uasa seminaria trũcos, neruos uerò & arterias, ac uenas alias, & alia vasa, ramos, quod forte dicunt, hac ratione, cum Gal. alibi dicat, spinalem medullam, aortam, & chylim esse, vt stipites, & truncos, neruos autem, & alias arterias, & venas, ramulos, uelit quoque intelligere principia radices esse: Quod quidem Gal. non dicit, neque intelligere voluit, quinimmo libro de disse. uen. & art. similitudinẽ ponens ex Hip. placitis decerptam, quã & posteriores Anathomici sunt insequuti, dicebat, vt in arbore est truncus in parte inferiori plures in radices, in patte autem superiori in plures ramos diuisus, ita & uena caua truncus est in plures ramos distinctus, quę uero in intestina, & uentrem deferuntur, uenę proportione radicibus respondent, eadem quoque ratione arteriæ, quarum omnium origo est à corde, quę ex illis sparsa ramorum serie pulmones petunt, radicum imaginem prę se ferunt, aortam vero caudicis in arbore proportionem subdit: manifestum igitur est ex his, membra principalia radices non esse, ut illorum opinio asseriț: item Galenus aliam ponit similitudinem his consimilibus verbis dicens, gubernant animal, ut in lib. de Hippo. & Plat. dogm. est monstratum, tres diuersi inter se generis facultates toti corpori ex suo veluti fonte quodam quæque distributæ, eas Plato animas vocat propriam cuiusque substatiam inueniens, est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria, ac stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet, canales verò ab hoc in totum corpus sparsos ipsas venas: altera est, quæ non modo vt stirpibus, aut vita præditis, sed & animalibus nobis est insita, hæc sedem in corde habet ipso quoque insiti caloris ceu fonte quodam, ab hoc canales arteriæ sunt: tertia ratiocinatrix in cerebro domicilium

1.6. de us. part. 2.

in principio.

9. met. 10.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 146 sur 753

©BIU Santé

cilium habet, ea voluntariis actionibus unà cum ſenſibus præſidet, utitur & hæc particulis ſau canalibus nempè neruis ſenſum & motum per hos in totum animal tranſmittens. hęc Galenus. Quibus quidem verbis manifeſtum eſt, quomodo hęc membra, & orta arbori & fonti aſſimilari debeant. Inſuper Haly & communis opinio ſuſtinent, q. à cerebro ad vniuerſum corpus vis ſenſitiua, & motiua per neruos mittitur, ſpiritus autem eſt huiuſce virtutis vehiculum, quę in ſpiritu recipitur, vt videtur ſenſiſſe Aui. quod quidem forte dixerunt, moti authoritate Gal. vbi dicit, q. oculorum nerui concaui neceſſariò fuere, vt ſpiritus ſubſtantialiter per ipſos tranſiret, cęteri autem haudquaquam ſunt concaui, ne per corpus diuiſi, & à ſuo fundamento remoti leuiter rumperentur: vel quia tactu ſpiritus quantitas ſenſui & motui voluntario quanta viſui, neceſſaria non eſt. item Galen. loquens de neruis oculorum ait, & ſola ſecundum rationem hęc germinatio ſenſibilem habet portum, cum ſola plurimum continet ſpiritum animalē, ergo & alii quoque ſpiritus animalis aliquid continet: oppoſitum tamen habet Gal. vbi ait, Animalis ſpiritus in cerebri ventriculis exiſtēs ſenſum & voluntarium mandat motum, virtus enim ipſius per neruos penetrat ad cętera membra, eſſentia verò in proprio permanet loco, vt ſol totum aerem illuminat, ipſe tamen in vno ſtat loco, ſed ad oculos non ſolum virtus viſibilis, ſed ipſe quoque ſpiritus eſſentialiter dirigitur: item alibi ait Gal. à cerebro in neruos facultas ſine ſubſtantia diffunditur, vt à ſole ſplendor, & vt deleteria pharmaca in parui ſſima quantitate totum alterant corpus: quod quidem ſępius cōprobat experimentō, nam in quibus crurā ſunt reſoluta, facultas quędam ſine ſubſtantia deſcendere prohibetur ob ſpinę inflammationē, in quibus verò meatus à cerebro ad oculos obſtructus eſt, vis cum ſubſtantia deſcendere prohibetur, ſed cum ſana ſunt membra, animalibus inſtrumentis vis à principe parte, vt lumen à Sole defluit: cur verò hæc in his neruis varietas adſit, reſponſio colligitur ex Gal. nam is mouens dubitationem an ſicut per neruos viſiuos ſpiritus tranſmeat, eundem in modum in reliquis efficiatur, reſpondet id in febris tenuiſſimis fieri non poſſe: Deinde ſtatim iterum dubitat dicens, ſi vnus neruus ſine foramine facultatem admittit, ergò & reliqui, quod ſi ita eſt, cur in exortu ſpinalis medullæ ita patens, vt in neruis viſorijs, meatus conſpicitur? reſpondet Gal. [Quoniā imbecilla cūſit virtutum traductio ad continua, præcipuè, cum vel maiora paulò fuerint, vel duriora, quę recipiunt, vel vehementiori aliqua alteratione indigeant, ſi ſubtilioris ſubſtantię quadantenus cum violentia, & ictu immiſſio fieret, au-

1. primi doct. 6. c. 4

2. part. de ocu. 5.

8. de uſ. par. 6.

cadē part. de ocu. 5.

1. de ſem.

1. de lo. affe. 6.

codē lib. Capitulo, & 4. de acci. & mor. 5.

7. de dog. Hippo. & Plat.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 147 sur 753

©BIU Santé

geri alteratio ita posse videbatur, dictum est enim eam, quę à plerisq; virtutis diffusio nuncupatur, alterationis esse traductionem, id quod in aere etiam à solari splendore fieri non dubitamus: Eodem igitur modo verisimile est spiritum, qui ad oculos fertur primo in cursu cũ ambiente aere vniri, atque ipsum contactum ad naturę suę proprietatem alterare, atque immutare, non tamen vlterius, latiusque extendi.] Præterea Medici quoque sequentes Haly dicunt, ϕ à corde transmittitur virtus vitalis, mediante spiritu quę demum ad omnes corporis partes diffunditur. Quorum vtrumque falsum est, Galenus namq; dicebat, ϕ & venena, & alexipharmaca totum corpus alterant, non tamen, ϕ substantia ipsorum per totum penetret corpus, neque enim potest tam paucus succus tam breui tempore corporis interdum maximam molem replere, sed qualitatis diffusione, qualis & extra nos à solis fulgore in ambientem aerem, & in nobis tum à corde in arterias, tum à cerebro in neruos fieri conspicitur. Ex his itaque palam est, ϕ spiritus vitalis non est vehiculũ virtutis à corde. Quod vero virtus vitalis ad solas arterias transmittatur, ex Galen. colligitur, vbi epilogat quæ demonstrauerat in lib. de dogm. Hippo. & Plat. nempè cerebrum esse nervorũ, & spinalis medullę principium, cor arteriarũ, hepar vero venarum, item ϕ nerui a cerebro animalem, arteriæ vero a corde pulsatilem, & venæ ab hepate naturalem virtutem desumunt: & subdit, ϕ neruorum vtilitas est virtutem sensus & motus à principio in partes transmittere, arteriarum vero eam, quæ secundum naturam caliditatem & animalem spiritum custodire, similiter etiam alibi ait, talem virtutem ad arterias transmitti: Quod clarum est, cum alię partes non pulsent, sed solę arteriæ: ergo virtus illa a corde nisi arterijs communicatur: cuius quidem ratio est, nam solæ arteriæ oriuntur à corde, ϕ si etiam alijs virtus ipsa communicaretur, iuxta Galeni sententiam dicendum utique esset, ϕ & ipsæ à corde orirentur, & pulsarent: & ob id Gal. dicebat, Nec te lateat uenas si originem a corde traherent, pulsum habituras fuisse: & contra Erasistratum, quẽ prius laudauerat, ϕ uoluerit arterias habere motũ a corde, subdit, Qui tamẽ nõ recte postea motionis ortũ exposuit, neq; n. utris instar inflati ita à corde spiritum exprimente replentur arteriæ, sed quia cordi coniunctę sunt, ex eóque originem habent, ideo eiusdem facultatis cum toto uiscere participes efficiũtur: quod & paulò superius dixerat Gal. Ex quibus etiã Galeni placitis colligitur, quòd spiritus vitalis arteriis uirtutem non defert: Quòd clarius quoque ab eodem habetur aduersus eundem Erasistratum, cum enim dixisset superius, quòd idem uidetur con-

1. de sem.

1. de us. part. 16.

1. de sem.

6. de dog. Hippo. & Plat.

©BIU Santé

contingere,& neruo, & aeri, ſicut enim ſtatim remoto illuſtrante remouetur fulgor ex aere; quoniam æquabili indiget continuitate, & aſſidua,& recenti informatione, ita & ſi neruum præcidas, tota ea pars, quæ à continuitate cerebri fuerit ſeparata, confeſtim ſenſum,& motũ deperdit: Subdit poſtea, eadem natura in arteriis cernitur, nam & ipſę perinde, ac nerui, aut inciſæ, aut laqueo intercluſę pulſu omni, mica tionęque orbantur, non quia vt Eraſiſtratus opinatur ſpiritu à corde immiſſo priuentur: hoc enim fieri nullo modo poſſe,& alibi à nobis demonſtratum eſt, & nunc etiam ne aliquid prætermiſſum eſſe uideatur, poſtmodum demonſtrabimus: Sed id propterea efficitur, quia tunicas cum cordis corpore connexas habent, ab eoque uim influentẽ aſſidue ſuſcipiunt. Ad hęc dicunt etiam medici Haly ſequuti, quòd ab hepate ad venas, & alias partes mittitur uis naturalis, cuius uehiculum eſt naturalis ſpiritus à vitali diſtinctus, atque animali. Primum quidẽ eorum dictũ, vt pote quòd hęc uis ſanguificatiua ab hepate uenis communicetur, eſt Galeni placitum dicẽtis naturam feciſſe venas non perducentes ſolum nutrimentum ex ventre, ſed & vnà attrahentes, & hepati præparantes modo hepati ſimillimo, quippe quę eidem natura ſimiles ſunt, & primam germinationem ex illo faciunt, ipſum autem hepar poſtquàm id nutrimentum accepit à famulantibus iam præparatũ, & habens ſubfigurationem quãdam, & rudem, obſcuramque ſpeciem ſanguinis ſuperaddit ei perfectum ornatum ad ſanguinis certi generationem: At ſecundum eorum dictum, nempè quòd vis naturalis ad alias partes etiam mittatur falſum eſt, ſed quòd omnes corporis partes naturales habeant virtutes ſibi connatas, ex Galeno colligitur, vbi dicit, naturalia inſtrumenta ab animalibus differre, quoniam naturalia vim habent eis innatam, animalia verò eam habent à principe parte defluentem, vt lumẽ à ſole, & ob id ſubdit. Proinde ſi permanens fuiſſet ipſorum eſſentia, neque venis, neque arteriis indiguiſſet, verum quia nutrimento ęgent, ſeruarique oporteat intimius caloris temperiem, hanc ob cauſam & venis indigebant, & arteriis: Et paucis interpoſitis verbis ſubdit ad huc, quòd ſolis animalibus inſtrumentis euenit, vt eorum actio pereat eis haudquaquam affectis, quòd quidem naturalibus accidere non ſolet, quę ſemper primario affectu laborant, cùm eorum actio lędatur. Cæterum de ſpiritu naturali dubium eſt apud Galenum, an detur, & ob id cum dixit de ſpiritu animali clare habere cerebrum pro fonte, & hoc demonſtraſſe, de vitali autem, quod non ęque euidens demonſtratio erat, ſed non eſſe alienum à ratione exiſtimare eum contineri in corde, & arteriis, dubie loquens ſubdit, Quòd ſi aliquis

1. de uſu part. 16. 6. de dog. Hippoc. & Plat.

4. de uſu par. 2. & 3.

4. de uſu part. 7. & 11. de pot. nat.

12. met. 5.

©BIU Santé

quis quoque naturalis ſpiritus eſt, utique is quoque in iocinore, & ve-
4. de uſu par. 13. nis cõtinebitur. Cur autem dubie loquutus ſit Gal. ratio ab eodem col
ligitur, ubi ait, quòd cum natura diutius manere materias alicubi uo-
luit, ibi tranſitum ad id, quod vltra eſt, ipſis difficilem operatur, ut fe-
cit in inteſtinis, rethe mirabili, teſtibus, & manis, at non videmus tale
quod feciſſe pro ſpiritus naturalis generatione, quinimmo ex ipſius
placitis ad partes ſimas hepatis tãtum duę paruę arterię perueniunt ad
refrigerationem duntaxat famulantes, neque indigentes ſanguinẽ tran
ſumere, neque uitalem ſpiritum hepati multũ prębere. Et fortè natura
non fecit ſpiritum naturalem à vitali diſtinctum, quoniam ſatis fuit vt
humores in venis exiſtentes flabellarentur, & ex motu arteriarum con
ſeruarentur, quę ſanè vnà cum venis per corpus diſſeminantur, inter
quas & arterias ſunt tranſitus, per quos vſus non modicus ex reſpira-
6. de uſu par. 17. tione, & pulſibus venis communicatur, vt idem Gal. conſentit. Quòd
autem ſpiritus naturalis vel non detur, uel dubium ſit, nũ detur, vide
1. colli. 14. tur quoque eiuſdem fuiſſe ſententiæ Aue. ubi habet, quòd ſpiritus duo
ſunt, ſpiritus nempè apparens in corde, & ſpiritus apparẽs in cerebro,
ſed ſpiritus in hepate non apparet per viam ſenſus, & ob id alibi me
minit quoque ſolum de duobus ſpiritibus, vitali ſcilicet, & animali,
nulla de naturali mentione facta. Porrò quòd vaſa ſeminaria (vt Gal.
2. collig. 7 inquit in contextu) teſtibus ſubminiſtrent, diffuſe ab eodem vbique
demonſtratur, dicente, ꝙ à teſtibus tranſmittitur vna virtus ſine ſub-
ſtantia, à qua fœmina fœmineitatem (vt hoc vtar vocabulo) & maſcu-
lineitatem ſuſcipit: quare fit, vt fœmina exciſis teſtibus mari caſtrato ſi
milis euadat, cum enim omnes partes in alijs conueniant, ablata ea fa
4. de uſu par. & primo de sẽ. penult. cultate, qua hic mas, illa fœmina dicebatur, in vtriſque idem reman-
ſit, perinde ac ſi a principio neque mas, neque fœmina vterque eorum
fuiſſet, ſed tertium quoddam, quod ab utriſque quidem differret, neu
trum tamen eorum eſſet: His teſtibus ſubminiſtrant uaſa ſeminaria,
quæ duplicia ſunt, præparatoria ſcilicet, a quibus teſtes ſanguinẽ de-
albatum attrahunt, & eum in ſemen commutant, & delatoria, quę in
coitu ſemen ad virgę canale deferunt. Ariſto. tamen fuit opinio te-
1. de gene. ani. 4 ſtes ad generationem ſeminis nihil conferre, ſed factos eſſe a na-
tura ob melius, adiecti enim eo modo pendent, quo pondera-
trices teli annectunt, his enim detractis intro ſe meatus retrahũt,
quo fit, ne exeſcta generare poſſint, nam niſi ita retraherentur, genera-
re poſſent, & narrat hiſtoriam de tauro, qui poſt caſtrationem coiuit,
vaccamque impleuit: reddit autem cauſam, cur quibus teſtes execti
ſunt, effœminentur, dicens, quòd eſt, quoniam remouetur tentio eius

prin-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 150 sur 753

©BIU Santé

principii cordis nimirum, a quo venæ oriuntur, quo principio laxato robur ab eo proueniens amittitur, mutatio namque in principio tametsi magnitudine sit parua, attamen facultate magna est. Veruntamẽ hæc Arist. sententia a Galeno satis diffuse reprobatur, vt nos fortasse aliàs monstrabimus in eo libro, quem Apologiam pro Galeno inscribere statuimus. Subiecit deinceps Galenus in contextu exempla earũ partium, quæ virtutem innatam tantum possident. & hæc sunt septẽ hoc in loco ab ipso enumerata, Cartilago scilicet, os, copula, seu ligamentum, membrana, adeps, adenes, & caro simplex, siquidem a seipsis gubernantur: Pro intelligentia autem horum est adnotanda Galeni sententia. Quòd quauis nerui in totum corpus ferantur, non tamen implantantur in ossa, cartilagines, ligamenta & adipem, neque in omnes adenes, quæ sunt vt firmamentum fissionis vasorum, & ad replendas vacuitates. Quòd aut ossa non indiguerint neruis, ostendit Galenus, quoniam substantia ossium passim quidem veluti firmamentum, & sedes alijs submissa est, passim autem veluti propugnaculum quoddam, & murus, ideo superfluus erat ossibus aliquis sensus, & voluntarius motus, doluissent enim quod congruum non erat: Cartilagines autem cum subiungant, sublinentque quasdam ossium particulas, vtaturque eis aliquando natura tanquam cedentibus moderate corporibus, læuioris gratia, vt in articulis vtrumque sensum & motũ habere decens non erat. pariter & copulis neutro horum opus fuit, quæ veluti corde ossa inter se seligant: Neque adeps neruis indiguit, cũ instar olei crassi appositus sit membranosis, & neruosis particulis. Constat igitur ex his, quòd quinque sunt in corpore partes, quæ sensu sunt destitutæ, à Galeno descriptæ, nempè os, cartilago, copula, adeps, & adenes, seu glandosæ carnes, quæ cum non sint à natura genitæ, vt vtiles generent humiditates, sensu & motu pariter caruerunt, siquidem eis haudquaquam indigebant. Insuper id quoque memoriæ repetendũ est, à Galeno explicatum, naturalia instrumenta ab animalibus distingui, quoniam naturalia facultatem innatam suæ actionis habent, animalia autem eam recipiunt à principe parte, quæ per neruos transmittitur: Quare sicuti magneti innata facultas est ferrum attrahendi, ita & omnia naturalia instrumenta vim habent, qua seipsas regunt, actionemque suam perficiunt: Et ob id subdit, quòd si eorum substãtia permanens fuisset, neque arteriis, neque venis indiguissent, sed venis indiguerunt, quoniam egent nutrimento, arteriis verò, propterea quòd temperies innati caloris seruari opus erat: manifestũ igitur ex his est, quòd huiusmodi partes virtutem innatam tantum habent, qua seipsas

5. de gene. ani. 7.

1. de tem. per.

16. de usu par. 2.

1. de lo. af. ultimo.

©BIU Santé

sas regunt, licet enim per venas nutrimentum suscipiant, non tamen virtutem aliquam: similiter licet arteriis indigeant, nō vt virtutem vitalem à corde suscipiant, quam cordi tantummodo, & arteriis inesse diximus, sed vt calor arteriarum motu conseruetur, quę planè partes non æque venas habent, & arterias, cum eis æque non egeant; vnde docebat Galenus, Naturam omnibus particulis summa cum iustitia venas distribuisse, cum enim particulæ corporis tantò egeant nutrimento, quod sit æquale ei, quod defluit, propter quod eo indigent alimento, ad eas partes natura misit maiores, & plures venas, à quibus maior defluxus efficitur. Et quoniam à calidis & humidis partibus, & quę frequenter mouentur, maximus fit defluxus: à frigidis verò & duris & deseruientibus moderatis actionibus minimus est defluxus, ideo pulmoni, cui omnia insunt maximum effluxum efficientia (est enim molissimus, validissimus, & in continuo motu) maximam tribuit venam cordi implantatā, ossibus autem, vtpote frigidis, duris, & plurimo vitæ tēpore quiescentibus, cum eorum substātia sit difficulter solubilis, adeo paruas venas condonauit, vt non manifeste appareant, tametsi animal magnum sit. Quod itidem de aliis particulis, cartilagine, s. & copula dicendum est, iuxta nāque necessitatem ad eas particulas maiores minores vè mittuntur arterię: Qua de re palàm est, ꝙ huiusmodi particulæ virtutem innatam tantum habent, cum non aliunde aliam suscipiant. Dices, Gal. præter ea quinque enumerat quoque membranam, & carnem simplicem, quę quidem duo præsenti in loco innatam tantū habere virtutem inquit: attamen alibi de his nullam facit mentionē. Respondet Curtius, ꝙ Gale. de his solum meminisse voluit quæ secundū se tota non sentiunt, sed quædam membranæ, ad quas perueniunt nerui, sentiunt, quædam verò non sentiunt, ad quas nerui non deriuant: pariter de carne dicendum est, ꝙ est aliqua, quæ sentit, ad quam nerui perueniunt, quædam verò, ad quam nerui non deriuant, minime sentit. Circa quod aduertendum quoque est, quòd caro duplex est, altera quæ ab omnibus caro appellatur, quę semper est pars musculi, & altera quę est substantia visceris vniuscuiusque, & præsertim iocinoris, pulmonis, renum, & lienis, quę ab Erasistrato dicitur Parenchyma, pauci eam carnem appellant, quę verò in intestinis, ventriculo, stomaco, & vtero, & aliis id genus sine nomine relinquūtur: per carnem igitur intelligendum est non propriam, sed substantiam ipsius visceris, ideo dicebat Curtius manifestum est, ꝙ caro hepatis intima non sentit, sed eadem taxat sensum præbet, quæ est in superficie paniculum hepatis contangens, ad quem paruulus neruus peruenit: etenim hepar erat principium

16. de us. par. vlti.

16. de us. par. 2.

2. de tē p. 3. & 10. met. vlt.

©BIU Santé

cipium virtutis sanguisactiuæ; & tales sibi & venis commisſę actiones erant, quales etiam plantis, ideo magno non indiguit neruo, indigmit autē neruo, vt aliis principiis copularetur: quod satis libris de dogm. Hipp. & Plat. ex intentione Platonis ab ipso Galeno diffuse declaratū fuit, vel pro nunc (inquit ipse) dicamus, id à natura factum esse, vt omnino non esset insensile, & à plantis distaret, quorum nullus est sensus, etenim perpeti debebat & phlegmonas, & suppurationes, & alia id genus: Quòd etiam de pulmonis substantia dicendum est, Gale. namque ait a sexto pari neruorum duos tenues neruos ad membranam pulmonis extrinsecam mitti, qui per eius profunditatem haudquaquam extēduntur. Hoc itidem sentit Gale de splene, hepate, & corde, nempè q hæc membra neruis prædita sint, quo à plantis distinguerentur, qui tamen nerui exigui fuere, quoniam sensus & motus non erant. Ex his igitur paret, q aliqua caro sentit, quędam verò haudquaquā. Verum hęc responsio Curtij manifestam habet instātiam; eadem nāque ratione de carne glandosa, & de ossibus meminisse non debuerat, quoniā vt Gal. asserit caro aliqua glandosa sensum obtinet, quę vtilem generat humiditatem, pariter inter ossa soli dēres sentiunt, quoniam nudi occurrere debebāt duris, & his, quæ lędere valebant, nec non simul cū lingua sentire, & omnia gustabilia, vnà cū aliis oris particulis discernere debebāt. Quare fortè rectius dicendum ęnseo, q ex illis Gal. voluit faciendum esse iudicium de his, de quibus non meminit: Vel q ea secundum se tota non sentiunt, neq; sensu destituta sunt; caro namque hepatis, panniculo proxima sentit, quę verò est in profundo non sentit, at carnes glādosę, & ossa, quę non sentiunt, secundum se tota non sentiunt. Cęterum ob ea quę iam dicta sunt, oritur hic dubium, num ossa, & reliqua membra dicta nullomodo sentiant, siquidem videtur ex superius dictis ex intentione Gal. non sentire, exceptis dentibus, de quibus etiam loquens, & eorum affectibus dixit, quòd sentiunt, testaturque se in seipso differentiam inter dolorem dentium, gingiuarum, & neruorum constituisse. In contrarium autem est Auenzoar vbi recensens Galeni sententiam, inquit, & iam inuenimus Galenum dixisse, quæ ad inuicem sunt oppositā, quando dixit, quòd ossa sunt omnino absque sensu, & alibi, quòd dentes sensum habent, & non grossum, immo valde intensum: ego autem sentio ossa sentire omnia, licet obscure: cum autem dicitur, quòd ad ossa non perueniunt nerui, ergo non sentiunt, respondet Auenzoar, quòd eadem ratione dicendum foret, quòd non nutriuntur, quoniam quemadmodum virtus sensitiua à cerebro mittitur, ita ab hepate ad omnes corporis partes nutrimentum

4. de lo. ad.

6. de vs. pa. 18.

16. de vs. par. 2.

5. de com. med. sēm loca.

1. Theysir tract. 9. cap. 19.

transmit-

©BIU Santé

transmittitur, si ergo ossa non sentiunt, propterea quòd nerui minutissimi contexti ibidem non sunt, ergo neq; muniuntur, siquidē venæ ibidem non sunt minutissimæ contextæ, sicut ergo ossa ob venarum vicinitatē nutrimentum recipiunt; licet capillares in ossibus dissemina tæ non appareant, nec non & ossa, & cartilagines, & hmói in corpore viuo conseruantur à putredine ex spiritu virali, arteriarumque motu, licet ipsæ non appareant, eodem propè modo dicendū est, q ob neruo rum vicinitatē ossa sensum recipiunt, licet nerui in ossibus diuisi nō vi sentur. Quòd si dicatur os incisum non sentire, & ob id Galeni sentētia

2. aphor. par. 46. verá esse. Respondet ipse, q fuit Hippo. sentētia, q maior dolor minorem obscurat, cū igitur ossa incidi non possint, nisi & caro incidatur, nec non & nerui, & pellicula os ipsum cooperiens, quæ acuti sunt sensus, ideo prohibetur, ne dolor obtusus ossium percipi valeat, & ita hac solutione difficultatem hanc euadere videtur. Insuper ait idem, q illud dictū, q ossa sensu carent, intelligendum est, vti dicimus, q habens collum breue est sine collo, & habens visus imbecillitatē visu caret: Quo

16. de us. par. 2. quidem modo multi quoq; fuere ex medicis, qui Galeni sententiā interpretati sunt. Verū tamen Gal. ratione cōprobat, q ossa sensum non habent, aliaq; partes, quemadmodū superius dictum est, q si id Gal. voluisset, vt illi dicunt, sicuti dixit, q natura dedit ossibus venas adeo, parvas, vt non manifestè appareant, ita & prius dixisset, q nerui ita parui sunt, vt manifestè non appareant. Quod aūt dicit Auenzoar ex Hippo.

16. de us. par. ulti. & cap. 2. intentione nihil est, nā dicit Hipp. duobus dolentibus simul non eundē locū infestantibus, vehementior alterum obscurat, & Gal. in cōm. declarat, si quis eundē exquisite audiat locū, nunquam duo possunt in eodē fieri dolores, si quis verò late, possibile est, dico aūt late circa mēbrū manus, veluti, vel circa brachiū, vel cubitū, aut femur, aut tibiam: verū hi duo dolores simul augent loci afflictionē, cum neuter lateat ægrotātē: patet igitur ex his, q dolor, qui contingit in carne uō reddet obscurū ossis dolorē, vt ait Auenzoar, & ob id illius respōsio nullius est valoris: itē aduersus eundē tale formare pōt argumētum, Os discoopertū à carne incisum non dolet, ergò os ipsum sensu priuatū est, eo. n. casu nō pōt confugere ad carnis dolorē, q si dicatur, quòd aer frigidus sensum ipsius ossis obscurat, contra licet pars exterior cutis superficialis ob aerē frigidum non dolet, tñ pars interior incisa dolet, ergò ita de ossibus esse deberet, q saltim pars intima incisa doleret. Constat itaq; ex dictis secundū Gal. & veritatē dicēdum esse, q ossa non sentiunt. Postea Gal. in contextu declarat quartū diuisionis mēbrum, inquiens, reliquæ partes cum unà cum istis septem enumeratis habeant regimen, hoc est se-

ipsas

©BIU Santé

ipſas conſeruent, vel virtutem innatam habeant, venis, & arteriis & ip
ſas indiguiſſe, tum vt per venas nutrimentum ſuſcipiant, tum vt motu
arteriarum caloris moderantia ſeruetur, præterea eguiſſe quoque ner-
uis, quoniam non ſolum virtutem habent innatam, ſed & influentem,
quæ illis à cerebro per neruos tranſmittitur, & propterea non dicitur
innata membris, ſed influxa: Quare Gal. cum alibi declarauit, quòd na
turalia inſtrumẽta & uenis, & arteriis indigẽt, ſubdit, ſic & muſculi, vt 1. de lo. aff. ultimo.
eſſentiam ſuam ſeruare poſſint, non ſecus quàm naturalia inſtrumen-
ta & venis, & arteriis indigent; Et quia cognatũ ſenſus & motus prin-
cipium non habent, idcirco neruos, per quos hoc ipſis influat, deſide
rare uidẽtur, idque Solis exemplo. Aduertendum autem, q cũ dicit in
cõtextu. Reliquę verò partes dupliciter exponi põt, vno quidẽ modo
Reliquæ partes prẽter illas ſeptẽ ſuperius enumeratas habẽt &c. Et i-
ſte intellectus falſus eſt, quoniã ſequeretur, q venę venis, & arterię arte
riis indigerẽt, altero verò modo exponi poteſt, q reliquę partes ab his,
quæ enumeratæ ſunt in tribus prioribus mẽbris &c. & iſte intellectus
bonus eſt, atque hoc modo verba illa expdnenda cenſeo. Cadit hic
dubium, an in habentibus innatam, & influentem vitalis ſiti neceſ-
ſaria in membris diſponens, vt ſenſitiua, & motiua in eis ſuſcipi
poſſit. Auicen. quidem huic dubio reſpondet, quod virtus uitalis ne- 1. primi do
ceſſaria eſt membris, vt pro virtute ipſa animali diſponat, quod ctr. 6. ca. 4.
quidem declarat ipſe, quoniam fieri poteſt, vt virtus nutritiua in ali-
quo membro operari deſinat, id tamen membrum ſentiet, ergo nutri-
tiua non ſufficit ad operandũ pro ſenſu, & motu ſuſcipiẽdo: item (in-
quit ipſe) videmus, q aliquando membrũ ex oppilatione tranſitũ vir-
tutis animalis prohibẽte ſtupidum efficitur; atq; paralyticũ, qua quidẽ
oppilatione remota iterũ id membrũ ſentit, idq; fit, quoniã cõſeruata
hæc virtus vitalis eſt pro ſenſu & motu diſponens, qua remota mẽbrũ
corrũpitur, ergo nutritiua non ſufficit ad præparandum: itẽ ſi nutriti-
ua ſufficeret ad præparandum, ergò plãtę ſatis paratæ forẽt, vt ſenſum
& motum ſuſciperẽt. Sed hæc opinio nõ ſolum eſt contra Galenũ qui
vt declaratum eſt, ſentit, q in corde, & arteriis hæc duntaxat virtus co
locetur, non autem q ad omnes corporis partes tranſmittatur, vt vo-
luit Aui, quem Haly, & alii ſequuti ſunt, ſed & aduerſus propria fun-
damenta, quoniam tunc ſequeretur, quod omnes corporis partes
ſentirent, quod falſum eſt: ſentio enim Auic. quòd uirtus uitalis in
omnibus corporis partibus, & oſſibus, cartilaginibus, & aliis reci-
piatur, quare omnes huiuſmodi pabtes erunt paratæ ad ſenſum, & mo
tum ſuſcipiendum. Reſpondendum igitur rectius eſt, quòd membra
diſponuntur

©BIU Santé

disponuntur ad sensum & motum suscipiendum per formam propriã & nervos ad partes pervenientes. Verum tamen supponitur, quòd virtus vitalis sit, nõ quidẽ in membro, quod virtutẽ sensus, & motus recipere dẽt, sed in corde, & arteriis, quibus mediãtibus ea oẽs corporis partes indigent, vt eorũ calor moderatus conseruetur, atque hac remota partes & priuãtur vita, & refrigerantur, vt inquit Gal. contingere partibus, quibus vincula vel sunt violenter superiniecta, vel superioribus circumligata. Tenenda igitur est Galeni opinio, reiecta illa Auic. Subdit postea Gal. in fine capitis hunc in modum scribens.

2. de acci. & mor. 3.

CAPILLORVM *autem, atque vnguium neque regimen vllum est, sed generatio tantummodo. Hę igitur sunt partium differentiæ.*

Trusianus dicit, quòd ne quis credat has partes includi in quarto membro, quoniam dixerat: Reliquę verò partes, &c. Ideo voluit eas ab eo membro separare, dicens, quòd ob id capillorum & vnguium non est aliquod regimen, scilicet per nutrimentum, & ex consequenti neque vita, sed generatio solum, hoc est ex necessitate materiæ gignuntur, natura materiam extra corpus expellente. Verum erat Trusianus dicens, q̃ vngues non sint partes, & q̃ non nutriantur, neque viuant, Gal. enim de vnguibus loquens, ait, cęterum in radice ipsorum non modo neruus, sed & arteria, venaque porrigitur, vnde sensum, vitam, & alimentum, sicut aliæ partes, accipiunt: manifestum igitur est, q̃ vngues nutriuntur, ac sentiunt. Pro vera autem huiusce literæ expositione est adnotandum id, quod Gal. declarat, q̃ vngues nõ nutriuntur, vt aliæ partes, in quibus venæ plures in partes diuisæ, dispersæ sunt, ut in hortos alueoli, verum in vngues hæ non dispensantur, eo quòd pilorum modo ab radice exeuntes augeatur, satius. n. erat & hos, sicut pilos semper renouari, & cum atteruntur nunquam incrementum suum intermittere. Patet igitur, quomodo nutriantur, & augeantur: de quo etiam modo alibi inquit: Sed quoniam exteri debebant eorum extremitates, solas has animalis particulas semper augeri potentes natura construxit, quamuis iam totum corpus augeri desinat, augentur autem, non vt aliæ partes in longum, latum, & profundum, sed pilorum modo, in longum solum subnascentibus aliis semper vnguibus nouis, & antiquos propellentibus, neque hoc ociose operatur natura, sed vt in locum eius, quod sæpe exteritur in ipsorum extremitate sit aliquod, quod succedat; ex quibus patet, q̃ cum vngues non nutriantur, vt aliæ partes, sed generentur vt pili, sicut dictũ

2. de admi nist. anat. propè finẽ.

1. de vsu par. 11.

est

©BIU Santé

est, licet virtutem innatam habeant ab ortu naturæ, vt aliæ partes, nō tamen ita nutriuntur, & conseruantur eadem numero, vt alia mēbra: & ob id dicit Gal. in contextu, ꝙ capillorum & vnguium nullum est regimen, quo eadem conseruentur numero, vt cæteræ, sed generatio tantummodo, cum vt in pilis, ita in vnguibus efficiatur, ꝙ nouus vnguis genitus antiquum propellat, & hæc in eis sola est generatio successiua. Quo fit, vt non immeritò quatuor superioribus membris à Galeno distinctis quintum adhuc constitui possit. Vel dici potest, ꝙ vngues habent innatam atque influentem, sed differunt, vti dictum est, pili autē innatam tantum, scilicet propriam complexionem, sed non vt aliæ partes. Priora tamē expositio mihi magis placet, quàm hęc posterior. Sed dicet fortasse quispiam, quomodo membra huiusce diuisionis inter se distinguuntur? nam videtur quædam principalium habere innatam, & influentem, vt hepar, ad quod natura neruum transmisit, item ministrantia vt nerui habent innatam sibi congenitam, & influē tem a cerebro, quare adinuicem nullam inter se distinctionem sortiri videntur. Respondeo, aliorum missis responsionibus, ꝙ illa diuisio hoc pactò intelligenda est, quædam sunt principia virtutis alicuius immediate vtilis ad vitam vel speciem conseruandam, quæ sunt quatuor superius enarrata. Dices, Gal. dicebat, vt cognoscas, quę principales sunt partes, opus est, vt consideres, ꝙ triplex est partium vtilitas, aut enim pars pertinet ad ipsam vitam, aut ad bene uiuendum, aut ad generis conseruationem: quæ sunt vtiles ad uitam) dicit Galen.) principales partes sunt æstimandę, reliqua verò duo genera non sunt principalia, sed ignobiliora: Quare videtur, quòd ob dicta non concedat testes inter partes pręcipuas esse collocandos, neq; enim ad vitam vtiles sunt. Respondeo, ꝙ Gal. ibidem loquitur de esse, & cōseruatione indiuidui earumque partium, non autem speciei (vt in apologia nostra diffusius ostendemus) nam sicut species indiuiduo pręstātior est, ita & pars quę ad speciem facit ea quę ad indiuidui tantum vitam refertur, & ob id primo de sem. postquam dixit Gal. ꝙ totum corpus a testibus alteratur, cuius signum est ipsa caro victimarum castratarum, quę suauior est, quàm non castratarum, quinimmo qualitas carnium integrarum pręsefert quid simile qualitati testium graue, & vt ita dicam virosam ad odorem vsque similitudine porrecta, & ꝙ mirū est Arist. hæc ignorasse, qui sępe dixit paruas particulas esse in causa maximarum toti corpori alterationum, quibusdam tandem interpositis subdebat, ꝙ si testes abscisi incitationem ad coitum auferunt, ex eis erat animalibus generis successio, atque hoc profectò tertium cor

6. de usu par. 7.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 157 sur 753

præstare non potest, est enim id viuendi tantum, testes verò bene viuẽ
di principium, quanto autem melius est bene viuere, quàm absolute
viuere, tanto in animalibus testes corde præstantiores sunt: constat igi
tur quomodo testes non sunt inter principales partes, & quomodo
inter eas connumerantur. Quędam insuper sunt subministrantia, quę
duplicem virtutem innatam & influentem habere possunt, sed pro-
pter hoc haud reponenda sunt inter partes illas, quoniam intelligen
dum est illud membrum quartum, quòd quędam habent innatam &
influentem, & non sunt neque principia, neque deseruientia, & quę
innatam tantum habent, pariter neque sunt principia, neque deseruiẽ
tia. Solet hoc loco queri, nũ partes principales sint quatuor, vt ait Ga
1. primi doctr. 6. sum. prima c. 1. le. an una dũtaxat, vt sensit Arist. Verum Aui postquam recitauit Gale
ni opinionẽ, atque Aristotelis magisque laudauit illam Arist. subdit,
q medico in quãtum medicus nõ attinet, vt consideret, quę sit harũ
duarum sententiarum veritas, sed id considerare philosopho spectat:
medicus aũt, cum conceditur ei membra quatuor esse principia istarũ
virtutũ, non curat in eo, quod deesse medicationis consideret, an ex
2. colli. 9. aliis habeantur principiis, quæ sunt ipsis priora, vel nõ. Quod quidem
sentit etiam Haly. In contrariũ autem est Auer. vbi cũ declarauit, q cor
est principiũ omnium virtutũ, subdit, & si diceret quis, q medicus non
habeat necessariam hanc inquisitionẽ, dico, quòd habet multùm neces
3. d lo. aff. 4. sariam, vt proprio vtar ipsius sermone: item Gal. reprobans Archige-
nem, qui volens cor esse principiũ memoriæ, capiti raso cucurbitulam
adhibet, dicebat, si cor est principium memoriæ, non capiti, sed cordi
remedia sunt adhibẽda, ergo videtur ob hoc Galeni dictum, quòd me-
dico scire conferat, quod est principium virtutis, vt sciat, vbi remedia
li. de fætu. form. circa med. applicanda sunt, vel si non est necessarium, ergò Gal. perperam Archi-
genem reprehendit: item dicit Gal. quòd in resolutione corporis nesci
mus, cui parti remedia sint adhibenda, nisi sciamus an membra ex se
sensum & motum habeant, an verò per neruos sensus & motus, vel à
cerebro vel à corde ad ipsa defluant. Vt autem sciamus quid in hac re
tenendum sit, dico, quòd alio modo Archigenes ponebat cor esse prin
cipium omnium virtutum, & ex consequenti ipsius memoriæ, & alio
modo Arist. qui cor esse principium omnium virtutum statuebat, quа-
rum manifestationem concedit esse in prædictis membris: cerebrum
namque est principium manifestationis operationum virium anima-
lium, vt medici dicunt, q est sensus principium, sed operatio cuiuslibet particularis sensus in proprio organo manifestatur, vt declarat Aui
ce. Archigenes verò tenebat cor non solum esse virtutis principiũ, sed

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 158 sur 753

©BIU Santé

& manifeſtationis operationum: & ob id Gal. recte Archigenem repre hendit. Similiter quoque ea ratione dicit Gal. quòd medicus ſcire debet à quo ſenſus, & motus proueniat, vt nõ ignoret, cui parti remedia ſint apponenda: At quoniam Ariſt. ſentit dicta membra eſſe manifeſtationis principia, ideo operationes lædi poſſunt offenſo aliquo ex dictis membris etiam, ꝙ cor non lædatur, quæ etiam lædi poſſunt læſo corde abſq; dictorum offenſione. pariter quoq; iuxta Gal. ſententiam ex cordis læſione cerebri operationes lædi poſſunt, vt in ſyncopi, quę cordis eſt paſsio, in qua non ſolũ tollitur motus cordis, ſed & ſi ſit magna, auferũr ſenſus & motus per conſenſum; clarũ etiam eſt, ꝙ aufertur quoque ſenſus & motus, læſo cerebro, citra cordis offenſionẽ: cognoſcitur aũt quando aufertur ſenſus, & motus vitio cordis ex pulſu, qui eo caſu ſatis eſt imbecillis, cũ verò cor nõ patitur, & vitio cerebri adeſt, pulſus validior eſt. Cõſtat itaq; ꝙ hęc opinionũ diuerſitas quo ad curã attinet, nihil efficit: eodem quoque modo intelligendus eſt Gal. vbi ſæpe dicit, vtile eſſe medico ſcire, à qua parte facultates originem trahunt: Sed quicquid ſit, diuino fauente Numine, aliàs hanc vobis arduam inter Galenum, & Ariſt. dilucidabimus difficultatem, præſenti autem tẽpore ſat erit hęc vobis in medium attuliſſe, nam diebus feſtiuis, ſi tempus dabitur ipſam vobis enucleari ſtudebimus.

libro de fœt. form.

li. de dog. Hipp. & Plat.

De ſignis Cerebri. Cap. 10.

INDITIA autem ſingularum temperaturæ, ſumpto à Cerebro initio deinceps dicemus. Sunt verò quinq; vniuerſa genera, quę ipſius naturã oſtendũt. Primum quidẽ totius capitis diſpoſitio, ſecundũ verò ſenſibilium operationum virtus & vitium, & tertium actiuarum, quartum earum, quæ tenent principatum, & quintum naturalium: aliud verò genus præter hæc omnia, ea quæ extrinſecus aduenit alteratio.

AGGREDITVR in hoc capite Gal. declarationem ſignorũ partium, quę ſuperius diuiſę fuere, atq; inter principales primũ cerebri, mox cordis, tertiũ heparis, ac poſtremo ipſorum teſtium: Neq; à cerebri ſignis initium ſumit, quoniam manifeſtiora ſunt, vt aſſerit Truſia. neque etiam quoniam cerebrum magis ſit principale, quàm cor, hac enim ratione à teſtibus inceperat, quos corde nobiliores eſſe affirmauit,

1. de ſem.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 159 sur 753

©BIU Santé

affirmauit, ſed de eis agit ordine predicto, iuxta quem ordinem in corpore collocantur, atque hęc melior eſt ratio, ſi qua omnino aſsignanda eſt. Sed antequam cerebri ſigna declaret, in primis proponit, ex quot generibus ſigna cerebri temperaturarum ſumuntur, quæ ſanè quinque eſſe genere ait, ſiue propria, ſiue innata ex intrinſecis deprompta, & ſextum extrinſecus alterantibus. Primum quidem genus eſt totius capitis diſpoſitio, quæ ex magnitudine, & figura capitis conſtat, atque capillis: ſecundum autem eſt virtus & vitium ſenſilium operationum, quæ in inſtrumentis à cerebro originem trahentibus efficiuntur, vt eſt viſio, auditus, odoratus, & huiuſmodi: tertium verò eſt virtus, & vitium actiuarum operationum, quę motus voluntarij ſunt, ſiquidem hi à muſculis virtutem à cerebro recipientibus proficiſcuntur: & quartum eſt virtus, & vitium operationum, quæ principatum obtinent, vtpote imaginatio, cogitatio, & memoria: hęc namque inferius
cap. 12. à Galeno principatum obtinere dicuntur, quoniam à principio progrediuntur: ac poſtremò quintum genus eſt virtus & vitium naturaliũ
1. de lo aff. ultimo. operationum, liquidem dicebat ipſe non ſolum naturalia inſtrumenta, ſed & animalia virtutem habent, qua ſeipſa regunt, indigent autem venis, & arteriis, vt conſeruentur: Adhæc addit Gal. ſextum quoque genus, alteratio, ſ. extrinſecus adueniens, vt ſi cerebrum à calidis extrinſecus occurentibus facile calefiet, dicemus ipſum eſſe calidum, ſi autem infrigidabitur facile à frigidis extrinſecus occurſantibus, pariter tale cerebrum frigidæ eſſe temperiei dicemus, quod itidem de cæteris dicatur. Eſt autem animaduertendum, q̃ ex Galeni ſententia functionum
3. de acci. & mor. 3. duę ſunt primæ differentiæ, aliæ namque ſpectant ad animam, & ob id animales vocantur: alię ad naturam, & ob id naturales dicũtur: rurſus animalium actionũ genus trifariam diſtinguitur in ſenſibiles, motrices, & principes facultates, ſentiendi quidẽ animæ functio quinque modis explicatur. Eſt enim videndi, odorandi, guſtandi, audiendi, tangendiq́ue functio, at mouendi functio vt unum, idq́ue certum ſibi inſtrumentum vendicat, ita & motionis modum ipſum habet vnũ, porrò reliqua animæ functio, quæ à principe potentia prodit per imaginationem, cogitationem, & memoriam diuiditur. Cum autem vnumquodque inſtrumentũ ſiue naturale, ſiue animale naturales functiones habeat, obtinebit eas cerebrum, & pręter eas habebit quoque animales, & ſenſiles, & motrices, & principales, ex quibus quatuor ſignorũ genera ſumũtur, quæ cũ primo ſumpto ex capitis diſpoſitione, quinq; numero efficiuntur, quibus ſi addatur id, quod ſumitur ab alteratione extrinſecus adueniente, ſex erunt, atq; hunc in modũ horum generũ

expleta

©BIU Santé

expleta ratio habetur. Aduertendum adhuc eſt, quòd tametſi cerebrum non ſentiret, neque moueretur, ſufficit tamen, quòd ſit principium ſenſus & motus, vt ex operationibus ſenſitiuis, atque motiuis indicia elici poſsint. Sed dicet forte quis, videri hoc in loco Galenũ mancum. nam videtur Auic. plura quàm hic Galenũ ſigna enumeraſſe. Dico, q̃ Gal. in hoc ſecũdo, in primis ſigna ponit in ſalubris ſimpliciter, eiusque partium, dehinc ſigna inſalubris nunc, atque eius partium, & in cap. 75. vnam ponit diuiſionem, quòd quędam partes corporis ſenſum effugiunt, quædam ſenſibus ſubijciuntur, & horũ ſigna ſumuntur ex ſubſtantialiter inhęrentibus, ſeu eorũ permutationem, vtpote magnitudinis, figuræ, numeri, ſitus, cali. frig. dur. & mol. & huiuſmodi. Quæ autem viſum effugiunt, cognoſcuntur ex operationũ læſionibus, aut ex his, quæ excernuntur aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibuſdam vel omnibus: deinde c. 76. ſigna ponit cerebri patiẽtis, ſumpta ex dictis tumore excepto, tumor nãq; cerebri percipi non põt: Auic. aũt, quoniã confundit ſigna cerebri patientis, & non patientis, quæ quidem Gal. modo ſuperius enarrato diſtinxit, atque ſeparauit, plura ſigna ponere videtur, quàm hoc loco Gal. ob rationem ſupra enucleatam. Proinde patet ex dictis, quòd ſigna ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus ex ipſo cerebro ſumi non poſſunt, cum id neque tangere, neque videre poſſimus, ſed ex operationibus, & caſibus duntaxat deſumuntur. Quare male dicunt hi, & cum eis Curtius, quòd ſigna ex diſpoſitione capitis ad ſubſtantialiter inhærentia reducuntur, licet enim magnitudo, & figura capitis ſit de ſubſtantialiter inhærentibus capiti, non tamen ſunt de ſubſtantialiter cerebro inhærentibus, ſed cerebri ipſius magnitudo atque figura ei eſt de ſubſtãtialiter inhærẽtibus: Vnde cap. 75. hoc in libro inquit Gal. nõ quæ ſenſum effugiunt, cognoſci ex ſubſtãtialiter inhęrentibus, ſed quæ videri, & tangi poſſunt. Sunt igitur hæc ſignorum genera ad membra diuiſionis principio huiuſce ſecundi libri reducenda hunc in modum. Quæ ſumuntur ex capitis diſpoſitione, ad ea reducuntur, quæ ex caſibus excernuntur, bona namque capitis diſpoſitio ad bonam cerebri temperiem, & commoderationẽ conſequitur, alia verò quatuor ſigna ad ipſas operationes, & ſextum ſignum aut non reducitur, quoniam ab extrinſecis ortum habet, illa autem diuiſio intrinſecorum eſt, aut ad caſus reducitur, indicat enim paſsibilitatem, ſeu impaſsibilitatem, quæ ex cerebri debita temperie, & commenſuratione conſequitur. Subdit Gal.

1. 3. tract. 1. cap. 40.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 161 sur 753

©BIU Santé

Et quidem totius capitis dispositio ex magnitudine, & figura sumitur, atque capillis.

Sumpto à primo genere exordio declarat primũ ex quibus totius capitis dispositio sumatur, nempè ex tribus capitis magnitudine, figura, atque capillis: hoc enim pactò contextus legi debet, non vt in antiquo codice [& capillorum] quoniam si ita legeretur, posset quis credere quòd totius capitis dispositio accipiatur ex magnitudiue, & figura capitis, nec non ex magnitudine & figura capillorum, quod tamen ita intelligendum non est: neque enim ex magnitudine tãtum, figura, atque colore capillorum sumuntur indicia, sed & ex velocitate ortus, & occasus ipsorum: quare litera nouę trãslationis melior est, & græco codici cõformis. Dices, cur non dicit Gal. ꝙ totius capitis dispositio sumitur ex numero, situ, via, & recepta culo: Respondendũ est ꝙ nõ meminit de numero, & situ, quoniam raro contingit caput in numero, & situ peccare, via autem & conceptacula sensui non subiacent, & ob id ex eis signa non desumuntur, sed potius ex magnitudine, & paruitate capitis per quãdam coniecturam ea cognoscimus interna, num bene vel male dispositа sint.

De paruitate & magnitudine capitis. Cap. 11.

Parvvm igitur caput vitiosæ constitutionis cerebri proprium est inditium.

INCIPIENS hac in parte Gal. ostendere quomodo signa ex magnitudine, paruitatevè capitis sumẽda sint, in primis agit de paruo capite dicens, quòd paruũ caput est signum proprium vitiosæ constitutionis, uel præparationes cerebri, & ita intelligi potest, quòd sit signum non solum paruæ compositionis, sed & temperaturæ cerebri: antiqua autem lectio dicit compositionis. Quidam exponnnt, quòd caput paruum comparatione mediocris, non cæterarũ partium corporis eiusdem sit malum, quoniã in capite paruo cerebrũ paruum erit, quare & ventriculi parui erunt, & angusti, quo fiet, ut ex leui causa cadet in epilepsiam, & caloris suffocationem: item orta à cerebro parua erunt, vtpote nucha, & nerui, spõdiles, costę, collum, &

©BIU Santé

& huiuſmodi: proinde ex his etiam conſequitur, quòd operationes virtutum fient imbecillæ, quoniam in anguſtis illis ventriculis ſpiritus conculcarentur: quare & imaginatio, & cogitatio, & memorię non bonæ efficerentur: item cum ad paruitatem cerebri ſequatur ſenſiliũ neruorum paruitas, omnes ſenſus debiles fient, adhæc ad nuchæ paruitatẽ ſequitur neruos motiuos exiles eſſe, atque tenues: quare & operationes motiuæ debiles erunt. Verum hic male ſentiunt, declarauimus nãque ex Gal. ꝙ tẽperatũ pòt eſſe & magnũ, & paruũ, & mediocre, quod ſi eſſet paruũ & temperatũ, haberet vtique caput paruũ, idque ſignũ eſſet malæ cerebri conſtitutionis, quod tamen in corpore temperato minime eſſe poteſt. Eſt igitur exponendum, quod caput paruum reſpectu aliarum partium eſt indicium malæ cerebri conſtitutionis ob rationes in prima expoſitione deſignatas, cum enim caput eſt paruum & alia membra magna, tunc multa ſpirituum, & ſanguinis quantitas in cerebri ventriculis, venis, & arteriis recipi debet, quibus paruis exiſtentibus cõculcantur, ꝙ ſi caput ſit paruũ & alia mẽbra parua erit, & parua ſpirituũ, & ſanguinis quantitas, qua de re non conculcabũtur, & calor ſatis decenter poterit euentari: Eſt autem aduertendum, quòd caput paruum reſpectu aliarum partium poteſt eſſe ſignum quoque malę tẽperiei, indicat enim ꝙ materia, ex qua genitum fuit, ſicca erat, & ob id extendi non potuit. Sunt & alii, qui exponunt, ꝙ licet caput paruum ſit ſignum proprium malæ cerebri conſtitutionis, non tamen eſt propriũ, quod eſt ſemper: vnde caput paruũ cũ bona figura, & huiuſmodi malum ſignum non erit. Sed hęc expoſitio falſa eſt, nam ſtatim Galen. ſubdit, Magnum verò non neceſſario indicat bonam cerebri conſtitutionem, ergo oſtendit his verbis voluiſſe, ꝙ paruum neceſſario indicat malam cerebri conſtitutionem: ob id Aui. recitans hanc Galeni ſententiam dicit, ꝙ ſecundum Galenum non abſoluitur omnino à ſignificatione malitię formę cerebri: vbi vnum etiam aliud dicit Aui. Quòd ſi paruum caput eſt cum bona figura minus malum eſt, indicat enim uirtutis formatiuæ fortitudinem, ꝙ ſi cum paruitate erit etiam mala figura maius malum erit, ſiquidem uirtutem quoque formatiuam debilẽ eſſe prętefert, diximus .n. ſupra ex Gal. ꝙ in generatione hominis duæ virtutes concurrunt alteratiua vna, altera formatiua, qua formatio efficitur, quam eſſe artificioſam, & magis artem ſummam exiſtimauit Galen. de qua inquit Ariſt. dubitaſſe, numquid ſit diuina, & diuerſa à cali. frig. hum. & ſic. ſubdit Gal.

libello de opt. corpo. hab. propè finem.

1. tertii tract. 1. c. 10.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 163 sur 753

©BIU Santé

MAGNVM verò non neceſſariò indicat bonam cerebri compoſituram, ſed ſi ob inſitæ virtutis robur, quæ multam atque optimã materiam afformauerit, eueniat, optimum eſt ſignum: at ſi ob materiæ tantum multitudinem, haudquaquam bonum. Diſtinguẽda verò ſunt hæc & ex figura ipſa, & ex his quæ ab eo habẽt ortum: à figura quidem ipſa ſi concinna, ſemper enim hoc bonum eſt ſignum. Ex his autem, quę ab eo ortum habent, ſi valida eſt ceruix, etſi alijs oſſibus optime conſtet, atque omnis præterea neruoſa ſubſtantia boni habitus ſit, ac robur habeat intentum.

Ne quis credat, quòd vt paruum caput eſt proprium inditium prauę ita magnum ſit proprium bonę cerebri conſtitutionis, ob id ſubdit Gal. quòd magnum non neceſſariò bonam indicat cerebri conſtitutionem: Quare cum magno capite bona & mala cerebri conſtitutio eſſe poteſt. Docet igitur quomodo cognoſcatur, quando eſt cum bona & quando eſt cum mala conſtitutione, & inquit, quòd magnitudo capitis aut eſt ob virtutis afformantis multam, & optimam materiam robur, quod quidem optimum eſt ſignum, aut eſt ſolum ob materię multitudinem, tuncque non eſt bonum ſignum: Quod verò ſit ex hoc, uel illo, ex duobus cognoſci poteſt, primo quidem ex capitis figura, ſecundo verò ex ortis ab eo, concinna namque & bona capitis figura, ſemper ſignum bonum eſt, quoniam virtutis formatiuæ robur ſignificat: quare caput magnum cum bona figura ſignum eſt, quòd virtus valida multam, & optimam materiam afformauit, de qua quidem virtute formatiua ſuperius dictum eſt, nempè quòd alia eſt ab alterante, quæ primis agit qualitatibus cal. fri. humiditate atq; ſiccitate, ex ortis autem ab eo cognoſcitur, ſi valida quidem ceruix eſt, quæ poſterior colli pars eſt incipiens ab occipitio, & ad ſpinam vſque dorſi tendens; item conſideranda ſunt oſſa, num optime diſpoſita ſint, adhæc ſi ſubſtantia neruoſa boni ſit habitus, hoc eſt non exilis, ac tenuis, & nunquid robur habeat intentum, vel conueniens, hæc enim virtutis prædictæ robur præſeferunt, oppoſita verò dictis oppoſitum. Aduertendum autem eſt, quòd antiqua tranſlatio dicit, [Et ſi neruoſum eius omne, & plenum, & viuidum] & ob id quidam exponunt plenũ carne, & bene coloratum, quam quidem Truſ. quoque inſequitur expoſitionem: Verum prior expoſitio rectior eſt, quoniam neque caro, neq; color oriuntur à cerebro, Gal. autem de ſignis ex ortis à cerebro uerba

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 164 sur 753

©BIU Santé

ba facit. Dices ergò eadem ratione de ossibus meminisse non debebat, quoniam à cerebro non oriuntur, vti manifestum est· Dicas velim, ꝙ meminit de ossibus, propterea quòd spinalem medullam ortam à cerebro continent, atque ob eam genita sunt: quare si ossa erunt bene disposita, nucha quoque bene disposita erit: non est autem hoc pactò de carne dicendum, potest enim collum carnosum esse, & bene colora tum, hi tamen capite male dispositi erunt: Ostendens autem Gal. quæ sit bona capitis figura, atque propria subdit in contextu, dicens.

PROPRIA *autem capitis figura est, veluti si excogitares sphæram exquisite rotundam ex cæra constructam paulatim vtrinque depressam: in hac enim necesse est, vt posteriores, priores vè partes plus gibbæ fiant, quàm sphæræ conueniat. Quæ verò vtrinque consistunt, magis rectæ.*

Hoc est in parte dextra, & sinistra rotunditatem amittunt, magis rectę fiunt, quàm spherę conueniat. Aduertendum est, ꝙ in figura capitis propria, tres sunt futuræ ad H similitudinem, una quidem recta craneum in dextrum, & sinistrum diuidens, reliquæ vero duę sunt transuersæ prędictam rectam susçipientes, & harum duarum quę est in anteriori parte dicitur coronalis, quę vero in posteriori nominatur lambdoidis ad literę greçę Λ similitudinem, ut testatur Gale. declarans etiam, quòd pręter figuram dictam, sunt & alię tres capitis figurę, quarũ una est, in qua sola posterior, altera in qua sola anterior, & tertia, in qua utraque eminentia deficit, & hęc postrema perfecte sphærica est, & omnino ei opposita, quæ se habet secundum naturam: omnes autem has Gal. acutas appellat: addebat etiam, ꝙ sphęrica, quoniam utrisque caret eminentiis, uacat quoque utrisque futuris & coronali & lambdoidi: Quo quidem loco maxima naturę iustitia est animaduertenda, quæ in sphęrico tres non fecit futuras, vt in oblongo naturalem figuram obtinente, in oblongo namque congruum non erat, quòd natura æqualia inęqualibus præberet, quia igitur maior erat longitudo, quàm latitudo capitis, unam tantum futuram constituit secundum longitudinem extensam, quæ capitis latitudinem intersecaret, duas vero transuersas, quæ longitudinem diuideret, in exacte autem sphærico, quia longitudo æqualis erat latitudini, natura duas futuras collocauit, unam quidem transuersam ab una ad alteram aurem traductam, alteram uero extensam

9. de usu par. penul.

©BIU Santé

extenſam ſecundum rectitudinem per mediam ſumitatem verſus fron tis mediũ ad ſimilitudinẽ literę grecæ χ ſeſe interſecãtes. at in ea, in qua deficit vna, deficit quoq; altera futura, vtpote cui deficit anterior eminentia, deficit etiam anterior futura, & cui poſterior, ipſa poſterior futura, ita φ habent futuras figuram literę T efformantes, ſed in vno quidem hæc litera recta videbitur, in altero autem inuerſa hunc in modum ⊥ at quoniam poſſet quis imaginari quartam capitis acuminati figuram, quæ prominentior eſſet ſecũdum ambas aures, quàm ſecundum frontem, & occipitium, ita φ maior eſſet latitudo longitudine (inquit Gal.) fieri non poteſt, vt quod eſt ſecundum naturam, tã magnam pariatur euerſionem, nam hæc figura monſtrum eſſet, neque qui talem haberet capitis figuram, viuere poſſet, nam cum in parte anteriori explantationes ad oculos, & nares locari deberent, in poſteriori verò cerebellum ipſum, ex quo naſcitur nucha, factum fuit à natura caput ſimile ſphæræ oblongę, à qua ſanè figura poterat caput deficere pereunte altera, vel ambabus quoque prominentijs, ſed ad tantã pernitiẽ procedere non poterat, vt ſimul aliquid ẽt cerebri deperderetur: & ob id latitudo longitudinem ſuperare nõ potuit. Quã ombrem Hippo. ſemper meminit de quatuor capitis figuris, quarum vna naturalis eſt, tres verò acuminati, nũquã verò de hac quarta acuminati capitis: oſtẽdit quinetiã Gal. cur natura futuras in capite conſtruxit, ſiquidẽ ex principalibus ipſius intentionibus hæc eſt vna, φ ſu perfluitates præcipue in membro principali repurgarentur, & ob id plures vias fabrefecit, per quas cerebri purgarẽtur ſuperfluitates, quæ cum duplices ſint, craſſiores, atque vaporoſæ, per palati quidem nariumque vias craſſiores expurgantur, quorum natura eſt deſcendere, quæ verò ſui natura aſcendunt, ac vaporoſę ſunt, per huiuſmodi futuras euacuari voluit: itẽ ob aliam quoq; cauſam vt craneum in plura oſſa diuideretur, ne vnius partis nocumentum alteri communicaretur: adhæc vt venę prius aſcendentes ad ſummum capitis, poſtea deſcendentes per has commiſſuras ad cerebrum penetrarent: item vt per haſce futuras dura mater craneo alligaretur, ne cerebrum comprimeretur: poſtremo vt pericraneum generaretur. Hę ſunt cauſæ, ob quas in capite natura poſuit futuras. Narrat autem Ariſto. viſum fuiſſe caput viri abſque vlla futura, & Albertus vidiſſe maniachum fuiſſe curatum facta cranei perforatione: Quare non eſt mirum ſi habentes futuras anguſtiores, vt mulieres, ſunt etiam dementiores: Narrabat etiam Curtius vidiſſe craneum vnius anatomizati, cuius futuræ adeo amplæ erant, quòd ſtillus ingredi potuiſſet: craneum etiam

1. & 3. de nat. anim. cap. 7.

1. de anim. trac. 2. c. 1.

(dicit

©BIU Santé

(dicit Gale.) in parte ſuprema fuit craſſum, & cauernoſum, craſſum quidem, ne cerebrum ab enſe, & aliis id genus facile lęderetur: cauernoſum verò tum vt vapores ſubtiliores exhalare poſſent, tum etiam ne nimis graue eſſet, atque moleſtum, quod quidem accideret, niſi cauernoſum fuiſſet. Cæterum præter dictas futuras ſunt & duæ alię à lateribus, quas mendoſas appellant, & ferè cõmuniter dicitur, quòd mendoſæ nominantur, quoniam non penetrant, vt alię, ſed Gale. eas futuras omnino penetrare ſentit. Aduerſus ea, quæ à Gale. in contextu dicta ſunt, oritur difficultas inter ipſum & Ariſto. nam quęrens philoſophus propter quid homo eſt prudentiſſimus omnium animalium, reſpondet, quia eſt parui capitis ſecundum corporis proportionem, ergo corpus paruum non eſt ſignum proprium prauę cerebri conſtitutionis. Reſpondet Conciliator, & alii, quod Ariſt. intelligit hominem eſſe prudentiſſimum, quoniam caput paruum habet, quantum ad extrinſeca, hoc eſt quantum ad carnem, ſiquidem caput eius non eſt cauernoſum, neque os craſſum habet, vt alia animantia, in quibus cum magna ſit moles dictorum, inferne ſuperiores partes trahuntur, atque ob id prona, incedunt, hic autem intelligit quantum ad capacitàtem internam, ꝙ caput paruum, hoc eſt, in quo capacitas intrinſeca eſt parua, ſignum eſt prauę cerebri conſtitutionis. Veruntamen reſponſio non eſt ad mentem Ariſto. qui ait, quòd homo eſt prudentiſſimus ceterorum animantium, quoniam caput paruum habet comparatione aliarum corporis partium, & clarum eſt, quod reſpectu aliarum partium caput ſemper minus carnoſum eſt: videtur igitur quòd reſponſio Ariſtotel. placito non conſonet: neque eſt ad mentem Galeni, quoniam hoc in loco ait, quòd caput paruum, eſt ſignum proprium prauę cerebri conſtitutionis, ſignum autem notum eſſe debet, ſed nemo certo ſciet, quod capacitas intrinſeca ſit magna capitis parui, quantum ad exteriora ſpectat, diximus namque ſuperius ex Galeni intentione inferius nos ſumere non poſſe ſigna à ſubſtantialiter inhęrentibus, cum aliqua pars laborat, quę oculis eſt occulta, quoniam eam partem neque tangere neque uidere poſſumus, quare ex capacitate interna capitis ali quod ſignum non ſumemus: item ſi Gale. per caput paruum intelligeret quo ad capacitatem, caput quoque magnum quo ad capacitatẽ intelligeret, ſed quòd magnum non intellexerit quo ad capacitatem eo oſtenditur, propterea ꝙ dicit an bonum ſit, malumve, diſtinguendum eſt ex figura & ortis à cerebro, quę figura exterior eſt, quòd ſi

9. de uſu part.

30. par. p. blem. 3.

intelligeret

©BIU Santé

intelligeret de magnitudine capacitatis capitis & exteriori figura distinctio faciẽda non erat. Reſpondendum igitur eſt, meo quidem iuditio, Ariſto. idem voluiſſe, quod idem alibi ſenſit, reddens enim cauſas, cur ſolus homo omnium animalium rectus eſt, inquit, ꝙ omnia animalia homine excepto formam gerunt Pomilionis, eſt enim Pomilio, cuius pars ſuperior magna eſt, inferior, quæ ſuſtinet pondus, motumque exercet, patua, minimeque reſpondens ſuperiori, ſuperiorẽ autem (dicit Ariſto.) intelligi eam volo, quæ à capite ad excrementi hoſtium pertendit, qua pectus etiam continetur: Hominibus igitur hæc pars modice ad inferiorem condita eſt, multoque minor adultis iam perfectisque euadit, infantibus enim è diuerſo eſt ſuperior quidẽ magna, inferior verò minor, quamobrem ſerpunt infantes, nec ambulare poſſunt, & iam principio ne ſerpere quidem poſſunt, ſed immobiles iacẽt, omnes enim infantes pomiliones ſunt, at ſucceſſu alterius ætatis hominibus pars inferior augetur, quadrupedibus verò cõtra inferior primum maxima eſt, tum proceſſu temporis ſuperior excreſcit: Quibus ſanè patet velle Ariſto. hominem fuiſſe erectæ ſtaturæ, quoniã comparatione aliorum animalium partem habet ſuperiorem leuiorẽ, & inferiore minorem. Videtur igitur idem voluiſſe, quòd ſcilicet homo eſt prudentiſſimus omnium animalium, quoniam caput paruum habet proportione partis inferioris: ita ꝙ idem de capite dicendum eſt, quod de partibus ſuperioribus, reſpectu inferiorum dictũ eſt. His itaque ita conſtitutis videtur hic dubium, quòd quemadmodum dixit de capite paruo, eodem prope modo & de corde idem iuditiũ ſit, attamen Ariſt. ait, quòd habentia cor paruum audentiora ſunt, vt quæ magnum habent, timidiora: ergò cor paruum bonum eſſe videtur, magnum verò malum, quod idem de capite dicendum foret: atque eo magis quòd idem quoque Auicen. aſſentire videtur. Omiſſis quæ ab aliis perperam dicuntur: dico ego, quò d cauſa cur habentes cor magnum ſunt timidi, audentiores verò qui paruum cor habent, capitur tum ex Ariſto. tum ex Auicen. intelligunt namque animalia quæ cor magnum habẽt, eſſe timida, habita caloris ratione, pariter & quę cor de paruo prẽſtant, eandem ob cauſam nempè ob calorem ipſum, ſunt audentiora, inquit enim Ariſt. his verbis, Pauida ẽt ſunt, quibus cor grandius, audentiora, quibus minus, aut mediocre, affectus. n. qui accidit ex metu iã in his præeſt, quoniã caloré proportione cordis non habeant, ſed parũ caloris in magno conceptabulo exoleſcat, itaque ſanguis frigidior: & paulo infra, nã ut in paruo & magno domicilio tantundem ignis non ęque calefacit, ſic in his calor non pariter agit: Dicit

4. de perti. ani. c. 4.

3. de part. animal. 4.

11. tertii cap. 1.

©BIU Santé

cit etiam Aui. & ſi aliqua animalia ſunt magni cordis, & cum hoc pauida, vt lepores & cerui, tunc cauſa in eo eſt, quoniam calor eorum eſt paruus, & in re plurima ſpargitur; quare non calefacit integre, & illa quæ ſunt parui cordis, & cum hoc audaca, ideo ſunt, quoniam caliditas in ipſo plurima eſt, & coarctatur, & fit vehemẽs: Hæc Auic. Addeq; cum in vnaquaque animalis ſpecie partes gignantur & paruę & magnæ, vt earum expoſtulant operationes, ideo factum eſt, quòd vt plurimum in diuerſis ſpeciebus habentia cor magnum timidiora ſint quæ verò cor paruum habent, audentiora, ſed in eadẽ ſpecie quæ cor magnum obtinent, ſunt audentiora, propterea q; ſignũ eſt calorem & multum & validum fuiſſe, qui materiam extendere potuit, ex qua cor genitum fuit: & ob id Auicen. poſt dicta verba ſtatim ſubiecit, verum illa, quæ ſunt plurimum audacia, dicuntur quæcunque magni ſunt cordis: Quocirca in eadem ſpecie vbi cor erit maius, plus quoque calidi erit, & tale animal audentius vt plurimum. Reſponſio igitur ad dubium ſatis clara atque manifeſta eſt: adde, quòd aliud eſt dicere corde paruo exiſtente animal audax eſt, & aliud eſt dicere caput paruum eſt proprium ſignum prauæ cerebri conſtitutionis, cor enim paruum licet cauſa ſit, quòd animal ſit audax, non tamen conſequitur, quòd ſit ſignum bonæ cordis conſtiturionis, nam audatia ipſa poteſt, & de facto eſt cum cordis immoderata temperie: Docet autem Galen. quomodo ſumenda ſunt ſigna ex capitis magnitudine & paruitate, & primo eminentiæ poſterioris ſubdens.

QVOD ſi ea, quæ ſecundum occiput eminentia aliquatenus minuatur, ſimul intueri oportet neruos, atque cernicem vnà cum oſſibus alijs: Nam ſi ſecundum naturam conſtiterint materiæ defectu, non virtutis imbecillitate contingit: Illis verò non recte ſe habentibus principiũeſt debile, ſed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, conſequitur eorum, quæ ante diximus, imbecillitas, rariſſimeq; aliter euenire conſueuit.

Dixit aũt in cõ textu [aliquatenus] qm̃ nõ opus eſt, vt ita minuatur, q; ſutura lãbdoidis auferatur: Nõ ſtatim aũt dicendũ eſt, q; hoc bonũ, malumve ſignum eſt, ſed contemplari oportet neruos ab ea parte ortos, & cernicem, & alia oſſa ſimul, quoniam ſi hæc fuerint valida, & ſecundum naturam ſignum eſt, quòd defectus non eſt ex virtutis

©BIU Santé

uirtutis imbecillitate, ſed materię defectu, qui tamen alio ſuppleri potuit: Quod ſi prędicta, ſcilicet nerui, ceruix, & oſſa non recte ſe habuerint, principium nempè cerebrum, à quo oriuntur, debile eſſe ſignificant, aut virtutem ipſam, à qua vt à principio & cerebrum, & prędicta omnia genita ſunt: ſubdit, quòd vt plurimum, cum deficit poſterior eminentia, imbecillitas dictorum ſcilicet neruorum, ceruicis, & oſſium eos defectus conſequitur, & rarò fit, quòd eminentia minuatur, & antedicta ſint valida: patet igitur hoc ſignum non eſſe: Docet demum quomodo ſigna ſumenda ſunt ex eminentiæ magnitudine, & inquit.

CAPVT *autem, quòd ſecundum occiput in acutiem tendit, animaduertere oportet, ÿ ſdem adhibitis diſtinguendi rationibus, quibus antea in capite grandiori facto vtebamur; vt plurimũ verò, & hic optimum eſt ſignum, figura concinna eius partis, quæ cerebro adhæret quàm nonnulli medici poſterius cerebrum appellare conſueuerunt, quemadmodum & poſterius exiſtit ea ſutura, quæ græcæ literæ Λ formam habet præfinitam; eſt uero huiuſcemodi pars ſpinalis medullæ principium, & eius ratione neruorum omnium in toto animali, qui actionibus obſeruiunt; ipſa autem pars poſterior per ſeipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos, plurimos verò actiuos, ſicuti & anterior ſenſitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos.*

Dixit autem [vt plurimum] quoniam non ſemper bonum ſignum eſt prominens occipitium cum bona eiuſdem figura, ſiquidem cum bona partis poſterioris figura mala totius capitis figura eſſe poteſt, vt ſi tota eminentia anterior deficeret, vel ſi aliquo alio modo totum caput a propria figura deficeret, quo quidem caſu bonum ſignum non eſſet, ſignum enim eſſet imbecillitas virtutis, quę recte omnes capitis partes efformare nõpotuerit: Et ex hoc reſpondetur ad dubium fieri cõſuetu, Cur figura bona in toto corpore magno ſemper bonum ſignum eſt, nõ ita autẽ in capitis parte: eodẽ quoq; modo intelligendum eſt, q; ſimul ſit occipitium prominens cum mala figura, vt plurimum malum ſignũ eſt. Dixit quoque Gal. figura concinna partis cerebro adhęrentis ſignũ bonum eſt: quam quidem partem nonnulli medici cerebrum poſterius appellant, in qua ſanè parte illa quoque ſutura locatur, quæ

literæ

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 170 sur 753

©BIU Santé

literæ græcę Λ formam habet, & vt ea cranei pars talem habet figurā, eodem quoque modo cerebrum posterius: Et quia dixerat, quòd magna existente parte posteriori eisdem rationibus distinguendum, quibus distinctio in toto capite existente magno facta est, quæ non solum ex figura, sed & ex ortis efficiebatur: ideo subdebat, quòd pars posterior cerebri est origo paucorum neruorum sensitiuorum, & plurimorum actiuorum, vt contra pars anterior plurimos quidem generat sensitiuos, paucos verò actiuos: & per actiuos mouentes intelligit: huius quidem dicti ratio est, quoniā inquit Gal. molliores nerui sensui sunt conuenientiores: & quia pars cerebri anterior mollior est, posterior autem durior, hinc est, quòd sensitiui à parte anteriori motiui à posteriori originem traxerunt. Dicit autem in contextu anteriorem plurimos sensitiuos, paucos motiuos continere, quoniam & a parte anteriori quidam motiui oriuntur, vt declarat Gal. inquiens, quòd natura fecit cerebrum non similis substantiæ ex omnibus partibus, sed anteriorem quidem molliorem habuit posteriorem, verò duriorem, etenim ex neruis ortis à cerebro, quidam molliores esse debebant, nempè sensitiui, quandoquidem magis alterabiles esse debebant, cū sentire sit quoddam pati, quod autem mollius est, facilius alteratur, quàm durius: non nulli verò duriores, vt motiui, quod enim durum est, validius moueri posse videtur. Et ob id sensitiui ex anteriori parte vt plurimum orti sunt, ex posteriori verò motiui: at dicit Gal. quoniam ex anteriori cerebro durorum neruorum necessarium fuit aliquos explantari, vt eos qui oculos mouere debent, ob id natura fecit, ꝙ tales nerui orirentur ex parte cerebri membranā contangente, cum ea pars durior sit, quàm media, a qua nerui molliores, vt optici originem ducunt, sed ex parencephalide (dicit Gale.) nullus mollis neruus explantatus est, & propterea nerui illi ad motum idonei fuere, nec non & ad sensum tactus, qui omnibus sensibus crassior est, ad certiorem autem dignotionem quandam, quales aliis sensoriis insunt, impotentes sunt, atque inepti: Vnde cum septem paria sint neruorum à cerebro orientium, docet Galen. ex qua parte unūquodque par oriatur: primo siquidem sunt nerui optici, qui oriuntur à ventriculis cerebri anterioribus, qui ex Galen. cerebro omnino spissiores existunt, sed non omnino sicciores, vt & alii nerui: secundo motiui nimirum oculos mouentes, qui à parte quoque anteriori oriuntur non longe ab opticorum explantatione, sed à parte membranę proxima, debebāt enim duriores esse vt pote idoneos ad motum: tertio hi qui dant sensum linguæ, & à parte versus basim origionem trahunt, ubi pars anterior cum posteriori cerebri parte copulatur

16. de usu partium c. 3.

8. de usu part. 6.

9. de usu par. 8. 9. 10 11. & 12.

8. de usu par. 6.

©BIU Santé

copulatur; quarto qui procidunt ad palati tunicam ex parte paulò posteriori, quàm prędicti, & ita magis propè basim adnascentes, duriores enim esse debebant, cum & cerebrum semper durius sit, quanto magis retro procedimus: De his sunt, qui sensum auditus deferunt, & ex partibus obliquis ad latera capitis versus os petrosa adnascuntur: sexto nerui illi, qui à basi cerebri oriuntur, qui quidem licet nondũ sint duri, omnibus tamen prædictis tanto duriores sunt, quanto nuchæ propinquiores: Ex his nerui fiunt reuersuri, & istorum magna ad os ventriculi pars descendit, & in ventriculum ibidem distribuitur: septimo sunt & nerui alii orientes, vbi desinit cerebrum, & incipit nucha, qui reliquis duriores, quinimmo primi sunt inter exacte duros, ex quibus rami prodeunt, qui linguæ motum cient. Ex dictis itaque constat, ꝙ à cerebro anteriori plurimi nerni sensitiui oriuntur, pauci autẽ motiui: à posteriori verò contra plurimi motiui, pauci uero sensitiui; Subdit Gal. in contextu concludens.

QVARE vbi bene affecta fuerit vtraque pars, robustas habebunt eas, quæ ab ipsis deriuationes.

Hoc est, ea, quæ ab ipsis oriuntur, de quibus satis dictum est. Dices quomodo dicit, quòd ab anteriori plures sensitiui oriuntur, pauci verò motiui: à posteriori verò è conuerso, cum omnes nerui vtranque habeant virtutem, sensus scilicet & motus, vt Gal. testatur. Respondendũ est, quòd duriores ad motum sunt aptiores, molliores verò ad sensum: Quare intelligendum est, ꝙ plures motiui, hoc est ad motum aptiores à posteriori & plures sensitiui, hoc est ad sensum aptiores ab anteriori originem ducunt. Quare Galen. ait, quòd natura iustissimas ad partes, quę sensum exquisitum habere debebãt, neruos molliores transmisit: quæ autem motu voluntario magis mouentur, duriores, quæ verò vtraque facultate predita sunt, vtrosque, vtpote ad oculos, & sensoriũ gustus: ob id in his facile est causam reddere, cur sensus amitti potest, remanente motu, & ecõuerso nõ ablato sensu aufertur motus, cum sensus & motus per diuersos neruos efficiantur. Verum dubiũ est, in quibus per eosdem neruos sensus & motus efficitur, quomodo alterum nõ offenso reliquo auferri possit. Dicas velim, quòd cum minor virtus ad sensum quàm ad motũ requiruntur, uirtus tanto minui potest, quãto sufficiens erit ad sensum, at nõ ad motum. Qua ratione dicebat quoque Galen. linguę facultas gustandi crebrius lædi, quàm tangendi,

16. de usu partium c. 20.

4. & 10. aff. 20

lice

©BIU Santé

et vtraq; de eadem neruus vtatur. Possumus etiam imaginari, quòd seruato motu neruus auferatur, quoniã exempli gratia in brachio sunt nerui orti a nucha, qui ad musculos brachij vim sensus & motus deferunt, sunt deinde rami ad cutim sensum deferentes, fieri modo potest, quòd nulla obstructione facta in neruo orto a nucha vim sensus, & motus deferente ad musculum brachij in ramis venientibus ad cutim obstructio efficiatur, & tunc brachium quidem mouebitur, partes tamen eius extrinsecæ non sentient, obstructi enim duntaxat rami sunt ad cutim accedentes. Quòd si quis partes internas detegeret, reperiret vtique, q; sicut motus est in internis partibus nempè musculis ipsis eodem prope modo in eisdem musculis sensus reperitur. Docens autẽ Gal. iam ex signa ex partibus capitis anterioribus, subdit.

EADEM distinctiones quoque adhibendæ sunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes, quæ etiam ad posteriores, earundemq; in paruitatem, & magnitudinem inspicere oportet: atque itidem figuram & sensus ibi collocatos, visum, gustum, atque odoratum.

Si igitur eminetia anterior minuatur considerandæ sunt orta ab ea parte, quæ se habentia secundum naturam non erunt signum malum, at si secus se habeant, malum signum erunt. si verò sit maior, figura est contemplanda, quæ si bona, vt plurimum signum bonum, si mala malum, pariter & de ortis, vnde subdit Gal. loquens de ipsis.

HAEC enim se inuicem indicant, atque attestantur, & quæ à principijs oriuntur principij virtutem, & vitium, & principium ea, quæ ab ipso nascuntur.

Hoc est principia & orta, principium n. orta, & orta principium bene vel male se habere indicant, nam si virtus orta bene dispositæ efficere potuit, signum est, q; & principia bene dispositæ efformare valuit, è conuerso vero si hęc non potuit, neque principia. Aduertendum est, q; Gal. enumerans sensus contemplandos non meminit de auditu, licet nonnulli velint in quodam exemplari veteri ipsum quoque auditũ a Gal. positum repeliri; attamen possumus etiam dicere a Galeno prętermissum fuisse, qm̃ cũ sit in medio, nõ manifestũ est, nũ magis attineat ad partẽ anteriorẽ, q; ad posteriorẽ; itẽ nerui auditiui quitũ. s. par oriũtur a parte cerebri tẽdẽte versus posteriorẽ partem, & a lateribus

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 173 sur 753

©BIU Santé

ubi ossa petrosa collocantur. Dices, organa gustus, & odoratus conspici non possunt, ergo male ait Galen. in contextu, quòd ipsi conspiciantur. Dico, quòd licet organa eorum sensuum non conspiciantur, eorum tamen operationum perfectio, imperfecti ovè contemplari potest. Circa verò præsentem contextum oritur dubium, num orta principia, & principia orta bene malevè disposita esse attestentur; videmus namque cæcos à natiuitate bonæ esse memoriæ, imaginationis, optimique intellectus, contra verò nonnullos acuti visus ingenio minime valere. Respondent quidam, quòd fieri non potest naturam in principali deficere, at non in ortis ab eo, ob id dicunt hi, cum neruorum substantia non differat ab illa cerebri, nisi quòd nerui sunt compactiores, vt testatur Gal. inquiens, induruisse neruum, vt à quocunque non facile pateretur, quare assiduo cerebri adminiculo indiguit, quòd si talis vtique mansisset, quale est cerebrum, nulla eius ope indiguisset, & alibi clarius, quòd eadem est cerebri substantia, & neruorum, sed illa neruorum siccior: fieri non potest, naturam in principio deficere, magis autem esse solicitam in his, quæ ab eo originem ducunt. Verum responsio hęc nulla est, quippe oculi, & cerebrum non ex eadem materia conficiuntur, quare natura materiam bene dispositam & oculorum, non autem cerebri generatione habere posset, virtus enim secundum materię merita adhibet temperamenta, in materia namque bene disposita bonam inducit temperiem, in male autem dispositis, malam. Respondet Curtius quòd Galeni dictum verum est, vt in pluribus, quoniam licet quandoque ex diuersa materierum prępara tione melius organa sensus temperari, quàm principium nempe cerebrum ipsum possit, id tamen rarissimè contingit. Responderi etiam potest, quòd semper orta attestantur principia & è contrario si consideremus non vnum solum, sed omnes iun ctim sensus: vnde licet oculi conuenientem visionem habere possint, non ratione virtutis a cerebro demandatę, sed ratione situs, vel alia consimili ratione, non tamen in alijs sensibus inuenitur, vt in odoratu, cuius quidem organum ex materia ab illa cerebri distincta non efficitur: videtur enim velle Galen. quòd anteriores uentriculi cerebri organum sint odoratus, si igitur omnia orta bene se habent, fieri non potest, quòd principium non bene se habeat, esset enim quid miri, quòd in omnibus ortis natura fuisset solicita, defecisset autem in ipso principio, non igitur vnum ortorum tantum, sed omnia sunt inspicienda: sed ad abundantem doctrinam possumus quoque cere-

7. de dog. Hippo. & Plat.

8. de usu par.

3. de loc. affect. 11. 4. acci. & mor. 4. & 8. de us. part. 6. & 10.

bri

©BIU Santé

bri operationes animaduertere; nam si orta sunt male disposita, cerebriq́ue operationes viderimus non rectè se habere, certi erimus, quòd cerebrum male dispositum sit, quodq́ue mala ortorum dispositio a prima ipsius principij dispositione oriatur, atque adhuc magis fieri potest cerebrum bene dispositum esse, orta autem, seu sensus non omnes bene dispositos, vtpote visum ob malam temperiem, aut malam oculi compositionem, qui quidem, vti dictum est, ex eadem materia efficitur, ex qua cerebrum generatur: sed iam ad contextum accedamus. Cum igitur declaraſſet Galen quomodo ex primo genere nempe ex capitis dispositione cerebri signa desumantur, & quomodo ex operationibus sensibilibus, quę ad secundum genus attinent, nec non ex motiuis, quę tertium genus conficiunt, inter enim orta a cerebro sensitiuę motiuęque numerantur operationes, ostendere intendens, quomodo ex quarto genere desumantur, vtpote ex operationibus, quæ obtinent principatum in sequenti capite subdit.

De operationibus obtinentibus principatum Cap. 12.

TARVM autem operationum, quę obtinent principatum, virtus & vitium sunt ipsius principij seorsum tantummodo inditia.

DIXIT autem seorsum, hoc est solius, quoniam sumpta ex sensitiuis, & motiuis actionibus solius cerebri non sunt, sunt enim in primis signa organorum quibus sensus, & motus efficiuntur, atq; eis medianibus cerebri inditia, à quo vim sentiendi, atque mouendi possident: item non sunt signa secundum seipsum cerebrum, neque enim ex proprijs cerebri operationibus desumũtur, quæ autem sumuntur ex actionibus, de quibus loquitur hoc capite, sunt secundum seipsum cerebrum, siquidem ex proprijs cerebri operationibus sumpta sunt, sed non ab alio membro, sed a solo membro efficiuntur, & ob id declarans, quid per operationes principatum obtinentes intelligat, subdit.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 175 sur 753

©BIU Santé

Vso autem operationes principatum obtinentes, quæ à solo principio prouenium.

Nempe à cerebro ipso, & non per virtutem aliunde transmissam, licet (si debent fieri huiusmodi operationes) necesse sit, vt à sensibus exterioribus virtutes hę species suscipiat, non tamen virtute, ut sensus exteriores, qui obiecti ipsentia indigent, atq; uirtute a cerebro transmissa. Quibus declaratis docet Gal. signa exactis operationibus sumpta, subinferens,

INGENIVM *quidem igitur subtilem cerebri substantiam indicat, tarditas uero intellectus crassam, discendi uero facilitas formarum facile susceptiuam, memoria autem stabilem, & firmam, ut & discendi difficultas formarum non facile susceptiuam, & obliuio fluidam, mobilitas quoque in opinionibus calidam, stabilitas autem frigidam.*

Laurentiani translatio dicit, si quis igitur solers est &c. quod idem est, ille enim solers est, qui totus ingenio, arteque præditus, atque prudens est; cum quis igitur ita ingenio, & arte præditus est, vt facile & citò res apprehendat, hoc indicat subtilem cerebri substantiam; unde & Arist. scriptum reliquit, inquiens, est certe roboris efficatior sanguis qui crassior est, qui uerò tenuior uim sentiendi, intelligendique obtinet pleniorem; Ex quo patet, q̃ cibi humores tenues gignentes non modo ad tuendam sanitatem efficiunt, vt clare manifestum est, uerum & adaugendi prohibitarem. Hinc ortum est id prouerbium de Calco, quòd crassum ingenium efficiat, eum crassos generet humores; quod uerum quoque est de ceteris alijs cibis crassos humores producẽtibus: q̃ enim tenuis uictus ad tuendam sanitatem uel maxime conferat, eo declarante, sanitas namque conseruatur, si tali victu vtamur, q̃ humores non putrescant. non autem putrescunt, si corpus sit transpirabile vt ex Galeno colligitur, seruatur autem corporis transpiratio, si cibis non obstruẽtibus vtamur, quales sunt, qui tenues gignunt humores. Atq̃ antiqua versio hęc facilis intellectus, ob id Trus. & alij dicut, q̃ possumus intelligere animę rationalis operationem, quę solertia dicitur, quę ex Arist. sententia in libris de demonstratione est, quędã bona medij cõiectatio in paruissimo tempore, exempli gratia, videns quis recedẽte lunã à sole splẽdere, id esse statim percipit, quia sol eam illuminat, atq; hoc modo solertia ad intellectum ipsum attinebit. Cũ autem animalis operatio ex cogitatiuæ operatione dependeat, existẽte ergo bona rõnalis aiæ operatione, illa quoq; cogitatiua perfecta erit, & ob id solertia tenuẽ esse cerebri substãtiã indicat, utpote medij ventris, cũ in medio

illo

2. de part. anim.

11. meth. med. c. 4.

1. post. prope calcé.

©BIU Santé

illo ventre virtus cogitatiua vigeat. Dicit autem Haly, quòd per ſubſtantiam tenuem intelligit peruiam, ac claram, nam cum peruia eſt, virtus, & ſpiritus facile penetrant, ſiquidem clara diſcretiua eſt formarum intuitus, ex quibus facilis præceptorum diſcretio conſequitur. Cum verò ſubdit Gale. [Tarditas verò intellectus craſſam] pariter dicunt, quòd ſuper medij ventris diſpoſitionem indicat. Eſt. n. hoc ſolertię oppoſitum, tardi enim ingenio viſa re non niſi longo tempore medium, & cauſam inueniunt: qua de re, vt illud ſubtilem cerebri ſubſtantiam indicat, ita hoc craſſam, oppoſita namque contraria indicant. Cum verò ſubdit, quòd facilitas diſcendi ſignificat cerebri ſubſtantiam facile formarum ſuſceptiuam, vbi dicit Laurentiani tranſlatio, ſi docilis, eſt ſubſtantia cerebri mollior, & ſic ferè eodem modo iacet antequa litera, vel tranſlatio. Truſianus, & alij dicunt, quòd docet ſumere ſigna ex operationibus ſenſus communis, & phantaſiæ, quæ ſunt virtutes in ventre anteriori cerebri locatę, nam facilitas diſcendi prouenit, quoniam ad obiectis cerebrum facile imprimitur, & informatur, quæ ſanè facilitas ob mollitiem ſubſtantiæ partis anterioris cerebri contingit, quæ prædictas virtutes continet, quorum operatio eſt apprehendere: quæ autem naturaliter diſpoſita in corpore humano mollia ſunt, neceſſario ſunt & humida, vt ex Galeno pluries habetur: facilitas igitur diſcendi humidam cerebri ſubſtantiam ventris anterioris indicat, ſicut difficultas eius oppoſitum. Verum hęc expoſitio non videtur ad mentem Galeni, declarabimus namque ex Galeni ſententia nullas alias animæ rationalis præter imaginatiuam, cogitatiuam, & memoratiuam virtutes dari, licet vbique dicat Gal. ſe nullam habere demonſtrationem, quænam ſit animę ſubſtantia, quod enim dicit Truſia. & alij, dictum potius eſt ad Ariſtotelis mentem, aut Commentatoris Auerrois: item ad bonitatem ingenij non ſolum opus eſt, vt facile diſcurrat, & componat, atq; diuidat, ſed & vt prius ſimplicia facile apprehendat, quemadmodum ad facilitatem diſcendi non videtur, quòd ſatis ſit, quòd quis facile ſimplicia apprehendat, quæ eſt operatio imaginatiuæ domicilium habentis in anteriori cerebri ventre, ſed & oportet, vt diſcurrat componendo, & diuidendo, quæ appreheuſa ſunt: quare diſcendi facilitas non ſolum videtur indicare mollem, & ex conſequenti humidam eſſe illam cerebri partem, quæ continet imaginatiuam, ſed & illam, in qua viget cogitatiua, ſicut ingenij bonitas, vel ſolertia indicat non ſolum ſubſtantiam ventris medij eſſe tenuem,

2 de tem. per. 30.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 177 sur 753

©BIU Santé

ſed & ventris anterioris. Dicendum igitur eſt, quòd iuxta Galeni ſententiam ſolertia attinet ad cogitatiuam, quę non ſolùm circa particularia, ſed & circa vniuerſalia diſcurrit, eſt enim cogitatio, & ratio (dicit Gal.) quam mentem, & intellectum communiter homines appellare conſueuerunt: necnon vniuerſalium quemadmodum in alijs quoque animantibus: quod quidem in aſino oſtendit, is enim omniũ ſtupidiſſimus cognoſcit & vnum numero, & vnum ſpecie, cum non amplius ab ipſo homine, quem videre eſt aſſuetus, neq; ab alijs aufugiat, curatori verò vel maxime blandiatur. Dicebat autem Gal. animam rationalẽ eſſe in cerebro, vt in domicilio, qualiſcunque eius animæ ſubſtantia fuerit, ſpiritum verò animalem primum eſſe eiuſdem inſtrumẽtum, item principium in capite collocatum id habere munus, per ſe quidem vt imaginationem, memoriam, intellectionem, cogitationemque: ex quibus ſanè verbis palàm eſt intellectionem in cerebro fieri, neque dari intellectionem alterius rationis, quæ extra cerebrum efficiatur, nam ex cognitio noſtra ſenſibus, & mẽte compar, quam cogitationem, & intellectum nominari voluit Gale. nec non alibi ſæpius, dum approbat Platonis ſententiam, qui animam rationalem in cerebro domicilium habere exiſtimauit, & clarius his verbis: ſanè cum ea, quæ per diſectiones apparere ſolent, accurate conſideremus, rationi conſonum videbatur, animam in cerebri corpore ſedem obtinere, atque in ipſo & rationis vim, & ſenſilium imaginum memoriam reſidere: ex quibus manifeſtum eſt rationem in ipſo cerebro, non autem extra ipſum proprie exercere munia: Solertia igitur attinet ad cogitatiuam, iuxta Galeni ſententiam, & fortè etiam Auerrois, qui ponit cogitatiuam verſari circa particularia, & componere, atque diuidere: item ſolertia ſecundum Galenum ſubſtantiam cerebri non ſolum quo ad ventrem medium, ſed & anteriorem tenuem eſſe ſignificat, facilitas verò diſcendi non ſolum mollem cerebri ſubſtantiam ventris anterioris, ſed & mediis, tum his, quæ ſuperius declarata ſunt, tum etiam quia Gal. non ponit imaginatiuam in ventre anteriori, cogitatiuam in medio, memoratiuam in poſtremo, quemadmodum communiter medici ſibi videntur imponere, nam poſtquam animam in cerebro eſſe dixit, & vim rationis, & memoriam in eo reſidere, ſubdit & primum virtutis ſenſus, & motus inſtrumentum eſt ſpiritus, qui in ipſius ventriculis, maximeque poſtremo continetur, quamuis non contemnendus ſit medius ventriculus, perinde quaſi non ualentiſſimus ſit, multis enim rationibus inducimur, vt hunc amplectamur, duos verò anteriores deſeramus: ex quibus ſanè verbis colligi uidetur

2. de his, quę i med. trina cõ. 3. 9. de dog. Hippo. & Pla. à principio. 2. metho. med. 7. 7. de dog. Hippo. & Plat.

9. de dog. Hippo. & Plat.

3. de loc. aff. c. 5.

Huius rõ habetur à Gal. 7. de decr. Hip. & Plato.

uulneratione uentriculoꝝ

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 178 sur 753

©BIU Santé

viderur in anterioribus ventriculis nullam fieri animę operationẽ, & ob id in eis vis aliqua collocanda non eſt. Auicen. autem duas virtutes in anteriori ventre collocauit, ſenſum communem omnes quorumcunque ſenſuum partialium ſpecies ſuſcipientem, ac phantaſiam eas ſpecies receptas poſt ſenſus abſentiam cuſtodientem, recipiens namque debet eſſe diuerſum à cuſtodiente, deinde in medio ventre cogitatiuam ſtatuit, quam & imaginatiuam dicit nominari à certificatoribus, cuius eſt officium ſpecies à phantaſia reſeruatas componere compoſitione non verbali, vt montem cum auro montem aureum conficiens: in quo etiam ventre aliam poſuit æſtimatiuam, quæ compoſitione verbali componit, ac diuidit, ſpeciesque non ſenſatas à ſenſatis extrahit, vtpote ex ſpecie lupi inimicitiæ ſpeciem: at quoniam hæc compoſita, & elicita reſeruari debent, ob id in poſtremo ventre quintam virtutem illa conſeruantem, quæ memoratiua dicitur, repoſuit, ac collocauit. Verum videtur Auicen. vnam virtutem ſuperfluam ſtatuere, ſiquidem eadẽ virtus poteſt ſenſata cõponere, & non ſenſata à ſenſatis elicere: ob id Auerro. tot in cerebro virtutes non enumerat, ſed inquit, quòd in cerebri prora eſt virtus rei figuram retinens, poſtquàm à ſenſu communi ſeparata eſt, & cogitatiua plus manifeſtatur in media camera, atque hac virtute homo cogitat in rebus, quibus pertinet cogitatio, & electio, quouſque apprehenderit, quod conuenientius eſt: quare hęc virtus niſi in homine reperitur, & loco eius animali bruto conceſſa fuit æſtimatiua: pupis verò capitis eſt locus virtutis reminiſcibilis, atque conſeruatiuæ: de ſenſu autem communi non ait, quòd in cerebro manifeſtetur, ſed quòd eius locus eſt in corde, quemadmodum aliorum quoque ſenſuum: Qua quidem de cauſa ſenſit Curtius, quòd Auerro. fuit opinio ſenſum communem in corde ſitum habere, neque in cerebro manifeſtari. Verum ex verbis prædictis probat Auer quòd aliæ uirtutes in corde radicem habere debent, quoniam eo in loco eſſe debent, quo eſt ſenſus communis, cum operatio imaginatiuæ non ſit niſi in ſignum, quòd ex ſenſatis in ſenſu communi remanſit, ergò eadem ratione ſenſus communis in cerebro manifeſtabitur, cum eum eſſe oporteat, vbi eſt imaginatiua, atque etiam aliæ, quarum operationes in cerebro manifeſtantur: item inquit Auerrois, Quia apparet, quòd calor, cum quo ſenſus reguntur, eſt cordis, ergò virtus, quæ ſenſum communem regit, ibidem collocatur, & cerebrum huic virtuti deſeruit: item cum ſenſus communis ſpecies ſenſuum omnium apprehendat, & de eis cum præſentia obiecti iudicet, ut

1. primi doc. 6. c. 5.

2. colli. 20. & 3. de anima cõ. 6

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 179 sur 753

©BIU Santé

2. de anima 145. & libello de sens. & sen sili. alibi idem repetit, est enim veluti punctus, à quo plures lineæ productæ sunt, vt & Aristote. consentit, nam sensus communis videt formam mediante oculo, quod itidem de sensibus aliis particularibus dicendum est, ergò sensus communis in cerebro esse debet, vbi sensus quoque partiales sunt, quibus mediantibus species ipsas sentit: adhæc somnus fit ex retrocessu sensus communis ad intra corpus, ob quod sensus particulares cessant ab opere, vt idem docebat: ergò in vigilia sensus communis in cerebro operatur. Rectius igitur ex rationibus superius enarratis dicendum à nobis videtur, iuxta Auerro. placita, sensum communem in cerebro operari, quemadmodum & voluit Auicen. Auerro. autem id tacuit, quoniam cum sensus communis sit, vt punctus, ad quem omnes sensus, vt lineæ terminantur, cumque iam appareat, quòd sensus particulares in capite collocantur, & ad cerebrum referuntur, ex consequenti quoque manifestum est sensum communem, vt & alias virtutes operari, dixit autem de cæteris, de quibus non ita manifestum erat. At Galenus de sensu communi meminisse videtur, sed ipsum non dicit esse virtutem à tribus nempè imaginatiua, cogitatiua, & rememoratiua distinctam, si quidem has tres solas in cerebro collocauit, inquiens: Porrò reliqua animæ functio, quę à principe potentia prodit, per imaginationem, cogitationem, & memoriam diuiditur, & inferius, ostendens actionum noxas, quæ fiunt à principe facultate, de tribus prædictis duntaxat meminit, nulla de sensu communi mentione facta, pariter & vbi docet cognoscere sedes ex noxis actionum principatum obtinentium affectas, similiter & vbi de seipso, & puero lanifici loquitur: sensum autem communem Galenus voluisse videtur esse animam, vel cerebrum, hæc enim verba profert: nam primum sensorium qualecunque id fuerit sensibus sigillatim omnibus commune est, vt & tradidit Plato, cum in alijs quibusdam libris, tum in Theæteto, eo præcipue loco, vbi in hunc modum scribit. So. Absurdum quippe est ò fili, vt multi in nobis, quasi in ligneis equis, sensus insideant, & non vna quædam sit species, & idea, siue anima, siue quomodocunque appelles, in quam omnes hi concurrant, qua vtique per hos, tanquam per instrumenta, omnia, quæ sensibus exposita sunt, sentiamus: Quam planè sententiam Plato pluribus in locis con-

Contex. 149.

libello de som. & uigil.

3. de acci. & mor. 3. & 7 de dogma. Hip. & Plato.

3. de loc. affec. & 4. eiusdē c. 1.

7. de dog. Hippo. & Plat.

3. de acci. & mor. c. 3

firm-

©BIU Santé

firmat, & Galenus alibi inquiens, Nempè vigilia, & veternus, quæ in primo omnium ſenſu, qui communis quoque dicitur, conſiſtunt: & ob id Auicen. ait, quòd ſenſus communis & phantaſia apud medicos ſunt vna eademque virtus, quæ apud philoſophos diuerſæ virtutes ſunt. Palàm igitur eſt, quòd ſecundum Galenum hæ virtutes tres ſunt, non autem quatuor, vti dictum eſt: quòd autem tantum tres ſint, probare videtur Galen. ſiquidem Theophilo medico imaginatiua fuit læſa, reliquis duabus illæſis, qui verò obſeratis intus ianuis protulit per feneſtras ſingula vaſa, & puerum, cogitatiuam læſam habebat, reliquas autem minime: Thucydides poſtremò teſtatur nonnullos è peſtilentia ſeruatos, & omnes, quos antea nouerant, & familiares, ſeipſos non agnouiſſe: & hic ſanè modus probandi eſt per locum concomitantiæ, de quo Auerro. ait, quòd Galen. & alii medici has tres eſſe virtutes in tribus prædictis cerebri ventriculis per locum concomitantiæ comprobarunt, ſed ſubdit ipſe, modus is verus non eſt, ſed extimationem ſeu probationem quandam duntaxat pariens: is autem verus & demonſtratiuus dans cauſam & eſſe ab eodem libro de ſenſ. & ſenſili cenſetur, qui hunc in modum conficitur: Cognitio ſanè fit per abſtractionem à materia, quot autem abſtrahendi ſunt modi, tot erunt & cognoſcendi modi, & ex conſequenti uirtutes ipſæ: primus quidem abſtrahendi modus eſt a materia, ſed non a præſentia materiæ, vt ſenſus exterior: ſecundus autem a materia, atque ab eius preſentia, qui eſt ipſius imaginatiuę, tenuis verò eſt abſtrahere ſenſata a non ſenſatis, qui eſt cogitatiuę: at quoniam hęc ſeruari debebant, neceſſe fuit memoratiuam his addere, cum autem nullus alius detur abſtrahendi modus, ergò neque alię virtutes in cerebro dabuntur. Quod verò modus probandi per locum concomitantie non ſufficiat, probat Auerro. nam (dicit ille) Ego dicam, quòd una eſt virtus, quę diuerſos effectus producit, at vnum poſt alium: quòd verò vna ledatur cęteris non offenſis, ideſt, quoniam virtus hęc diuerſis temperamentis indiget, vt varias actiones exerceat, qua de re uno lęſo temperamento, vna quoque virtus lędítur, at non reliquę, propterea quòd earum temperamenta non offenduntur: Veruntamen idem dici poſſet quo ad Auerroem probationem

prima primi doct. 6. cap. 5.

3. de acci. & morb. propè finé

3. de anima. 6.

©BIU Santé

tionem, ꝙ vna uirtus eſt, quę ut operetur in diuerſis cerebri partibus diuerſas quoque abſtractiones efficit, quę quidem de cauſa tot uirtutes nõ erunt, quot diuerſi attrahẽdi modi ſunt. Dicendum igitur, meo quidem iudicio, eſt, quòd illa medicorum probatio magnæ eſt coniecturę, ac euidentis fidei, & Auer. obiectio nil aliud intendit, quàm ꝙ vna eſt animæ rationalis in crebro eſſentia, quæ tamen omnes illas virtutes obtinet: quod quidem & voluit Gal. exemplo ab Aloe ſumpto, vt.n. Aloes vna res eſt plures vires obtinens, atque potentias nempe purgandi, ventrẽ roborandi, ac vulnera aglutinandi, quæ ſanè potentię ſubſtantiã inhabitare non dicuntur, vt nos domicilia, ſed vnum abſolute nomen ſubſtantiæ dicitur, vt Aloes, cuius plura ſunt nomina, vt ad actiones, quas efficit, refertur, eodem propè modo rationalis anima eſt in cerebro, quę ad diuerſas relata operationes, plura continet nomina, vt pote quòd imaginatiua, cogitatiua, ſiue diſcurſiua, memoratiuaq; dicatur. Porrò de harum virtutum ordine, & organis Auer. probare videtur, imaginatiuã in anteriori ventre, cogitatiuam in medio, & memoriam ſiue memoratiuam in poſtremo collocari, ſi quidem earum actiones hunc in ordinem procedunt, viſa namque re primò imaginamur, mox cogitamus, poſtremò memoramur. Verum hic modus licet de oculis verus videatur, quoniam optici ex anterioribus cerebri ventribus oriuntur, habet tamen de tactu difficultatem, cum nerui per tactu vt plurimum à nucha orta à poſteriori cerebri parte oriantur: vnde poſterior pars primo, mox anterior neruis occurrit. Medici autem ab experientia ſumpto argumento communiter probant, nam læſa imaginatiua remedia parte cerebri anteriori iuuant, poſteriori verò minime; quòd ſi memoria lædatur, contra fiet: ergo in anteriori imaginatiua, in poſteriori memoratiua collacabitur, quòd vero cogitatiua in medio ventre ſit, qui eſt ſub anteriori, non conſequitur, quandoquidem remedia illi parti adhibere non poſſunt, quin & anteriori non adhibeantur. Quo circa rectius dicendum eſt, quòd cogitatiua in medio reponatur, quoniam eius actio media eſt inter actiones illas imaginatiuæ ſcilicet, atque memoratiuæ. At ſuperius diximus iuxta Galeni ſententiam in anterioribus ventriculis nullam animę fieri operationem, cuius adduximus verba, poſt quę ſtatim ſubiecit Gal. Verum exacta horum, ſcilicet ventriculorum notitia ad curationis inuentionem nil ferè conducit, nam ſatis fuerit ad probè curandum, noſce ſedem affectam eſſe cerebrum, atque in eius ventriculis humorem craſſum comprehendi: ex quibus videtur colligi ex Galeno verum

libello ꝙ animi mores temper. &c.

3. de lo. aff. cap. 5.

non

©BIU Santé

non esse, quòd de eius intentione dicitur, nempe curationes diuersas ex remediorum applicatione variis in locis capitis indicare
i maginatiuam in anteriori, cogitatiuam in medio, & memoratiuam in postremo ventre collocari. Sed cum sæpe dictum sit spiritum animalem esse primum animæ rationalis instrumentum, quę viget in cerebro, vt in domicilio, ex consequenti dicendum videtur, quòd in eius cerebri partibus huius animę operationes maxime fieri debeant, vbi hic spiritus reperitur, & copiosior, & magis purus, vt in tertio & secundo ventriculo: proinde Galen. cum subinferat spiritum ipsum esse primum huiusce animę instrumentum, manifesto apparet, quòd in eadem cerebri parte omnes illę actiones fieri debeant, quoniam ex vna actione bona, vel mala videtur Gal. inferre bonam, malamvè totius cerebri, nõ partes temperiem: itẽ dictum est Aristo. quoque commune, quòd qui facile discunt, male memorãtur, è contrario vero, qui difficulter discunt, bene memorantur, quod quidem non esset, si hę virtutes in diuersis partibus forent, quia vna pars posset esse bene disposita pro vna actione, pariter & alia pars pro alia operatione: Licet dici posset pro opinione opposita, quòd cerebri partes habent inter se proportionẽ, itaque si anterior pars sit mollior, posterior quoque mollior erit plus quàm deceat, & similiter si posterior erit siccior, & anterior quoque siccior plus quam conueniẽs sit, sed quod conuincit Galeni opinionem esse, vti diximus, est eius authoritas rationibus comprobata, est autem dubium ex dictis num bonitas ingenij, & facilitas adiscendi sint idem: huic quidem quęsito satisfaciendũ breuibus est, quòd multi ex se non facile, qui à præceptore docti facile apprehendunt, atque discurrunt, & hi licet sint dociles, & ad discendum faciles, non tamen solertes sunt: & ob id Galen. nõn modo ex solertia, sed & descendi facilitate declarat quomodo cerebri inditia sumenda sint: subiungit deinceps signa ex memoria desumpta, ac docet, quòd pollere memoria signum est stabiles cerebri substantiæ, vt obliuio fluidę cerebri substantiæ, quare hęc quidẽ humida, illa vero erit sicca moderate tamen, qm̃ in sicco immoderate neq; impressio neque conseruatio facilis esset, oĩs enim immoderata discrasia actum proprię virtutes deiicit. Sed dices, cur non dicit obliuionem indicare frigidam cerebri substantiam? cum dicat alibi, ac cum eo Auic. quòd cum vel periit, vel grauiter læsa est memoria, frigida omnino siccaque intemperies esse potest, ergo obliuio non semper indicat fluidam, & ex consequente humidam cerebri substantiam. Dicendum est, quòd Galen. & Aui. loquuntur de ægris

7. de dogm. Hippo. & Pla.

3. de lo. c. 5.

3. de lo. affect. ca. 5. 5. de acci. & mor. vl. timo & Aui. 1. tertij tract. 4. capit. 12.

©BIU Santé

ægris, in quibus memoriam dicunt perire non posse, vel grauiter lædi, nisi ob frigiditatem, hic autem Gale. loquitur de sanis dicens, ꝙ in eis obliuio naturalis, non autem præter naturam, & quę non est abolitio ęgritudinalis memoriæ, nec eius grauis læsio, fluidam cerebri substantiam indicat. Sed dices, si obliuio naturalis ex innata humida cerebri temperie efficitur, ergò humida intemperies præter naturam cerebri obliuionem efficiet: item memoria naturalis stabilem, & ex consequenti siccam cerebri substantiam significat, ergò à contraria intemperie præcipue secundum ægritudinem lędi debet, quæ quanto magis augebitur, grauius quoque lædetur, ergò memoria non semper à frigiditate læditur, potest enim complexio sicca cerebri fieri adeo humida præter naturam; nulla facta in caliditate mutatione, quòd memoria grauiter lædetur, vti dictum est. Respondendum est, ꝙ ex Gal. sententia vel ablatio, vel grauis memoria læsio à frigiditate fit, qui tamen non negat, ꝙ ab humiditate memoria lædi non possit, at grauior est lęsio, quę efficitur à frigiditate, quoniam magis est actiua, maximæque calori naturali inimica, quem destruit. Est autem aduertendum, ꝙ memoria, quæ iuxta Auer. sententiam in parte cerebri posteriori collocatur, duplex est, vbi ait: Et locus virtutis reminiscibilis, & conseruatiuæ est puppis capitis, & inter conseruatiuam & reminiscibilem non est differentia, nisi quoniam conseruatiua est conseruatio continua, & reminiscibilis conseruatio intercepta: Vnde dici potest, ꝙ reminiscentia sit memoria intercisa, non enim continue conseruat, sed tempus intercidit: memoria autem est continua intentionum cogitatiuæ reseruatio, antequam tres virtutes operantur, iuxta Auer. placita, primo namq; sensus representat speciem imaginatiuæ, deinde cogitatiua intentiones componit, quas deinde memoratiua reseruat. Fuere prętei ea nonnulli, qui sustinent, ꝙ omnes & imaginatiua & cogitatiua, & memoria cognoscat, alij autem dicunt tutius esse dicendum, ꝙ sola cogitatiua cognoscit, quoniam si imaginatiua cognosceret, cum seruet species rerum sensilium, quæ sibi semper præsentes sunt, ergo semper cognosceret, pariter & de memoratiua dicatur: item aiunt, ꝙ licet semper imaginatiuę, & memoratiuę species, & intentiones adsint, non tamen consequitur, ꝙ cogitatiua semper operari debeat, quoniam vnum est orificium in memoriæ ventriculum, quod clauditur, cum cogitare nolumus, cũ autem volumus, reseratur: pariter licet in imaginatiua species seruentur, non tamen eas semper cogitatiuę representat. Etenim via arcta est, & vt de tertio ventre dictum est, clauditur. Neque tenenda est

lib. de cõstit. art. med. 9. lib. de memo. & reminis. & 2. coll. 10.

Trus.

OBIU Santé

Trusia opinio, qui tenet hanc tertiam virtutem non nisi reminiscentiam esse. Postea docet Gal. sumere signa cerebri ex mobilitate, stabilitateque in opinionibus ingeus, mobilitatem in opinionibus substantiam cerebri calidam indicare, stabilitatem verò frigidam, cum calidum sit bene mobile, econtrario verò frigidum: Est autem intelligendum de mutatione in opinionibus, quę sunt contingentium, non autem necessariorum, siquidem necessariorum necessaria est demonstratio, cuius non est mutatio, in quibus igitur est opinionum mutatio id fit, quoniam caliditate cerebri facile de vno medio ad aliud mouentur, ex qua sane mutatione facilis quoque mutatio in opinionibus consequitur: intelligendum præterea est de mutatione in appetitibus seu voluntatibus, quam sane videtur fuisse Aui. sententiam, quod eodem etiam modo declaratur, quoniam calidum est bene mobile, quare à diuersis appetitibus cerebrum calidum facile mouetur, & permutationem consultationem fit: Et ideo vt ratio ex consultatione dicat modo vnum, modo aliud, in appetitu, & voluntate mutationem fieri contingit, sed si in voluntate mutatio fieri debeat, prius opus est, vt in opinione mutatio efficiatur, quemadmodum manifestum est: Si igitur quis intelliget de vtraque mutatione, & in opinione, & in voluntate omnes remouentur difficultates, quæ pro vtraque opinione efficiantur. Verum quoniam videtur Galenum prætermisisse duo signorum genera, de quibus à principio se dicturum pollicitus erat, quorum alterum spectat ad operationes naturales, alterum verò ad extrinsecus alterantia, ob id excusans se, subdit his verbis. 3 artic. 1 cap. 17.

Aduerte autem duo inditiorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturum pollicitus, quorum alterum ad operationes attinet naturales, alterum verò ad ea, quæ extrinsecus occurrant: erit autem in vtrisque sermo communis.

Quasi dicat, quòd nunc supersedet tale eorum determinationi, quoniam infra de eis aget, cum cerebri complexionum magis specialium signa declarabit: Quòd si hæc legeret, vt in antiqua communis ratio diceretur, quòd videretur, quòd de vtrisque communis est ratio, quia eadem est causa, quòd cerebrum naturales perfectas producat operationes, & extrinsecis resistat, sed prima melior est. Declaratis autem signis cerebri

©BIU Santé

tebri in genere, nunc ea ſpecialiter declarat, atque imprimis cerebri temperati ſubdens.

Signa bonæ temperaturæ cerebri. Cap. 13.

Si quidem cerebrum ſortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia, quæ diximus, habebit moderata, & excrementa, quę uel per palatũ, uel aures, uel nares, uel oculos expurgãtur, hæc quoque modice ſe habebunt, atque ab his quæ extrinſecus occurſant, minime lædetur, quæ ſcilicet uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exicant. Talibus igitur capilli capitis, cum adhuc ſunt infantes ſubrufi, cum verò pueri ſubflaui, cum iam adoleuerint, flaui ſunt, mediique ſunt inter eos qui omnino ſunt criſpi, et ſimplices, non tamen facile caluitium patiuntur.

Dices, ſuperius dixit ſe traditurum ſigna inſalubris ſimpliciter, eiuſque partium, cur ergò ſigna cerebri temperati conſtituit? Dico ego, quòd ſupra cap. 8. propoſuit, quòd habitis ſignis optimæ conſtitutionis, & corporis inſalubris ſimpliciter, ſigna quoque habebimus intermediorum, quæ vt facilius haberi poſſint, oſtendit etiam quomodo ſigna partium temperati corporis haberi queant; ob id ait, quod ſi cerebrum bonam obtinebit temperaturam primarũ qualitatum, hoc eſt ſi erit non abſolute temperatum, ſed in ſpecie cerebri, omnia erunt moderata, quę diximus de capitis diſpoſitione, de ſenſitiuis virtutibus actiuis, & obtinentibus principatum, & ſi qua alia dicentur, de quibus adhuc nulla facta ſit mentio; Poſtea ſubdit de excrementis, quòd & in qualitate & quantitate mediocria erunt, vtpote neque multa, neque pauca, neque citrina, neque diſcolorata, quòd quidẽ ſignum ex naturalibus operationibus deſumptum eſt. Aduertendum autem eſt, quod litera græca, & Laurentianus non habent illa quatuor de quibus Leonicenus, per quæ cerebri excrementa repurgantur, ſed de palato, & naribus dũtaxat meminiſſe videntur: communiter autem dicitur tres ſuperfluitates per quatuor dicta loca repurgari, pituitoſas quidem, quæ multę ſunt, per palatum, ac nares; colericas autem per aures, & melancholicas per oculos: Veruntamen Galen, alibi ait, quòd natura

cura fecit meatus decliues, ſcilicet palatum, & nares, vt excrementa craſſa, & grauia, & deorſum tendentia purgarentur, pro fumoſis autē, & ſui natura ſurſum tendentibus futuras conſtituit, & ſupremum cranei rarum, & ſyringoſum, nilque meminit de auribus, atque oculis ipſis: Quare neque aures, neque oculi à natura fabrefacti ſunt, vt cerebri ſuperfluitates expurgarētur, quinimmo dicit Gal. quòd neque etiam nares à natura facte ſunt pro repurgandis ſuperfluitatibus cerebro incul pate ſano exiſtente, ſed duo ſoli canales decliues, qui per palatum in os totius cerebri excrementa eructant, expurgando cerebro ſufficiunt, quàm diu recte valet, & alimentum vincit, ac percoquit: Quare (ait ipſe) prima vtilitas foraminum in nares non eſt ſuperfluitatum excretio, ſed hoc auxilium, vt auctarium quoddam cerebro male habito additum eſt: præcedit autem id auxilium ipſa odorum dignotio, & hac adhuc antiquior, & ad vitam neceſſaria ipſa in cerebrum inſpiratio: item inquit pituitam in oculis eſſe eorum ſuperfluitatem, nec non ꝙ coletica ſuperfluitas aliquando per nares ſolet expelli: Et Ariſt. ait, ꝙ ſordes aurium eſt ſudor putridus, proinde autem quid amarum. Decipiuntur itaque quandoque medici, qui videntes ſuperfluitates per nares non expurgari, id putant ſemper contingere ob obſtructionem in meatibus narium impedientem ſuperfluitatum repurgationem, cum tamen id fieri poſſit ex recta victus ratione, vt ſuperfluitates, minime generentur, quæ quidem expurgabuntur, ſi maxima earum copia aderit: Quod ſi litera legatur, vt Leonicenus tranſtulit, dicendum eſt, quod ideo Gal. de eis meminit, quoniam ſuperfluitates adeo augeri poſſunt, ꝙ & per aures, & oculos expurgari poterunt, vt ſæpe quilibet vidiſſe potuit. Aduertendum autem eſt, ꝙ in cerebro temperato excrementa modice ſe habent, quoniam virtus nutritiua opponens, veniens, & aſſimilans membro nutrimentum, pariter & aliæ miniſtrantes predictę nutritiuę, attractiua ſcilicet, retentiua, alterariua, & expulſiua inter ſe moderate ſe habēt, quare & ſuperfluitates moderatæ ſunt, neque dicitur haſce virtutes ex hoc eſſe in cerebro temperato validiores, ſed dicimus nos, ꝙ omnia in eo ſunt cum mediocritate cū quo ſtat, quòd in diſtemperato aliqua ex dictis validius operetur. Subiungit deinde Gal. aliud ſignum ex ſexto genere ſumptum, vtpote ex extrinſecus alterantibus, quod ſanè intelligendum eſt, vt de corpore temperato coniunctim, non diuiſim ſupra declaratum fuit, calidum namque magis reſiſtit frigidis, & frigidum calidis, & pariter de aliis. Declaratis duobus ſignis, de quibus ſupra dixit, quòd in vtriſque erit ſermo communis, ſubdit ſigna ex capillis, quæ p ætermiſit, cum de primo ſignorum

9. de uſu part. 1.

8. de uſu part. 6.

7. pn. 13. 36. probl. 4.

©BIU Santé

rum genere pertractaret, quæ ex totius capitis dispositione sumũtur, atque in primis de eorũ colore. Est autẽ adnotandũ, quòd (vt sint Gale. sententia) hi colores inueniuntur inter sese distantes secundum intensionem, atque remissionem maiorem, minoremvè ad rubei, & aquei coloris commixtionem. Est autem in primis color aqueus, vel albus, deinde palidus, tertio ruffus, quarto flauus, & quinto rubeus: palidus autem plus aquei, quàm rubei particeps est, ruffus autem æqualiter vtriusque, & flauus plus rubei, quàm aquei, rubeus verò, & albus seu aqueus in extremo sunt collocati, propterea quòd in aqueo nil rubei, & in rubeo nil aquei constituitur: item inter palidum & aqueum est medius color subpalidus, inter palidũ inquã & ruffum subruffus, & inter ruffum & flauũ subflauus, & inter flauũ & rubeũ subrubeus, nõnũquã autẽ & per subruffum palidus color intelligi solet, vt per subflauũ ruffus, & per subrubeũ flauus. Et ob id dupliciter intelligi potest cum dicit Gal. in cõtextu, quòd infantes habent capillos subruffos, vel q̃ sint medii inter palidos & ruffos, vel q̃ sunt palidi: pariter cum ait, q̃ in pueritia sunt subflaui intelligi potest, vel q̃ sunt ruffi, vel medii inter flauos, & ruffos, sic & de aliis. Proinde de pilorum generatione Gal. agens in primis reprehẽdit nonnullos dicentes, q̃ vt in sicca terra herbæ non nascuntur, nutriũtur, crescuntvè, eodem propè modo neque pili in cute sicca: Quod quidem uerum non est (dicit Gale.) propterea q̃ siccitas terræ maxime est sine humore, quæ vero in hominis cute humoris expers non est, & maxime idonea ad pilorum generationem, quæ enim in animalibus testaceis & squamosis siccitas est, vt pote ostreis, cancris, & piscibus haud quaquam est pro generatione pilorum, est enim similis ei siccitati, quæ in penis, at cũ hominis cutis sit mollior, quanto erit siccior, & calidior tanto erit aptior pro pilorum generatione, vt & in terra lacustri cõtingit, in qua herbæ non generantur, nisi humoris redundantia absumatur, atque vere modice augentur, ineunte vero æstate plurimum, & celerime, in media autem æstate, quoniam sicca est, atque arida, ideo siccantur herbæ: aduertendum autem est (ait Gal.) q̃ semper à calido per omnem cutim aliquid digeritur, in quibus autem cutis est humida, & mollis, qualis est caseus modo concrescens, quod per corpus digeritur & in cute sibi parat vias, exhalat, & illæ vie per cutim non manẽt, partes enim prius descendentes rursus inter se unjuntur, in dura vero cuti simili caseo iam coacto, quoniam ob siccitatem rursus vniri non possunt, meatus seruantur, quod si vapor fuerit tenuis, & halituosus euacuabitur, si vero crassior, & veluti humor, quandoque in exiguis spiramentis detinetur, & aliquid etiam ex eo ad profundum retrocedere cogitur,

1. de crisi. 12.

2. de temper. 5. 11. de usu 14. & 1. de cõpo. med. secundum loca. ca. 1.

©BIU Santé

gitur, ſed ſi vapor ſit, vt fuliginoſus & craſſus, & terreus impactus in anguſtis ſpiramentis, nec facile poteſt retrocedere, nec euacuari, ſed alius rurſum ſubiens à profundo hunc ferit, eumq; propellit, & rurſus hunc alter, & eum alius, ita vt tale corpus longum gignatur, qualis eſt pilus, quemadmodum & fuligo ea, quæ foris in camino generari cernitur; ſed eſt differentia, quoniam pilus per anguſtiam trãſitus ſpiſſatus eſt, atque in formã anguſtam redactus, hunc enim in modum capillorum generatio fit. Porrò quo ad colorem (dicit Gal.) aſſerendũ eſt, quòd pilus niger efficitur, cum deuſto caloris vi vapore excrementum in exactam fuliginem mutatur, flauus verò cum vapor minus torretur, quippe quod tunc eſt impactum flauæ bilis, non nigræ feculentũ eſt excrementum, albus verò pilus ex pituita naſcitur, vt ruffus, vt coloris flaui, albiq; eſt medius, ſic eius generatio ex pituitoſæ, biliosæq; ſecis media quadam natura prouenit. Cæterum quoniam Auer. innuit aduerſus Gal. q̃ vapor fumoſus, & craſſus ſatis non eſt, vt ex eo corpus vnum efficiatur adeo longum, & continuum, vt eſt capillus, ſed neceſſaria eſt pinguedo viſcoſa, quę continuitatis, extenſionis, & elongationis cauſa ſit, & ob id videmus quòd caligo genita in camino ita vnita non eſt, neque tam firmam vt capillus, obtinet continuitatem, ſiquidẽ caret illa viſcoſa pinguedine, & ex Ariſt. vapor æquoſus breui reſiccescens, facit, ne pili magnitudinem capiant, vt ſi pinguis eſt, contra euenit, non enim quod pingue eſt, facile exiccari poteſt, fateor equidem verum eſſe quòd ſolus vapor fumoſus non ſufficiat, vt fiat capillus talis, qualis cernitur, ſed & viſcoſitas requiratur, quod & ſentit ipſe Gal. ſed viſcoſitas nõ in vapore, ſed in cute reperitur, quã ibidem vapor acquirit, hac autem ceſſante caluities effecitur: Quod autem viſcoſitas in cute ſit, habet Ariſt. vbi ait, ineſt in cute omnium lentor quidam mucoſus, qđ & experientia manifeſtum eſt, ſi.n. euellatur capillus, vt pote ex capite pueri, & eius radix vnguẽ cõtangat, ei adhęrebit: Vnde Ariſt. ſubdit, Habet autem genus quodq; pilorũ ad ſuã radicẽ lentũ quendã humorẽ, quo protinus vbi euulsũ eſt, ſi qua leuiuſcula tãgat, adhæret, vt trahere poſſit tenacius: itẽ ex cute multorũ quoq; animãtiũ fit glutẽ, vt clare ex ipſo Ariſt. colligitur. Quare nõ oportet vt vapor viſcoſitatẽ illã poſſideat, vt ex eo pilus gñari poſſit, quẽadmodũ Auer. inuere vr̃, ſed eã cute vtpote viſcoſa ſuſcipiat. Eſt aũt aduertẽdũ, q̃ vt ex Gal. ſnia, quẽadmodũ videmus in terra naſci herbas ex loci natura, q̃dã aũt agricolę puidẽtia herbarũ q̃rẽtis gñationẽ, cernimus nãq; hordeũ, triticũ & hmõi ob eius ĩduſtriã naſci, multas verò alias herbas hĩc ĩde abſq; agricolę puidẽtia, quas vtiq; adĩuicẽ diſtĩguer̃ facile potes, qm̃ q̃ agrico

1. de temper. 5.

2. coll. 80. propè finẽ

5. de gene. animal. ca. 3.

3. de nat. anim. 11.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 189 sur 753

©BIU Santé

lę prouidentia naſcuntur, ęqualem generationis modum externasque circũſcriptiones factas ſecundum lineas extenſas obtinent, quæ tamẽ in ſponte natis haudquaquam reperiuntur, ita quoque pili ſe habent, qui naturæ prouidẽtia oriuntur, vtpote capitis, barbæ, palpebrarum, atque ſuperciliorum, qui æqualem generationem habent, circunſcriptionemque certis lineis præfinitam, quidam autem ex loci natura geniti ſunt, non autem naturæ prouidentia, vtpote axillorum, aliorumque membrorum, qui ſortiti inæquales terminos inordinate ſunt proiecti, & hi non in omnibus reperiuntur naturis, ſed in calidis plurimi, in frigidis verò haudquaquam, vel ſaltim minimi: at qui naturę prouidentia naſcuntur, in omnibus natuis reperiuntur, niſi locus tantũ habuerit diſcraſiã, vt ſimilis terræ arenoſæ, & petroſæ ſit, ex qua nunquam herbę generabuntur, ẽt, ꝙ agricola magna vtatur prouidentia: vnde vt omnis terra artem agricolæ ſuſcipit, ea excepta, quæ ſumme praua eſt, ita quęlibet temperies naturæ artem ſumit, ea excepta, quę ſumme praua eſt. De pilorũ aũt vtilitatibus habet Gal. cum ait, naturam efficere, vt artifices qui dum vaſa clypea & huiuſmodi cõficiunt, ea ad decorem figuris exornant, ẽt ꝙ illæ nihil in ſe habeãt vtilitatis, natura namque nonnulla ad decorem efficit, qui quidẽ decor in multis euidenter apparet, in multis autem ob excellentiam vtilitatis occultatur: vnde ſi cui abſcindatur vel naſi ſumitas, vel aliquid labiorũ, magna deformitas apparebit: item in natibus eſt pulchritudo, ſi illas puerorũ cõſpiciamus, ſi verò illas ſimię, turpitudinẽ quandam præſeferrent, ſimiliter natura capillos efformauit, barbã & ſupercilia ad decorẽ, quæ ſi non foret, maximè difformis homo cõſpiceretur: alia adhuc eſt vtilitas, vt tueantur pili partes eas à frigore, & vti particularũ ſint opertoriũ: adhæc vt vaporoſę ſuperfluitates craſſæ conſumantur, nã ex Galeni ſentẽtia quod ad hanc attinet vtilitatẽ, neceſſaria ſemper fuit pilorũ generatio, etenim ſuperfluitates ſemper adſunt, quæ cõſumi debent, quo aũt ad ſecundam utilitatem ſpectat, haud neceſſe erat eos ſeruare vniformitatem, neque enim eodem egemus operimento, iuxta ætates noſtras, aut anni horas, aut regiones, corporisvè diſpoſitiones, nã infantes, viri, & ſenes eadẽ coma non indigemus, ſicuti & mulieres, neque æſtate, & hieme, neque regione frigida & calida, ubi enim calor viget, minori, ubi verò frigus maiori egemus operimento, pariter & qui caput ſanum, & qui aut lippitudinem, aut capitis dolorẽ patiuntur, diuerſis indigent opertoriis. Quare ad temporũ, ætatũ, regionũ, & diſpoſitionũ diuerſitatem melius fuit nos aptari, & aliã ipſorũ fieri pilorũ magnitudinẽ: non ſic aũt (dicit Gal.) dicẽdũ eſt de ſuperciliorum

11. de uſu par. 13. & 14.

©BIU Santé

cilliorum, & palpebrarũ pilis, nã ſi eis quid addas, aut auferas, eorũ vtilitatem corrũpes: quod quidẽ cur contingat, oſtẽdit Galen. ſed id nunc recenſere ſuperuacuum eſt. Hinc patet ex dictis, q malefaciunt, qui abſque diſtinctione ætatis, tẽporis anni, ac aliorum barbam, & capillos auferẽdos eſſe ſuadẽt, qui quidẽ oĩum ferè cõis eſt uſus: Auer. ãt præter alias dictas, unã adhuc pilorũ vtilitatẽ tradit inquiẽs, naturã pilũ ex eo vapore genuiſſe, vt ex ea materia mala trahẽdo corpus mũdificet, quẽadmodum ex arte quoque faciũt agricolæ, qui volentes, vt terra copioſum fructũ reddat, ſemina proijciũt, quę partẽ tereſtrẽ aduſtã attrahat: ex quibus quidẽ Auer. verbis colligere poſſumus virtutem attractiuã ponẽdã eſſe, de qua tñ Gal. nil dixit: ob id voluerunt quidã pilos eſſe animatos ob illã attrahẽdi virtutẽ, & q licet ad finẽ uſq; vitę augeantur, attamẽ non ob id tollitur, quin animati ſint, quẽadmodum vngues, quę & ipſę eodẽ modo augentur, vt teſtatur Gal. Verũ non dicendũ eſt ob hoc pilos ex dictis animatos eſſe, quoniã in primis de ea ui attractiua nil Gal. loquitur, & ſi talẽ quoq; vim pili haberent (quod non conſtat) ſed ſequitur tñ ob id eos eſſe animatos, ſiquidem & magnes uim attrahendi ferrum poſſidet, qui animatus non eſt; neque ẽt id dicendum, quoniã augentur, dicit namque Ariſt. q pili; & ungues in mortuis quoque augentur, neque dicimus vngues animatos, quoniam augentur, ſed quia ſentiunt. Docet prętęrea Gal. in contextu aliud ſignum ex figura capillorum deſumptum, quí. n. cerebrum tẽperatum habent, capillos obtinent medios quo ad figuram inter criſpos, & ſimplices, hoc eſt planos, uel rectos, ſiquidem uapores ex quibus fiunt capilli, medii ſunt non nimis calidi vel frigidi, uel humidi, uel ſicci. Proinde de criſpitudinis cauſa agit Ariſt. ubi duplicem cauſam ponit, alteram quidem radicis tortuoſitatem, alteram uero uaporis caliditatem, atque ſiccitatem, dicebat namque ipſe hunc in modũ, ſimplex autem criſpus vẽ oritur pilus exhalatione excremẽtorũ, nam ſi fumoſa eſt præ ſua caliditate, atque ſiccitate criſpum efficit pilum, inflectitur enim cum duplici exhalatione feratur, terrenum namque deorſum, calidum ſurſum, fertur, cumque prę ſua imbecillitate inflecti facile poſſit, intorquetur, quod criſpitudo pili eſt, aut igitur ita cauſa reddenda eſt, aut cũ parum humoris, multum ãt portionis terrenæ ineſt, efficitur, ut pili reſiccati ab aere ambiente contrahantur, inflecti tur. n. quod rectum eſt, ſi euaporatur, & contrahitur, atque conuellitur pilus, quemadmodum cum igne aduritur, vtpote cum criſpitudo conuulſio ſit ob humoris inopiam ab aeris continentis calore. Dices uapor eſt cauſa radicis tortuoſę, ergo uapor, nõ radix eſt criſpitudinis

2. colli. 8.

1. de uſu pul. 11. & 2. de ad. min. anatom. prope finem.

3. de natu. anim. 11.

5. de gen. anim. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 191 sur 753

©BIU Santé

cauſa: Dico ego, quod licet radix à vapore fiat tortuoſa, radix tamen tortuoſa eſt cauſa continuitatis, criſpitudinis: idque fit, vt in ventris, vapor namque aſcendens in media aeris regione infrigidatur, & pars terreſtrior vult deſcendere, leuior autem aſcendere, in hac autem lucta mouetur ad latus, quo quidem caſu ventus efficitur, eodem propè modo contingit in generatione pili criſpi, vapor cum incipit infrigidari eadem de cauſa mouetur ad latus, & radicem criſpam efformat, quæ deinde cauſa eſt, vt totus capillus criſpus gignatur. Veruntamen Galenus duplicem ponens capillorum criſpitudinis cauſam alio modo oſtendit radicem tortuoſam à vapore generari, vbi cum prius declaraſſet criſpitudinem fieri, & ob ſiccitatem ad eum modum, quo corigiæ, quæ igni plus iuſto ſiccantur, & vt ipſi pili igni proprius admoti intorqueri uidentur, ob quod Æthiopes criſpi videntur, ſubdit quod aliquando exhalatio eſt imbecillior, quàm vt rectam viam ſibi moliri poſſit, & tunc reflectitur, & pro modo, quo inflectitur, meatum ſuum figurat, aliquando autem contingit exhalationem validam à duritie cutis impediri, vt recte ferri non poſſit: vnde neceſſe eſt, vt flectatur in latus, vt & in extrinſecus ſurſum motis euenit, flamma enim ſurſum mota, inuento obſtaculo mouetur ad latera: cum igitur vapor prohibetur recte agi, ſub cute ſibi tarſitum obliquum molitur, qui tractu temporis collectus vrgetur foras exire, aliquando etiam (ait Galen.) ambę cauſę coeunt pilorum, radices obliquas efficientes, vtpote vaporis imbecillitas, & cutis ſiccitas, eſt autem rationabile, quod quales pili ſigũtur in radice, tales perpetuo ſint. Dices, quomodo cognoſcetur, quãdo ob hanc uel illam cauſam adeſt criſpitudo? Adeamus Ariſtotel. ſigna huiuſce diuerſitatis nobis commoſtrantem, nam ex ipſo cum capilli criſpi ſint duriores, quàm recti, quod autem eſt ſiccum, durum, ideo ſi capilli erunt criſpi ob ſiccitatem vaporis, duri erunt atque aſperi, ſi vero ob radicis ſolum tortuoſitatem, neque duri, neque aſperi: Nec laudo Curtium dicentem, quod capite humectato, & refrigerato non ita criſpi erunt, quoniam idem continget, ſi criſpitudo ſit ex radicis obliquitate. Subiungit deinceps Galenus poſtremum ſignum, quod non facile caluitium patiuntur, cuius quidem cauſam aſſignat Ariſtotel. vbi ait, quod eadem eſt cauſa, qua homo calueſcit, & plantæ defrondeſcunt, quibus ſcilicet frondes defluunt, & aues quædam depeneſcunt, quę certo tempore ſe abdunt, & latent: Eſt autem cauſa inopia humoris calidi pinguis, atque viſcoſi, quare plantę multum pingues fronde perpetua virent, vt Laurus: ſed plantis, & auibus prędictis hoc

ſemper

v. de tem. 5.

5. de genean. ca. 5.

5. dè genc. animal. ca. 3.

ſemper euenit hyberno tempore, qm̃ eis homo humidior eſt, atque calidior, & ob id ei hoc non ita contingit, nemo. n. calueſcit, priuſquã coire incipiat, qui verò magis propenſi ad coitum ſunt, citius calueſcunt, quod fit, propterea quòd cum cerebrum ſit omnium corporis partium frigidiſſimum, cumque vſus rei venereę refrigeret, ea verò, quæ imbecilla, vitioſaque ſunt, parua cauſa, ac exiguo momento immutentur, contingit cerebrum prius, & magis cæteris partibus infrigidari: cauſa autem cur in plantis renaſcantur folia, non autem in homine capilli, cui ſemel deciderint, eſt, quoniam in plantis aduenientę vere illa viſcoſitas regeneratur, quæ hieme defecerat, habent enim anni tempora viciſſitudinem, quam ætates non habent, quarum tamen mutatione calueſcit homo, licet eodem modo ſenectus ſit homini, vt hiems plantis: at Gal. aliam aſſignat cauſam, quæ coit cum illa Ariſtot. nempè ꝙ calui fiunt homines, quibus à principio cutis erat durior, quoniam ſeneſcentium partes omnes ſicceſcunt, non paucis autem dictorum cutis efficitur, vt teſtacea, vbi ſupra iuſtum fuerit exſiccata, in qua nihil enaſci poteſt, quemadmodum ſuperius de terra arida & petroſa dictum fuit: & ob id pars interna manuum, & inferna pedum ſine pilis exiſtunt, quoniam tendo ſub cute extenſus ſicciſſimus eſt, atque denſiſſimus: Quæ quidem cauſa quomodo cum illa Ariſto. coeat, manifeſtum eſt: Quod autem in anteriori parte capitis fiat caluities cauſa eſt (ait Gal.) quoniã eius cutis durior eſt, atque ſiccior, ob id ex ea capilli defluunt, non ſic autem ex alijs partibus: Eſt autem ea parte cutis ſiccior, quia oſſi adhæret, in alijs verò partibus cutis non ita oſſibus adhæret. Ex dictis etiam patet, ꝙ habentes cerebrum temperatum non tam facile calui fiunt, vt qui calidi & ſicci cerebri ſunt, propterea quòd in eis cutis non ita facile vt in his, indureſcit, euadunt autem facilius calui, quàm qui cerebrũ frigidũ, & humidũ obtinent, cũ in eis cutis durior, quam in his efficiatur, & ob id mediocriter ad caluitium ſe habent, & ex conſequenti non facile caluitiem patiuntur, quod eſt id, quod in contextu dixit Gal. hic. n. caluitium non patiuntur, niſi in ſenectute. Eſt autem aduertendum, quòd Auicen. docet quatuor eſſe caluitiei cauſas, prima quidem eſt materiæ defectus, ex qua pili generantur aut cutis ipſa, in qua pili gignuntur, cuius quidem ratione tripliciter caluities cõtingit, vno quidẽ modo, qm̃ cutis nimis eſt dura & ſicca, ita ꝙ vapores neque egi, neq; penetrare poſſunt: altero aũt qa meatus cutis nimis ſunt lati, ita ꝙ vapores exhalãt, & in cutis meatibus nõ detinẽtur, ac poſtremo cũ vapores, ex qbus capilli gigni dẽnt, mali ſunt, aut corrũpuntur ex pravis humoribus in cute exiſtentibus:

1. de compoſi. medi. ſecundum loca à principio, & 2. de tẽper. 5

ſeptima quarti tra ctą. 1. c. 2.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 193 sur 753

©BIU Santé

cum tamen Gal. & Ariſt. non tot caluitiei cauſas conſtituant. verum ſi recte perpendamus, de ſecunda quidem cauſa quæ eſt ſiccitas & duri-
1. de cõp. med. fcdm loca: 14. meth. pe nul. & 40. ties cutis meminit Ariſt. & Gal. necnon de quarta Gal. vbi ait, Quemadmodum ſtirpium nonnullæ humorum defectu inareſcentes contabeſcunt, nonnullæ verò alienis à natura ſua humoribus conuerſantes pereunt, ſimile ratione & pilis vſu venit, vt vel inopia humorum, à quibus nutriri ſolent, aut prauitate corrumpantur, inopia ſanè humidi caluitium accedit, prauitate autem humorum Alopecia, & Ophiaſis: Ex his itaque patet Gale. meminiſſe de ea cauſa, quæ ex humorum prauitate deſumitur; conſtat quinetiam, quòd eum affectum Gal. caluitium non appellat, ſed id caluitium nominat, quod ex ſiccitate gignitur, qua cutis fit durior, atque petroſa, itaq; pili defluentes hac ratione non renaſcuntur: Et propter ea Gale. vbi ait Hippo. in
6. aphor. par. 34. contextu, Quicunque calui ſunt, his magnæ varices non fiunt, quibus verò caluis varices magnæ ſuperueniunt, hi rurſus capillati fiunt, ſubdit, quòd quando in viri ſapientis libro ſermo inuenitur aliquis manifeſtum habens mendatium, non ſine ratione contingit legentes dubitare, & primum quidem ſibiipſis diffidere, quaſi neque illa, quæ ſint manifeſta, noſcentibus deinde ſuſpicari, ne quid falſum fuerit interiectum. Quis enim neſciat caluitium eſſe paſſionem inſanabilem? Sed neque verum, quòd magnę varices caluis nunquam eueniant, ſicut neque q̃ varicibus aduenientibus caluities ceſſet: Niſi forte, vt nõnulli inquiunt, vocatum à medicis capillorum defluuium, caluitium nominet, illud enim cum à vitioſis humoribus, quę Ophiaſis, & Alopeciæ paſſiones capillorum nominantur à græcis, generetur, quando iidem humores ad crura decumbunt, poſſunt varices facere, & capillos reſtituere: ſi enim prius à vitioſis humoribus corruptis eorum radicibus corrumpi contingeret, nunc fit veriſimile, vt eiſdem humoribus aliò tranſpoſitis ad primam naturam capilli redeant: conſtat igitur ex Galeni verbis illud non dici caluitium: Reliquę verò duæ Aui. cauſæ imaginariæ potius ſunt, quàm verę. Quòd enim in corpore deficiat materia, ex qua pili fiunt, imaginari quidem poteſt, ſed verum non videtur, cum præſertim capilli ſint de pilorum numero, qui prouidentia opificis oriũtur, quos in omnibus naturis inueniri voluit Gal. niſi aliqua cutis deuenerit ad tantã diſcraſiam, facta ſit ſimilis terrę arenoſæ, atq; petroſę, qua ſanè ſola ratione voluit Gal. pohiberi poſſe capillorũ generationẽ: Pariter & q̃ pororum latitudo ſit cauſa, vt capilli non naſcantur, eſt potius imaginabile, quàm verum: in iuuentute namq; cum pori ſunt magis lati, homines minus calueſcunt, quam in

ſenectute,

ſenectute, in qua pori ſunt arctiores: item Ariſt. quoque ait, quòd ſi cutis rarior, & craſſior ſit, pili gignentur craſſi ob copiam portionis terrenæ, & meatuum laxitatem, ſed ſi ſpiſſior eſt, tenuiores exeunt ob meatuum anguſtiam: ex quibus patet velle Ariſt. laxitatem, vel anguſtiam meatuum cutis eſſe cauſam craſsitiei, tenuitatiſq; pilorũ, quod ſæpe repetit eo capite Ariſt. necnõ in problematibus ſæpius inquiẽs, q̃ homine, cũ incipit emittere ſemen, multi pili naſcũtur, quoniam meatus fiunt laxiores, itaque ſæpe inuenimus Ariſt. dicentem laxitatem pororum eſſe cauſam, vt pili magis oriantur, nunquam autem eſſe cauſam quòd pili non naſcantur, & tandem caluitiei cauſam: Dices, videtur, q̃ Auic. & Auer. plura quàm hic Gal. ſigna cerebri temperati ſigna conſtituant. Reſpondeo, quòd licet Aui. & Auer. videantur plura ponere, quàm Galen. non tamen verum eſt, quandoquidem dixit Gale. q̃ omnia ſuperius dicta modice habet cerebrum temperatum, vti declarauimus, pariter & intelligendum eſt, q̃ omnia, quę dicentur de complexionibus intemperatis cerebri, modice habet cerebrum temperatum. Subdit autem documentum vnum his verbis.

5. de gene. anim. 3.

4. ſect. problem. 4.

1. 3 tract. 1. cap. 16. 4. colli. 3.

QVAE verò dicuntur, ac poſterius dicenda indicia ſunt accipere oportet, vt in bonam habentibus temperiem habitationibus.

Ne quis credat, quòd in quacunque regione inuenientur ſigna præ dicta, indicabunt cerebrum eſſe temperatum: Cuius quidem rationẽ alibi aſſignat Gal. vbi dicit, quòd corporis temperies in iis regionibus, quæ à temperie receſſerunt, eſt inæqualis, externis, ſ. internisque partibus ad eundem ſe modum non habentibus, Gallis namque & Germanis, & omni Thracio, & Scythico generi frigida, humidaque cutis eſt, ideoque & mollis, alba, & pilis nuda, omnis verò naturalis his calor in viſcera vnà cum ſanguine confugit; de habitantibus autem in calida regione dicit Gal. Æthiopibus verò & Arabibus omnibus denique his, qui ad meridiem incolunt, natura cutis ex ambientis æſtu, & naturali calore foras acto vſta, dura, ſicca, & nigra redditur, toto corpore naturalis caloris exiguã obtinente portionem, ſed alieno atque adſcitio incaleſcente. Quare cum æthiops cutim habeat nigram, & duram, & capillos criſpos, non opus eſt ſtatim dicere, q̃ eius cerebrum ſit calidũ, pariter ſi in Gallo cutis ſit mollis, alba, & capilli plani, & ſubruffi non oportet cõfeſtim proferre cerebrũ eſſe frigidum. Sed dices, quid dicemus de ſignis ſumptis ex cerebri operationibus? nõne ſi in regione

2. de temper 6.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 195 sur 753

©BIU Santé

distẽperata cerebrum bonas habebit operationes, ipsum esse tẽperatũ dicemus? Respõdet Gal quòd in intemperatis regionibus corpus tem
1. de méd. sani. post medium. peratum gigni non potest, sicut tum ratio docet, tum experientia com monstrat, in æstuosis namque regionibus homines sicci fiunt, graciles, & veluti torrefacti: in frigidis verò incolæ in æquali temperamento
2. de temper. 6. visuntur, vt quibus exteriora frigeant, interiora verò caleant, quod idẽ quoque alibi repetit inquiens ꝙ in frigidis regionibus calor vnà cum sanguine confugiens in viscera agitatur, & feruet, propter quod fiunt iracũdi, audaces, & præcipites cõsilij, qua de re de operationibus quoq; cerebri idem dicendum videtur, & ob id ait Gal. ꝙ hæc audienda sunt in regione temperata, quoniam in intemperata, corpora temperata nõ inueniuntur. Dices, ergo videtur superfluum dicere hæc esse audienda in temperata regione, cum in ea sola temperata, corpora reperiantur. Respondendum est, ꝙ licet temperata corpora in intemperata regione reperiri non possint, aliqua tamen signa inueniri possunt, vtpote capilli flaui in regione frigida, quibus potuisset quis decipi credens ex huiusmodi signis cerebrum esse tẽperatum, cum tamen potius calidum esse indicet. Subdit deinceps Gal. in contextu alterum documentum de ipsis capillis, dicens.

QVAE autem ad capillos attinent non ad locorum tantum, sed ad humorum quoque temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda.

Ita ꝙ si cerebrum erit temperatum, humores quoq; sint tẽperati, & si cerebrum calidũ vel frigidum, humores ẽt sint calidi, vel frigidi. Est aũt aduertendũ, ꝙ duę possunt esse causæ coloris capillorũ, vna quidẽ cerebri temperies, quæ si est calida, quantum sit ratione sui, capillos denigrat, sicut si frigida, dealbat: alia aũt est causa, humores, s. ex quibus eleuantur vapores, qui sunt capillorũ generationis materia, qui quidẽ si sint adusti, capillos nigros, si pituitosi, albos efficiunt. Curtius, & alij exponũt, ꝙ oportet cognoscere, qui sint humores in corpore, ꝙ si color capillorũ nõ proportione respõdeat humoribus vt si humores pituitosi, & capilli nigri, vel humores bilioſi, & capilli subruffi, signũ est, ꝙ tales sunt ratione temperaturę cerebri. Ego verò puto melius exponendũ hoc modo: Quoniã duo concurrunt ad colorãdos capillos, cerebrũ, s. & humores, ideo dicit Gal. hęc signa intelligenda sunt, nisi humores contraoperentur: fieri namque potest, ꝙ in aliquo cerebrum sit tempe

ratum

ratum, & hepar calidum & ſiccum, & ex conſequẽti humores aduſtos generet, quo quidem caſu capilli, qui ratione temperaturæ cerebri flaui eſſe deberent, & medij inter criſpos, & ſimplices, erunt magis ad nigredinem vergentes, magisque criſpi, quàm cerebro temperato cõueniat, atq; hoc propter humores, qui pro generatione coloris capillorum ſemper agunt: cum igitur humores proportione non reſpondent cerebri cõplexioni, tunc: capilli neq; ex toto humorũ naturã cõſequuntur, neque cerebri naturã: quo quidẽ caſu oportebit nos ex aliis ſignis cerebri temperiẽ inueſtigare. Dices, cũ non ſimus in regione temperata ex his ſignis non habebimus vtilitatẽ. Licet hiç ſoleant quęrere expoſitores, atq; examinare an ſub æquinoctiali ſit temperata habitatio, vt voluit Aui. an verò nulla ſit habitatio, vt aſſerit Auer. vbi Aui. ſententiã reprobat, an uerò ſit mala habitatio ob calorem, vt alij uoluerunt, tamen quoniam hęc tractatio magis ſpectat ad primum Canonis Aui. omiſſis, his, dicam Gal. ſententiam, qua ad iam propoſitum dubium reſponderi poſſit. Gal. igitur ait Græciæ regionem eſſe temperatã, ſed maxime quod in medio habetur. cuiuſmodi eſt patria Hip. quæ tum hieme tum æſtate mediocrem temperiem exhibet, vere autem, & autumno multo magis: item Zona exquiſitam habens temperiem, ac media orbis terrarum ad ortum, & occaſum eſt, quæ per Gnidum, & Coum, & quęcũque loca non multum ab his receſſerunt vel ad aquilonem, vel ad auſtrum: patet itaque quam voluerit eſſe exquiſite temperatam quę eſt in quarto climate, & declarans Gal. in quibus locis audiendæ ſunt cõſtitutiones, de quibus Hippo. ait. Audire enim oportet omnes, de quibus ſcripſit Hippo. conſtitutiones in locis factas terrę habitabilis temperatis, exceptis ab hoc ſermone Thraciæ locis quæ à mari diſtant, hæc enim à frigiditate, & humiditate modum exceſſerunt, vt quę & ad Ægyptũ, & Libiam attineat loca calida ſunt, & ſicca, exceptis & hic illis, quæ mari adiacent, locis: in frigidis namque quales ſunt circa Thraciam ac Pontum regiones, quoniam loca mari adiacentia humilia ſunt, ob hanc cauſam calidiores habent temperaturas, in calidis verò quales Ægyptus, ac Lybia, quoniam reſtare ventis ab vrſa flantibus refrigerantur, idcirco minus ſunt calida his, quæ ad mediterranea receſſerunt: ex his itaque conſtat, quòd Gal. non ſolum appellat temperatam, quæ præciſe in medio eſt, ſed & alias, quæ circunſtant, partes autem extremas duntaxat excipit: vnde quartum, & quintum clima vſque ad principium ſexti pariter & tertium vſque ad initium ſecundi erunt comprehendenda in regione temperata, in qua & ex illis extremis loca mari propinqua

prima 1. doct. 3. ca. primo.
2. methaphi. 2. de tuẽd. ſan. poſt medium.
3. aphor. 14.
ibidẽ com. 15.

©BIU Santé

propinqua continentur, in frigidis quidem quoniam humilia ſunt, ſitque maior radiorum retractio, & ex conſequenti frigiditas contemperatur, in calidis verò, quia propè mare flant uẽti ab urſa æſtatis tempore, quibus caliditas contemperatur, cum illic venti frigidi ſint: Quæ ſanè ſententia colligitur ab Hippo. ubi ait, quòd regiones in locis humilioribus calidiores ſunt, quę uerò in altioribus, frigidiores. Cum itaque tota ferè Italia mare circum circa habeat, cumque ſit in quinto climate, erit numeranda inter regiones temperatas, de quibus Gal. Pars vero, quę diſtat à mari, & eſt propè ſextum clima, vt Mediolanum, nõ eſt ita temperata: Hac igitur declaratione patet reſponſio ad dubium, & quomodo hęc ſigna nobis deſeruiunt, vt enim regio temperata latitudinem habet, ita & complexio temperata. Quo etiam loco vnum eſt adnotandum, quòd Auer. Gal. recitans opinionem dicit, & Gal. ait ꝙ temperatior regio eſt terra grẽcorum, & inter alias terra Hiſpanicis debet legi, Hippocratis, Subdit in contextu Galenus.

lib. de lo. ae. & aqua

2. colli. ca. ultimo.

Si verò calidius ſit, quàm oportet, in altera verò oppoſitione bonã habeat temperaturam, ſiquidem in caliditate exceſſerit omnia, quæ dicentur, validiora erunt inditia, ſed ſi paruus fuerit exceſſus, imbecillia: communis autem hæc ratio ſtatuatur in omnibus partibus, quarum in temperaturis vniuerſis inditia ſumus tradituri.

Superius cap. 8. poſuit Gal. vnum documentum ꝙ ſigna inſalubriũ, neutrorum, & ſalubrium in ſanitatis latitudine ſola quantitate diſtantię inter ſeſe diſtinguuntur, dixitque eo in loco de toto corpore, præſenti verò contextu idem repetit, & quoad partes dicens, quod ſi cerebrum ſit temperato calidius, in altera autem oppoſitione nempè humiditate & ſiccitate temperatum ſit, ſiquidem caliditatem intẽſam obtinebit, omnia indicantia calidam temperiem erunt intenſiora: ſi verò exceſſus fuerit paruus, & caliditas remiſſa, prædicta quoque remiſſa, vt venæ in oculis apparentes cerebrum eſſe calidum indicant, quanto autem cerebrum erit calidius, tanto magis venæ ſenſui patebunt, quæ verò quoad ſenſum è conuerſo ſe habent, cerebrum quoque remiſſiorem caliditatem obtinebit: ſubdit autem, quod hæc ratio, ideſt regula ſtatuatur in omnibus corporis partibus, quarũ ſumus tradituri ſigna in omnibus temperaturis & ſimplicibus, atque compoſitis, nempè quòd inditia calidæ temperaturæ erunt validiora, & imbecilliora, prout caliditas

tas erit intenſior, atque remiſſior, quod autem de hac dictum eſt tẽperie, pariter & de alijs ſimplicibus atque compoſitis dicatur: Quo ſanè documento manifeſtum eſt, quonam pactò hac quidem ratione facile eſt habere ſigna ſalubrium vt multum, & neutrorum ſimpliciter, perceptis ſignis ſimpliciter inſalubris.

Signa calidi cerebri. Cap. 14.

DEINCEPS igitur ſigna caliditatis cerebri præter ea, quæ nuper diximus, ſunt, quòd ea, quæ circa caput omnia rubicunda, & calida magis, & quæ in oculis uenæ magis ſenſui patent.

HOc capite incipit ponere ſigna cõplexionum cerebri intemperatarum, atque in primis ſimplicium, mox & compoſitarum, ſumpto initio à calida duntaxat tẽperie: & dicit tranſlatio Leoniceni. Deinceps igitur ſigna caliditatis cerebri præter ea, quę nuper diximus; ſecundum quam talis eſt ſenſus, quòd præter ſigna, quæ dicta ſunt, nunc alia ſigna cerebri calidi dicenda ſunt, at antiqua tranſlatio ait, in his, qnæ prędicta ſunt, iuxta quam vult dicere Gale. ſigna calidi cerebri ſtatuenda eſſe in his, quæ prædicta ſunt, ſcilicet in regionibus temperatis, & in habentibus humores proportione reſpondẽtes cerebri complexioni, & in rei veritate ſigna ipſa hoc modo ſunt exponẽda, quę quidẽ, ne eò modo intelligantur vti declarabimus falſa erũt: Verũ litera greca ſic iacet, ἐπὶ τοῖς ἐμπροσθεν ἀρχομένοις propoſitio vero ἐπὶ licet ſignificet in, & poſt, cum tamen ſignificat in, cum accuſatiuo potius conſtruitur, cum autem iũgitur datiuo, vel reddit cauſam, & ſignificat propter, aut pro, aut ſignificat ſuper, aut poſt. Quare videtur melius exponendum ſecundum nouas traductiones, magis enim ſeruant græcorum loquendi modum, nam dicit Cale. ſe patrijs vti nominibus, permittens aliis pro arbitrio nomina imponere: Deinceps autẽ Gal. de his ſolum meminit, de quibus in ſuperioribus nullam fecerat mentionem, vel pro maiori parte, vt ſatis cuique apertum eſt. Quod autem ſuperius poſuerit ſigna cerebri caliditatem indicantia, patet, vt cum dixit, quòd mutabilitas in opinionibus cerebrum eſſe calidum indicat. Primum itaq; ſignũ, quod hic addit, eſt, quòd ea quæ ſunt circa caput ſunt calida, & rubicunda, magis, ſuple tu, quàm in cerebro temperato: Neque verum eſt, q cerebrum calidum (vt ait Truſia.) cutim

5. de acci. & mor. nõ longe ab initio.

©BIU Santé

sianus.) cutim calefaciat,& ob id cerebri partes eo modo conspiciãtur, cerebrũ namq; quantũcunq; calidum (vt asserit Gal.) cute frigidius est. Neque etiam verum est, quòd cerebrum calidum partes circunstantes calefaciens, ad eas sanguinem transmittat, quare fiũt calidæ,& rubicundæ, quoniam vt idem testatur vene ad summum capitis ascendunt,& ita primo ad cutim, mox descendunt, & sanguinem ad lacunar pro nutrimento capitis deferunt: Quare dicendum est, quòd duę rationes assignari possunt, altera quidem, quod cerebrũ frigidum partes adiacentes infrigidat, quas quidẽ tanto minus infrigidat, quanto ipsum minus est frigidum, quare partes illæ restãt,& magis calidæ,& ex consequenti rubicundiores: altera verò, q̃ cum pars quælibet pro sui nutritione vim sanguinem attrahendi habeat, quanto pars est calidior, tanto vim habet attrahendi validiorem. Quanto igitur cerebrum est calidius, tanto maiorem sanguinis portionem attrahit, qui cum prius ad cutim perueniat, eam reddit,& partes circunstantes calidiores, atque rubidiores. Dices, si in habente cerebrũ frigidum hepar calidũ & humidũ multũ sanguinis generauerit, multa quoque eius copia per totũ distributa per venas ad caput ascendentes mittetur, quare partes illæ calidę fient, atque rubidæ, dato, quòd cerebrum non attrahat. Respondent nonnulli, quòd ad cerebrum sanguis non ascendit, nisi cerebrum attrahat. At hoc non videtur consonum, cum in corpore multa sanguinis copia adsit. Responsio igitur vera est, quòd hoc signum intelligendum est, nisi humores contraoperentur, nam si hepar frigidum esset,& siccũ paucum generans sanguinem cerebrum calidum tantum sanguinis attrahere nõ posset, vt partes sibi adiacentes fierent & calidiores,& rubicundiores, quàm in cerebro temperato: Intelligendum igitur est, quòd data paritate in cæteris partes dictę in cerebro rubidiores erunt. Veruntamen aduertendũ est pro dictis atque dicendis, quòd volunt multi omnia huiusmodi signa esse intelligenda cum hac limitatione, de qua supra Gal. in regione scilicet temperata,& nisi humores, aut aliud membrum obstiterit, vt ostendetur facillime, cum de signis cordis,& hepatis agemus, cũ ait si cor calidum totum calidum:, nisi hepar obstiterit. Quòd autem in omnibus ita intelligere oporteat, videtur authoritas Galeni inferius vbi ponens signa frigidi,& sicci cerebri, dicit: Frigidæ verò,& siccæ cerebri intemperaturæ frigidum,& minime coloratum sui ratione caput reddunt, semper enim memoria repetenda, quæ à nobis ab initio est distinctio posita, vt præterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alterentur, quę circa ipsum consistunt: In oppositum est, quod

1. de temper. 3.
9. de vs. par. 5.
6. de acc. & mor. 3.
cap. 20.

quod ſuperius dicit Gal. ſcilicet quæ dicta & dicenda ſunt, accipere oportet in temperata regione, quæ verò attinent ad capillos non tantum ad locorum, ſed & ad humorum temperiem referenda ſunt, ergò videtur, ꝙ in alijs ſufficiat, vt in regione tẽperata intelligantur: item generare bilẽ ſignũ eſt calidi hepatis, quod ſemper reperitur, neq; addi opus eſt, niſi humores, vel quid aliud obſtiterit; adhęc id nõ eſt addendum ſignis ſumptis ex cerebri operationibus. Neq; dici põt, ꝙ gratia humorum aliquando fiunt deliria & huiuſmodi, quoniam Gal. de cerebro ſano loquitur: itẽ cerebrũ quoque à nutrimẽto ſtatim alterari non põt, ita vt eius actiones diuarientur, cerebrum namque nutrimẽtum vincit, ꝙ ſi quãdoque tractu tẽporis temperies cerebri alterabitur, cum temperiei mutatione actionum quoq; variatio efficietur. Quum igitur hinc inde videantur authoritates, & rõnes, ne amplius hæſitetur, vnum eſt aduertendum, ꝙ aliquãdo vnus effectus ab vna ſola cauſa prouenire põt, vt bilis generatio à ſola hepatis caliditate in corpore ſano, & huic nil aliud eſt addendum, ſed abſolute proferẽdũ, ꝙ ſi hepar calidum, bilem gignet, & ſi bilis adeſt, abſolute ſignum calidi eſt hepatis, quandoque autem vnus effectus à pluribus cauſis prouenire poteſt, & tunc limitatio eſt addenda, vt cum caliditas partium capitis fieri poſſit, & cerebri caliditate, & ſanguinis quantitate, qualitateque, hoc quidem caſu limitatio ſtatuenda eſt: pariter quoniam totius caliditas nõ ſolum fit cordis, ſed & hepatis caliditate, addenda limitatio, niſi cor, vel hepar obſtiterit. Reſpondeo autem ad oppoſita ꝙ infra, cũ dicit ſemper audire oportet, & quæ ſequuntur, intelligendum eſt, quando effectus à pluribus cauſis prouenire poteſt: cum verò ſuperius dixit illud de capillis, intelligendum eſt, de his etiã quæ ſunt capitis ſimilia, quæ à diuerſis cauſis fieri poſſunt, vtpote color, & criſpitudo capillorum. Addit in contextu ſecundum ſignum, nempè ꝙ venæ in oculis magis patent, quàm in temperato: Quod quidem haud intelligendum eſt, vt nonnulli, ꝙ venæ ſunt maiores caliditate cerebri eas extendente, quandoquidem venæ ab hepate ortæ maiores fiunt, minoreſvè gratia maioris, minorisvè caliditatis hepatis. Intelligendũ igitur eſt, ꝙ magis patẽt, quoniã ſanguine magis replẽtur, & tale quid accidit, quod in generatione phlegmonis, cũ ſanguis mittitur ad particulã, in qua phlegmõ efficitur, replentur venæ, & quæ prius erant occultæ, ſenſui patent. Proinde ſignum hoc cum limitatione, vt ſuperius, intelligendum eſt, etenim à cauſis pluribus fieri poteſt, quemadmodum manifeſtum eſt. Subdit & tertium ex capillis in contextu, dicens,

Capilli

©BIU Santé

Capilli quoque in his ſtatim in lucem editis habent in capite ortum, & cum plurimum in caliditate à mediocri temperatura receſſerint, nigri, & robuſti, & criſpi fiunt, cum verò non multum, ſubflaui quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiuntur, atq; eò magis, qui plus modico ſunt calidiores.

1.3. trac.1. cap.17. Primum quidem declarat ex cito eorũ ortu, quòd ſcilicet ſtatim his in lucem editis oriuntur, Auic. huic ſigno addit quòd citius capilli naſcuntur non tantum à principio natiuitatis, vt Gal. ſed & in ventre: q̃ quidem Aui. additum à Gal. quodammodo ſubobſcure comprehendi dicere poſſumus, qñ dixit, q̃ ſaltim habẽt ſtatim ortũ ipſis in lucem editis: vnde antiqua, & Laurentiani litera non habet, in lucem editis, ſed quòd in talibus celeriter oriuntur, & hoc modo clarius intelligi poteſt vel in ventre, vel poſt ortum, vt voluit Aui. Secũdo autem ex colore capillorum, nempè, quòd ſi caliditas multum receſſerit à temperie, capilli erunt nigri: Tertiò verò ex fortitudine, & imbecillitate capillorum atque figura: quare ſubdit, & robuſti, hoc eſt fortes non facile frangibiles, & criſpi; ſi verò non multum receſſerit in primis (ait) ab initio fiunt ſubflaui, ſcilicet in infantia, deinde procedẽte tempore nigricãt, ita q̃ nigri non efficiuntur, vt prædicti, & addendum etiam eſt, quod minus criſpi fiunt, cauſa autem huius in promptu eſt, quoniam maior caliditas humiditatem magis exiccat: Qua etiam ratione dicuntur robuſti, & nigriores, quando caliditas maior erit, & intelligendum quoque eſt, ſi humores proportione reſpondeant cerebri temperaturę, vti ſuperius declaratum eſt. Addit poſtremo, quod progredientibus ętatibus caluitium patiuntur, quod quidem tanto citius euenit, quanto ſunt calidiores. Cauſa caluities ſuperius eſt explanata ex Gal. & Ariſt. quo etiam loco rationẽ reddit Ariſt. cur capilli ſint craſſi, quæ talis eſt, quoniam cutis capitis craſſiſſima eſt, & rara, & humoris plurimũ continet, ibidemque ponit cauſam longitudinis capillorum, dicens, cum etiam vt pili longiores, breuioresvè ſint, cauſa eſt, q̃ humor qui euaporetur, non facile exiccari poteſt, cauſa verò ne facile exiccetur, duplex eſt, ſcilicet quantitate, & qualitate, nam ſi humor aut multus aut pinguis eſt, non facile exiccari poteſt, ideoque hominum capilli longiſſimi ſunt, cerebrum enim quod humidum & frigidum eſt, largam humoris copiam præbet. Subdit in cõtextu quartum ſignum ex ſuperfluitatibus & ex conſequenti ex naturalibus operationibus hunc in modum dicens.

5. de gene. anim. 3.

Ex-

©BIU Santé

EXCREMENTA *verò, quæ per palatum, & nares, & oculos, & aures pauca & concocta ipſis exiſtunt: cum integram habuerint ſanitatem.*

Huius quidem duplex eſt cauſa, vna quidē, quoniā quanto caliditas partis eſt maior, tāto magis ſuperfluitates diſſoluit, quæ ex proprio nutrimento reſecantur, altera autem, cum cerebrum ſit membrum frigidum contra ſe habet, quàm hepar, quod cum naturaliter ſit calidum, quanto calidius, tanto magis generat de colerica ſuperfluitate, cerebrū vero quanto eſt calidius, tanto melius nutrimentum concoquit; quare in eo ſuperfluitates ſunt pauciores, atque concoctæ: Atque hic conſulto omitto friuolas obiectiones, quę nullæ ſunt, hoc autem intelligēdum reſpectu cerebri temperati, non autem frigidi, vt voluit Iacobus, & alii, etenim omnia huiuſmodi non niſi facta ad cerebrum temperatum comparatione ſunt perpendenda. Dices, ſuperius ex Gal. dictum eſt, quod cerebrum integrē ſanum ſuperfluitates non multiplicat niſi per palatum, & tamen hoc loco dixit Gal. quod excrementa per palatum, nares, & aures erunt pauca, atque concocta. Dico ego, q̄ Galen. ſentit omnia illa excrementa eſſe pauca, & cocta, quoniam licet non ſint cerebri, ſunt tamen partium, quę ad cerebri diſpoſitionem conducunt, & hac quidem ratione non ſolum cerebri excrementa, ſed & illarum partium pauca erunt, atque concocta. Addit autem quæ illi contingant, cum caput repleatur, dicens. 8. de uſu par. cap. 6.

CVM *verò eis caput repletur, continuò enim ac tum præſertim cū nullam ſeruauerint victus rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ipſis excrementa, ſed non incocta generantur, implētur q̄, atque aggrauantur eorum capita à calidis cibis, & potibus, odoribus, atque hiſce omnibus, quæ extrinſecus occurſant; in quorum numero eſt & qui nobis circunfunditur, aer, ſed præterea magis ſi non ſolum natura calida, ſed & humida talia corpora extiterint.*

Vnde cum ex praua uictus ratione, & ciborum, ac potuum multitudine humores multiplicentur, cerebrum, calidum multum eorum attrahet, & tanto magis quanto illi humores erunt calidiores, & quanto ſtatim poſt cibum vtetur homo exercitatione, qua quidem Gale. ait maxime caput vaporibus repleri. Eſt autem aduertendum, q̄ litera antiqua 6. de tuēd. ual.

©BIU Santé

tiqua habet, Continuò enim & maxime eis hoc tale accidit, quando negligenter dictam obseruant. Ex qua posset intelligi, quòd in his maxima fit capitis repletio, ꝙ quidem falsum est, cum in cerebro calido & humido maior repletio efficiatur: Subdit autem ex quibus talia capita facile repleantur, nempè ex cibis calidis, vtpote in quibus ingrediuntur aromata, ex poribus calidis, & odoribus, ac omnibus extrinsecus occurrentibus, quemadmodum sunt vapores, fumi, balnea, & id genus, quæ medio aere extrinsecus occursant: Vnde subdit, quòd aer nos circundans est de numero eorum, quæ nobis extrinsecus occursant, quinimmo quę extrinsecus caput replent, mediante aere nobis obijciuntur. Et ita habemus, quod tale caput facile repletur à calidis, & extrinsecus occurentibus, atque intrinsecus assumptis, causamque cur ex mala victus ratione caput repleatur, quæ quidem manifesta est. Dubitant expositores nũ in cerebro calido superfluitates omnes sint pauciores, quàm in temperato, non enim videtur, propterea ꝙ pars quanto calidior, tanto copia maiori bilis flauæ abundat. Respondeti potest, omissis, quæ ab alijs dicuntur, ꝙ licet plus bilis habeat, quam temperatum, nõ tamẽ omnes superfluitates simul plures sunt, sed è contrario. Vel dicatur, ꝙ membrum calidum respectu cutis, quanto calidius, tanto biliosius est, cerebrum autem quãtuncunque calidum, cute frigidius est: quare de eo dici non potest, quod quanto calidius tanto biliosius est: Ex dictis autem collige, quod non recte fit temporibus nostris, cũ omnes lauant caput cum lixiuo absque vlla distinctione, in habentibus.n. caput calidum, id vtique magis adhuc calefit, & præsertim quoniam nunc cæteræ partes non lauantur, aucto autem calore capitis humiditates plures ad caput attrahuntur, quæ eo casu catharros generant, ad quod quidem prohibendum opus est cum lixiuio satis dulci aquam rosatam permiscere, & in eo rosas decoquere, atque alia infrigidantia, & repercutientia, quæ à cerebro attrahuntur, ꝙ si cerebrum esset humidũ eo casu conuenirent exiccantia. Sed occurrit hic dubium, quomodocerebrum ab odoribus impleri & aggrauari possit. Respondẽt quidam, si tenemus odorem fieri per fumalem euaporationem, clare patet, quòd odor cerebrum replet, & calefacit, si vero quòd odor fiat per speciem pariter dicendum est, ꝙ species illa calefaciat, dicebat namque Aristot. naturam organum odoratus in cerebro constituisse, vt cerebrum frigidum ab odoribus calefieret, cerebrum autem excalefactum attrahit, & ex consequenti repletur. Veruntamen dubium est, an vt fiat odoratus necessario requiratur, vt euaporatio perueniat ad organum, an vero fiat per speciem, vt habet Auer. vbi reprobat opinionem Aui. qui vt sibi

libello. de sens. & sensi.

2. de ani. 97.

©BIU Santé

bi attribuitur, voluiſſe videtur requiri fumalem euaporationem ad organum adoratus aſcendere. Sed Aui. 6. naturalium narratis duabus oppoſitis opinionibus velle videtur, quòd vtroq; modo fieri poſſit, & per euaportationem, atque ſpeciem ipſam: opinio quidem ſuſtinens, quòd per ſpeciem efficiatur, ſoluit omnes ferè apparentias, & rationes dicēs, q odor ſpeciem ſpiritualem multiplicat, ſed non ad quamcunque diſtãtiam, odorabile namque ad certam vſque diſtantiam poſitum poterit ſpeciem multiplicare, atque ſentiri, ſed ad maiorem diſtantiam poſitũ non poterit ad organum vſque odoratus multiplicare, ſed opus eſt, vt ex odorabili fumalis eleuetur euaporatio, quę ad tantam vſque diſtantiam perueniēs ſubito multiplicat ſpeciem vſque ad odoratus organũ, ſi quidem ſpecies non habet cõtrarium: & hoc quidem modo ſaluatur cur uenti aliquando odores impediant, quod non eſt, quia ſpeciem prohibeant, ſed fumoſam euaporationem, quæ attingat ad illam vſque certam diſtantiã, propinquitatem vè, qua ſubito ſpeciem ad organum vſq; multiplicare valeat: Eadem quoque ratione contingit, q odorabile delatum in camera non percipitur, quoniam opus eſt, vt fumalis eleuetur euaporatio: pariter & alia id genus multa hunc in modum diſſolui poſſunt. Verũ eſt vna apparẽtia, quę difficile ſoluit, quã Gal. tetigit, vbi ait, q natura tegit ſenſorium odorum tegmento, quod & poſſet id cuſtodire, & non prohiberet obiectorum tranſitum, ſed ſi non erat prohibiturum, tanto id rarius oportebat fieri adiutorio tegmine, quanto obiectũ eius, quàm auditionis craſſiorum eſt partium, ferè enim quanto deficit ſubtilitas aeris à luce, tanto & vaporis ab aere, licet autem ex ipſis, quę nobis euidenter apparent, conſpicere inquantum amplitudinis peruenire neceſſarium eſt poros velaminis harum partium, obſtructis enim ab aliquo naribus, vt & alicubi Plato ait, odor quidem nullus pertranſit, ſpiritus verò odore priuatus ipſe ſolus ſequitur: at vero manifeſtũ eſt, hoc cum tale appareat oſtendere craſſiorum eſſe partium vaporem: Quod ſi per ſpeciem ſpiritualem fieret odoratus obſtructis naribus, vt aer pertranſire poteſt, ita & ſpecies odoris, quæ aere ſubtilior eſt, cum hęc ſpecies in aere ſit, vt & coloris ſpẽs. Iſtud hercle validius eſt argumentũ, quod in hac materia fieri poſſit, ſolutuq; difficile: & ex eo loco, & ipſa experientia parere vt Gal. ſniam extitiſſe, q non ſolum ſpecies odoris, ſed & fumalis euaporatio ad odoratus organũ perueniat, nec non quomodo ſecundum ipſum odor cerebrum replere poſſit: Quę ſanè quęſtio licet diligentiori egeat inquiſitione, hæc tamẽ pro nunc ſat dicta ſint, vt quintum ex ſomno ſignum à Gal. deſcriptũ aggrediamur.

8. de uſ. par. cap. 6

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 205 sur 753

©BIU Santé

Brevibvs autem somnis huiusmodi temperaturæ contenta sunt, neque admodum profundis.

Pro huiusce signi declaratione sciendum est, quæ sit causa somni & quomodo somnus efficiatur. Aristote. inquit, quòd somnus & uigilia sunt passiones animalis, & ipsius sensus, & quòd contraria sunt, quorum alterum necesse est inesse. Dormire itaque (ait ipse) est cessatio sensuum ab opere, quoniam quæcunque natura exercet aliquod opus, quando excesserit tempus, in quo quippiam efficere possunt, lassescere illa, & ab opere cessare necesse est, vt oculi cõtuentes, & manus, reliquaque omnia, quæ aliquid operis habent: Fit autẽ somnus, quoniam necesse est animale capere cibum, qui in ventre concoctus in hepate per venas mittitur, at ab eo tum in uenis, tum in ventre, & intestinis & hepate existente exhalationes calidæ eleuãtur, quæ sui natura ascendunt, cum verò fuerint in locis supernis à cerebri frigiditate confrigidatæ, & factæ crassiores retroferuntur, retrocedentesque ipsum calidum propellunt, ad cor scilicet tanquam ad proprium principium, & tunc somnum efficiunt: & hinc est, quòd post cibum potissimum somnus generatur. Aner. autem cum dixit, quòd dormire est ligamentum & quies sensuum, & reuersio ipsorum ab instrumentis eorum ad partem intrinsecam corporis, quæ quidem recursio non fit nisi per reuersionem caloris naturalis ad partes interiores, & ideo cum homo dormit, partes exteriores refrigerantur, & concoctio ualidior fit, quia calor secedit ad partes, vbi cibus est concoquendus, & iste recessus caloris non nisi est ad cor, quoniam nõ nisi ẽt calor à corde ad membra transmittitur: subdit postea, ꝙ cum calor nõ dilatetur ad exteriora, nisi ob eius quãtitatis augumentũ, ita eius retractio nõ fit nisi pp eius imminutionẽ, idq; fit necessariò dominantibus super ipsum frigiditate, atq; humiditate. Quare somnus efficitur, qñ infrigidatur, & humectatur calor, ex quo diminuitur in sui quantitate, & ad suã radicẽ reuertitur: & quoniam iuuamentũ cerebri fuit, vt cordis caliditatẽ, siccitatẽque cõtẽperet, ideo maiorẽ huiusce operationis partẽ cor à cerebro suscipit, qm̃ & à cibis quodãmodo aliqua refrigeratio fieri potest: accipiet autem id à cerebro, cum in eo dominabitur complexio frigida & humida, quod præcipue contingit, cũ cibi assumuntur. Quod autem somnus haud fiat, nisi per frigiditatem & humiditatem indicio sunt cibi frigidi & humidi, ex quibus gignitur somnus, sicut uigilia ex calidis, & siccis. Vnde (idẽ ait) materialis causa somni vapor humidus est à membris infernis ad cerebrum per

Libel. de som. & uig.

3. coll. 21.

reptans

©BIU Santé

reptans, qui tandem a cerebri frigiditate incrassatur, & descendens inferius ad membra meatus virtutũ sensibiliũ obstruit: addit quinetiã ipse, quòd post laborem somnus aduenit, propterea ꝙ caloris natura lis quantitas diminuitur, & refrigeratur: quare ad suum principium reuertitur, vt milites imminẽte magno periculo ad proprium ducem. 4. de acci. & mor.

At Gal. ait causam somni esse, vt animalis facultas aliquando cesset ab opere, ponitque somnum fieri cerebrõ repleto exhalationibus prohibentibus vim animalem ab eo defluere, quæ in vigiliis continue defluit, & ob id omnia cerebrum replentia humiditate somnum conciliare: & addebat, quòd somnus incidit cum natiuus calor, aut ex fatigatione, & nimia siccitate ad alimentum se conuertit, aut ob immodicã humiditatem foras egredi nequit, quorum salubris est primus, atq; naturalis, alter verò nõ naturalis, vt qui in comatibus, & Lethargis. Gal. igitur statuit, quòd causa somni sit nimia caloris siccitas, & ideo retrahit sese, vt à cibo humectetur. Auer. autem ponit somni causam esse frigiditatem, atque humiditatem, & ex consequenti caloris imminutionem: cum autem videamus, quòd superflue defaticati aliquãdo nõ minus profunde dormiunt, quàm humectati, Gale. potius credendum est, si voluit ei Auer. contradicere: constat itaque ex dictis, quòd somni erunt breuiores in cerebro calido, si quidem vapores non ita infrigidari poterunt, vt somni fiãt longi, atq; profundi: subdit demũ in altero cap. de signis oppositis cerebro calido, vtpote cerebro frigidioris. 3. de caus. pul. 10.

Signa frigidi cerebri Cap. 15.

FRIGIDIORIS verò, quàm oporteat cerebri inditia sunt, plura in propriis meatibus excrementa: & capilli recti, & ruffi, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascuntur tenues, atque ab initio male nutriti, & facile à causis frigidis offenduntur, atque hoc ipso offensionis tempore distillationibus, & grauedinibus capiuntur: neque si tetigeris partes ad caput attinentes admodum calidæ sentiuntur, neque si inspexeris, rubicundæ apparent: & oculorum vena omnino visum effugiunt: & somnolentiores quodammodo sunt.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 207 sur 753

©BIU Santé

EX quinque ſignis, quæ cerebrum eſſe frigidius indicãt, primum eſt excrementa plura in proprijs meatibus, quæ & inconcocta ſunt, quinimmo ſunt & plura, inconcocta enim per cauſas oppoſitas: ſecundum autẽ ex capillis eſt ſignum, ſunt namque primo recti, cum in calido ſint criſpi ob cauſas pariter oppoſitas, deinde ruffi, hoc eſt ætate conſiſtentiæ, qua in temperato ſunt flaui, & in calido nigri, vel ad nigredinem tendentes, quod parirer intelligendum eſt ob cauſas oppoſitas, præterea ſtabiles, i. facile non fiunt calui, nati lõgo tempore poſt natiuitatem: Laurentianus, & antiqua tranſlatio non habent poſt natiuitatem, dicta autem ob cauſam oppoſitã reperiuntur: tenues, i. ſubtiles, & male nutriti, ſeu exiles ex materiæ defectu, ex qua ipſi capilli & generantur, atque nutriuntur, vti ſuperius de aliis dictum eſt. Tertium ſignum eſt, quòd à cauſis frigidis facile offenduntur, vt calidum à calidis: ideo dixit, quòd calidum grauatur à cibis, & potibus calidis, nec non & ab ipſis odoribus, deſtillationibus quoque & grauedinibus offenduntur tempore offenſionis, cum ſcilicet a cauſis frigidis patiuntur, multiplicantur namque in cerebro ſuperfluitates, quæ ad partes infernas confluunt, quòd ſi defluant ad pectus, deſtillationes dicuntur vel catharri: ſi ad nares, grauedines, uel corrizæ, deſtillationes autem non ſolum generantur (vt ait Truſia.) quomodo pluuia in magno mundo, quæ fit ex vaporibus infrigidatis in media aeris regione, ſed & ex ſuperfluitate proprij nutrimẽti. Quartum ſignum eſt, quòd partes attinentes ad caput neque calidæ ſunt, neque rubicundæ, & venæ oculorum haud apparẽtes, quæ omnia per oppoſitas cauſas verificantur. Poſtremum ſignum eſt, quòd ſomnolenti quodammodo ſunt, vti de alijs dictum eſt. Subſequitur alterum caput de ſignis ſiccioris cerebri.

Signa ſicci cerebri. Cap. 16.

SICCIORIS *autem cerebri inditia ſunt pauca ſuperfluitates effluentes, & ſenſuum perſpicacitas, ſunt autem ad vigilias prompti, & capillos habent robuſtos, & qui celerrime eis genitis ſtatim innaſcuntur, criſpi autem potius ſunt, quàm recti, cito autem calui fiunt.*

Primum

©BIU Santé

PRimum quidē ſumitur ex ſuperfluitatibus, & tales paucę ſunt à naribus & aliis conueniētibus regionibus effluē tes, ſiquidem humiditas cerebri ad multiplicandas potius ſuperfluitates efficit, ſicut ſiccitas ad conſumptionem. Dices, videtur, quòd in cerebro ſicco non fiat ita bona digeſtio, ſicut in cerebro temperato, ergò in eo maior ſuperfluitatum quantitas generabitur. Reſpondeo, omiſſis aliorum reſponſionibus, quòd cerebrum eſt frigidum & humidum reſpectu ęqualis ponderalis, quare cerebrum quātumcunque ſiccum, eſt humidius cute: quamobrem cerebri ſiccitas haud prohibebit, cum cerebrum ſiccum nutrimentum ſuum bene concoquat, vt temperatum, & ob id ratione coctionis in ſicco plures ſuperfluitates, non erunt, ſed potius ratione ſiccitatis pauciores. Secundum ſignum eſt ſenſuum perſpicacitas, Laurentiani verſio habet, ſenſus diligentiores, & antiqua ſenſuum perfectio, Aui. autem dicit ſenſuum claritas: verum tamen omnes in vnum concurrunt, quod in iſtis ſenſus ſint profectiores. Circa hoc ſignum dubium eſt, num cerebrum ſiccum ſenſus habeat perfectiores, vt omnes prædictæ tranſlationes innuere videntur. Reſpondent nonnulli, quòd voluit Gal. habentes cerebrum ſiccum ſenſuum claritatem obtinere, quoniam cum ſuperfluitates ſint paucæ, organa ſenſuum mūda erunt, & ex conſequenti clara, ſed non ſequitur, quòd ſenſus perfectiores ſint, quoniam in temperato ob temperamenti perfectionem, & fortè ſpirituum ad organa prouenientium perfectiores eſſe poſſunt. Quod ſanè dicunt hi, vt ſaluent in temperato ſenſus eſſe perfectiores: Verum ſuperius dictum fuit temperatum corpus omnes operationes collectiue perfectiores habere, non autem diuiſiue. Reſpondere itaq; rectius poſſumus ex Gal. qui Platonis, & Heraclyti ſententiam inſequebatur, quòd humiditas amentiā, ſiccitas verò prudentiam generat: Vnde pueri, qui ſunt amentes ex magna molę humiditatis tanto fiunt prudentiores, quanto ſicciores euadunt: quare homo inueniri non poteſt, qui ſummam habeat prudentiam, cum nullus homo penitus humiditate careat, quæ amentiam adducit: Vnde ſtellæ, & alia cœleſtia prudentiſſima ſunt, propterea quòd omni prorſus carent humiditate, ſummamque habent ſiccitatem. Si autem dicatur, quòd quanto quis ſenior fit, tanto etiam ſiccior, ergò ſemper etiam prudentior fieri deberet, videmus tamen aliquando ſenes fieri amentes, vt pueri, quod non eſſet, ſi ſiccitas faceret ad prudentiam, quinimmo tales etiam prudentiores intueremur. Reſpondet Galenus, quòd eorum amentia non prouenit ratione ſiccitatis, ſed frigiditatis, quæ

prima 3. tract. primo ca. 17.

libel. quod ani. mor. cor. temp. ſequantur cap. 4. & 5.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 209 sur 753

©BIU Santé

omnibus animi operibus aduersatur, easque impedit: vt de Galen. ait, quòd dexteritas, & prudentia à bile prouenit, quæ calida est, & ficca.

e. de natu. hum. 39.

Ex dictis autem videtur esse colligendum, quòd cum Gale. dictam opinionem approbare videatur, voluerit ipse in cerebro ficco sensus esse perfectiores, quàm in temperato, siue sensus tantum exteriores siue & interiores ipsos intelligat. Tertium signum est, quòd prompti sunt ad vigilias, hoc est facile vigilãt, idque defectu humiditatum, atque vaporum, quibus ad somnum proni efficimur. Quartum signũ est ex capillis, qui ex quatuor comprehẽduntur, primo namque in huiusmodi complexione robusti sunt, hoc est crassi, siquidẽ vapor siccus est, & ex consequenti crassus, ex quo huiusmodi capilli generãtur, secundo celerrime nascuntur, quoniam tum ratione siccitatis cutis capitis proportione respondentis complexioni cerebri, tum ratione siccitatis vaporum à cerebri siccitate productorum citius quàm in temperato & cutis, & vapor pro ipsorum capillorum generatione disponuntur, tertio crispi sunt, quàm recti, & postremo cito calui fiunt ob siccitatem scilicet, quemadmodum dictũ est. Dices, cur non posuit etiam signum ex colore capillorum? Respondendum est, quòd color maiorem, minoremvè vaporum aduſtionem consequitur, quæ non à siccitate, sed caliditate cerebri efficitur, & quoniam in actiuis temperies est, ideo capillorum color illis aderit, vt in temperatis. Proinde dubium ex dictis oritur, num crispitudo magis à calido, quàm a ficco fiat, etenim videtur esse ratio quòd magis fiat a calido, siquidem calidum magis est actiuum, quàm siccum: caliditas namque magis agit exiccando tum vaporem, ex quo fiunt capilli, tum cutim, in qua generantur, videtur quoque in oppositum altera ratio de ipla siccitate, nã caliditas crispitudinem non facit, nisi exiccando, ergò siccitas crispitudinis immediata causa est. Pro huiusmodi dilemmate dissoluendo, dicendum est, quòd caliditas cerebri plus facit, quàm siccitas, cum enim sint hæ causæ actiuæ crispitudinis, caliditas magis agit, & vaporis humiditatem dissoluit: ideo ponens Galen. signa calidi cerebri, dicit absolute, quòd capilli crispi sunt, hic verò statuens signa cerebri sicci non dicit absolute quòd sunt crispi, sed potius crispi, quàm recti; vapor autem qui est materia capillorum per siccitatem magis disponitur, quàm per caliditatem pro crispitudinis generatione, siquidem qualitas est immediate disponens pro ipsa crispitudine.

Humidi

BIU Santé

Humidi cerebri inditia. Cap. 17.

HVMIDIORIS verò cerebri inditia capilli plani, & nequaquam calui fiunt, ſenſus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, ſomni multi, atque profundi, & hæ quidem ſimplices.

INter reliqua ſigna humidi cerebri Gal. vnum ponit ex capillis, idque ex duobus declarat diſpoſitionibus, quæ in illis reperiuntur, primo quidem quòd plani ſunt, in ſicco enim ſunt magis criſpi, q̃ plani ratione ſiccitatis, quia verò humiditas vaporis aduſtionẽ prohibet, ideo capilli plani efficiuntur, ſecundo autem calui non fiunt eadẽ ratione, liquidẽ humiditas reſolutionẽ prohibet, ad quam deinceps caluitium cõſequitur. Dices, ſigna ex capillis in cerebro ſicco ex quatuor deſumuntur, vti declaratum eſt, hic autem ſolum poſuit oppoſita duorum, quæ poſtremò poſita ſunt, duorum autem priorum oppoſitorum non meminit, quod tamen faciendum videtur. Reſpondendum eſt, quòd de eis nõ meminit, quoniam in cerebro humido neceſſariò nõ reperiuntur, ſtate enim caliditate tẽperata humiditas multum intenſa eſſe non poteſt, neque ex cõſequenti vaporum eleuationem prohibere. Quare capilli poterunt & ciro naſci & pariter exiles non eſſe: vnde Ariſt. dicit, quòd capilli craſſi ſunt, ſi multa adſit humiditas viſcoſa: ſecundum ſignum eſt ſenſus turbulenti ob ſuperfluitatum multitudinem, de qua ſtatim dicet. Hinc videtur ex hoc, quòd in cerebro ſicco per ſenſuum perſpicacitatẽ voluerit eorum inſtrumentorum claritatem ex ſuperfluitatum caſtitia, de quo etiã ſigno ſupra dictũ eſt. Tertiũ ſignũ eſt excrementorũ multitudo, cuius quidem cauſa manifeſta eſt, quæ ei eſt oppoſita in ſicco cerebro deſignata, humiditas namq; cauſa eſt, quòd excremẽta ſint multa. Quartum ſignum eſt ſomni multi, atque profundi ex cauſa oppoſita, ratione ſcilicet humiditatis, quæ ſomnum conciliat, ſi quidem cauſam oppilantem, & prohibentem tranſmiſſionem virtutis animalis à cerebro multiplicat. Circa hæc ſigna oritur dubium, cur Gal. in cerebro ſicco, & humido non docet inditia ex colore capillorum, neque ex colore, & calore partium circunſtantium, neque ex extrinſecus alteran-

5. de gene. anim. 3.

1. epid. ſect. 1. & 8.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 211 sur 753

©BIU Santé

tibus, vt fecit in calido & frigido? Respondeo, quòd quædam ex dictis in calido, & frigido cerebro ex caliditate, vel frigiditate tantum proueniũt, vtpote color capillorum & partium adiacentium, earundemque partium calor, & venæ oculorum, de quibus hoc loco nihil Gal. nam cum caliditas, & frigiditas sint temperatæ, illa erunt in his vt in cerebro temperato, quædam verò sunt, quæ & ab humiditate, vel siccitate prouenire possunt, & de his præsentibus capitibus meminit. Neque etiam meminit de extrinsecus alterantibus, quoniam humiditas, & siccitas qualitates parum actiuæ sunt: quare alterationem notatu dignam vt cal. & frig. efficere non possunt. Est autem aduertendum, ꝙ signa cerebri ex sex generibus desumũtur, de quibus superius dictum est. De primo quidem genere meminit solum de capillis, cum loquutus est de signis temperaturarum speciatim cerebri, siquidem iã de alijs loquutus fuerat, de operationibus quidem sensitiuis pauca ad modum dicit, cum & supra de his dixerit, sub quibus somnus & vigilia comprehendi possunt; de motiuis verò nihil superius namque de eis dixerat, pariter de obtinentibus principatum, de quibus supra: At de operationibus naturalibus dicit, & de extrinsecus alterãtibus. Hoc igitur modo quatuor sunt genera, ex quibus signa desumuntur, ex capitis dispositione, s. ex capillis, & actionibus sensitiuis, & ex naturalib. & ex extrinsecus alterãtibus: Ex capillis ãt primo ex velocitate, vel tarditate ortus, secundo ex velocitate, vel tarditate deperditionis, tertio ex colore, quarto ex crassitie, quinto ex crispitudine, nõ autẽ ex longitudine, aut breuitate, neque ex multitudine, siquidem vt xe Arist. colligitur eædem sunt causæ horum, & crassitiei. Declaratis simplicium signis, compositarum temperierum signa aggreditur, atque in primis calidæ & siccæ complexionis.

lib. de cõsti. art. c 9.

Signa calidi, sicciq; cerebri. Cap. 18.

COMPOSITAE *autem primum calida, & sicca, secundum quã & superfluitatibus carent, & sensibus vigent, & plurimum vigilant, & citò calui fiunt: & prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento. Capillos verò habent nigros, & crispos, & tangentibus caput calidi sentiuntur, & sunt rubicundi vsque ad ætatem consistentiæ.*

Vt

©BIU Santé

VT autem facilius intelligãtur, quæ à Galeno dicuntur, aduertendum est, quòd duo signorum genera statuit Gal. nonnulla quidem ambas insequentia qualitates, alia verò vnã duntaxat, quæ tamen ab altera qualitate prohiberi possunt: quæ. n. ex vna tantũ qualitate conse quuntur, & ab altera impediri non possunt, subticet si quidem neque maiora, neque minora in his sunt, quàm in simplicibus temperaturis, quod quidem de alijs signis minime dicendum est. Est autem primum signum, quòd carent superfluitatibus, quod ambas sequitur qualitates, cerebrum enim calidum paucas habet superfluitates, sicuti & siccum, vt superius declaratum est: in tali namque cerebro bona fit nutrimenti concoctio. Si dixeris, caliditas attrahit, ergo & superfluitates esse possunt. Respondeo dato, ꝙ caliditas attrahat, absumit etiam, & siccitas ei adiũcta exiccat: quare plus faciet absumptio calidi & sicci ad faciendum, ne superfluitates adsint, quàm attractio caliditatis ad oppositum efficiendum. Aduertendũ aũt, ꝙ non intelligendum est, ꝙ omnino careant superfluitatibus, sed ꝙ valde paucæ sunt, cum vtraque qualitas minuat. Secundum signum est, ꝙ sensibus vigẽt, & loquitur de exterioribus, quorũ organa munda sunt, & vacant superfluitatibus: ob id ait, ꝙ vigent, & clari sunt: Vel dicas, quòd sensus sunt perfecti vt de sicco tantum in superioribus diximus. Tertium signum est, quòd plurimum vigilant, hoc ambas sequitur qualitates, vti præcedens, cum enim habentes calidum cerebrum, aut siccum somnos breues habeant, & facile vigilent, a fortiori hoc vtique reperietur, vbi ambæ causæ coeant. Quartum signum subsequitur, ꝙ cito calui fiunt, quod quidem similiter ambas qualitates concomitatur, cum de hoc quoque meminerit, dum de signis ambarum qualitatum calidæ scilicet, ac siccæ seiunctim verba fecit: Celerrime quoque capilli nascũtur, quod idẽ est dicere, prima namque eorum generatio celerrima est ambas consequens qualitates: addit etiam & plurimo abundans alimẽto, s. capillorũ generatio: Ex quo fit, vt ipsi robusti, vt crassi efficiantur, quod pariter ambas qualitates insequitur, cum de hoc meminerit, loquẽs tũ de calido, tũ de sicco cerebro: subdit deinde ꝙ capillos nigros habẽt, quod ex ambabus qualitatibus contingit, licet. n. siccitas per se sola ita agere non possit, vt vapores adurat, ex quibus capilli fiũt, attamen caliditati iuncta, cũ eius sit lima, adiuuat, & est causa, vt maior adustio fiat, & ex consequẽti capilli nigriores euadẽt: postremo subiũgit quoad hoc signum, ꝙ crispi sunt: quod quidem euenit ambarũ rõne qualitatum, vt ex superioribus patet. Quintũ signũ est, ꝙ tangentibus

caput

©BIU Santé

caput calidi ſentiuntur, ſcilicet circa ipſum caput: & licet hoc ſignum caliditatem tantum conſequi videatur, conſequitur tamen & ipſam ſiccitatem, quæ ita calidum acuit, ſicuti humiditas idem obtundit: quare partes capitis calidiores apparent, cum caliditas ſiccitati iuncta cale facit, quàm cum ſola caliditas agit eo modo, quo ſuperius declaratum eſt ex calido cerebro partes illas calidas fieri. Sextum & vltimum ſignũ eſt, rubicundi ſunt vſque ad ętatem cõſiſtentię, hoc eſt quoad partes ad caput attinentes, quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt: Truſſi. vult, q illud vſque ad ætatem conſiſtentię referatur non ſolum ad rubicundi tatem, ſed & ad capitis caliditatem, idque incluſiue intelligatur. ſed hæc expoſitio mihi non placet, propterea quòd ſi tunc deficeret capitis caliditas, id fieret ex cerebri caliditatis defectu, & ita calidi ſignum non eſſet, ſed frigidi cerebri. Niſi dicatur, quòd eſt ſignum cerebrum calidum extitiſſe. Rectius igitur exponendum cenſeo, quòd vſque ad ætatem conſiſtentiæ referatur ad rubicunditatem tantum, & intelligatur excluſiue, tales enim capitis partes habent rubicundas uſque ad ętatem conſiſtentiæ, in conſiſtenti autem ętate, quoniam caliditas cum ſiccitate fortius agit, ex rubicundis bruni-tendentes ad nigredinem efficiũtur: Et ex hoc conſtat, q & hoc ſignũ ambas qualitates conſequitur. Dices, cur Galen. non declarauit ſigna ex extrinſecus alterantibus? vt in aliis fecit temperaturis. Dicendum eſt, quòd vt de cerebro ſiccco tantũ declarauimus, ſigna ex extrinſecus alterantibus non poſuit, quoniam ſiccitas eſt qualitas, quę ſola minimæ actionis eſt: quare à ſiccis extrinſecus alteratio effatu digna induci non poteſt, & ita in hoc cerebro ea fiet alteratio, de qua in calido tantum. Eſt autem aduertendum, quòd licet Auicen. videatur plura ſigna ponere, quàm Galenus hoc loco, non tamen diminutus eſt, quoniam plura iam ſuperius dixerat: ideo
1.3. tract. 1. cap. 17. cum cępit docere ſigna cerebri in particulari, dixit pręter ea quæ iam dicta ſunt: Auicen. autem ponit vnum ſignum calid. & ſicci cerebri, q eſt fortitudo intellectus, q quidam interpretantur, hoc eſt diu cogitare poſſunt. Sed illud ſignum forte voluit quod dicit Auero. vbi ponit ſigna cerebri calidi & ſicci nempè, quòd ſunt veloces ad actiones, &
4. collig. 3. ita prompti ad diſcurrendum, ſed non apprehendunt niſi ſimilitudines, & non diuiſionem, quaſi dicat ſolum rerum cortices apprehendunt: Et obid ex Auer. ſententia eorum errores multi ſunt, & cogitationes malę: atque hęc omnia ei aſſentire videntur, quòd dixerat Gale. quòd habentes cerebrum calidum in opinionibus mutantur, q quidẽ fit quoniã veloces ſunt ad apprehendẽdũ, non apprehẽdunt autem niſi rerum cortices. Proinde videtur adhuc Aui. vnum ſignum addidiſſe,

de

©BIU Santé

de quo hoc loco nullam fecit Gal. mentionem, nempè, quòd adest velocitas, & promptitudo ad actiones animales. Sed potest & hoc trahi ex dictis à Galeno superius; tum quia cum tales sint veloces in opinionibus, & appetitu, ueloces quoque sunt in exequutione: At quoniam signum hoc videtur potius cõsequi cordis temperiem, ob id de eo nil egit hoc loco Gal. sed cum docet signa cordis temperaturarum.

Signa calidi & humidi cerebri. Cap. 19.

Si uero humiditas adiũgatur caliditati parum utriusque qualitatibus superantibus mediocritatem, color bonus, & quæ circa oculos calidiora, uenæ magnæ, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti, subflaui, & non facile calui fiunt. Implentur uero, atque aggrauantur eorum capita à calidis, at si humectentur, tunc multò magis excrementorum habent multitudinem.



VONIAM temperies hæc calida & humida cerebri tripliciter reperiri potest, uno quidem modo cum utraque qualitas mediocritatem parum excedet, altero autem cum ambæ plurimum superent, tertio uero cũ altera plurimum, altera verò parum excedat, aut caliditas plurimum, & humiditas parum, aut econuerso, in primis declarat signa eiusmodi, in quo & caliditas & humiditas parum excedunt. Primum autem signum est ex dispositione capitis sumptum, & primum quo ad colorẽ, quòd color bonus est, scilicet totius capitis, quod quidem contingit ex sanguine mediocriter contracto, atque hoc signum caliditatem duntaxat consequitur. De hoc autem licet in calido tantum egerit, attamen nunc quoque idem repetit, quoniam dicitur, quòd humiditas actionem caliditatis obtundit, quòdq; impedit attractionem, ideo potuisset quis credere, quòd actio caliditatis adeo ab humiditate impeditur, quòd attractionem conuenientem prohibeat, qua color bonus efficitur, ut ipse Gal. docet: secũdo autem quo ad caliditatem, hunc enim in modum dicit Leonicenj translatio, quæ circa oculos calidiora, sed illa Laurentiani melior est, dicit enim coloratiores, calidioresque, quod uerò ait de oculis intelligendum,

6. de acci. & mor.

©BIU Santé

dum eſt de venis, quòd quæ circa oculos venæ magnę ſunt. Dicit igitur quòd partes capiti attinentes ſunt calidæ, quod quidem caliditatem tantum conſequitur, neque ab humiditate impediri poteſt, vt à caliditate partes illæ non incaleſcant, vt ſuperius quoque dictum eſt: tertio verò quo ad venas magnas circa oculos, hoc eſt apparentes ob ſãguinis abundantiam attracti à caliditate cerebri venas extendentis: quod quidem caliditatem conſequitur eadẽ ratione, quemadmodum & de aliis ſuperioribus dictum eſt. Secundum ſignum ponit Gal. ex excrementis ſumptum, dicens, [Plura excrementa, & mediocriter cocta] ſic enim legendum eſt, non [Plurima] vt dicit litera antiqua, quoniam plurima ſunt vbi plurima ſit diſcraſia, hic autem loquitur, vbi non ſit plurima: & hoc ſignum ambas inſequitur qualitates: ſunt autem plura excremẽta ratione humiditatis, non autem caliditatis, quę potius oppoſitum facit: Vnde in calido tantum ait, quòd ſunt pauca, at mediocriter eſſe cocta ratione caliditatis accidit. Tertium ſignum eſt ex capillis, idque ex tribus potiſſimum deſumitur: primo namque recti ſunt, quod quidẽ humiditatem inſequitur, quę plus poteſt, quàm caliditas ad criſpitudinem. ſecundo ſubflaui ſunt, non enim ſunt flaui, vti in temperato, neq; tendentes ad nigredinem, vt in calida tantum, quoniam humiditas aduſtionem impedit: tertio non facile calui fiunt, quod quidem humiditatem conſequitur prohibentem ſimiliter citam humiditatis abſumptionẽ, ad quam capillorum defluxus inſequitur. Quartum ſignum ex extrinſecus alterantibus implentur namque & aggrauantur eorum capita à calidis, at ſi humectentur, excrementa tanto plura erũt, quanto humidiora: quod quidem ſignum ambas qualitates conſequitur, quemadmodũ manifeſtũ eſt. Quòd ſi eædẽ ambæ qualitates multum excedant, alia vtique habebunt, de quibus hunc in modum ſcripſit Galenus.

ET ſi plurimum caliditas, atque humiditas creuerit his caput ægritudinibus eſt obnoxiũ, atque excrementis abundans, & quòd facile à calefacientibus atque humectantibus offendatur. Auſter verò ſemper eis aduerſatur, atque optime in Aquilone ſe habent, non tamen diu vigilare poſſunt, & cum ſe ad ſomnum cõuerterint, ſimul graui ſomno tentantur, & vigilant, & ſomnia habent imaginationibus plena, viſus ei turbulenti, neque ſatis ſenſibus vigent.

Inter cętera ſigna primum eſt, quòd caput obnoxium ſit ægritudinibus

©BIU Santé

bus, facile namq; à cauſis ægris ſuperantur: quare cerebrũ erit valetudinarium, & inſalubre ſimpliciter, cui quidẽ ſigno ambæ inſeruiunt qualitates. Secundũ ſignum eſt, ꝙ abundat excrementis, propterea ꝙ caliditas multũ attrahit, cũ multa ſit, & humiditas reſolutionẽ prohibet: ꝙ itidẽ ambas inſequitur qualitates. Tertiũ ſignum eſt ad vtraſq; qualitates etiam pertinens, ꝙ facile offenditur à calefaciẽtibus, atq; humectantibus, cuius quidẽ cauſa ſatis eſt manifeſta. Quartũ ſignũ eſt, ꝙ Auſter ſẽper eis aduerſatur, optime vero in Aquilone ſe habẽt, nã Auſter ex Gal. ſentẽtia eſt calidę, & humidæ tẽperaturæ, quare aptus replere caput, & inſtrumenta ſenſuũ plurima humiditate, ex qua quidẽ repletione capitis grauitas generatur: inſuper humectato principio neruorum neceſſe eſt, vt animal pigrũ in motu volũtario efficiatur, & veluti in ſeipſum diſſolutũ, quæ omnia facile contingũt his, qui cerebrũ calidũ, & humidũ habẽt: itẽ ait Hipp. Auſtrinæ cõſtituti ones diſſoluũt corpora, & humectãt, auditũ obtũdũt, capita aggrauãt, & vertigines faciũt, oculis, atq; corporibus difficilẽ motũ præſtat, & aluos humectãt: Quod ãt optime hi ſe habeãt in aquilone, patet ex eius tẽperie frigida, & ſicca: de quo quidẽ vẽro dicit Hip. Quotidianę ãt cõſtitutiones Aquiloniæ quidẽ corpora dẽsãt, intẽdũt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audiẽtia faciũt, & aluos exiccãt, & Gal. in cõmẽto cũ frigidus, & ſiccus ventus ſit Aquilo, omnes cõſumit ſuperfluitates, robur aũt adijcitur inſtrumẽtis ex eo, ꝙ adſtringit, & in vnũ cogit ſubſtãtiã dẽſando: & paucis interpoſitis ſubdit. Hæc igitur bona adſunt Aquiloniis cõſtitutionibus, ꝙbus maxime ꝑfruũtur, q̃ ſalubre corpus hẽnt, & ex his ipſis humidiores. Cauſa ãt dictorũ à Galeno aſſignatur, vbi cũ declarauit, ꝙ morbi alii &c. ætates aliæ ad alia bene, malevè ſe habẽt, dicit & vt ſimpliciter dixerim, cõtrariæ quidẽ ad cõtraria bene, ſimiles ãt ad ſimilia male, prẽterquàm ſi ętas tẽperata, & victui, & regioni, & loco tẽperato cõparetur, hoc. n. ſolo modo ſimiles à ſimilibus bene afficiẽtur, quæ vero plus à tẽperie receſſerũt ætatibus ſecundũ tẽperaturã cõtraria loca, & tẽpora, & victus genera conferũt magis. Eſt modo dubium ob ea quæ hic protulit Galen. nam Auic. vbi (vt hic Galenus) declarat ſigna cerebri cali. & humi. qualitatibus plurimum à temperamento elongatis, ait, quòd tale cerebrum eſt facile recipiens calidi & frigidi nocumẽtum, cum tamen hoc loco Galen. dicat, quòd in Aquilone frigido, & ſicco bene ſe habent. Reſpondeo omiſſis, quæ ab aliis dicuntur, quòd Auicen. exponere videtur Galeni dictum hoc in loco, quòd eſt obnoxium ægritudinibus, non tamen dicit quibus: Auicen. igitur exponens dicit, calidis & frigidis. Quoniá enim eſt valde debile, & plenum

3. Apho. 5.

3. Aph. 17.

3. Aph. 17.

3. Apho. 3

1. 3. tica. 1. cap. 17.

ſuper-

©BIU Santé

superfluitatibus, facile incurrit calidas, & frigidas, ex quo non sequitur quòd in Austro male non se habeant, bene verò in Aquilone, qui extrinsece agunt: Et licet Mesues in cap. de cura catharri dicat, quòd euitari oportet ventus tam frigidus, quàm calidus, tamen aliud est loqui de cura catharri cum cerebrum est egrum, & aliud de cerebro sano licet egritudinibus obnoxium. Dubiũ adhuc est cum vẽti fiant ex exhalationibus quę siccę sunt, ex humidis namque pluuię efficiuntur, ergo
2. metheo. eiusdem sunt temperiei. Respondet Trus. forte sumens ex Aristotele tali posita distinctione de duplici exhalatione, vultque exhalationẽ siccã ventos gignere, ita vt concedit ventos omnes ex se frigidos esse atque siccos, sed diuersas à locis per quas transeunt, temperies adipisci. Ve-
2. de uict. rat. a prin. cipio. runtamen Hippo. ait, quòd venti sui natura infrigidant atque humectant, quoniam omnes de niue, glacie, geluque vehementi, fluminibus, lacubus, paludibus, terra madefacta, frigefactaque necessariò spirãt, sed diuersarum naturarum efficiuntur ob loca, per quæ transeunt. Vnde Notus, siue Auster cum venit ex tropico cãcri, ea ratione calidus & humidus, siquidem à tropico cancri secum multos vapores ducit, vt asserit Trus. sed dicit Hipp. spirat de locis similis naturæ, quibus, & Aquilo scilicet de Austrino axe, polove nempè antartico, multaque niue, glacie, & gelu, & sub polo habitantibus frigidus est & humidus, locaq; habitata dissimili modo perflat. Quare in Lybia est calidus, & siccus, quoniam transit per Zonam toridam, à qua rarus fit, transiens verò ad nos per mare mediterraneum multam ab eo sumit humiditatem, & ob id nobis calidus est, & humidus. Constat itaque quòd venti sui natura frigidi non sunt, atque sicci, cum ex vaporibus humidis efficiantur: Verũ est tamen, quòd non adeo humidi sunt, vt hi, ex quibus fit pluuia. Qua quidem declaratione quodammodo Trussianum saluare possemus, q̃ eos non absolute siccos, sed ad pluuiam comparatos existimarit. De A-
eodem lib. quilone autem Hippo. hęc habet septentrio quidem, aquilove, siue boreas frigidus, & humidus est, quod de locis spirat, quæ sol nõ adit, nec siccat, quare cum sua vi loca habitata perflat, nisi regionis, locive situ perdatur, proximeque habitantibus quidem frigidissimus est, lõgius vero minime. Ex his igitur tandem dicimus, quod Aquilo est siccus, tũ quiá vapores uersus tropicum cancri propellit, vbi resoluuntur, tum quia transit per loca congelata, & ob id secum paucos vapores ducit, loca autem propè polum arcticum humectat potius, vt inquit Hippocrates. Quintũ signum est à Galeno descriptũ, q̃ non diu vigilare possunt, cum vero ad somnum conuertuntur, simul tentantur graui somno, & vigilant, habentque somnia plena imaginibus: Cum enim tale

cere-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 218 sur 753

cerebrum plurimum excedat temperatũ in humiditate; ideo plures adsunt humiditates, atque vapores, qui obstruentes neruorum origines faciunt talem ad somnum conuerti, neque vllo modo vigilare posse: item cum caliditas plurimum quoque mediocritatem excedat, ideo conatur vapores illos attenuare, & resoluere, obstructionesque reserare, & ex toto ob humiditatum abundantiam facere non potest: Quare fit quædam veluti lucta, vt homo neque vigilare, neque dormire possit. Quocirca ait Galenus, quòd ad somnum hi conuersi, & somno tentantur, & vigilant, ita quòd in eis fit quid simile, quod in subethsara, quæ est dormitio vigilatiua, cum & pituita & bilis in cerebro aceruantur, nam pituita somnum, bilis verò vigilias inducit: addit etiam & habent somnia plena imaginibus: Quidam exponunt, quòd vigilantes fantasias vident iuxta antiquam literam, hoc est, & faciunt opera vigilantium: & ita dubitant an dormientes opera vigilantium efficere possint, & quomodo id fiat. Verum est exponendum, & hi sunt multum dormientes, & vigilantes, quandoquidem sæpe à somno excitantur, & somnia plena imaginibus habent ob nimiam humiditatem, & capitis repletionem, ac multam vaporum agitationem, vt & ebrijs euenit, qui vana loquuntur, & febrientibus, in quibus caput repletur vaporibus, atque delirant, nam vt habetur ab Aristo. libro de somnijs, somnia fiunt, quoniam in sensitorijs tenentur imagines sensiliũ, quæ a vaporibus agitãtur, & hæc nõ aliter sensum mouere videntur, quàm sensilia externa, cum actu sensum mouent, iuxta verò vaporum diuersitatem in qualitate, & crassitie contingit, quòd somnia quoque euarientur. Subdit Gal. sextum signum, quòd visus sunt turbulenti, atque hoc contingit ob superfluitatum multitudinem, & spirituum impuritatem, & demum septimum signum, & neque satis sensibus vigent, vel enim habent imperfectos ratione humiditatis ob rationem aliàs assignatam ex Galeni intentione libello, quòd animi mor, corporis tẽperaturam sequantur, vel non vigent, propterea quòd organa impura sunt propter superfluitatum immoderantiã. Ceterum ex dictis cadit dubium, num dormientes vigilantium opera facere possint, huic omissis aliorum responionibus ex Galeno satisfaciendum esse arbitror, siquidẽ declarat ipse quomodo dormiẽtes moueri possint, atque ambulare nullo appetitu manifeste concurrente, pariter de anhelitu, qui fit à virtute appetitiua, in primis quorundam confutãs opinionem, qui temere asseruerunt, quòd in somno anima cessaret ab omnibus operibus, atque animalibus ipsis, quod tamẽ falsum est, neque enim penitus cessat ab his, sed solum ab eorum vigore, alioquin dormientes à lumine, & clamore excita

li. de mot. muscu.

4. de ac. & mor. 8.

©BIU Santé

excitari à ſomno non poſſent, necnon & (vt idem aſſerit) in ſomno aliquid facultatis animalis à cerebro tranſmittitur, & ille profundius dormit, in quo minus à cerebro de animali facultate trãſmittitur: Eſt autem aduertendum prò dubii diſſolutione, quòd cum vnuſquiſque muſculus quatuor modis moueri poſſit, vtpote muſculus brachij interior vno modo mouetur, cum trahitur, & brachium flectit, altero modo, cum brachium extenditur ex muſculi exterioris contractione, muſculus quoque extenditur, tertio cum mouetur muſculus ab elemento prædominante in muſculo ipſo reperto, & quarto cum brachium iam eſt contractum, vel rectum, & ita detinetur, atque illa eſt operatio muſculi, & à propria muſculi virtute producta, clarum vtique eſt, q̃ hæc poſtrema operatio eſt per virtutem ab ipſo cerebro tranſmiſſam, cum per muſculos ipſos efficiatur: quod quidem eò conſtat, quoniam cum brachium detinetur figuris prędictis, muſculi defaticantur, & ſi quis detineat brachium ita flexum, vt faciat angulum rectum & mancum figura media ita, quod polex ſit verſus ſuperiora, non adeo contingit defaticatio, ſicuti ſi brachium detineatur, vel nimis flexum, vel nimis rectum, & manus vel prona, vel ſupina, ſiquidem muſculi hoc modo magis operantur, altero vero modo minus. Conſtat igitur ex his, quòd nullo concurrente appetitu homines & membra moueant, atque defaticentur, & quomodo talis proueniat defaticatio: at in dormiẽtibus videmus nos aliquando ipſos tenere brachia, vel crura recta, vel multũ flexa, & ſedere & habere numos in manu contracta, & ſuper latere dextro vel ſiniſtro dormire, quæ omnes ſunt muſculorum operationes, cum in mortuis haudquaq̃ reperiantur, quemadmodũ manifeſte patet: Vnde Hippoc. in prognoſticis inter ſigna mala enumerat, cum æger non poteſt ſtare ſuper latere, & non ex conſuetudine, ſiquidem virtutis imbecillitatem indicat: neque dicendum eſt, haſce actiones naturales eſſe, quoniam fiunt per virtutem à cerebro demiſſam, fatuumque eſt (ait Gal.) negare, quæ manifeſta ſunt, cum cauſam manifeſtam non habent: item dicebat idem, non credebam dormientes ambulare poſſe, niſi expertus eſſem in me ipſo, qui dormiens ambulaui per ſtadium, & niſi pes occurriſſet lapidi, non ita citò è ſomno excitatus fuiſſem: patet autem, quòd ambulatio eſt virtutis animalis operatio: item dormientes anhelamus, quæ actio eſt voluntarie motiua, licet quidam velint, quòd ſit naturalis, non voluntaria, quandoquidem dicunt nolentes cogimur anhelare: Galenus autem experimẽto declarat, quòd eſt voluntaria, & narrat hiſtoriam de quodam ſeruo qui voluntarie tandiu detinuit anhelitum, quod tandem ſuffocatione

mortuus

©BIU Santé

mortuus est. Proinde via ex Gal. sententia cognoscendi an actio sit voluntaria, naturalis vè est, vt videamus nũ quãdo volumus vel eã efficere, aut ab ea desistere aut tardare, aut velocitare, vel saltim per tẽpus detinere valeamus, quòd si nullum horum fieri potest, naturalis est, quare motus cordis & arteriarum naturales sunt, nullo enim modo potestati nostrę subijciuntur: Dato igitur, quòd anhelitum longo tempore detinere non possimus, non ob id dicendum est (ait Gal.) quòd voluntaria actio non sit, siquidem voluntaria operatio duplex est, altera quidem, quam possumus, quando volumus ex toto, & longo tempore detinere, vt ambulatio ipsa: altera, autem quę licet longo tempore non possit, potest tamen per aliquod temporis spatium detineri, vel velocitari, vel tardari, vt anhelitus ipse: quinimmo vrina retineri potest per determinatum tempus, quæ actio est musculi in collo vesicæ existentis sese constringentis, non tamen detineri potest aut per mensem, annumvè: vrina enim multiplicata musculum extendit, & foras exit: neque ob id dicendum est, ꝙ ea actio voluntaria non sit, quòd itidem dicatur de anhelitu, qui licet ob necessitatem longo tempore nõ possit, per aliquod tamen tempus detineri potest, vti dictum est. Est itaque asserendum dormientes non ex toto cessare ab actionibus animalibus, sed ab earum tantummodo operationum vigore. Dices, si hæ operationes sunt voluntariæ, quomodo fiunt nobis non aduertentibus? Respondet Gal. dato has actiones esse manifeste voluntarias, non naturales, dicamus quòd persuasibilius est (dubitatiue enim loquens velle videtur, ꝙ causa non sit necessaria) constat sanè ꝙ duo ambulantes, simulq; loquentes actionem voluntariam ambulando conficiunt, licet non aduertant, ꝙ ambulent, & ambulare velint, ambulationem autem patet voluntariam esse, cum ab ea, quãdo volumus, desistere possimus: neque mirari opus est, ꝙ actio quandoque voluntaria aliqua fiat, ibiq; appetitum non concurrere videatur, vt phreniticis laborantibus contingit ambulatio, & voluntarius motus, semota namq; ægritudine de illa nõ amplius recordãtur operatione. Verũ semper est aliquis (dicit Gal.) appetitus, qui aliquando ita remissus est, ꝙ non apparet, vt in ambulantibus ipsis, qui circa sermones magnopere sunt intẽti, quibus quidẽ licet ambulãdi appetitus adsit, ob magnã tamen circa loquutionem attentionem non apparet, itidem in phreniticis aliquis est appetitus, at mens ex egritudine oppressa nõ aduertit quare postea non recordatur: Eodem propè modo res se habet in somno, siquidẽ paruus quispiã appetitus pro anhelitu, & deãbulatione cõcurrit, sed somno grauati nõ aduertimus. subdit ãt in cõtextu Galenus.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 221 sur 753

©BIU Santé

Quod si plurimum in caliditate cerebrum à mediocritate recesserit, paululum autem humidius extiterit, calidæ tẽperaturæ indicia quidem superabunt, cum quibus leuia quædam humiditatis signa coniungentur, veluti si longè quidem humidius, paulum verò calidius, vehementia quidem erunt, ac manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis: communis verò hæc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit.

Litera ex se clara est, neque vlla indiget expositione, alterum caput subsequens de frigida & sicca cerebri temperie aggrediamur.

Signa frigidi, & sicci cerebri. Cap. 20.

Frigidae verò & siccæ cerebri temperaturæ frigidum, & minime coloratum sui ratione caput reddunt, semper enim memoria repetenda, quæ à nobis ab initio est distinctio posita, vt præterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alteretur quæ circa ipsum consistunt.

Declarans Galenus signa cerebri frigidi, & sicci imprimis docet signa sumpta ex totius capitis dispositione, quæ tria sunt, quorum primum est, ꝙ caput frigidum habẽt secũdũ minime coloratũ, ratione inquam ipsius: capitis: Quæ sanè verba intelligi possunt, ꝙ hæc duo frigiditatem solummodo consequantur: ea autem posuit Gal. vt ostẽderet siccitatem, quæ est lima caloris, non impedire, quin illa duo efficiantur: Vel dicatur, ꝙ siccitas exiccando sanguinem minuit earum partium, quare fiunt frigidiores & minus colorate ratione scilicet ipsius quoque siccitatis. Subdit Gal. rationem cur id adiecit ratione capitis, quoniam (inquit) oportet semper memoria repetere distinctionem ab initio positam, vt consideremus quanta fiat alteratio circa capitis partes ex humorum temperie, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, quemadmodum & diuersæ temperiei esse possunt. Declarauimus autem in superioribus quomodo hoc intelligendum sit, quod oportet memoria repetere semper, cum quis effectus potest ex diuersis proficiscì, quòd si ex vno solo potest, absolute illud à nobis pronũtiandum est. Tertium verò signum ex totius capitis dispositione sumptum

©BIU Santé

ptum eſt, quod ponit Galenus, ſubdens his verbis.

PROTINVS *autem huiuſcemodi temperaturæ venis carentes habent oculos.*

Quod quidem intelligendum eſt, non quòd in oculis venę non ſint, ſed quòd non ſunt apparentes, parua namque ſanguinis copia ad caput delata, eas non ita replet, vt ſenſui pateant, quemadmodum in calidis videre licet. Poteſt quoque dici, quòd hoc ſignum frigiditatem tantum conſequitur, & ſiccitatem etiam rationibus ſuperius declaratis. Ex extrinſecus autem alterantibus ponit ſignum, dicens.

ET *à cauſis frigidis facile læduntur, quare & in æquali ſanitate fruuntur, quoniam nonnunquam leuiſſima habent capita, & excremẽtorum moderatos effluxus, nonnunquam verò & grauedinibus, deſtillationibus minima ex cauſa capiuntur.*

Quod eſt quartum ſignum, cauſa primi eſt, propterea q; ſiccitas prohibet eo tempore magnam adeſſe excrementorum quantitatem, licet frigiditas faciat pro generatione multæ eorundem quantitatis, atque hoc contingit, cum in ſua ſunt naturali diſpoſitione. ſecundum autem eis contingit in conſtitutionibus frigidis, à quibus ob imbecillitatem facile alterantur: patet aũt ex dictis totum hoc ſignũ ambas inſequi qualitates. Quintum ſignum ex ſenſibus ſubiungit Gal. & eſt cap. 21. ſecundum Latinos.

De ſenſibus. Cap. 21.

SENSVS *autem eorum in iuuentute quidem omnes uigent omni uitio carent, ſed progrediente ætate cito marceſcunt.*

ANtiqua translatio dicit in pueritia, at hæc & Laurentiani habent in iuuẽtute. Quod quidem dupliciter poteſt intelligi, vno quidem modo, quoniam cum adſit ſiccitas faciens ad actionum perfectionem, neque caliditas ita diminuta ſit, q; actionum perfectionem prohibere valeat, eo tempore ſenſus perfectos habent hi: altero

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 223 sur 753

©BIU Santé

autem modo, ϕ cum eo tempore dum ſua ſanitate potiuntur, paucæ ſint ſuperfluitates, ex conſequenti organa ſenſuum clara erunt, & à ſuperfluitatibus depurata, quare & perfectæ operationes, ſubdit, quòd citò marceſcũt, ſenſus, ſ. extinguuntur, atque debilitantur: tunc.n. naturalis caliditas deficit, & per conſequẽs illa ſenſus perfectio, quæ rõne ſiccitatis aderat, vt ſenibus ob frigiditatem contingere aſſerit Gal. vel dicimus, ϕ deficiente naturali caliditate, nutrimento verò cerebri male concocto multæ aceruantur ſuperfluitates, quibus & organa ſenſuum, & ſpiritus quoque redduntur impuri, quo fit, vt ex conſequenti ſenſus emarceſcant, vt ipſe ait in contextu: & propter eandem cauſam ſubdit Gal.

Libello ϕ ani. mo. tẽ per. corp. ſequuntur cap. 4.

Et vt ſummatim dicatur, omnes celerrimam circa caput ſenectutem oſtendunt.

Non enim neceſſarium eſt, ϕ cito fiãt ſenes abſolute, ſecundum omnes quoque corporis partes, niſi & aliæ partes eiuſdem ſint temperici frigidæ & ſiccæ: ideo addit, quòd celerrimam habent circa caput ſenectutẽ, ex quo reliquæ corporis partes excluduntur: cauſa autem dicti eſt, quoniam cum tales habeant cerebrum frigidum & ſiccum, quod continuè ex alteratione, quę fit in nobis, efficitur frigidius, & ſiccius, & perueniet citius ad frigiditatem & ſiccitatem, quæ ſenibus propria eſt, Subdit deinde ſigna ex capillis.

Quare & cito cani fiunt.

Quod eſt ſextum ſignum, dixit autem [Quare] hoc eſt ob eandẽ cauſam, canities enim in ſenectute cõtingit, quare cum prædicti citò fiãt ſenes ſecundum caput, conſequenter dicendum eſt, quòd cito cani fient. Proinde cum de cauſis canitiei Ariſtote. agat, atque Galenus, Ariſto. quidem plures videtur aſſignare cauſas, cur pili albi fiant, atque in primis ϕ id ratione cutis contingere poteſt, quę non eſt canities ob ſenium, ſed ob cutis morbum, qui vitiligo dicitur: cum enim pars aliqua cutis vitio laborat, eiuſmodi fiunt pili albi, nam cum cutis laborat, conſentaneum eſt etiam, ϕ pili ægrotent, quorum ægritudo eſt ipſa canities, quæ tamen non eſt ſenij, atque hęc canities, quæ accidit morbo ex eadem cauſa prouenire videtur, qua in animalibus brutis pili dicuntur vel vnius, vel plurium colorum: at canities (ait Ariſto.) quæ ætatis eſt, inopia, & exilitate caloris contrahitur, ſiquidem homo cõſeneſcens frigidior ſit, atq; ſiccior, quare vt aliæ partes recte alimẽtũ concoquere non poſſunt, ita & pili caloris copia non poterunt materiam

5. de gen. ani. 4. & 5. 2. de temper. 5.

©BIU Santé

teriam propriam, ex qua nutriuntur, regere: quare contingeteam, ſ. vaporem calore externo aeris ſanè ambientis putreſcere, ex quo quidē vapore putrefacto, cum nutriantur pili, albi fiunt, nā dicit Ariſt. putredo pōt cōtingere his vaporibus, vt cōtingit & aquæ & terrę, vapores nāq; qui ex terra eleuantur deficiente calore, aut eleuantur, & concreſcunt, & ſic fit pruina, aut putreſcunt, & fit ſitus, muſſam dicunt: idē quoq; vaporibus accidit, ex quibus capilli nutriuntur, cū ſunt à calore deſtituti putreſcunt, & fiūt vt ſitus & albi, qui neceſſario capillos albos reddūt, ſitus autem, & talia putrefacta (idem ait) alba fiunt, multū. n. aeris continent. Quod aūt ex ariditate non fiat canities, inditio eſt, ꝙ pili, qui vel pileo, vel alio tegmine operiuntur ex eiuſdem quoq; ſententia celerius caneſcunt, flatus. n. putredinē prohibent, operimentum aūt flatum arcet: Ex his igitur Ariſt. velle videtur canitiē ex vaporū putredine fieri, at Galenus ſentit eā ex pituitæ putredine generari, cuius vapor, ex quo capilli nutriuntur, eſt veluti ſitus: qua quidē in re adinuicē differunt, ſi quidē Ariſt. vaporē putreſcere autumat, Gal. aūt ipſam pituitā. Auicēna vero vtriuſq; recitat opinionē, & vtrunq; conciliare nititur, inquiens, ꝙ ſi quis ambas dictiones rectè cōſiderauerit, eas ꝑ certo ꝓpinquas reperiet, & ita reuera eſt, &. n. volebat Gal. cū dixit, ꝙ capilli albi fiūt, qm̄ nutrimētū, quo alunt, eſt, vt ſitus pituitæ, q̄ ſpatio cōputruit, ꝙ vbi meatus euacuationū manēt, excremētū verò exiguū eſt & lētū, aclāguide à calore ꝑpellit, nō diſſimili mō putredine afficit. nō igit Gal. multū i hoc differt ab ipſo Ariſt. Eſt aūt aiaduertēdū, ꝙ poſſumus imaginari albedinē capillorū fieri duobus modis, vno quidē modo, ꝙ vapor receptus i poris cutis, capillos albos efficiat. qm̄ ꝑ partem poſt partem ex eo vapore capilli generant: verū hic modus manifeſtā hēt inſtātiā, quādoquidem ſi hoc mō generarent capilli cani, inciperēt caneſcere i radice, qđ nō cōtingit, ſed potius oppoſitum efficit. altero verò modo, ꝙ vapor albus veluti ſitus in poroſitatibus capillorū figat, & ita cani fiunt: & ſi dicat, ꝙ in lotione capitis capilli canitiē amitterēt. Dici pōt, ꝙ ſæpe contingit ꝙ cū fiūt manus coloratæ re quapiā tenuiū partiū, q̄ non ſolū ſupficiei hæret, ſed ad partes intimas penetrat, colorē illū remouere nō poſſumus ēt ꝙ manus vehementer abſtergētibus abluamus, ita & in capillorū canitie fit, vapores illi capillorū poroſitatibus intime hærēt, & cōtinue noui ſuccedūt, & hīc eſt, ꝙ extremitates capillorū dealbari prius incipiūt, cū. n. hmōi putredo vaporū ex debilitate caloris naturalis, & aere ambiēte cōtingat conſentaneū eſt, vt partes extimę ex ea debilitate prius afficiant, & quāto vapor magis à calore, & cuti elongatur, tanto facilius poteſt à calore continentis aeris corrumpi, & ita putreſcere, & ob id extremi-

2. primi do. 3 c. 7.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 225 sur 753

©BIU Santé

tates canescere incipiunt. Cæterum cur in temporibus ipsis prius canescat homo, reddit causam Arist. dicens, quòd occiput uacat humore, cum cerebrum non contineat, sinciput autem multum habet humoris quod verò multum est, difficilius putrescit, at in temporum pilis, nec tam parum humoris est, vt concoqui possit, nec tam multum, vt putrescere nequeat, cum n. is locus medius inter vtrosque sit extra vtrunq; affectũ esse potest. Sed Auer. in sua paraphrasi hãc causam nõ recitat, neque verũ videtur, q̃ multa humiditas partis anterioris putrescere non possit, sed ipse aliã ponit causã vtpote ossiũ subtilitatẽ, siquidẽ aer exterior facilius subingredi põt, & humidũ putrescere, quo capillus nutritur. Galenus verò aliã reddit causam, cur homines cũ senescũt, plus in sincipite calui fũt, in tẽporibus aũt prius canescãt, dicens, quoniã illud, s. sinciput omniũ capitis partiũ est siccissimum, hæret. n. cutis illic ossi nudo, tẽpora verò humidiora sunt, q̃ in his musculi magni sub cute habeãtur, omnis ãt musculus carnosus est, caro ãt tũ osse, tũ cute humidior. Dices, cur est, q̃ quis vna nocte, vel paucis horis fit canus? Missis quæ ab alijs dicuntur solutio vera est, q̃ vt videmus in febribus citò multã materiã putrescere, ex qua deinde fit febris, ita & propter maxima accidẽtia animi, calore debilitato, materia potest putrescere, ex qua vapores albi eleuati capillos dealbãt, vel ex debilitate caloris vapores ipsi putrescere possunt, & albi fieri. Patet itaq; ex dictis quomodo in habẽtibus cerebrũ frigidũ, & siccũ citò calor deficit, & ex cõsequẽti humores, & vapores putrescũt, & albi fiunt, ex quibus capilli quoq; albi efficiũtur. Sed aduersus hæc dicta cadit dubiũ, quoniã corpora calida & humida magis parata sunt ad febres, atq; putredinẽ, quàm frigida, & sicca, vt ex Aui. colligitur, nec nõ & ipso Galeno, ergo calida & humida erũt apta citius cana fieri, cũ canities ex humorum putredine cõficiat. Dico ego, omissis aliorũ cõspõsis, q̃ duplex est putredo, altera quidẽ quæ fit ex oppilationibus, quę præcipue conuenit corporibus his, quę multis repleta sunt humoribus, in quibus licet calor potens sit, humores tamẽ putrescunt, cũ trãspirare nõ possunt, & ex tali putredine nõ fit canities, sed febris: altera autem est putredo, quæ fit defectu caloris absque obstructione, quę frigidis conuenit, ex qua sanè febres nõ oriuntur, sed canities, vti superius dictum est: Addit deinde alia signa ex capillis dicens.

1.4.cap.2. 8.meth.8. & 6.de tuend. uale.

CAPILLI *uerò ipsis quidem genitis nix exeunt, et male nutriuntur, & ruffi sunt.*

Hoc

©BIU Santé

Hoc eſt vix poſſunt oriri, & fiunt exiles, quę ambo materiæ defectu perficiuntur, & frigiditatem conſequuntur, licet ſiccitas contra operari videatur, & ruffi ſunt, hoc eſt in ætate conſiſtentiæ, quo quidem tempore in temperato flaui ſunt, atque hoc etiam ex frigiditate euenit, licet ſiccitas contra operari videatur. Subdit deinde ſigna ex caluitie.

In progreſſu autem ætatis ſuperante magis frigiditate caliditatem, quam ſiccitate humiditatem multum non calueſcunt: econtra verò ſi contigerit ſiccitatem quidem plurimum dominari humiditati, frigiditatem vero caliditati, parum calui fiunt hi.

Patet autem quomodo hæc ſequuntur alteram qualitatem, altera verò contra operante, ſiccitas enim facit ad caluitiem, quam frigiditas prohibet humiditatis prohibendo reſolutionem.

Signa cerebri frigidi, & humidi. Cap. 22.

Humidae verò & frigidæ cerebri temperaturæ faciunt homines graui ſomno tentari, & ad ſomnum facile conuerti.

Docet Galenus ſigna frigidę, & humidę cerebri temperaturę, atque in primis ex ſomno & vigilia: quod quidē ſignum ambas inſequitur qualitates, quibus cōtingit vapores ad caput aſcendentes, & ibidē detentos fieri ſatis craſſos, & valde principia neruorū obſtruere: quo fit, vt minimū facultatis à cerebro defluat, propter quod cōtingit ſomnum eſſe profundum, vt Gal. aſſerit, facile enim hi ad ſomnū conuertuntur, cum vapores tum ad caput delati, tum ex debili coctione geniti non reſoluantur, & ob id eo in loco detinentur, cum & ob meatuum ſtrictutam, tum ob eorum craſſitiem nō facile ad partes inferas defluant, & quoniam multi quoque continue generantur: ſecundum ſignum addit ex ſenſibus ſumptum, ſubdens huncin modum. 4. de alli. & mor. 8.

Sensibvs *quoque minime vigentes.*
Vel ratione humiditatis, quæ impſicit operationes, vt ſæpe dictum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 227 sur 753

©BIU Santé

eſt, quemadmodum ſiccitas perficit: Vel quia organa ipſorum ſenſuum excrementis abundant. Tertium ſignum ſumptum eſt ex excrementis.

Atqve excrementis redundantes.

Cauſa manifeſta eſt, quòd ambas inſequitur qualitates: Quartum ſignum eſt ex facili caſu in ægritudines.

Et qui caput frigiditati, ac repletioni habent obnoxium, ac deſtillationibus, & grauedinibus facile tentantur.

Cauſa prædictorum omnium conſtat ex ſuperius declaratis, & quòd ambas quoque qualitates conſequuntur: Quintum ſignum eſt ex caluitie ſumptum.

Neqve tamen hi calui fiunt.

Quod quidem contingit ambarum ratione qualitatum, etenim humiditas, & frigiditas caluitium prohibent. Queret forte quis, cur eſt, quòd Gal. in quibuſdam cerebri complexionibus, vtpote calidis, & humidis poſuit manſiones, non autem in omnibus? Huic dicerem, quòd vbi propter diuerſas manſiones ſigna manifeſte differunt, ſtatuit Gal. diuerſas manſiones, declarans in illis ſigna diuerſa, vtpote in calida tãtum, & calida & humida, in quibus autem contingit ex diuerſis manſionibus ſigna non eſſe manifeſte diuerſa, has diuerſas conſtituere mãſiones neceſſe non fuit. Eſt autem aduertẽdum, quòd quidam graduãtes cerebri complexiones quoad malitiam, bonitatemque ſuſtinent ipſas graduandas eſſe vt totius complexiones, ita q̃ calida & humida minus mala ſit inter compoſitas, & poſt illam ſit calida & ſicca, & poſt has frigida & humida, omniũ verò deterior frigida & ſicca: inter ſimplices autem calida minus mala, quàm frigida: & humida minus mala, quàm ſicca: altera verò opinio ſuſtinet, quòd cali. & humi. cerebri temperies ſit deterior: vnde Galen. dicit, quòd tales ſi multum qualitates creuerint, caput obnoxium ægritudinibus habent, quod quidem non ſentit de cal. & ſic. Atque hæc verior opinio videtur, neque ſequitur quòd ordinandæ ſint, vt totius corporis complexiones, ſiquidem aliud eſt loqui de totius complexione, atque aliud de partis temperie, ſtat enim q̃ toti pro ſua operatione vna complexio requiratur,

©BIU Santé

tur, parti verò eiuſdem oppoſita, & ita licet calida, & humida pro vita magis apta ſit, non tamen ad actiones cerebri perficiendas, quàm calida, & ſicca: ſæpe namque dictum eſt caliditatem ſiccitatemque facere ad dexteritatem, atque prudentiam, actionumque cognoſcitiuarũ perfectionem. Ad id autem, quod dicunt nonnulli, quòd complexio cal. & ſic. maxime diſtat ab ea, quæ cerebro conuenit, quæ debet eſſe frigi. & hum. & ex conſequenti omnium deterrima complexionum, dici poteſt, quòd temperies cerebri cal. & ſic. hoc pactò dicitur atque nominatur reſpectu medij proprij generis, quæ tamẽ reſpectu medij vniuerſæ ſubſtantię, cutis ſcilicet, eſt frigida & humida, quo fit, vt nõ ſequatur, quòd magis à cerebri temperamento egrediatur, quàm calida, & humida.

De ſenſorijs. Cap. 23.

HAEC igitur inditia ſunt cerebri temperaturæ, à quibus ſi progrediaris ad vnumquodque ſenſorium dignotiones transferre licebit, ſed ſufficit de oculis facere mentionem.

NVNC docet alenus, quomodo ex dictis ſex generibus, ex quibus ſigna temperaturarum cerebri deſumũtur, ſigna quoque organorum ſenſuum ſumi poſſint, accepto exemplo ex organis ſenſus viſus: Quod enim ex ſex generibus ſumi poſſint oculorum ſigna eò declaratur, primum quidem genus erat diſpoſitio totius capitis, quæ conſtat magnitudine, figura, atque capillis: pariter ſumi poſſunt inditia ex totius oculi diſpoſitione, vtpote ex oculi magnitudine atque figura: ſecundum ſignum erat ex ſenſitiuis operationibus, hoc verò loco ex tactilibus: tertium ſignum erat ex motiuis, pariter & ex motiuis oculorum ſigna deſumi poſſunt: Quartum præterea genus erat ex obtinentibus principatum, pariter in oculis ex actione viſiua ſumentur inditia, quæ ea in parte principatum obtinens nũcupari põt, quoniam ipſius oculi propria eſt, ſenſitiua autem, quæ propria non eſt, & ex conſequenti non obtinet principatum, tactiua eſt operatio. Quintum genus erat ex actionibus naturalibus, idem quoque in oculis ipſis efficietur: at poſtremũ genus ex extrinſecus alterantibus conſpiciebatur, itidem hæc eadem ſigna in oculis declarabuntur. In primis autem oſtendit, quæ ſint ſigna calidorum oculorum, dicens.

QVICVNQVE *tangentibus quidem manifeſte calidi exiſtunt.*

Pri-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 229 sur 753

©BIU Santé

Primum hoc ſignum vel ad primum attinet genus, vel ad ſecundũ nempè ad ſenſitiuas actiones. Verum ad primum referri poteſt, ſcilicet ad totius oculi diſpoſitionem, ſicut caliditas capitis ad totius capitis diſpoſitionem: ſecundum ſignum calidi oculi ex motu ſubdit.

ET *facili, ac cerebro motu cientur.*

Quod attinet ad tertium ſignorum genus. Sciendum autem eſt, q; ſignum hoc non ſtatim indicat calidam oculorum temperiem, ſed in primis muſculorum oculos mouentium, qui cum calidi ſint, oculos quoque calidos ſignificant, propter quos muſculi huiuſmodi conformati ſunt, clarum autem eſt facilem, & crebrum motum calidam temperiem indicare, quandoquidem calidum facile mobile eſt, citoq; mouetur, frigidum verò è contra ſe habet. Tertium ſubiungit ſignum calidi oculi ex venis.

ET *venas latas habent, hi calidi omnes ſunt.*

Hoc etiam attinent ad primum genus, ad diſpoſitionem ſcilicet totius oculi. Quod etiam ſignum cerebri caliditatis erat, ſed primo quidem eſt oculorum, mox & ipſius cerebri, ſicuti & de motu diximus: Et hæc ſunt, quibus calidos oculos eſſe cognoſcimus: ſubdit poſtea Galenus de frigidis.

FRIGIDI *verò his contrarij.*

Qui ſcilicet tangentibus apparent frigidi, difficile, & rarò mouentur, & venis carent. Docet poſtea ſigna humidi oculi, dicens.

ET *humidi quidem molles ſimul, & multa humiditate pleni.*

Dicit molles, ſcilicet tangentibus, quod ad primum vel ſecundum attinet genus. Quod verò humiditate pleni ſint, ad quintum ſpectat, cum talis humiditas ſit ſuperfluitas à virtute oculorum nutritiua genita: addit deinde ſigna ſicci cerebri.

SICCI *verò duri ſimul & aridi.*

Dicit duri, ſcilicet tangentibus, & hoc attinet ad primum ſecundũvè genus, vt de alijs quoque dictum eſt. Clarum autem eſt duritiem

ſicci-

©BIU Santé

ficcitatē indicare (vt teſtatur Gal.) in corpore noſtro, vt mollities humiditatem: Aridi, hoc eſt humiditate carentes, atque hoc pariter ad quintum genus ſpectat: vnde vt hi, qui ſiccos oculos habent, non facile lachrymantur, ita qui eos habent humidos facile prorumpunt in lachrymas, ſiue mœrore, ſiue lætitia affecti: in mœrore quidē, quoniam naturalis calor retrahitur, & cerebrum comprimitur, ob quod humiditates exeunt, & hinc fit, quòd pueri & mulieres cum ſint humidiores, quàm prouecti & mares, copioſius, & facilius lachrymas emittunt: in lętitia autem effunduntur lachrymæ, quoniam ſubſtantia cerebri ex ſpirituum abundantia dilatatur, & quoniam non ſolum dura mater, ſed & pia continent cerebrum, ne effluat, ideo in illa dilatatione cerebrum occurrēs dictis paniculis comprimitur, & lachrymæ exeunt. Proinde de muſculis oculorum, de quibus ſupra, Gale. hæc habet, cum enim oculi in primis quatuor motibus moueantur, vno ſurſum, altero deorſum, tertio verſus angulum domeſticum, quarto verſus ſylueſtrem, quatuor quoque fuerunt muſculi, qui tales motus efficerent: item quoniam & oculus circumuertitur, motuque circumgirationis cietur, duo alij muſculi obliqui appoſiti ſunt pro huiuſcemodi motu peragendo, ita vt ſex numero ſint: at ſeptimus poſtea eſt muſculus, qui circumuoluit neruum opticum, qua parte oculo coniūgitur, cuius quidem muſculi munus eſt prohibere, ne oculus promineat. vnde cum videmus oculum prominere nulla exiſtente in oculo læſione, ſignum eſt muſculum illum diſſolutum eſſe, atque relaxatum & ob id oculum non continere. Poſtea oſtendit Gal. quomodo ſumantur inditia ab extrinſecus alterantibus.

2. de ſēpe.

8. de uſ par. 8.

10. de uſu par. 8.

A ſimilibus autem ſuæ temperaturæ cauſis facile offenduntur, iuuantur autem à modico contrariorum vſu.

Quod eſt ſextum ſignorum genus; vnde calidum à cauſis calidis facile læditur, & frigidum à frigidis, quod & ſæpe dictum eſt ex Galeni ſententia, in morbis enim minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui &c. Id autem, q̄ iuuentur à modico contrariorum vſu, ſubdit eſſe commune in omnibus temperaturis.

2. aph. 34.

Sed hoc quidem commune in omni cuiuſque partis temperaturæ dignotione oportet meminiſſe.

Quandocunque particulam alicuius partis inueſtigamus, ſemper memi

©BIU Santé

meminiſſe oportet, quòd lęduntur à ſimilibus, à contrarijs verò adiuuantur. Verum dicet quis, eſt ne verum, quòd omnes complexiones ſimiles lædantur à ſimilibus cauſis, iuuentur aũt à contrariis, quẽadmodũ hoc loco inquit Gałenus? vr namque id verum non eſſe, quoniam 3. huius ait idem, ſi volumus conſeruare ſimilia ſunt adhibenda, ſi verò ad melius permutare, contraria, quod & ſæpe reperit: cuius tamen oppoſitum hic dicit, & alibi inquiens, temperati in ſimilibus bene ſe habent, intemperati à diſſimilibus bene afficiuntur: itidem repetit, vbi ait, vtique ſi ſeruare temperamentum ſtudes, humidis temperaturis humectante cibo maxime quadrante, ſiccis verò eo, qui ſiccet, ſin alterare placet, contrarijs. in eo autem, qui eſt in calido frigidovè ad intemperãtiam lapſu cõtraria dare ſemper expedit. Pro diſſolutione præſentis q̃ſiti ſuppono prius, miſſis aliorũ rñſis, ꝙ ſimilia duobus modis eſſe p̃nt, vno quidem modo æqualia in gradu, altero verò intenſiora in gradu vt calidum vt duo reſpectu calidi vt tria, quæ in qualitate conueniunt, & ex conſequenti in forma ſimilia ſunt, ſed non in gradu formæ, & talia dicunt cauſę excalefaciẽtes, etenim ſi cauſę eſſe debent, neceſſe eſt, vt alterent, quod efficere minime poſſunt, niſi in gradu intenſiora ſint, ſimilia autem in gradu cauſæ conſeruantes dicuntur: ſciendum quoq; eſt, quòd vt inquit Gal. caliditas & frigiditas potentes ſunt ad agendum, humiditas verò atque ſiccitas imbecille, itaquod ex horum actione nocumentum notatu dignum haudquaquam contingere poteſt, ſicut ex calidis atque frigidis, hę namque efficaciſſimæ ſunt intemperies. His itaque ſtantibus dico ego, quòd præſenti loco ſentit Gal. quòd vnumquodque à cauſis ſimilibus alterantibus facile læditur, quæ ſi cauſæ ſimiles alterantes eſſe debent, opus eſt, vt in qualitate conueniãt, ſed in gradu qualitatis differant, ſicuti calidum vt duo reſpectu calidi vt vnũ, in 3. autem fuſius idem ait, quòd conſeruatio fit per ſimilia, quę ſi conſeruare debent, oportet vt nõ ſolum ſint ſimilia in qualitate, ſed & in gradu: patet itaque quomodo conſeruatio per ſimilia fiat, & quomodo à cauſis quoq; ſimilibus facile quis alteretur: at quomodo iuuetur ex moderato contrariorũ uſu, impreſentiarum declarandum eſt, etenim in conſeruando ſimilibus utimur, quæ vt recte conſeruent, opus eſt, vt præciſe ſimilia ſint in gradu, & quoniam difficile eſt ſemper adhibere, quæ exacte ſimilia ſint, ideo contingit errare, qui quidem error ex continuo vſu ſimilium adeo augeri poſſet, pro notabile nocumentum efficeret: Quare ad id prohibendum aliquando contraria adhibemus, atque, hoc eſt, quod dicit, quòd iuuantur moderato vſu cõtrariorum, vt corpus ab eo nocumento, quod uſu ſimilium contingit, præſer

uemus:

Cap. 86.

5. & 6. de tuepe. valet.

3. aphor. 3. 6. de tuen. valet. ante medium.

6. de tuẽd. valet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 232 sur 753

uemus; item Auer. quoque aliam assignat causam, cur contrariis vtimur, siquidem complexiones quę exeunt à temperamento ad vnam extremitatū ipsæ sunt proximę illi parti, vt incidant in ægritudines ex illius complexionis genere, idq; fit cū aliqua causa extrinseca superuenit atq; ob hanc aptitudinem, quæ in eis reperta est, dico, ꝙ eorum regimē per simile ex toto fieri non debet, propterea quia huiusmodi complexiones, quales istæ sunt, secundum vnum modum non perseuerāt, immo versus ægritudinem complexionalem mobiles existunt: Qua de re intendere non debemus in regimine suorum ciborum conseruationē duntaxat, immo & preseruationem ad resistendum ei, quod eis accidere posset ex parte suarum malarum præparationum: & propter hoc totum necesse est vt in cibis sit aliquod eorum complexionibus contrarium, & hoc est propter timorem occasionum extrinsecarum ex parte solius complexionis non est timendum uti similibus in toto: hæc Auero. Porrò quod dicit Gale. humida, & sicca similibus conseruanda, permutanda verò contrariis, in calidis verò & frigidis semper contraria adhibenda, hoc modo intelligendum est, quoniam iam diximus, quòd sustinet Galenus frigiditatem atque caliditatem qualitates esse efficacissimas, ideo semper siue velimus permutare, siue conseruare, adhibenda sunt contraria, vt à nocumento præseruentur, ꝙ ex vsu similium contingere potest, quę non ita exacte similia repriri possunt, non tamen consequitur, quòd non etiam similibus vti debeamus, sed cum similibus vtimur quoque contrariis, vti dictum est, quòd quidem haud est necesse facere, cum humida, vel sicca conseruare volumus, quoniam in his ex paruo errore nocumentum notatu dignum, formidabileque contingere non potest, vt docebat Galenus, quòd si in calidis & frigidis exacte similia cognosceremus, haud necesse esset hac ratione aliquando adhibere contraria, at cum exacta eorum temperies non habeatur, ob Auerrois rationem aliquando contraria administrantur. 6.colli.11.

De magnitudine oculorum. Cap. 24.

MAGNITVDO *oculorum quidem vbi concinnitas adsit, & operationum virtus multitudinem bene temperatæ substantiæ ostēdit, ex qua sunt conformati, quæ si desint, multam quidem substantiam, non tamen bene temperatam ostendunt*

Vt

©BIU Santé



T fecit de capite, ita & nunc Gal. docet assumenda esse signa ex oculorum magnitudine, atque paruitate eisdem, adhibitis distinctionibus, in primis autē ex magnitudine: per concinnitatem autem oculorum non debemus intelligere, vt quidam, proportionem eorū ad caput, vel ad alias corporis partes, hæc namque proportio nil aliud esse videtur, quàm oculorū magnitudo, paruitasvè, neque vt Trusia proportionem oculi debitam ad visibile, quæ inter actiuum, & passiuum requiritur, propterea quòd si affuerit virtus operationum, necesse etiam est, ϕ huiusmodi adsit proportio, sed per cōcinnitatem intelligendum est debitam oculi figuram, quæ ex cōgrua partium ipsius inter sese proportione resultat, in qua pulchritudo cōsistit, atque concinnitas: itē ϕ habeat debitum situm ita ϕ neque nimiū sint prominentes, neque nimium in profundo positi: declarauimus autem aliàs ex Aristo. quæ requirantur, vt quis perfecte cernere possit, & plures differentias visiles, & procul, quæ nunc repetere opus non est. Per virtutē aūt operationum possumus intelligere perfectionem non solum operationis visiuæ, sed & tactiuę, atque naturalis: vel si intelligatu de visiua tantum dici potest, ϕ cum conditiones requisitæ ad cernendum plures differentias visibiles, & illę ad cernendum à longè oppositę sint, ita ϕ vt dicit Arist. illa duo non possunt ambo simul ad summum in vno reperiri, ille, in quo hę conditiones moderatæ reperiuntur, moderate quoque cernet, & plures differentias visiles, & procul quoque. Quod quidem voluit ibidem Auer. vbi ait, & ille, in quo vtręque res copulantur, perfectè cernet vtroque modo, & in hoc inuenietur virtus operationum visilium, vt & diximus superius de corpore temperato. in tali namque erunt conditiones pro vtraque operatione conuenientes, ita quòd conditiones pro vna operatione aliam non impedient, & in hoc diximus consistere virtutem operationum diuersarum: hac igitur declaratione possumus intelligere hoc voluisse Galenum per virtutem operationum. Docet deinde signa sumpta ex paruitate ipsorum oculorum assumere, ita scribens.

5. de gen. ani. 1. & 2. de part. anim. 13. & 3. eiusdē 4

De paruitate oculorum. Cap. 25.

PARVITAS *uerò oculorum adiuncta quidem concinnitate, ac uirtutum operatione paucam quidem, sed bene temperatā substantiam ostēdit, ex qua sunt conformati, si uerò socium habuerint*

rint inconcinnitatem quandam, atque operationum uitium, tũc paucam ſimul, ac uitioſam materiam oſtendunt.

QVID per concinnitatem & virtutem operationum intelligendum ſit, iam declaratum eſt: ſi itaque oculus erit magnus vel paruus cum cõcinnitate, & virtute operationum, ſignum erit ipſum eſſe vel temperatæ cõplexionis, vel non longè a temperata diſtare: ſi verò fuerit magnus, & prædicta non affuerint, licet hoc poſſit eſſe cum quacunque mala temperie, tamen frequenter contingit, quòd temperaturam frigidam & humidam eſſe indicet, frigidam quidem ex inconcinnitate, humidã verò ex materiæ magnitudine, quę ob humiditatem à virtute imbecilli extendi potuit: ſi verò paruus ſine concinnitate, & virtute operationum poteſt ſimiliter hoc inueniri cum quacunque temperie, ſed frequenter id euenit ex frigida temperie, & ſicca: frigida quidem ex inconcinntiate virtutis imbecillitatem præſeferẽte; ſed vt exactius oculorum temperiem habeamus, alia ſigna ſunt perpẽdenda, ſiquidem vt iam dictum eſt magnitudo oculorum cum inconcinitate multam, ſed non bene temperatam ſubſtantiam oſtendit, pariter & paruitas cum eadem incõcinnitate cũ omnibus complexionibus intemperatis reperiri poteſt, vt & complexio temperata & in corpore magno, & paruo, atque mediocri, vt ex Galeni ſententia ſuperius declarauimus. Hic multa prætereo quæ ab expoſitoribus, & præſertim à Truſ. ſcribuntur de viſibili ſcilicet colore, & lumine, & an lumen ſit neceſſarium tantum, vt diſponatur diaphanum, an verò & ad eſſentiã colorum, de quibus ab Auer. copioſius: item nunquid viſio fiat extra mitendo vt voluit Gal. an verò intus ſuſcipiendo, vt ſenſit Ariſto. eiuſque ſectatores peripathetici, hęc enim in ſcolis philoſophorum copioſiſſime diſputantur.

2. de ani. 67. 7. de dog. Hippoc. & Plat. 1. progno 26. & 10. de uſu par. & 2. de oculo. 6.

De colore oculorum Cap. 26.

QVAE *verò ad colores attinent ita diſtinguere oportet, glauci quidẽ oculi qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales ſiunt obſplendidi luminis abundantiam: contra verò nigri, & qui inter mediam naturã ſeruãt, cauſas quoque intermedias habent.*

Decla-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 235 sur 753

©BIU Santé

DECLARATVRVS Galenus quomõ ex coloribus oculorum ſigna deſumi debent, in primis ipſorum cõlorum cauſas aperit, primo quidem vniuerſalem, mox & particulares, quæ ex vniuerſali innoteſcunt. Eſt autẽ aduertẽdũ, quòd in oculo tres ſunt humores, vitreus, cryſtalloides, atq; albugineus: primus quidẽ vitreus, deinde cryſtalloides rotundus, & in ſuperficie plenus, poſtremo albugineus, qui albumini oui ſimilis eſt: Vitreus quidem factus eſt à natura, vt ex eo nutriatur cryſtalloides, qui ex ſanguine nutriri debebat, at prius in humorem vitreum tranſmutato: & ita vitreus humor medius eſt inter cryſtalloidem, atque ſanguinem: albugineus autem inter corneam & cryſtalloidem continetur, vtranq; tunicam adinuicem diſtare faciens, vt in eo multi ſpiritus contineãtur, nec non corneam ipſam extẽdens: Et ideo in ſenibus non bona fit viſio, quãdoquidem huius humoris defectu in cornea non extenſa ruge fiunt, quod quidem viſionẽ impedit. item humor hic cryſtalloidem humectat. adhæc tranſparens eſt, & viſionem non prohibeat, quæ in cryſtalloide fit: propterea humor iſte cryſtalloides factus eſt lucidus, illuminatio namque & ſplẽdor in reſplẽdida efficitur, vt in aere ſplendido, atque illuminato. Hæc omnia declarat Gal. vbi de oculis verba facit. His ita declaratis dico ego, quòd Gal. ſentit, quòd cum tres præſertim ſint oculorum colores glaucus ad albedinem tendens, & nigri, & inter illos medius, glaucus efficitur, quando albugineus purus eſt, & paucus: cryſtalloides autem ſplendidus, & multus: atque hoc voluit Galenus cum dixit, quòd fiunt oculi glauci, cũ humiditate pura non multa, hoc eſt humore albugineo perfulgent ob ſplendidi luminis, ſ. cryſtalloidis abundantiã, econtrario aũt nigri fiunt oculi, quoniam humor albugineus non purus eſt & multus, neq; adeſt abundantia luminis ſplendidi, hoc eſt ipſius cryſtalloidis: fiunt autẽ medij coloris, cũ humor albugineus neq; purus, neq; impurus, neq; multus, neq; paucus adeſt, pariter & cryſtalloides neq; multus, neq; paucus neq; ſplẽdidi luminis, neque obſcuri. Verum, vt cauſæ horũ colorũ melius habeantur, declarat Gal. cauſas eorum particulares hunc in modũ ſcribens.

10. de nſ. par.

De glaucedine, & nigredine oculorũ Cap 27.

GLAVCVS igitur oculus fit vel propter magnitudinem, vel propter ſplendorem humoris, qui à græcis cryſtalloides nominatur

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 236 sur 753

©BIU Santé

vel propter ſitum prominentem, aut propter tenuis, & aquei humoris, qui in pupilla exiſtit, paucitatem, & puritatem, atque omnibus quidem in vnum conuenientibus fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi aliqua adſint, aliqua verò non, tunc maior, minorvè glaucedo contrahitur. Niger verò oculus fit ob paruitatem cryſtalloidis, aut propter profundum ſitum, vel quoniam ſplendidus, ac fulgidus exquiſite non eſt, vel quoniam tenuis humor uel ſuperabundat, vel purus non exiſtit, vel propter vnam aliquam ex his, quas antea diximus cauſas, aut propter omnes fieri conſueuit. In ipſis autem magis & minus (ut ante diximus) reperitur.

TRIA ſunt ex parte cryſtalloidis, quæ colorẽ glaucũ efficiunt, ex Gale. ſententia, ipſius magnitudo, ſplendor, ac ſitus prominẽs: ex parte autem albuginei duo primum quidẽ eius pauca quantitas, ac ſecundũ eiuſdem puritas: quemadmodũ tot contraria coloré oculi nigrum efformant. Vnde Gal. aſſerit, q̃ oculus glaucus vel cęſius, ex Ariſt. quoq; ſentẽtia, gignitur aut ob cryſtalloidis magnitudinem, atque hæc prima eſt cauſa, aut ob eiuſdem ſplendorem, & altera eſt cauſa, aut propter prominentem ſitum ipſiuſmet, & tertia cenſetur cauſa, quæ ſanè omnes tres ex parte cryſtalloidis deſumuntur: ex albugineo verò quarta alia ſumitur; & ob id, ait ipſe, aut fit propter humoris tenuis, & aquoſi paucitatem in pupilla reperti, de quo iam à nobis dictum eſt: Poſtea verò quintam ſubiungit cauſam, & ob eiuſdem tenuis humoris, ſcilicet albuginei puritatem: Addit præterea, quòd ſi omnes cauſæ ſimul coeant, oculus fit maxime glaucus, at ſi ex his aliqua adſit, aliqua verò non, maior minorvè glaucedo efficietur, vt plures, paucioreſvè cauſæ coibunt: pariter & validiores, minuſque validæ: Poſtea oculi nigri cauſas ſubdit, quæ eodem modo quinque ſunt, tres quidem ex cryſtalloide ſumptæ, duæ verò ex albugineo. Dicit itaque Galenus, Fit oculus niger, aut ex cryſtalloidis paruitate, & eſt prima cauſa, aut ex eiuſdem ſitu profundo, quæ eſt ſecunda cauſa, aut quia ſplendidus, & fulgidus non eſt, addit [exquiſitè, quoniã ſi nullũ pẽnitus haberet, vel parum de ſplendore, uiſio deperderetur, atque tertia eſt cauſa: vel quia homor tenuis,

5. de gen. ani. ca. primo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 237 sur 753

©BIU Santé

ſcilicet albugineus ſuperabundat, & eſt quarta cauſa: vel quia talis humor purus non eſt, & quinta dicitur cauſa. Subdit præterea, ꝙ oculus niger fieri poteſt ob alteram ex prædictis cauſam, aut plures, aut omnes: conſtat igitur, quòd iuxta harum cauſarum minorē, maioremvè concurſum oculus quoque & magis minuſvè niger conſpicietur.

TENVIS *igitur humor, quò magis ad aquæ naturā accedit, & ſuperabundat, humidiorem oculum oſtendit, quemadmodum ſi craſſior ac minor fiat ſicciorem.*

Vt ex coloribus complexionum oculorum ſigna comprehendi poſſint, quoniam dictum fuit, colores fieri ratione albuginei, & cryſtalloidis, ideo Gal. oſtendit, quę oculū humidiorē, ſicciorēvè tum ex albugineo, tū ex cryſtalloide efficiāt, atq; ī primis duo declarat ex albugineo, q̄ ad humidā oculi complexionem faciant, ſicuti totidem oppoſita ad ipſius ſiccam, huicin modum dicens, ꝙ humor tenuis, hoc eſt albugineus, qui dicitur tenuis, alijs enim tenuior eſt, oſtendit oculum tantò humidiorem, quanto magis ad aquæ naturam vergit: & hoc eſt vnum. Alterum autem eſt, ꝙ quanto magis talis humor ſuperabundarit, tanto oculum humidiorem efformabit: cuius quidem oppoſita ſunt, quæ oculum ſicciorem conficiunt, nempè quando humor albugineus craſſior, ac talis humor in minori quantitate fuerit. Deinde ex cryſtalloide duo declarat, quæ oculum ſicciorem efficiunt, quorum oppoſita ipſum faciunt humidiorem.

CRYSTALLOIDES *autem, ſiquidem durior exiſtat, ſicciorem efficit oculum, ſi verò mollior, humidiorem, ſic & ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit, ſicciorē, ſi autē defecerit cōtrariū.*

Dicit Gal. Si cryſtalloides exceſſerit albugineum non abſolute, quoniam ſemper albugineus abſolute excedit, ſed plus modico (ait ipſe) exceſſerit, hoc eſt plus ſit de cryſtalloide, quàm mediocritas exigit, oculum ſicciorem conficiet, oppoſita verò humidiorē: Ex dictis colligit, ꝙ vt plurimū oculus glaucus tanto ſiccior, quanto magis glaucus: contrà verò niger quāto nigrior, tanto humidior, in hoc. n. plus eſt de albugineo, vt in glauco plus eſt de cryſtalloide. Dubitari ſolet, an verum ſit, ꝙ cryſtalloidis multitudo ſit albedinis cā, vt hoc loco aſſerit Gal. quoniam in contrariū eſt Auer. vbi albedinis, & nigredinis oculorum cauſas cōſtituens ait, quòd ſubalbedo fit ob digeſtionis paucitatem, & iō ſignificat frigiditate, nigredo aūt fit pp exceſsū decoctionis, & cū do-

4. collig. 3.

minatur

minat nigredo, significat aduſtionē partiū terreſtriū in re dominantiū, & ita ſignificat caliditatē: medius verò color eſt ob vltimā coctionis tē perantiā: vnde dicebat Ariſt ꝙ Æthiopes nigros oculos habēt, propte rea quòd color quoque totius niger eſt; Clarum autem eſt, ꝙ color ille ob caliditatem niger euadit: ſubdit poſtea Auer. ꝙ color oculi nō tantū ob qualitates ac complexiones efficitur, verū & ob humiditatis quantitatē, atque ſitū, multa. n. humiditas oculū nigrum efformat, & ēt quoniam in profundo ſita eſt, ſicuti videre licet in riuis profundis, in quibus aquæ nigriores apparent, atque eo magis, quanto in maiori ſunt quantitate, ſiquidem tantum ſplendorem non recipiunt, ſicuti largi riui, ac pauci forent: ſubalbedo verò è conuerſo fit; cui quidem Ariſto. quoque conſentit, vbi cauſam reddit, cur oculi cæſij interdiu, nigri verò noctu acute cernere nequeant. Poſtea Auer. Galen. ſententiam ſubiungit, eamque eſſe exiſtimat, ꝙ multitudo cryſtalloidis adiuuat ad ſubalbedinem efficiendam, eiusque paucitas ad ipſam nigredinem efformandam: Atque hoc (inquit ipſe) noſtre opinioni contrariū eſt; voluit. n. Auer. oculum ex ſe lumen intrinſecum non habere, ſed ipſum duntaxat ab extrinſeco lumē ſuſcipere. Cuius tamen oppoſitū hic & alibi à Galeno fuſius habetur, necnon & Aui. vbi ait, ꝙ ſpiritus viſiuus radius eſt, atque lux; & ob id Gal. voluit multitudinē cryſtaloidis facere ad oculorū glaucedinē, qm̄ quanto maior erit quantitas cryſtalloidis, tanto ēt maior quantitas lucis, quæ facit ad albedinē: vbi. n. maior albedo, ibi & magis de luce conſpicitur; verumetiam quòd lumen intrinſecum non poneretur in cryſtalloide, dici poſſet eius multitudinem facere ad albedinem, vbi namque adſit eius puritas, atque ſpirituum, quanto eius erit quantitas, tanto maior fiet reflexio luminis albedinem producētis. Quod etiā dicitur de multitudine aquarū, niħil eſt, etenim aqua corpus eſt diaphanū, in quo nō fit reflexio lumi nis vti in cryſtalloide, quod eſt corpus opacū: & ideo quāto aqua erit in maiori quantitate, tanto ipſa nigrior apparet, quandoquidem ad eam illuminandam maior luminis copia requiritur. Quod verò Ariſt. ait gloſſari poſſet, nempè quòd per humorem intelligit albugineum duntaxat, at non cryſtalloidem. De ſitu quinetiam Gal. diximus illam ponere cauſam. Tenenda itaque eſt Gal. ſententia: at dubium eſt, cuius nam fuerit opinionis Aui. interdum namque eaſdem glaucedinis cauſas aſſignat, quas & hoc loco Gal. & ex conſequenti quantitatem cryſtalloidis efficere ad oculorum glaucedinem, quandoque autem oppoſitum ſentire videtur, dicens, ſi corpus humiditatis glacialis, & albuginei fuerit peruium, purum, & paruæ quantitatis, & exterius lo.

2. de gen. ani. c. 1.

In paraphraſi de ſen. & ſenſ.

8. de uſu par. 6.

primo tracta. de uir. cor. 2. propè finem.

5. de gen. ani. c. 1.

3. tertii tract. 2. c. 34. prima canti. 52.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 239 sur 753

©BIU Santé

caliter ꝓminuerit, quarũ lux, vel ſplẽdor fuerit purè cõfuſcãs, eãdẽs, efficiet qdẽ inde oculorũ color glaucus, & ex cõtrarijs cauſis cõtingit Antimonialis, hoc eſt niger: quibus quidẽ verbis Aui ſibi ipſi cõtrarius vr̃. Niſi dicat, ꝙ cũ dicit Aui, ſi corpus humiditatis glacialis, & albuginei fuerit paruæ quãtitatis, intelligit rõne albuginei nõ rõne glacialis, qm̃ iã oppoſitũ ſenſerat. Dubiũ adhuc eſt, qm̃ Auic. ꝑter dictas colorũ cauſas oculorũ ponit & ſpũum luciditatẽ, itẽ colorẽ vuę, vbi ẽt id declarare vr̃, qd̃ hẽt Auer. ꝙ ſubalbedo fit ob digeſtionis paucitatẽ, nigredo verò ob ſuperfluã digeſtionẽ, vtpote ꝙ oculus ſit glaucus, propterea ꝙ tunica vuea glauca eſt: pariter & niger efficitur ob eius nigredinẽ, & ſubdit, ꝙ tunica vuea fit glauca ob digeſtionis priuationẽ, ſicut in plãta, q̃ in principio ſuæ natiuitatis nõ eſt apparẽtis tinctũræ, ſed ad albedinẽ declinat, qñquidẽ abũdat humiditate aquea haud rectè ꝓmixta cũ ſicco terreo ob paucitatẽ digeſtionis: & obid eius color ad aquę colorẽ vergit, cũ verò in ea fit digeſtio, miſcet ſiccũ cũ aqueo virtute caloris cõcoquẽtis, & ex cõſequẽti miſcẽtis, atq; tũc coloratior efficit; hacq́ue rõne oculi infantiũ glauci ſunt, qui deinde coloratiores fiũt, ſiquidem cõcoctio gignit, quæ ſi mediocris erit, fit color mediꝰ: ſi verò ſuꝑflua fiet color niger, vt teſtat Auer. q̃ ſi adeo ſuꝑflua erit, ꝙ reſoluat humiditas, id accidet, qd̃ in carbonibus, qui prius nigri fiũt, deinde cinis alba gñatur reſoluta ex toto humiditate, atq; aere ſubintrãte: qd̃ itidẽ contingit in tunica vuea, nã ſi ex ſuꝑflua coctione reſoluat humiditas, aer ſubintrat, & illuſtrat, atq; hac de cauſa, dicit ipſe, cõtigit, ꝙ ſenibus oculi glauci fiãt, in quibus licet humiditas multa extranea ſit, rẽſoluta tñ eſt humiditas innata: quẽadmodũ ẽt ab Hip. & Gal. hr̃. Glaucedines nã que cõtingũt (ait Gal.) ob immodicã ĩſtrumẽtorũ ſiccitatẽ, & qm̃ ſpẽm hẽnt ſuffuſionis: Ex quibus quidẽ clare vr̃, ꝙ plures aliæ ſunt cauſæ glaucedinis oculorũ: Dicẽdũ eſt, ꝙ luciditas ſpirituũ ad luciditatẽ cryſtalloidis, & humorũ reducit, ſiqdẽ ſpũs ibidẽ nõ ſeparant ab eis, ſed ĩ eis ꝓmixti ſunt: & ob id de eis poteſtate dixit. Ad id verò de vuea dico, ꝙ eius color exterius nõ apparet: quare potius facit, & reducit ad humores, ꝑ quãto humores ex colore vueę reddunt vel lucidiores, vel magis obſcuri. Vel dicat, ꝙ qualiſcũq; ſit color vueæ, oculus vel glaucus, vel niger erit ob cãs à Galeno aſſignatas. Ad Gal. verò dicerem ego, ꝙ nõ ait, id eſſe ob ſiccitatẽ vueæ, ſed inſtrumentorum, quæ quidẽ ſiccitas ex reſolutione albuginei fit, cuius paucitas facit ad glaucedinẽ oculorũ, & tũc Aui. tenendus non eſt. Dignum prætẽrea inquiſitione videtur, cuius nam temperiei ſint oculi, an ſcilicet cali. an frigi. an hum. ſicciuẽ, etenim cũ oculus ex quatuor tunicis integris cõponatur, quarum

3. tertii citat.

4. colli. 3.

3. Aph. 31.

©BIU Santé

rum tres ſunt diuiſę, quarta verò vtpote coniunctiua à pericraneo geni ta non diuiditur, ſed eſt vna, & totum oculum circundat excepta pupilla, quæ enim ſub hac eſt, ortum habet à dura matre, & anterius dicitur cornea, & cerathoides, poſterius autem ſcirotica: & quæ ſub hac oritur à pia matre, anterius vuea, & rhagoides, poſterius verò ſecundina, & choroides nominatur: quæ ſub hac à neruis obticis ortum habet, anterius dicitur aranea; poſterius rethina, vel rethi formis: oculus item tres continet humores, vitreum, quem continet rethiformis, eique pręſtat nutrimentum, cryſtalloidem, qui à vitreo circumplectitur, ex quo nutritur, atque albugineum eo ſpatio contentum, quod eſt inter corneam, & cryſtalloidem tunicam, cum inquam ſit oculus ex huiuſmodi partibus conſtitutus, videtur, quòd frigidę ſit complexionis, etenim tunicæ & humores frigidi ſunt: ſi verò loquamur de toto ipſo aggregato, videtur, ꝙ humidæ ſit temperiei, quandoquidem maior eſt humorũ quãtitas: complexio itaque innata oculi actuata per influentem humida eſt, at innata tantum ſicca quoque videtur, tunicæ namque omnes oculi ſiccæ ſunt: Verum in oppoſitum eſt Gal. vbi ait, Ad operimentũ pomi oſſium craſſities conducit, naſo autem ipſa expirationis caliditas, quinetiam oculos licet tibi tangere, & maxime in frigore, tunc enim calidos euidentiſſime cognoſces: neque igitur ipſi nudi omnino ſunt, neque incuſtoditi aduerſum frigus, vt qui proprium habeant adiutorium, ſ. inatũ calidum nullo exteriorum tegmentorum egentes: conſtat igitur ex his, quòd ex Gal. oculus frigidæ temperaturæ nõ ſit. Sed breuibus dicendum eſt, ꝙ calidæ ſunt oculi tẽperaturæ, propter ſpirituum calidorum multitudinem, licet tunicæ, & humores ſint frigidi. Eſt adhuc dubium, num tres humores oculorum ſint animati, videtur ſiquidem eos animatos non eſſe, propterea quòd & reliqui humores animati non ſunt. Miſſis, quæ ab alijs dicuntur, reſpondeo ego ꝙ cryſtalloides animatus eſt, qui viſus inſtrumentũ exiſtit, licet Guer. velle videatur tenuiſſe Gal. araneã tunicã eſſe terſam, & lucidam, ac viſus inſtrumentum, vt & vĩ innuere Gal. qui quidẽ Auer. alibi quoque velle videtur cryſtalloidem cum tunica aranea ſpecies ſuſcipere, ſed virtutem poſtea cryſtalloidem comprehendere. Probatur autem ipſum animatum eſſe eo quòd nutritur, & augetur ex humore vitreo, vt aſſerit Gal. Et quia nutritio, & auctio fit ſeruata eius figura, ideo putandum eſt, quòd fiat à virtute ęqualiter nutrimentum per omnes partes extendente. De alijs verò humoribus euidens ratio non habetur, ſiquidem fluxibilis eſt humor albugineus, & vitreus cryſtalloidis

10. de uſu par. à cap. 2. ad ſextũ uſque.

11. de uſu par. 14.

2. colli. 15.
10. de uſu par. 6.
3. colli. 38.

10. de uſu par. c. 1.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 241 sur 753

©BIU Santé

nutrimentum. Dubium postremò occurrit, num oculus medij coloris melius videat, quàm aliorum colorum. Tenendum videtur, iuxta Galeni placita, oculum medij coloris acutius intueri, si quidem actio videndi fit propter colorem perfecta, hi enim interdiu, ac noctu recte aspiciunt: cum tamen Arist. velit cæsios interdiu, nigros verò noctu non acute cernere; cuius quidem rationem assignat, quoniam interdiu humor cæsij oculi exiguus magis mouetur à luce, rebusque visilibus, quã ei conueniat, noctu verò plurimus humor nigri oculi à luce exili noctis, vt expedit, moueri non potest: oportet enim vt humor ipse moueatur motu conuenienti quantitati humoris, neque magis moueri, quàm congruum sit, neque etiam non moueri, nam dicit Arist. Leuior motus expellitur à vehementiori motu: Quamobrẽ qui aut suum conspectum à colore validiore transtulerunt, aut de sole in opacum se contulerunt, non cernunt, motio enim quæiam vehemens inest, impedit eam, quę extrinsecus accedit, denique visus siue validus, siue inualidus res splendidas cernere nequit; & tandem cõcludit Arist. quòd visus optimus est qui inter multum, & parum humoris moderatus cõstat. Hinc enim neque per exiguitatem turbatur, vt colorum motiones impediat, neq; p excessum prębet mouendi difficultatem: & talis vtique oculus mediũ colorem possidet: & hinc est, quòd qui diu aspiciunt res valde albas & lucidas facile obcęcantur, tum quia lumen cum de sui natura calefaciat spiritus visibiles, & humores resoluere potest, tum etiam quoniam lumen, & color albus spiritus disgregant, qui vario modo moti alterantur, & resoluuntur: De quibus quidem Gal. meminit, vbi recitat historiam de militibus à Xenophonte descriptis, qui per multam niuẽ deambulauerunt, & de Dionysio Siciliæ tyrãno, qui supra carcerem domũ construxerat lucidissimam, atque splendidissimam, in quam post diuturnum carcerem vinctos educeba t: quo quidẽ loco subdit Gal. quòd à maiori luce & flamma minor semper discutitur, atque dissipatur: atque ea de causa contingit, vt visus à splendida, & vehementissima luce offendatur.

primo de us. par. c. 9.

5. de gen. anim. 1.

10. de us. part. 3.

De cordis temperaturis. Cap. 28.

De cordis autem temperaturis deinceps dicendum est. Si prius hæc in memoriam reuocauerimus, quòd vnamquamque partem se ipsa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel sicciorem, vel humidiorem dicimus factam, non alicui rei alteri comparantes, sed

ad

©BIU Santé

ad ſeipſum: ſic enim utcunque extiterit cor natura frigidiſſimũ, multo ſanè calidiorem temperaturam poſsidebit calidiſsimo cerebro.

ANTEQVAM declaret Gal. ſigna temperaturarum cordis, vnam ſtatuit regulam generalem temperaturis etiá cæterarum partium deſeruientẽ, quòd cũ dicimus partem quampiam ſeipſa vel calidiorem vel frigidiorem vel ſic humidiorem vè factam, vt cor, non eſt id intelligendum facta ad aliã partem comparatione, ſed ad ſeipſum cor, cum enim naturaliter frigidiſſimum cor ſit calidius, multò cerebro naturaliter calidiſſimo, ſi ad aliam partem fieret comparatio, cor frigidiſſimum ex natura reſpectu cerebri calidum potius dicendum foret. Pro quo ãdnotandum eſt, quòd Gal. alibi ait calidum frig. humidũ & ſiccum vno quidem modo dici abſolute cum ad nullum ea conferimus, quomodo in ſolis elementis reperiuntur: ſecundo vero modo nõ abſolute, ſed ex eo, quod pollet in mixtura, vt calidum, quod plurimum quidem calidi, parcius autem frigidi, & ita de ſingulis. Quain re palàm eſt, quòd reſpicientes ad vniuerſam omnium corporum naturam, quę in mundo ſunt, aliquid medium concipimus, quòd æqualiter extremorum particeps eſt, cum quo reliqua conferentes ea aut calida, aut frigida, aut humida, ſiccavè nominamus: tertio vero modo dicũtur calida, frig. hum. & ſicca, referẽtes nos ea ad mediũ generis, ſpecieve: quod quidẽ neceſſe non eſt, vt ex pari contrariorũ elemẽtorũ mole confletur, neque enim illis adeſt æqualitas ponderis, atque menſurę, ſed quæ naturę vel generis, aut ſpeciei conuenit; quæ quidem natura nonnunquam requirit, vt humidum ſicco, & frigidum calido prę ponderet, aut è conuerſo: atque hæc æqualitas iuſtitię dicitur: Et hoc eſt, quod hoc loco aſſerit Gal. cum ait, cum dicimus calidum vel frigidum &, huiuſmodi, non intelligendum eſt, cum cuicunque alteri cõparamus, ſed ſibi ipſi, hoc eſt ei, quod eſt medium in propria ſpecie, & iuſtitiæ æqualitatẽ obtinet, quod eſt octaui modi ab Aui. poſiti. Aduertẽdum præterea eſt, quòd ex arte Gal. dicit [cor frigidiſſimum natura] eo quia præter naturam oppoſitum eſſe poſſet, vt ſi in cerebro eſſet apoſtema calidiſſimum, in corde autem affectio quædam frigida foret, tũc cerebrum calidius eſſe poſſet. Sed dicet quis, cur Gal. in primis cordis temperati ſigna non ponit, vt fecit de cerebro. Dicas velim, quòd ex dictis de cerebro temperato voluit nos colligere ſigna cordis temperati,

primo. de temp. 6.

prima primi doct. 3. cap. primo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 243 sur 753

©BIU Santé

quòd, ſ. omnia, quæ dicentur de corde calido, frigido, humido, & ſicco, in temperato moderata reperiuntur. Dices, Auer. quædã ſigna ponit cordis moderantiam indicantia, quæ ex illa regula haberi non poſſunt, etenim; ait ipſe, quòd indicantia temperantiam complexionis hepatis & cerebri temperantiam cordis ſignificant, propterea q̃ in hepate, & cerebro non eſt calor, qui ſit proprius in eorum eſſe, niſi calor partium conſimilium, ex quibus compoſita ſunt, at calor cũ quo vnuſquiſq; actiones ſuas operatur, eſt de neceſſitate calor à corde tranſmiſſus, qui in eis eſt ſicut forma, ſed calor, qui in eis eſt proprius, eſt ſicuti materia: & quoniam temperantia rei, ſuæq; operationis perfectio non ſtat niſi propter formam, neceſſarium eſt, vt quando hæc duo mẽbra ſunt temperata, ob ipſorum formam eorum ſit temperantia, atque teperies ſuarum formarum eſt propter temperantiam datoris iſtarum formarum: & iſtud cor eſt. item ſubdit Auer. eſt & aliud ſignum, nempè q̃ bona membrorum extũ inſecorum proportio, ad quam conſequit pulchritudo, atq; optima actio, temperatam cordis complexionẽ præfert, ſiquidem cor eſt primũ, qđ oritur, atque reliqua mẽbra à virtute formatiua nõ niſi mediante calore cordis conformantur. Dicendũ eſt, q̃ hæc ſigna non ſunt ad mentem Gal. cerebrũ nãq; et hepar proprias habent facultates ſibi à principio generationis inſitas, quas à corde nõ obtinent, vt ſæpe dictum eſt, Verũtamen eſt, q̃ cordis actione ægent, vt & cor eorum actionibus: Declaratũ quinetiã eſt, q̃ cerebrũ ſpiritu vitali non vtitur, niſi quatenus ex eo alterato animalis ſpiritus generatur; item Gal. non concedit cor primum generari, in libro. n. an omnes partes animalis ſimul fiãt, ait ipſe, q̃ ſolus Creator euidẽter nouit, q̃ pars prius conſiſtit, quod à nobis ſciri non poteſt, ſed (dicit ipſe) diſcere potes q̃ non ſimul fiant ex quadam ſimilitudine, vt enim in artificialibus non omnes partes ſimul perficiuntur, ſed in domo fundamentũ, in naui carina prius efficiuntur, ita & partes animalis non omnes ſimul perficiuntur: Quod quidẽ videri põt in abortu plurium dierũ; ſubdit quinetiã Gal. Quid euidentius dici põt, q̃ qđ nos videmus, poſtq̃ animal in lucẽ editũ eſt, dẽtes, & cornua generari, quæ ſunt partes corporis pp. vtilitatẽ à natura genitæ: ſed qđ plus eſt, Gal. libello de fœtuũ form. ait, q̃ licet lib. de ſem. dixerit, cor pinde ac iecur primis fœturæ diebus quaſi fundm̃ quoddam eſſe, ex ipſius vſu in adultis, ac perfectis maximè neceſſario ad hoc aſſerendum inductus, ſed cum poſtea omniũ & Philoſophorum, & Medicorũ ſniam eſſe cognouerim, fœtũ vſq; ad expreſsã formationẽ plantæ modo diſpenſari, probabilius mihi viſum eſt, ſi nullã in principio cordis eſſe neceſſitatẽ, ſed ipsũ poſt iccur formari prorſus

4. collig 4

6. metaph. 10.

BIU Santé

sas statuerimus, colligat itaq; ex dictis signa hæc addita iuxta Galeni placita assignanda ab esse, & ob id ab eo iure nõ tradi. Ceterum inquiret quis, cuius nam temperiei sit cor, atque præsertim ipsius caro, siquidem de toto aggregato ex carne, villis, panniculis, sanguine, & spiritu nemo quidem dubitare videtur, vt pote q̃ calidæ, & humidæ sit complexionis. Respondent quidam, q̃ caro cordis complexionis est siccæ, motu authoritate Gal. vbi ait iuxta veterem verbionem, q̃ cor parum elongatur à cutis siccitate, ob quæ quidem verba exponunt hi, q̃ parum cute siccius sit, item inquiunt Gal. velle carnem cordis esse tanto siccioré carne hepatis & splenis, quãto durior est. At responsio horũ falsa est, propterea q̃ noua translatio ait? Verũ cor paulo quam cutis minus est durum, iccur multo, itaque & humidius, quam cutis cor est, quãto, s. est mollius: Quod si etiã vt in antiqua legeret nihil est, qm̃ non sequit caro cordis parum elongatur à siccitate cutis, ergo siccæ cõplexionis est, quandoquidẽ non solũ per siccum, sed & per humidũ elongari põt: qđ aũt p siccũ elongari voluerit, patet per sequentia, quibus asserit, q̃ hepar multũ elongat à cute, qua deinde dicit esse humidius: quare & cor ex cõsequẽti cute humidius erit. Neq; minus id qđ subijciũt ex Galeno est ad propositũ, nã licet omne genus carnosũ naturę humidæ sit, vna tamen caro minus est humida altera, & ex consequenti siccior nõ absolute, & respectu cutis, sed alia carne. Quocirca Gal. sensit, q̃ caro cordis est tãto siccior, i. minus humida carne hepatis & splenis, q̃to eiusdẽ mollior: patet quinetiã ex dictis responsio ad dubium, nec nõ & error Auic. qui inter mẽbra sicca, ipsũ cor collocat quẽ quidem vt taxare Auer. licet ipsũ esse humidum propter spiritũ in eo contentũ cõfiteat.

primo de temp. ultra. 2. de temper. 3.

prima primi doct. 3. cap. 3. 2. collig. 3.

Signa cordis calidi. Cap. 29.

CALIDIORIS *igitur cordis, vt admodum, qui ei proprius est, atque conueniens indicia quædam sunt inseparabilia, & propria, magnitudo respirationis, & pulsus velocitas, & frequẽtia.*

VT in declarandis cerebri signis, sic & in enucleãdis ipsius cordis signis inprimis docet signa complexionum simplicium à calida tantum exordiens, nempè, quòd cordis calidioris temperato corde, quod scilicet habet modum ei proprium, atque conuenientem, hoc est, quod est temperatum secundum propriam speciem, sunt quædam signa inseparabilia, atque propria, seu familia

ria:

©BIU Santé

ria: addit autem & propria, quoniam non omnia inſeparabilia ſunt propria, hoc autem loco Gal. ponere intendit ſigna, quæ & omni & ſemper conueniunt. Et ex hoc multa ſolui poſſunt, quæ contra Gale. obijciuntur de pluribus ſignis ab Aui. & alijs poſitis, de quibus Gale. non meminit, ſiquidem inſeparabilia non ſunt, & cordi calidiori propria. Ponit autem primum duo ſigna, alterum quidem ex reſpiratione ſumptum, alterum verò ex pulſu: quo ad reſpirationem, magnitudo reſpirationis primum eſt ſignum, ſicut velocitas, & frequẽtia pulſus: alterum atque ſecundum, quæ ambo cor eſſe calidius temperato indicant: Quæ verò ſit reſpiratio, & quis pulſus, clarum eſt, pariter quę ſit magnitudo & frequentia in reſpiratione, & pulſu, de quibus Gal. alibi copioſius egit. Proinde ſciſcitantur nonnulli, cur Gale. non meminit de velocitate, & frequentia reſpirationis, itẽ de magnitudine pulſus? Dicunt quidam, ꝙ tacuit in reſpiratione, quod dedit intelligere per pulſum, & tacuit in pulſu, quod dedit intelligere per reſpirationem: verum ego alio modo dicerem, quòd dixit Gal. velle docere inditia inſeparabilia, & propria cordis calidioris, poteſt autem cor calidum eſſe ſine magnitudine pulſus, vt ſi arteria eſſet ſicca, vel à partibus circunſtantibus comprimeretur, ita vt extendi nó poſſet, tũc ex Auer. ſententia, pulſus magnus non foret, ſed cum cor calidũ magna egeat refrigeratione, atque euentatione, pulſuſque magnitudine id fieri non poſſit, neceſſe eſt, vt velocitate, & frequentia defectus reſarciatur, vt Gal. conſentit dicens, quòd calor ampliorindiget pulſibus maioribus, itẽ & celerioribus, & crebrioribus: patet itaque quòd in corde calidiore ſemper fient pulſus veloces, atque frequentes, ſed non ſemper magni. Dices eadem ratione, omittenda erat magnitudo reſpirationis, nam pectore paruo exiſtente ob paruitatem capitis magna non fieret reſpiratio, ſed velocitate & frequentia, vt de pulſu dictum eſt, defectus reſarcietur. Reſpondẽdum eſt, quòd motus pulſus naturalis eſt, reſpirationis autem motus voluntarius: quare cum volumus, dilatamus pectus magis, quàm caliditas cordis naturalis exigat, quantacunque ea ſit, dico autem naturalis, ſiquidem in præter naturali aliter dicendum eſt: Si itaque pectus paruum eſſet paruitate capitis, vt dicetur, non tamen neceſſe eſſet reſpirationem ita paruam eſſe, vt defectui uelocitate, & frequentia ſupplendum eſſet: & hac de cauſa reſpiratio ſemper magna erit, non ſemper autem velox, ac frequẽs, nam pectus latum eſſe poteſt magnitudine capitis, plus quàm exigat cordis caliditas, quo quidem caſu reſpiratio magna erit, ſed nó neceſſario velox, ac frequens, pectore namque magno exiſtẽte, magna quo

que

1. de diffe. pul.

4. colli. 2.

1. de cauſ. pul. 3.

©BIU Santé

que dilatatio efficietur, qua magna aeris quãtitas attrahetur, ita quòd neceſſe non erit, & uelociter, & frequenter alterum aerem attrahere. Verum cadit hic dubium, num motus pulſus ſit ab anima, ſeu animæ virtute, an verò à ſanguinis ebullitione. Galenus, quem omnes fermè medici ſequuntur, vult pulſum ab animæ virtute fieri, vbi tres eſſe cauſas, ait, generationis pulſus cõtinentes dictas, vſum ſcilicet inſtrumenta, atque virtutem, quod quidem ſæpius repetit; item contra Eraſiſtratum ſtatuit arterias pulſare, non quia ſpiritu replentur, vt voluit Eraſiſtratus, ſed potius quia pulſant, & diſtenduntur, ideo ſpiritu replentur, pulſant autem, & diſtenduntur à virtute, quam tunicę arteriarum à corde ſuſcipiunt ob continuitatem, quam cum eo habent: item ſubdit, arterias inciſas, aut laqueo intercluſas pulſu omni micationeque orbari, non quia (vt opinatur Eraſiſtratus) ſpiritu à corde immiſſo priuentur, ſed quia tunicas cum cordis corpore connexas habent, ab eoque vim influentem aſſidue accipiunt, cui quidem & Auer. conſentit. Verum aduerſus hanc opinionem argumentatur Truſi. probãs quòd pulſus ab animæ virtute non efficiatur, omnis namque animæ vis aut eſt appetitiua, aut ſenſitiua, aut vegetatiua, aut rationalis, ſed à nulla earum fit motus pulſus, ergo ab animæ virtute pulſus ipſe prouenire non poteſt, non quidem à ſenſitiua, nam nobis non ſentientibus efficitur, non ab appetitiua, quoniã & nolentibus pulſant arteriæ, neque etiam à potentia rationali, vt manifeſtum eſt, at quòd ab ulla naturali potentia non fiat, aperte ſatis oſtenditur, neque enim à generatiua, vt ſatis conſtat, neque ab augumentatiua, propterea quòd licet arteriæ aere repleantur, nihil tamen in ipſarum arteriarum ſubſtãtiã commutatur, neque etiam à nutritiua quapiam, ſiquidem non à contentiua neque ab alteratiua, vti patet, neque ab attractiua, expulſiuaque, quoniam harum motus non eſt continuus, vt eſt motus pulſus, ſed certo tempore conſtitutus, item arteriæ ſi aerem attrahunt, id faciunt neceſſitate vacui, item attractiua mẽbri attrahit propter ipſum membrum; ſed arteriæ propter ſeipſas non attrahunt aerem, ſed propter ſpiritus, & ſanguinem in eis contentum, pariter & quicquid expellunt, proprer eoſdem ſpiritus & ſanguinem expellunt, item arteria ſuas habet alias naturales vires, quibus ſeipſam regit. Non igitur pulſus ab aliquibus animæ virtutibus prouenire poteſt, inquit Truſ. hac ratione commotus, ſed à colore cordis calefaciente ſanguinem allatum ad cor vſque ad ebullitionem, quæ nil eſt aliud quàm per calorẽ ſpiritu uificatio (vt proprijs Truſ. vtar verbis) ad quam conſequitur & ſanguinem intumeſcere, & ex conſequenti particulam eam continen

1 de cauſ. pul. à prin. cipio.

6. de dog. Hippoc. & Plat.

Cap. 17.

1. de ſem. Cap. 5.

2. collig. 7. lib. 2. Techi. cõ. 35.

3. de pot. nat. 14.

tem

©BIU Santé

tem dilatari; ſi autem conſtrictio cordis, & arteriarum, quoniã ſpiritus genitus expiret, & tunc feruor obtũditur, & pars dilatata concidit, vt cõtingit in aqua ebulliente, in qua calor agens, & humore in ſpiritũ cõuertens eſt cauſa dilatationis humiditatis, & motus ad ſuperiora, exhalatio aũt fumi, & ſpirituũ, depreſſionis aquæ, ſi.n. nõ reſpiraret (dicit Truſ.) emaneret vtiq; tumida, donec rũperetur particula, vt fit in vegetibus, in quibus clauſis oĩbus ſpiraculis muſtũ ebullit; addit Truſ. vnũ, q̃ cõſtrictio quoq; fit à virtute aĩæ expulſiua, cuius officiũ eſt mẽbri ſuperfluitates expellere; ſubiunxit ãt hoc, vt det cauſam, cur aliqñ ſyſtoles eſt maior dyaſtole, vt in ſomno cõtingit. Põt quoq; imaginari alia cõſtrictionis cauſa, qm̃ alimẽtũ actione caloris redditũ ſubtile, rarũ, & tumidũ pulſat vltimã cordis tunicã, quod vltra procedere nõ valẽs viciſſim reſidet itẽ dici põt, q̃ in dilatatione cordis, & arteriarũ ſub ingreditur aer frigidus ſanguinis caliditatẽ remittẽs, ob quod ſanguis ipſe reſidet, vt in aqua ebulliẽte aer frigidus ſubingrediens cauſa eſt, q̃ aqua reſidet, quę rõne caliditatis intumeſcit. Aduerſus hanc opinionẽ inſtare poſſumus rõne ſumpta ex ipſomet Truſiano, ſi hoc verũ eſſet, arteriæ vtique ꝓximiores cordi magis inflãmarent, q̃ remotiores, vtpote pedis, ergo non eadẽ rõne pulſabũt ita vt ex vna de reliquis ſyllogizare valeamus. Rñdet Truſ. q̃ quãto arteriæ ſunt remotiores, tanto quoq; ſunt minores & ſtrictiores, quare paruus calor ita paruã arteriã dilatare poterit, vti magnus magna.n. Cõtra hoc eſt Gal. ſnĩa anathomia cõprobata, q̃ ad ſimas hepatis partes paruę admodũ arterię mittũtur, quę minores ſunt his, quę ſunt diſtãtiores; itẽ minores ſunt his, q̃ ad ſplenẽ, vt ab eodẽ habet, & tñ æque diſtãtes ſũt, quare æque pulſare nõ deberent: itẽ ligata arteria pars infra ligaturã à pulſatione ſtatim non quieſceret, ſi ebullitio ipſa cauſa foret. ſi diceret, q̃ ex ſpiritu ĩpulſo motus pulſus ipſarũ arteriarũ fieret. contra, qm̃ ſpiritus in inſtanti non defertur, ergo pars propinquior citius pulſaret, q̃ remota, vt ſatis conſtat: item vena quoq; chylis pulſaret, quod tñ ſecus ſe habet. Reſpondet Truſ. quia ſanguis arteriarũ calidior eſt ſanguine venarũ, ideo arteriæ mouentur, venæ verò nõ. Contra ſanguis venæ arterialis elaboratus in dextro ventriculo cordis eſt calidior ſanguine arteriali ĩ arterijs cõtento valde diſtantibus à corde, quare eius reſpõſio tuta eſſe non põt, ex eius.n. ſpirituificatione mouetur, dexter cordis ventriculus, ergo & vena arterialis ex eadẽ moueri deberet: itẽ pulſus fortis nõ eſſet abſq; magnitudine, nam vt medici ponũt tres cauſas pulſus, nẽpè virtutem, neceſſitatẽ, atq; inſtrumentũ, ita & Truſ. tres ſtatuit cauſas vtpote ebullitionẽ, caliditatẽ eam facientẽ, & inſtrumentũ: patet aũt,

Libello de uſu pul.

4. de uſu par. 13.

4. de uſu par. 15.

quòd

©BIU Santé

quòd pulſus fortis non fiet, qui cõprimentibus reſiſtat, niſi magna extenſio efficiatur, atq; hoc pacto pulſus quoq; magnus erit: Ad rationẽ verò Truſ. ſecundum Auer. dicendum eſt, ꝙ ea virtus eſt naturalis agẽs ꝓ caloris cõſeruatione, ſine quo nutritio fieri nõ poteſt, etenim ex eodẽ habẽtur, ꝙ forſitã medici virturẽ hãc euẽtationis vitalẽ non vocauerũt, niſi ꝓpter hoc, ꝙ plus vitę appropriatur, q̃uis ſit de gñe nutritiuę, neq; eſt incõueniẽs, ꝙ vacui attrahat neceſſitate, & motus ſit cõtinuus, q̃m calor continuè indiget euẽtatione, vt cõſeruet: alię ãt partes eo modo non attrahunt, ſ. vt euentatione calor ſeruet, ſed vt ipſę nutriãtur, ꝓter attractionem ãt, atq; expulſionem factã ex motibus pulſus, arterię quoq; uim habent attrahẽdi nutrimentum, & expellẽdi ſupfluitates. Reſpondendum quoq; eſt, ſecundum Galenum, ꝙ pulſus fit à virtute vitali, q̃ non ſolum ab animali ſeiungit, ſed à naturali, capiendo naturalem, vt diſtinguit & contra uitalem: ꝙ ſi capiat naturale, vt ſolum ab animali diſtinguit, cõcedi poteſt ꝙ pulſus à virtute naturali efficiatur, quæ in vitalem, & vegetatiuã diſtinguit. Verior itaq; cenſenda eſt Galeni opinio, vtpote, ex manifeſtis rationibus pendens: Cæterum quoniam Truſ. adducit etiã pro ſe Ariſtotelis authoritatem, vbi ait, quòd pulſus conuerſio eſt humidi calefacti in ſpiritum, prius autem declarauerat, quomodo, & qua ratione fiat, dicens, in corde autem humiditatis tumor ob caliditatem, quæ ex alimẽto ſemper accedit, pulſum facit, quæ vltimam cordis eleuat tunicam, & hoc ſemper fit, & continuè: ſemper enim & continuè confluit humidum, ex quo ſanguinis fit natura, cuius prima in corde eſt origo, & eam ob cauſam adoleſcentibus ſalit magis, quàm ſenioribus, fit enim iuuenibus amplior exhalatio, & omnes pulſant venæ, & mutuò ad ſe inuicem, quoniam ex corde pendent, mouet autem ſemper cor, quare & illæ ſemper & ſimul inuicem commouet: ideo huic reſpondendum eſt rationi non videri inconueniens, quòd, vt Truſſia. vult, authoritati Ariſtotel. addendum eſſe, quòd conſtrictio quoque ab animę viribus, & non ex ſola refrigeratione fiat, ita & nos uirtutem addamus dilatantem? patet itaque ex his, quòd ea authoritas non magis faciet pro Truſſi. quàm pro nobis, & ipſe non minus ad illam reſpondere debet, quàm nos: at dubium eſt, an Ariſtotel. voluerit aliam eſſe præter ebullitionem pulſus cauſam, cum Beatus Thomas dicat cauſam recitatam ab Ariſtotele potiſſimam non eſſe, ſed ipſum eam tacuiſſe, hancq; non potiſſimam collocaſſe, videamus quoque Auerrois vitalem virtutem, vt Galenus ſtatuiſſe. Quod attinet ad reſpirationem Truſſianus ſentit, quòd pulmo moueatur motu dilatationis, atque con-

2. colli. 7.

libello de ſpiratione prope finẽ

2. colli. 7.

©BIU Santé

conſtrictionis, vt & cor ex ebullitione ſcilicet ſanguinis, cum ex ſanguinie ſubtili ac vaporoſo nutriatur, nec non & calido, qui tamen adeo calidus non eſt, vt ille cordis: quare eius tumefactio ita frequens fieri non potuit, vt illa cordis, etenim inter vnam, atque alteram dilatationem pulmonis multę cordis, & arteriarum dilatationes intercipiũtur. Dicit autem, quòd motus pulmonis licet præcipuè ab ebullitione fiat, voluntas tamen & ipſa habet ingreſſum in hunc motum, non vt agens principale, ſed vt adiuuans tantum diaphragmatis, ac pectoris motum, quibus pulmo colligatus dilatatur, atque conſtringitur hiſdem dilatatis, atque conſtrictis: & ita inquit, quòd talis motus eſt compoſitus ex naturali, & voluntario, non ſimpliciter voluntarius, quoniam voluntas non ſimpliciter anhelitum prohibere poteſt, ſed ad tempus duntaxat: quòd autem voluntas in tali motu concurrat, factum fuit à natura ob multas vtilitates, vtpote vocem, & odores fœtidos, ſi quidem homo ſermonem continuum habere non poſſet, neque ſe ab odoribus fœtidis abſtinere, neque diu vociferare, neque ſub aqua ſubmergi, niſi anhelitũ per aliquod ſaltim temporis ſpacium, non tamen ſemper detinere potuiſſet, etenim natura cogit: Sed contra hanc opinionem eſt inſtantia talis, nam ſanguis pulmonis in vena arteriali continetur, quæ tamen non pulſat, vt aliæ faciunt arteriæ, quare opinio falſa eſt. Si dicatur, ꝙ immo pulmo dilatatur ebullitione ſanguinis in venis contente habentibus ortum à vena arteriali per pulmonem diſſeminatis: contra, ſaltẽ totus pulmo non dilataretur, ſed ſolum venę, vt & fit in aliis membris, in quibus ſolæ arterię dilatantur, non autem totum ipſum membrum: item cum ſanguis pulmonis ſit calidior, eo qui eſt in pedis arteria, ergò frequẽtius ebullire deberet. Auer. autem qui etiam vult motum anhelitus eſſe compoſitum ex naturali, atque voluntario, non ſtatuit motum pulmonis fieri ab ebullitione, ſed à virtute quadam naturali carnis pulmonis ipſum dilatante, putatque in diaphragmate, & muſculis pectoris virtutem adeſſe voluntariam quoque ſeu à cerebro tranſmiſſam, quæ pectus mouet; Gal. verò ſentit motum thoracis voluntarium eſſe, quemadmodũ ex eo pluribus: in locis colligi poteſt, atq; potiſſimum ubi ſerui hiſtoriam recitat, qui reſpiratione voluntarie retẽta mortuus eſt, inſuper ait idem pulmonẽ moueri ad motum thoracis, non vt aſſerit Truſ. quia thoraci alligatur quòd ſi etiam thoraci non alligaretur, ad dilatationem thoracis pulmo neceſſitate vacui dilataretur: quod quidem Gal. vno comprobat experimento, vulnerato. n. thorace ita vt aer ſubingrediatur, mouetur thorax, pulmo verò non: ꝙ non ex alio eſt, niſi quia cum ſubingrediatur aer, non neceſſe eſt neceſſi-

6. de uſu part. ca. 2.

2. colli. 19.

2. de mot. muſcu. lib. de cauſ. reſp. & lib. de mot. Thor. & pulm.

BIU Santé

neceſſitate vacui pulmonem amplius moueri, aer enim ſubingrediens id ſpatium occupat, quod eſt inter pectus, atque polmonem, vt autem Auer. ſuam tutetur ſententiam, reſpondet huic, quòd pulmo moueri non poteſt, quoniam nocumentum ex vulnere ipſi pulmoni communicatur: Verum hæc vna fuga eſt, quoniam maius eſt pectoris nocumentum, in quo vulnus adeſt, quàm pulmonis, & tamen pectus mouetur, ergo & pulmo moueri deberet: item in apoſtemate pulmonis magis pulmo læditur, quàm vulnerato pectore, is tamē mouetur, ergo eo quoque caſu moueri deberet: experimentum prædictum eſt etiam aduerſus Truſ. propterea q; vulnerato pectore pulmo motu dilatationis, atque conſtrictionis moueri deberet, ſi ab ebullitione ſanguinis cieretur, ſiquidem non obſtante etiam vulnere thoracis illa ſanguinis ebullitio fieret. Proinde oſtendens Galenus ſigna ſumpta ex motibus ſubdit.

Et audatia, & ad actiones natura prompta.

Quæ ſunt calidi cordis ſigna: pro declaratione autem primi ſigni ex audatia ſumpti, aduertendum eſt, q; vt ait Ar. audatia, fortitudo, & timiditas circa idem verſari videntur, nempè terribilia, timidi quidē ſunt, qui timent, quæ timenda non ſunt, & quando uerenda non ſunt, & gratia cuius timere non oportet, & non vt oportet, fortes autem, qui ferunt, & metuunt ea, quæ oportet: & gratia cuius oportet, & vt oportet, & quādo opus eſt: vnde fortis terribilia ſubire non formidat, licet antea timeat, & quietus ſit, in ipſis autem operibus feruidus: audax autem è conuerſò ſe habet, vult enim videri fortis, & fortitudinis diſſimulator exiſtit, & ante ipſa pericula præceps, ſed cū in ipſis eſt, tergiuerſatur, atque ea perferre non valet: Dicit igitur Galenus, quòd habentes cor calidum ſunt audaces, hoc eſt ſine ratione præcipites; idq; intelligendum eſt cordis caliditatem indicare, cum audatia eſt à natura quoniam ſi eſſet à conſuetudine, aliud prorſus dicendum foret: Ratio huiuſce ſigni ponitur à Truſ. quoniam feruor ſanguinis omnē prohibet operationem apprehenſiuę, eoſque pericula pręuidere non permittit: item calor extenditur ab intus extra, ob id hi audaces ſunt: Aſſignat & alteram cauſam Truſ. propterea q; anima alligatur corpori calido innato, cum igitur cor calidum eſt, talis calor multus eſt, quare anima percipiens ſe allegatam eſſe corpori forti ligamento, confidens erit, neque timens omnia mortem comminantia. Verum hæc ratio vera non eſt, nam ligamentum tanto fortius eſt, quanto calor magis temperatus eſt, ergò temperatus magis audax foret. Proinde aliud eſt ſignū cordis calidi ex motibus natura prōpta ad operationes. Truſ. dat cauſam, 3. Ethic.

©BIU Santé

ſam, quoniam muſculus, vt manum moueat, ſe ſe retrahit, atque hoc pactò cordam retrahit, quæ manum mouet, quæ ſanè muſculi retractio fit à ſpiritu ſe retrahente, qui cum calidus eſt, facile quoque talem motum efficit, cum autem generetur à corde, quanto cor erit calidius tanto ſpiritus erit abundantior, calidior, ac ſalientior, atque, ex conſequenti ad huiuſmodi motum promptior. Sed hæc ratio vera non eſt, nam iam declaratum eſt, quòd neceſſe non eſt, vt ſpiritus ſimul cum virtute tranſmitttantur, ſed ſola virtus ſatis eſt : item ſi ſpiritus quoque mitterẽtur, illi vitales non eſſent, ſed animales in cerebro geniti, quod ſi frigidum eſſet, frigidos quoque ſpiritus animales efficeret, dato, quòd cor calidum foret. Cæterum dubium eſt, cum virtus motiua à cerebro mittatur: videtur ergò, quòd ſignum hoc potius cerebri caliditatem ſignificet, cui ſanè dubio ſatisfaciendum eſt, quòd à cerebro non niſi virtus mittitur, qua membra neque calidiora, neque frigidiora fiunt, ſed minus magiſque prompta ad actiones, quanto magis aut minus calida ſunt, quæ enim calidiora ſunt, promptius mouentur, ſed cum membra à corde caliditatem ſuſcipiant, erit ergò promptitudo ad actiones ſignum potius cordis, quàm cerebri caliditatis. Sed dices, totum corpus poteſt etiam eſſe calidum hepatis caliditate, vt infra dicetur, ergo ſolutio illa tuta non eſt. Reſpondeas velim, quòd cor eſt principium virtutis iraſcibilis, quę vt nunquam concupiſcibili auxiliatur, vt teſtatur Gal. ita rationi opitulatur aduerſus cõcupiſcibilem, quam ſanè iraſcibilem natura donauit rationi in miniſterium, atque auxilium aduerſus tertiam dictam, quaſi venatori canem, ita quod vis ea iraſcibilis rationi obtemperare videatur. vnde vt idem quoque teſtatur, ira eſt veluti rationis ſatelles, quę agit, vti ratio iubet: ob id igitur dicimus, ꝙ promptitudo ad actiones caliditatem cordis ſemper obſequentis cerebri virtuti conſequitur, non autem hepatis caliditatẽ, in quo viget concupiſcibilis, quę ſæpiſſime (vt ab ipſo Galeno pluries dictum eſt) cerebri virtute aduerſatur. Cum igitur habentes cor calidum ſint audaces, quoniam caliditas vt magis minuſvè excedens eſſe poteſt, ita & hi & magis, & minus audentiores, adeo vt furibundi, ac temerarii eſſe valeant, adeo, ſubdit Galenus his verbis.

5. de dog. Hidpoc & Plat.

6. eiuſ. lib.

QVOD ſi multum in caliditate exceſſerit, tunc furibunda quædã iracundia, & temeritas adſunt.

Huius ratio ex ſuperius dictis manifeſta eſt : & de talibus meminit Ariſt. ubi ait, quod is, qui in non metuendo extuberat, nomine caret, ſed inſanus, vel ſtupidus vocari poteſt, ſi nihil omnino neque motus

3. Ethico.

terrę

terræ, neque fluctus metuat, vt de Celtis dicitur. Subdit postea quartũ signum ex his quę nascuntur in pectore, dicens.

Est autem his thorax hispidus, & præsertim pectus, & quæcunque hypocondrijs partes proximiores

Hoc signum duobus modis intelligi potest, vno quidem modo siue caliditas plurimum excedat, siue non & hunc non probo intellectũ: altero verò, q̃ hoc signum sit, vbi caliditas plurimum excesserit, atq; hũc approbo: pectus namque esse hispidũ est ipsum esse horridũ ex pilorũ multitudine, quod quidẽ contingere nõ videtur, nisi caliditas sit multum excedens: vbi n. caliditas non plurimum excedit, licet pectus magis pilosum sit, quàm cum cor temperatum existit, non tamen est hispidum, atque horridum: Et ex hoc quod dixit de corde multum excedente in caliditate colligitur quale sit pectus, vbi caliditas non multum excesserit, quoad ipsos pilos attinet. Quintum deinde signum ponit ex dispositione totius corporis, addens quoque à quo impediri possit, his verbis.

Magna verò ex parte calidi cordis temperatura vniuersum corpus calidum reddit, nisi hepar vehementius obstiterit.

Aduertendum est, quòd in hepate sanguis generatur, qui per venas transmissus totum corpus nutriri debet, in corde autem spiritus generantur, qui pariter medijs arterijs per omnes corporis partes mittuntur, & ob id contingit totum corpus reddi vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum iuxta sanguinis, vel spirituum, vel amborum caliditatem, frigiditatemvè: potest tamen cor validius totum corpus, quàm hepar excalefacere, siquidem per spiritus calidos totum corpus calefit, nec non & sanguis ipse, ex quo corporis partes nutriuntur, ita quòd spiritus sanguine calidior est. Quare si ab hepate cor impediri debet, ne totum calefaciat, opus est, vt contraoperantia magna sit: & ob id, ait Galen. ni hepar obstiterit vehementius, quandoquidem in calefaciendo totum corpus cor maiorem habet excellentiam. Quo quidem loco memoriæ reperendum est, quod diximus, dum signa cerebri declarabamus, quòd vbi vnus effectus à pluribus causis fieri potest, tunc limitatio addenda est, nisi aliud obstiterit, vt in signo nunc exposito, vbi verò effectus ab alio p̃ duci non p̃ot, nec eius gnatio ab alio impediri, illud addẽdum nõ est: Quare signa ex pulsu dicta sũt absolute intelligẽda, eisq; nihil addẽdũ est

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 253 sur 753

©BIU Santé

Neque audiendi ſunt, qui in omnibus ſignis volunt addi cæteris paribus, vel niſi aliud contraoperetur: vltimo ſubdit Galenus.

DICEMVS *autem paulò inferius totius inditia.*

6.de tẽp.6 Quoniam, ut ait Gale. ex complexione vnius partis complexionem totius inferre non oportet, niſi prius totum corpus æquali eſſe temperamento agnoſcamus: ſed de his poſtea, hęc pro nunc ſatis ſint dicta. Docens deinde Gal. ſextum ſignum, quod ex thorace ſumitur, ait.

EST quidem & latitudo thoracis caliditatis inditium

Et quoniam ſignum hoc nõ eſt de numero eorum effectuum, qui ex vna cauſa fiunt, ideo ſubdit.

NISI & hic quoque cerebrum plurimum obſtiterit.

Quod dicit, quoniam & magnitudo cerebri amplitudinis thoracis cauſa eſſe poteſt, magnitudo namque thoracis duabus de cauſis contingere poteſt, nempè ex cordis caliditate, ac cerebri magnitudine: quod quidem declarat Galen. atque in primis quomodo ex cerebri magnitudine, dicens.

QVONIAM *ei magna ſpinalis medulla reſpondet, tantæ verò erunt magnitudine vertebræ, quanta & ſpinalis medulla, quare & ſpina vniuerſa.*

Si vertebræ magnæ erunt, ex conſequenti & vniuerſa ſpina magna erit, quandoquidem ex illis componitur, ſpinalis enim medulla in concauitate ſpinę contineri debet, quę ſi magna fuerit, neceſſariũ & cauitas magna erit; concauitas autem magna eſſe non poteſt, niſi ſpina, & ſpondyles magni ſint, quorum illa cauitas eſt. Quo propoſito declarat Galenus quomodo ad ſpinæ magnitudinem ſequatur magnitudo thoracis, & inquit.

CONFIGITVR *verò thorax ad eam ſpinæ partem, quæ metaphrenum, ideſt dorſum dicitur, tanquam ad carinam nauis. Quare neceſſario eius longitudo æquabitur dorſo; latitudo verò erit pro vertebrarum ratione, quando ad proportionem earum craſſitudinis fuerit confixus.*

Spina medullam ſpinalem continens ortum habet à capite, & ad nates vſque tendit, illa verò pars ſpinę, quę incipit à ceruice, & tendit vſque

©BIU Santé

que ad diaphragma ex duodecim ſpondylibus conſtituitur, atque hęc pars methaphrenum dicitur, propterea q̃ deſinit in eam partem, vbi eſt diaphragma, quod & ab antiquis methaphrenum dicebatur: dicitur & pars hęc dorſum, & ab eo dicuntur ſpinales dorſi ad differẽtiam ſpondylium renum. Cum itaque thorax configatur ad hanc ſpinę partem, hoc eſt ad dorſum, ex conſequenti longitudo thoracis ęquabitur dorſo, cui configitur: Quod autem attinet ad latitudinem thoracis latitudo eſſe poteſt pro ratione vertebrarum ad quas configitur thorax, ſiquidem oportet, vt coſtę, quę thoracem conſtituunt, & ad uertebras configuntur magnitudini vertebrarum proportione reſpondeãt: & propterea ſi vertebrę craſſę erunt, & magnę coſtæ quoque & ipſæ magnæ, atque ex conſequenti thorax magnus efficietur. Quod latitudo etiam thoracis fiat ob caliditatem cordis, declarat Gal. ſcribens.

Cvm verò cordis caliditas ſuperans perflauerit, ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracem, erit eiuſdem caliditati proportione reſpondens.

Et propterea dicit Gal. cum latitudo thoracis duplici de cauſa fieri poſſit, non abſolute pronuntiandum eſt, q̃ ſi thorax erit latus, cor calidum erit, ſed caput inſpiciendum eſt. Quare ſubdit.

Qvare cum caput paruum, thorax autem latus extiterit maximum hoc tibi fuerit caliditatis cordis inditium: cum uerò magno exiſtente capite paruus fuerit, proprÿſimum hoc erit, cordis frigidioris ſignum: ſi uerò capiti fuerit proportione reſpondens, tunc alÿs ſignis de corde diſtingues ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

Omitto plures Expoſitorum dubitationes, atque præcipue ipſius Iacobi, propterea q̃ ex dictis partim quidem ſolutæ ſunt, partim verò prorſus inutiles. Poſuit Galenus ſigna cordis calidioris ex ſex generibus ſumpta, vnum ex pulſu, alterum ex anhelitu, tertium ex maioribus, quartum ex ortis in pectore, quintum ex thorace, & ſextum ex toto ipſo corpore, per conſequens declarare debebat ſigna cordis frigidioris ex dictis ſex generibus, ſed tamen oppoſitis: quod quidem in ſequenti facit capite, atque in primis de ipſo pulſu his verbis.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 255 sur 753

©BIU Santé

Signa cordis frigidi. Cap. 30.

In frigidiore verò corde pulsus minores existunt, quàm modo naturæ conueniat, non tamen tardiores necessariò, vel rariores.

CAVSA huiusce signi est, quoniã corde existente frigido multa aeris copia non indigemus pro cordis refrigerio: & ideo pulsus fiunt minores, quàm in temperato, qui tardiores quoq; & rariores forent, nisi aliquid contingeret, quod eos velociores, & frequentiores efficere posset, vtpote virtutis imbecillitas, & instrumentum indispositum propter aliquod prohibens dilatationem arteriæ conuenientem, vt si partes circunstantes arteriam comprimerent ita vt dilatari non possit secundum necessitatis exigentiam, & per consequens vna vice attrahere sufficientem aeris quantitatem, quo quidem casu opus foret, vt pluribus vicibus conuenientem quantitatem attraheret, & ita pulsus rariores, & tardiores non efficerẽtur, sed potius econuerso. Ex hoc Trus. arguit aduersus communem opinionem de pulsu, inquiens, non videmus, ꝙ aliqua virtutum naturalium pluribus vicibus efficiat, quod vnica vice facere non potest, vt expulsiua, & attractiua, sed hoc tantum videtur ei proprium virtutum appetitiuarum; verum solutio talis est, ꝙ & virtutes naturales, vt necessitas exigit, quod vnica vice efficere non possunt, id pluribus vicibus conficiunt, vt virtus appetitiua ventriculi sumpto minori cibo, quàm corpus indigeat, & citius appetit: quo etiam casu attractiua quoque citius attrahet, atque expulsiua citius expellet: item sæpe videmus virtutẽ expulsiuã, quod vnà nõ potest vice expellere, pluribus id tandem perficit: secundum mox signũ ponit ex respiratione, & inquit.

RESPIRATIO *autem siquidem tanto thorax minor extiterit, quanto cor frigidius, pulsibus erit proportionalis: Si verò maior fuerit, quàm pro frigiditatis vehementia, non minor fit tantum, sed etiam tardior, & rarior.*

Thorax maior esse põt, q̃ cordis frigiditas exigat ex cerebri magnitudine. Ratio autem vltimi dicti Galeni est, quoniam thorax magnus in vna vice magnam aeris quantitatem attrahet, non enim oportebit, vt pluribus vicibus attrahat, quod vnica vice attrahere debuisset. Tertiũ signum deinde ponit ex moribus, & ait.

TALES *autem timidi natura sunt, & sine audatia, & segnes.*

Dicit

Dicit timidi natura ad excludendos illos, qui ex consuetudine, aliquovè accidente contingente sunt timidi: addit sine audatia, hoc est diffidentes: subdit & aliud ex moribus signum, cum dicit, & segnes, hoc est inepti ad actiones, quæ quidem signa sunt oppositæ signis cordis calidioris, & ex consequenti causas habent oppositas. Aduertendum autem est, quòd vbi Leonicenus habet Segnes, Laurentiani translatio dicit, obliuiosi, etenim in græco ἀνίαροι ait, quod vtroque modo transferri potest: at melior est ea Leoniceni, siquidem obliuio temperaturam cerebri humidam potius indicat, propterea quòd ex superius expositis obliuio substantiam cerebri fluidam præsefert. Aduertendum quoque hoc loco censeo, quòd in antiqua versione, atque ea Laurentiani, necnon in contextu ipso græco est vna particula, quæ non est in illa Leoniceni: Dicit namque litera græca μὰλιστα & antiqua curiosi, & illa Laurentiani cogitabundi, & est ferè idem. Trusianus huius rationem assignat, quoniam cum tales timidi sint, & omnia obseruant, & cogitant, ideo ob timiditatem sunt curiosi, sicut animalibus timidis contingit, vt sunt mures, & lepores, quæ multæ sunt obseruationis: clarum autem est, quòd hęc obseruatio consequens ex timiditate rerum, quæ non ita indigent obseruatione, cordis frigidi signum est, dicant alij quicquid velint, & Curtius ipse. Quartum genus addit ex ortis in pectore, dicens. Cap. 10.

Et nudum pilis pectus habent.

Quoniam frigiditas prohibet multæ materiæ generationem, ex qua pili generari debent: Quintum genus subdit, quod ex thorace sumitur, de cuius paruitate, ac magnitudine distinguendum esse ait, quemadmodum & superius.

De eius uerò paruitate distinguendum, ut prius diximus.

Quando scilicet loquebamur de corde calido. subiungit & sextum genus ex qualitate totius corporis desumptum, dicens.

Eodem modo & de totius corporis caliditate.

Quod scilicet distinguendum est, vt prius, cum de cerebro calido loqueremur. Declarat postea Galen. signa cordis sicci, quæ ex tribus potissimum generibus sumuntur, ex alijs autem tribus nequaquam, nempè ex anhelitu, non enim anhelitus durior esse potest, in magnitudine autem velocitate, atq; frequẽtia variatur ad necessitatis, vel caliditatis diuariationẽ, eadẽ quoq; rõne ex pectoris amplitudine illa namque pariter cordis caliditatẽ cõsequitur: quod quidẽ & de

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 257 sur 753

©BIU Santé

piloſirate(vt ita dicam)dicendum eſt:primum igitur ex pulſibus eſt, cum caput ipſius ita exordium ſumit.

Signa cordis ſicci. Cap. 31.

COR *autem ſiccius pulſus efficit duriores.*



VIDELICET tu, quàm in temperato, quoniam arteriæ ortę a corde ſicco erunt ſiccæ, atque ex conſequenti duræ, quare & ipſi pulſus: ſecundum ſignum ſubdit ex motibus dicens,

ET iram non promptam quidem, ſed feram, quæ non facile ſedari queat.

Cauſa primi eſt ſiccitas, quæ nõ facile recipit impreſſiones: ſiccitas quoque cauſa eſt, vt ira cum aduenit, fera ſit, quoniam ſiccitas eſt lima caloris: cauſa poſtremò eſt, vt non facile ſedetur, quoniam ſiccitas vt difficile ſuſcipit, ita difficile amittit: Sed dicet quis, ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor ob appetitum vindictæ, ſed appetitus hic, qui principalis eſt in ira, reperitur in cerebro, non in corde: ergo ſignum cordis non eſt, ſed cerebri. Dicendum eſt, quòd, vt dictum eſt ex intentione Galeni, ira obedit rationi, & ratio iubet, ipſa verò agit, ſiquidem eſt veluti ſatelles ipſius, & natura eam tradidit in miniſterium, atque auxilium rationi aduerſus concupiſcibilem, quaſi canem venatori: Et ob id in diffinitione iræ ponitur propter appetitum vendictę, vt finis irę, quę obedit rationi imperanti vindictam fieri: & hoc eſt quid extrinſecum iræ, ebullitio autem eſt intrinſeca: ideo cum cor eſt ſiccum, non facile recipit impreſſiones ex cogitatione, & appetitu cerebri. Tertiũ deinde ſignum addit ex toto corpore ſumptum, ſcribens hoc modo,

5. de dog. Hippo. & Plat. & 6. eiuſdem.

MAGNAQVE ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit, niſi hepar obſtiterit.

Et addit niſi hepar obſtiterit, quoniam cum ſit de numero ſignorum, quæ à pluribus cauſis fieri poſſunt, ideo cum limitatione intelligendum eſt: atque hæc quo ad præſens caput ſat ſint,

Signa

©BIU Santé

Signa cordis humidi. Cap. 32.



VMIDIORIS cordis ſigna deinde oſtendit, quę pariter ex tribus generibus deſumuntur, vt præcedentia cordis ſicci. Primum autem ſignum ponit ex pulſibus, dicens.

CORDIS verò humidioris ſigna pulſus molles.

Quoniam arteriæ, vt pote ortæ à corde tanto ſunt molliores, & humidiores, quanto cor eſt humidius. Secundum ſignum addit ex moribus ſubdens.

ET mores ad iram quidem proclines, ſed talem, quæ facile ſedari poſſit.

Quod fit propter humiditatem, quæ vt facile ſuſcipit, ita & facile impreſſiones ſuſceptas amittit: indirio ſunt pueri, qui vt facile irascũtur, ita & placantur, non niſi ratione ipſius humiditatis. Tertium, ſignum ſubiungit ex toto ipſo corpore ſcribens.

ET vniuerſum corpus humidius exiſtit, niſi hepar obſtiterit.

Cum totius humiditas non ſolum à corde, ſed & ab hepate, vt & in cęteris qualitatibus, proficiſci poſſit, ideo ſignum hoc non abſolute pronuntiandum eſt, ſed cum limitatione, v. & aliud id genus: accingit autem ſe ad compoſitas cordis intemperies.

SECVNDVM verò coniugationem qualitatum primarum uitioſæ temperaturæ ita ſe habent.

Declaratis.n. ſignis ſimpliciũ cordis tẽperaturarũ, ex conſequẽti & de ſignis temperaturarum compoſitarũ ipſius cordis tractandum erat, atque in primis calidæ & ſiccę temperaturę, quod ſequens eſt caput.

Signa calidi & ſicci cordis. Cap. 33.

CALIDI & ſicci cordis pulſus duri ſunt, & magni, & ueloces, & frequentes.

PRIMVM hoc eſt ſignum ex pulſibus ſumptum, quod ambas inſequitur qualitates, hoc enim loco memoriæ repetendum eſt, quod diximus, cum ſigna temperaturarum cerebri exponerentur, q Gal. ponit ſigna conſequentia, vel ambas qualitates, vel alteram

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 259 sur 753

©BIU Santé

teram duntaxat, vt oſtendat, ꝙ altera non impedit: Reliqua autem ſigna poſita in ſimplicibus temperaturis ſubticet: & ob id cum durities ambas inſequatur qualitates, ideo dixit in cõtextu, ꝙ duri pulſus ſunt, quòd verò ſint magni, veloces, & frequentes, id quidẽ ad caliditatẽ cõſequitur, licet. n. ſiccitas prohibeat, caliditas tamẽ prępollet. Dices, hoc ſignũ non eſt inſeparabile, quoniam cor arterias paruas habere poteſt, ita ꝙ pulſus magnus non erit: vel alię particulę arteriã cõprimẽtes prohibere poſſunt arteriæ dilatationem. Dicas velim, ꝙ voluit Gal. tale ſignum reperiri in corde calido, & ſicco, vt oſtenderet caliditatẽ in hoc vincere ſiccitatẽ, quæ prohibet arterię dilatationẽ, ſed plus poteſt neceſſitas orta ex caliditate ad dilatandum, q̃ ſiccitas ad prohibendum: Nec refert, ꝙ tale ſignũ nõ ſit inſeparabile, ſi quidem patuit, quę ſigna ſunt inſeparabilia in his, quæ dicta ſunt de ſimplicibus intemperaturis; atq; hac ratione tangit etiã nõnulla ſeparabilia, vt oſtẽdat, quę qualitas alteri prępollet: ſecundũ ſignum ſubdit ex anhelitu inquiens.

Et reſpirationes magnæ, & veloces, & frequentes, & multo magis ad velocitatem, ac frequentiam vergunt, thorace cordi nõ aucto proportionaliter.

Hoc planè ſignum conſequitur caliditatẽ, quæ ſuperat ſiccitatẽ, quę id prohibere non pọt: & addit thorace cordi non aucto proportionaliter, ſiquidem capitis paruitate id contingere poteſt. ſubdit tertium ſignorum genus ex ortis in pectore, & hypochondrijs ſcribens.

Hi verò præ cunctis pectus habent maxime hirſutum, & hypochondria.

Quod ſignum ambas inſequitur qualitates, caliditatẽ, ſ. atq; ſiccitatem, vt ſatis manifeſtum eſt: & ob id pectus & hypochondria ex pilorũ multitudine vel maxime horrida ſunt. Quartum ſignum ſubiungit ex moribus dicens.

Ad actiones autem prompti ſunt.

Quod pręcipuè caliditatem conſequitur cooperante ẽt quodammodo ſiccitate, quæ caloris eſt lima, vt ſępius dictum eſt. Addit etiam Gal. quod ex moribus eſt.

Et iracundi, & impudentes, & mores tyrannicos habent, etenim ad furorem faciles, & non facile verò placabiles.

Tales. n. proprie dũtaxat ſtudẽtes vtilitati iuſtitiã non ſeruãt, quare paruifaciẽtes rõnes ea tm̃ querũt, q̃ ipſi appetũt, ſibiq; vtilia videntur: atq; hoc ſignũ ambas inſequitur qualitates, rõne nãq; caliditatis faciles ſunt ad furorẽ, & in hoc caliditas ſiccitatẽ ſuperat, non facile verò placantur

cantur ob ſiccitatem, quæ cauſa eſt, vt diu retineatur. Quintum genus addità toto ſumptum, & ſextum pariter ex thorace dicens.

De totius autem corporis temperatura, & thoracis amplitudine his, quæ ante diximus proportionaliter eſt diſtinguendum..

Dicendum enim eſt, ꝙ totum erit calidum & ſiccum, niſi hepar obſtiterit, pariter & thorax erit latus caliditati proportione correſpondens: neque ſiccitas impediet eius dilatationem, niſi cerebrum obſtiterit, vt iam ſatis declaratum eſt. Sed dicet fortè quis non videri, ꝙ in corde calido & ſicco pulſus magni eſſe queant, quandoquidē plus facit ſiccitas ad producendos pulſus, paruos, q̄ caliditas ad augendā magnitudinē, etenim (vt teſtatur Aui.) virtus valida cū diminuta neceſſitate nō multum minuit ob æquali pulſu, ſed diminuta neceſſitas eſt æque potens ad faciendam paruitatē pulſus, vt aucta neceſſitas ad faciendā magnitudinē pulſus poſita paritate in cęteris, in virtute ſcilicet, &c. ſed durities inſtrumenti plus facit ad paruitatē pulſus, quàm diminuta neceſſitas, cū virtus valida cum diminuta neceſſitate non multū minuat ab æquali pulſu, ergò durities pulſus plus ēt faciet ad pulſus paruitatē, q̄ aucta neceſſitas. i. caliditas ad magnitudinē pulſus, poſita ſemper in cęteris paritate, atque præſertim in ipſa virtute. Omiſſis aliorū reſponſis, dicerem ego negando, ꝙ diminuta neceſſitas ſit æque potens ad pulſus paruitatem propagandā, vt aucta neceſſitas ad eiuſdē magnitudinē producendam valida ſemper virtute exiſtēte. Quod quidem ex Gal. colligitur, virtute. n. valida maxime aucta neceſſitate fiunt & pulſus maximi, & celeres, ac crebri, diminuta autem neceſſitate licet poſſint fieri rariſſimi, non tamen rariſſimi fiēt, atq; minimi. Sed dicet ille, cur nō dixit etiam ꝙ anhelitus eſt durus, ſicuti de pulſu dixit? Reſpondent quidam, quòd dedit intelligere per id, quod dixit de ipſo pulſu. Verum aliò pactò reſpondendum eſſe cenſeo, quòd dixit totum eſſe ſiccum, & calidum, niſi hepar obſtiterit, quod ex conſequenti de thorace quoque intelligendum eſt. Dubium adhuc eſt, quoniam videtur caliditatem, & ſiccitatem cordis ad nuditatem pilorum efficere, vt caliditatem, ac ſiccitatem cerebri ad ipſum caluitium, licet cerebrum valde ſit humidum reſpectu æqualis ponderalis. Dicendum eſt, quòd in capite fit caluitium ob cutis ſiccitatem, in qua capilli generari non poſſunt, vt in terra arida, quæ cutis oſſi capitis adhæret, atque hac ratione indurari poteſt, ita vt capilli non oriantur, ad quod cerebri caliditas, & ſiccitas adiuuat; in pectore autem ſunt muſculi, quibus cutis adhæret, & ideo cutis illa ita exic

cari

2. primi doct. 3. ſumm. de pulſ. ca. 6.

primo de cauſ. pulſ cap. 4.

©BIU Santé

cari non poteſt, quòd in ea pili non naſcantur, atque ob id caliditas, & ſiccitas cordis ad pilorum generationem efficiunt.

Signa cordis calidi & humidi. Cap. 34.

Oſtendens Galenus ſigna calidi & humidi cordis, in primis ſtatuit primum ſignum ex ortis in pectore, dicens.

Si uerò caliditas unà cum humiditate dominabitur, minus quidem his, quos antea diximus, hi ſunt hirſuti.

HI ſunt piloſi ob caliditatem facientem pro generatione pilorum altera qualitate, humiditate ſcilicet contra operante, quæ humectando materiam pilorum prohibet eam fieri facilè duram, atque condenſari: & propterea dicit, quòd ſunt minus piloſi, prædictis ſcilicet habentibus cor calidum, & ſiccum, reſpectu tamen cordis temperati. Secundum ſignum addit ex moribus dicens.

Ad actiones nihilominus prompti.

Intelligendum eſt, vbi par fuerit caliditas: & hoc caliditatem conſequitur, vt ſuperius declaratum eſt, neque humiditas in hoc prohibet, licet ipſius caliditatis operationem obtundere ſoleat: ſubdit ſignum aliud ex moribus dicens.

Non tamen ferior eſt animus, ſed ad iram procliuis tãtùmodo.

Dicit tantummodo, quoniam in his facilius ſedatur ira: atque hoc ſignum ambas inſequitur qualitates, vti manifeſtum eſt. Dices, cum humiditas obtundat caloris actionem, non ergò non minus prompti ad actiones prædictis eſſe debent. Reſpondeo, quòd vt Gal. declarabit inferius humiditas cordis hepatis ſiccitatem vincere non poteſt, quoniam cor non multum eſt humidum, & ob id tãta humiditas eſſe non poteſt, quæ caloris actionem obtundat, neque enim quilibet exceſſus humiditatis actionem caliditatis obtundere poteſt. Tertium ſignum ex pulſibus ſubſequitur dicens.

Pvlsvs ucrò magni, ac molles, & ueloces, & frequentes exiſtũt.

Molles ſunt propter humiditatẽ, licet caliditas obſiſtat eam reſoluẽdo, magni ſunt, veloces, & frequentes propter ambas qualitates: ex caliditate

BIU Santé

ditate namque augetur neceſſitas, ex humiditate verò inſtrumenta diſponuntur, ideo pulſus magni fiunt. Et de hoc Galen. alibi, necnon de omnibus illis tribus magnitudine, velocitate, ac frequentia meminit, ne quis forte credat ſolam magnitudinem ſufficere in habentibus cor calidum & humidum, vt virtutem cum tribus differentijs neceſſitati commodius, quàm cum vna tãtum ſatisfacere oſtendat. Quartum genus addit ex reſpiratione dicens. 1. de cauſ. pulſ. 2. 3. & 6.

Et reſpiratio, cum thorax cordi fuerit proportionalis eandem pulſibus formam ſeruabit, ſi verò minor extiterit, tanto illis uelocior erit, & frequentior, quanto & thorax minor extiterit.

Thorax minor eſſe poteſt propter cerebrũ; vt ſæpe dictum eſt: Et ſic ſignum hoc eſt cum limitatione intelligendum, vt patet, non autem abſolute. Quintum genus ſubdit ex morbis, dicens.

Si autem multa facta fuerit euerſio in temperatura, ac ſi hoc præſertim in humiditate contigerit præter ea, quæ diximus, contingent etiam ex putredine morbi his, qui in ipſis fuerint humoribus corruptis, ac putrefactis.

Hoc vtique ſignum non eſt omnium habentium cor calidum, & humidum, ſed vbi præſertim humiditas valde exuberãs erit, corde enim calido, & valde humido exiſtente totum quoque calidum erit, atque humidum, niſi hepar obſtiterit, vt idem ait, corpora enim calida & humida, in quibus humiditas præſertim prævalet, facile incurrunt morbos putridos ex humorum putredine in eis exiſtentium, licet huiuſmodi corpora longiſſimæ vitæ ſint, ſi eorum proprius calor ſeruetur, & à putredine præſeruetur: Quod autem talia corpora ſint facile parata in morbos putridos ex humorum putredine incurrere, ex eo conſtat, ꝙ & cum ſana ſunt, egeſtiones fœtentes habent. Sextum ſignum ponit Gal. ex expiratione, dicens. 6. de tuẽd. ualet. 11. met. 8.

Expirationes autem maiores ſunt, ac uelociores inſpirationibus, & ſubmiſſio arteriæ in pulſibus uelox.

Ratio quidem eſt, nam in his corporibus multi vapores ſemiputridi multiplicantur, quare multa indigent mundificatione, quæ expiratione fit, atque ſyſtole, vt habet Gal. vbi ait. Itaque vbi refrigerantem cauſam trahit, arteriarum corpus diſtenditur, cum fuliginoſam expurgat, contrahitur, iam præpollet modo diſtẽtionis uſus, modo contractionis, ac conſequitur omnino alteram motus partem, & quæ ſequuntur. Quare maiore exiſtente humiditate ipſa caliditate, maior quoque 1. de cauſ. pul. cap. 2.

erit

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 263 sur 753

©BIU Santé

erit copia vaporum mundificatione indigentium, quam caloris egentis refrigeratione, ergo constrictio tum anhelitus, tum pulsus maior erit quoque eorundem dilatatione. Dices, cur est, quòd Gale. non meminit de alijs duobus signis ex thoracis latitudine, ac ex toto corpore sumptis. Dicas velim, quòd de eis non meminit, quoniam sæpe iam declaratum est, quòd thoracis latitudo maior fit, atque minor, prout cordis caliditas maior est, atque minor, nisi cerebrum obstiterit: Pariter & totum redditur eiusdem temperaturæ cum corde, nisi hepar obstiterit. Aduertendum autem est hoc loco, quòd Haly male Galenum interpretatur, dicens ipsum velle expirationes & systoles maiores esse inspiratione, & diastole in febribus putridis, non autem sanitatis tempore, tum quia Gale. non loquitur de corporibus ægris, sed de corporibus sanis, tum etiam, quoniam male dicit, quòd in febribus putridis parua egemus aeris refrigerantis calorem attractione, siquidem calor innatus in febre minor factus est: loquitur enim ac si calor innatus, & febrilis duo sint calores distincti, & quòd calor innatus indigeat refrigeratione, febrilis verò minime, quorum vtrunque falsum est: nam eadem sunt subiecta caloris innati, & extranei, vtpote humores, membra, ac spiritus, quæ in febre à causa extranea calidiora efficiuntur, sicuti si quod nam est album ab extra albius fieret: Cum igitur hi duo calores distinguantur, vt quod prius erat temperatum, à seipso differat, cum factum est distemperatum, dicimus nos calorem naturalem debiliorem fieri, siquidem cum ab externa causa augetur, non est aptum virtutis instrumẽtum, à qua in animali prodeunt actiones: vnde Gal. dicebat, quòd imbecillitatis affectæ partis valentior intemperies causa est: at ϕ febrilis calor indigeat refrigeratione ex ipso met Gal. plerisque in locis colligi potest.

4. metho. med. c. 2. 1. de cauſ. pulſ. & 3. de ſymp. ex pul. 2.

Signa cordis humidi, & frigidi. Cap. 35.

HVMIDIORIS *verò & frigidioris cordis pulsus quidem molles.*

DECLARANS Gal. signa cordis frigidi ac humidi in primis signum ponit ex pulsu, quod humiditatem cõsequitur: de hoc quidem signo meminit, quoniam aliquando frigiditas mollitiem prohibet, non autem meminit de paruitate, raritate, ac tarditate, propterea quòd à frigiditate fiunt, humiditas verò haud prohibet; qua de re satis ex his intelliguntur, quæ de frigida duntaxat

taxat temperie dicta sunt, vt & de aliis. Secundum signum subdit ex moribus, dicens.

MORIBVS *nequaquam audaces, sed timidi.*

Quod ambas sequitur qualitates, frigiditatem quidem ob causam contrariam ei, qua in calido est audatia, humiditate verò quoniam ipsa caliditatem obtundit, vt ępe dictum est; subdit & aliud ex moribus signum, inquiens.

ET *segnes existunt.*

Quod vt præcedens ambas qualitates consequitur, etenim non sunt prompti ad actiones, & ratione frigiditatis, & ratione humiditatis. Subiungit & aliud signum ex moribus his uerbis.

MINIMEQVE *iram retinent, sicut & ad iram non admodum sunt prompti.*

Diximus in humido tantum corde, quòd ad iram sunt procliues, in his autem frigiditas huiusmodi promptitudinem prohibet: quo fit, vt hoc signum alteram sequatur qualitatem, altera tamen contra operante. Traductio noua melius iacet, quàm antiqua, quæ dicit, Et minime irascuntur, non enim hoc modo legi debet, sed minime iram retinent, si aliqua ex causa eos irasci contingat. Et ex hac noua translatione soluitur dubium, quod fieri solet, num humidi & frigidi corde, an verò sicci & frigidi magis sint iracundi, etenim si loquamur de promptitudine incidendi in iram, minus frigidi cadũt, ac sicci: at si de seruatione irę frigidi & sicci diutius seruant, quàm frigidi atque humidi. Tertiũ genus ponit ex ortis in pectore, subdens.

TALES *etiam glabrum pectus habent.*

Glabrum, hoc est nudum pilis: atque hoc signum ambas qualitates consequitur, siquidem ambæ pilorum generationem prohibent. Quartum genus ex thoracis amplitudine, & quintum ex toto corpore subdit, dicens.

QVAE *uerò ad thoracem, & vniuersum attinent corpus distinguere oportet sicut ea, quæ ante diximus.*

Superius. n. declaratũ fuit, qũo hęc signa cũ limitatione intelligẽda sint, atq; distinctione. Dices, cur non meminit Gal. de signo ex anhelitu desumpto? Dicendum est, quòd vt tacuit magnitudinem, velocitatem, ac frequentiam in pulsu, ita & de anhelitu meminisse non oportuit,

©BIU Santé

oportuit, neque etiam neceſſe fuit dicere anhelitum mollem eſſe, vt dixit de pulſibus, quandoquidem ſatis habetur pectus eſſe humidum ex eo quòd dixit, quòd totum eſt frigidum & humidum, niſi hepar obſtiterit.

Signa cordis frigidi & ſicci. Cap. 36.

FRIGIDIVS *uerò cor & ſiccius pulſus quidem duriores reddit, & paruos.*

PONENS Gal. ſigna cordis frigidi ac ſicci, primum ſignum declarat, quod ſumitur ex pulſibus: atque hoc ambas inſequitur qualitates, clarum enim eſt ſiccitatẽ facere ad duritiem, ad quod iuuat & frigiditas ſiccitati iuncta: ꝙ aut frigiditas & ſiccitas faciant ad pulſus paruitatẽ, res eſt clariſſima. Dices, vt ait, ꝙ pulſus ſunt parui, ita & debebat dicere, ꝙ tardi ſunt, & rari. Reſpondeo, quòd meminit de paruitate, propterea quòd ambas conſequitur qualitates, ſed quoniam ex duritie, & ſiccitate arteriæ non ita arteria dilatari poſſet, vt neceſſitas quàmque parua exigit, ideo pulſus eo caſu duri & parui eſſe poſſunt, ſed non rari, ac tardi, vt parua neceſſitas exigeret. Secundum ſignum ponit ex reſpiratione, dicens.

RESPIRATIONEM *autem, ſiquidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderatã, ſi uerò maior extiterit, raram, ac tardam.*

Non intelligendum eſt ꝙ erit moderata, hoc eſt media inter magnã & paruam, ſed erit moderata ad ipſos pulſus, & eandem cum ipſis pulſibus formam præſeferet, vt in alijs temperaturis dictum eſt. Tertium ſignum ſubiungit ex moribus.

HI *uerò præ omnibus minime adiraſcendum prompti, cum autẽ coacti fuerint iraſci quibuſdam, retinent iram.*

Ex hac tranſlatione noua ceſſat dubium, de quo ſupra, quod tamen ex antiqua promoueri ſolet, quandoquidem tranſlatio illa vetus ait, ꝙ ſunt minime iracundi, atque male ſanè litera iacet. Signum hoc vtiq; ambas qualitates conſequitur, vt ſatis conſtat & de primo & de ſecundo, ambæ namque qualitates reſeruant. Quartum ſignum ex ortis in pectore ponens, ſubdit.

Habent

©BIU Santé

HABENT autem maxime omnium nudum pilis pectus.

Truſianus rationem aſſignat, quoniam in talibus efficiens deficit nempè calor ipſe, à quo uapores eleuantur, deficit quoque materia pilorum ratione ſiccitatis, quæ vaporum etiam eleuationem prohibet. Dices, pili generantur ex materia ſicca, ergò ſiccitas facit ad pilorũ generationem: quare in corde calido & ſicco dicit, quòd inter cæteros piloſum pectus habent? Quocirca nonnulli exponunt; quòd iſti maxime omnium ſunt pectoris non piloſi, hoc eſt pauciores habent pilos inter eos, qui in pectore pilos habent, non quòd omnino pilis careãt, ſed paucos habent ob caloris debilitatem multos vapores eleuare nequeuntis, ex quibus pili generari debent. Verum Truſ. defendi poteſt, q ab obiecto ſicco multi uapores eleuari non poſſunt, cum præſertim calor debilis eſt: cum igitur in corde frigido, & ſicco efficiens debile ſit uel pauci, uel nulli uapores eleuabuntur, ex quibus pili generantur, ſi quidem ſiccitas quoque prohibet, quæ non ira prohibere poteſt, cum calor validus eſt, exiſtente autem corde frigido, & humido humiditas vaporum generationem non prohibet, quandoquidem ex obiecto humido multi vapores facile eleuantur, & licet humiditas vapores efficiat indiſpoſitos ad pilorum generationem, plus tamen facit ſiccitas prohibendo prædictorum vaporum eleuationem. Deinde quintum & ſextum ponit Gal. ex magnitudine ac paruitate thoracis, & ex totius corporis temperie, dicens. 1. Aphor. par. 14.

DE paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate ſimiliter diſtinguendum.

De diſtinctione horum ſignorum ſuperius dictum eſt, atque res clara eſt. Vltimo addit Gal. unum documentum ſemper memoriæ tenendum, cum tradimus ſigna cordis ex moribus hunc in modum ſcribens.

VNVM illud commune in hiſce omnibus memoria repetentibus, quòd quæcunque de moribus ſiue nunc, ſiue quouis alio ſermone explicata ſunt ad temperaturæ cognitionem non de optimis moribus, aut vitioſis, qui ex philoſophia hominibus adueniunt, ſed de inſitis vnicuique, ac naturalibus nos expoſuiſſe.

Videmus ſepe quoſdam ex natura iracundos, qui religionem ingredientes fiunt mites, & manſueti, atque hoc non niſi ex doctrina, vnde Galen. libello quodam ait, omnia à nobis fieri coacte, aut à temperie, aut à doctrina, & qui boni ſunt, aut temperatura boni ſunt, aut doctrina; atque hoc modo negare videtur, quòd voluntas noſtra ſit libera, lib. quòd ani. tuo. corpor. tẽ pe. ſeq.

&

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 267 sur 753

©BIU Santé

& propè libri calcem, respondet ad nonnulla obiecta, quæ aduersus hãc faciũt opinionẽ. Nos verò fideles tenemus voluntatẽ liberã & omnes liberè bonos & malos esse posse. Quòd ãt Gale. nõ ponat voluntatẽ liberã eò cõstat, q̃ scripsisset, quæ hic dicuntur de moribus intelligi debere de sequentibus ex temperatura, non autem ex philosophia, volũtatevè. Aduertendum autem est hoc loco, quòd vt dicit Trus. per philosophiam debemus intelligere non solum eam, quæ in naturalem, mathematicam, atque diuinam distinguitur, sed in vniuersum eam, quæ tam leges, quàm disciplinas, & artes quasque & quemcunque aliũ vitæ modum complectitur, ex quibus homines diuersimode mores adipiscuntur, nam ex ipsa philosophia nullus efficitur malus, licet mala cognoscere doceat. Proinde Haly docet, quomodo mores naturales distinguendi sunt ab his, qui sunt acquisiti: & inquit, q̃ cum aliqua causa occurrens fortis aliquem excitauerit ad iram, qui ex doctrina factus est mansuetus, signum est, quòd ille ex natura promptus est ad iram. quod itidem in alijs omnibus contemplari nos oportet nimirũ perpẽdẽtes ad quos mores quis redeat, cũ aliqua fortis causa eum excitauerit: Sed dubium est, num aucta necessitate omnes simul differẽtię augeãtur, an verò primo vna, mox & altera deinde & tertia augeatur, Quod enim omnes simul augeantur, est Gal. authoritas, vbi ait, quòd calidi natura pulsum habẽt multò maiorem, celeriorem, crebriorem, vehementiorem non item multò. & subdens idem de exercitationibus profert, quemadmodum dum inquit, si amplior in corpore sit collectus calor animanti, cum maiore opus erit respiratione, tum maioribus pulsibus, & quia maioribus, continuo etiã celerioribus, atque crebrioribus, vt qui sitiunt non multum modo, sed & celeriter potant, & crebrò, sic qui indigent refrigerio, copiosum simul id & celeriter, crebroque attrahunt. In contrarium videtur idem vbi ait, quòd aucta caliditate parum fiunt pulsus magni, sed non velociores, magis aucta fiunt & velociores, adhuc magis aucta, fiunt & frequentiores: atque hoc pactò non sentit omnes simul augeri: Item ait ipse, q̃ natura non vtitur celeritate, nisi cum magnitudine necessitati suplere non potest, pariter non vtitur frequentia nisi cum magnitudine, & celeritate suplere non valet: quod quidem fermè inferius corroborat. Dicendum est, quòd vt clare apparet ex verbis Gal. hinc inde, licet omnes simul augeãtur, necessitate aucta, virtute tamen existente valida primò magnitudo est magis aperta consentiente quoque instrumento, mox velocitas, ac postremò frequentia. Dubium quoque est, num diminuta necessitate omnes differentiæ simul diminuãtur, an verò vna prior, mox

3. de caus. puls. ca. 3. capi. 13. eiusdem.

primo de caus. pul. 3

lib. de dispn.

1°. de caus. puls. 3.

&

& altera : Quod autem omnes ſimul minuantur, habetur ab eodem, vt dictum eſt, dum ait, ſimiliter autem & ſi minorata fuerit, & quę ſecundum naturam caliditas aliis cauſis impermutatis adhuc paruam, & tardam, & raram neceſſarium eſt fieri inſpirationem, ſed parum quidem ea, quæ ſecundum naturam minorem, multum verò tardiorem, plurimum autem rariorem, robuſta enim virtute exiſtente non contingit multò minorem fieri diaſtolem, ſed ſi quidem exoluatur ſufficienter neceſſitas plurimum quieſcere contingit non tam propter motum omnifariam tarde robuſta virtute : idem quoque repetit, vbi ait. At ſi frigidior iuſto is homo factus ſit, primum raritas perſpicua erit, deinde tarditas, poſtremò paruitas. Dicendum eſt, quòd magis manifeſte primò raritas, mox tarditas, ac vltimo paruitas conſpiciuntur : atque hoc dubium hunc in modum diſſoluit Galenus, dicens : Putauerit aliquis hęc euidentia euenta, & inter ſe, & cum poſitis cauſis pugnare, par eſt enim vt quemadmodum in calore prima erat magnitudo, celeritas altera, crebritas tertia, & in frigiditate item prima paruitas, ſecunda tarditas, ac tertia raritas ſit, ergò quæ ratio explicandi huiuſmodi ? quòd cum valida facultas eſt, & ſi paulò minor ſit vſus primam actionem nec paruam neceſſe eſt, nec tardam eſſe, alteram verò multò poſt, ſi vſus non flagitet, veriſimile eſt fore, vt enim cum urgeret, facultatem ſtimularet, & excitaret ad officium, ita etiam quietem longiſſimam concedit, vbi non vrgeat, iam ſi maior refrigeratio ſit, eo que vſus ſit magnopere remiſſus, vnà elangueſcet celeritas motus, atque minor ſtatum erit diſtentio, ſi plurimum progreſſa refrigeratio ſit, rariſſimi quidem, ſed non tardiſſimi, tamen & minimi neceſſe erit, vt ſint pulſus, ſed ſatis eſt, ſi tardiores ſemper & minores fiant natiuis, ſemel quidem certè tardi, vel parui, ſi valida facultas ſit, vt multum, ſit vſus remiſſus, nunquam fiant, eadem cæteris actionibus videas vſui venire, & ambulationi aucta neceſſitate, ideſt ſi multa ſingulis diebus ſint ſtadia conficienda velocius, & magis progredimur, nec in diuerſoriis diu commoramur, ſin adeo ſit imminuta, vt ſingulis diebus habeamus quinadena ſtadia verbi gratia duntaxat per ficienda, diutiſſime in diuerſoriis ſubſiſtimus, attamen non ad extremam tarditatem, & paruitatem actionem remittimus : Hæc eſt Galeni ſententia ad verbum recitata, Dubium adhuc eſt, num ſyſtoles poſſit eſſe maior diaſtole, videtur enim quod,

1. de diſpn.

1. de cauſ. puls. ca. 4.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 269 sur 753

©BIU Santé

non, ſiquidem quanta eſt conſtrictio, tanta etiam eſt arteriæ dilatatio, ergò non videtur, quòd vna ſit altera maior: idem enim eſt ſpatium pertranſitum in vna, atque altera. Reſpondeo, quòd ſyſtolem eſſe æqualem diaſtoli, duobus modis intelligi poteſt, vno quidem modo abſolute, atque hoc pactò inter ſeſe ſemper ſunt æquales: altero autē modo reſpectu terminorum naturalium, vt cauſa exempli ſit A terminus naturalis diſtentionis arteriæ, B verò ſit terminus naturalis conſtrictionis eiuſdem, ſi contingat, quòd maior ſit neceſſitas euacuandi vapores, quàm infrigidandi, conſtrictio pertranſibit B & perueniet arteria ad D dilatatio autem non pertranſibit A vel fortè non perueniet ad A & tunc conſtrictio maior erit non abſolute, ſed reſpectu terminorum naturalium, quandoquidem conſtrictio naturalem terminum pertranſit, dilatatio verò minime, atque econuerſo ēt contingere poteſt: patet itaque ex dictis quomodo vtrumque conſiſtere põt: ſed hęc hactenus de corde, de ipſo hepate caput aggrediamur.

DE HEPATIS TEMPERATVRIS.

Signa hepatis calidi. Cap. 37.

Hepatis calidioris inditia, uenarum latitudo.

SVPPOSITIS ſignis hepatis temperati, vt fecit de corde, in quo omnia, quæ dicentur, cum medio critate reperiuntur, declarat in primis ſigna complexionum diſtemperatarum ſimplicinm hepatis, atque primò ipſius calidæ duntaxat; Primum autem ſignum ex venis ſumptum eſt, quæ ab ipſo hepate originem trahunt, vtpote venarum latitudo, quod quidem hepatis calidi præcipue dicitur, cuius cauſa eſt, quoniam hepatis caliditas venas ortas ab eo dilatat: ſunt & apparentes ob ſanguinis multitudinem in venas detenti, hepate namque calido exiſtente adeſt, multa ſanguinis copia venas extendentis, adeo q; tametſi in aliis partibus ſanguis deficeret, in hepate tamen, & corde non deficeret, nam quemadmodum teſtatur Gal. in magna neceſſitate, & cibi penuria ſi quis diſſecauerit corpus famelicum omnia alia membra excepto hepate, & corde tabida reperiet, ſiquidem in hepate generatur ſanguis, ideo pro ſe detinet, & cor vehementer attrahit: & ob id venæ in tali corpore habent complexionē hepatis

primo de Tabe. c. 5.

patis calidâ amplæ ſunt: qđ quidẽ itelligẽdũ eſt facta ad totius magnitu dinẽ cõparatione. Scđm ſignũ ſubdit Gal. sũptũ ex humoribus, dicens.

Rvffa bilis abundantior, in conſiſtenti vero ætate etiam atrâ. calidior ipſis ſanguis.

Multi ſuſtinent ruffam bilem multam eſſe in iuuentute, non autem in omni ętate ob Aui. authoritatem, vbi ait, ꝙ in iuuentute talis cholera abundat, atque propè finem eiuſdem atra quoque. Auer. autem innuit, ꝙ & in alijs ætatibus flaua bilis abundat, quoniam ait præſertim in iuuentute inn uens, ꝙ & in alijs ætatibus ſuperat. Hoc indicant omnes tranſlationes, nam cum ſubdat Gal. ꝙ in conſiſtente atra quoque preſupponit, ꝙ & flaua generatur: Huius ſigni ratio ſatis clara eſt, cũ enim (vt declarat Gal.) in generatione ſanguinis duæ ſuperfluitates gignantur, vt in generatione muſti, colerica ſcilicet ſuperfluitas, atq; melancholica, & melancholica ſit pars illa, quæ ſatis eſt craſſa, atque terreſtris, quæ naturaliter ineſt alimentis, neque recte eam alterationẽ ſuſcipere poteſt, quę à naturali calore efficit, colerica verò pars ſit ea, quę à calore eſt veluti aſſata, atque cõbuſta: ſequitur, ꝙ quãto hepar erit calidius, tãto maior colericę ſuperfluitatis portio generabitur: veruntamẽ eſt, quòd præſertim abundabit in iuuentute, quoniam calor eo tempore acutior eſt: atque hoc ſignum intelligẽdum eſt, data regiminis paritate, quandoquidem ſi habenti temperatũ hepar cibos colericos dederis, habẽti autẽ hepar calidũ cibos frigidos, plus coleræ tũc hepar tẽperatũ generabit, quàm ipsũ calidũ. Proinde ꝙ atra quoq; abũdet in cõſiſtẽti ętate, quidã intelligũt ꝓpè finẽ iuuẽtutis, ꝙdã ãt in principio primi ſenii: quarũ quidẽ opinionũ, vnaquęque iuditio mec propria habet fundamenta, ſiquidem nonũquã in habentibus hepar calidũ cõtingit, ꝙ atra bilis generet ꝓpè iuuentutis finem, aliquãdo verò in principio ſenectutis, ſeu ꝓpè calcem conſiſtentiæ, nã cũ calidiras pueri, & iuuenis ſint inter ſe ęquales in gradu, diſtinguant ãt, quoniam in puero iũcta cũ humiditate facit ad ſanguinis generationem, in iuuene verò cũ ſiccitate iũcta generat choleram, eãque tãdẽ adurit, ac atrã bilẽ quoque gignit, quã citius aut tardius generat, prout caliditas maior eſt, minorvè cũ ipſa ſiccitate: Quare aliquibus cõtingit, ꝙ hæc generatio fiat propè iuuẽtutis finẽ, & in principio cõſiſtẽtiæ, aliquibus verò propè finẽ cõſiſtẽtię; Hinc igit ſunt ortæ diuerſæ in hoc opiniones, vt alii in hac ætate magis, alii in alia bilem vtrãq; gigni poſſe dixerint. Poteſt quoque intelligi, ꝙ in prędcedentibus ætatibus hi, qui erant calidi, in conſiſtenti tantum ætate fiunt melancholici, quare ea æta-

14. 3. tract. 1. cap. 5. 4. colli. 4.

3. de pot. nat. ultim.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 271 sur 753

©BIU Santé

te multiplicant melancholiam, quæ naturalis esse potest: Verum hic intellectus non est bonus, quoniam non negat Galen. quòd etiam non multiplicetur flaua bilis, sed vult etiam generari atram, quoniam aduritur, & quoniam in ea quoque ætate humor ille conspicitur, qui aliis ætatibus aduſtus fuit, quemadmodum testatur ipsemet Galen. de autumno, in quo humores aduſti multiplicantur, nõ quia tunc tales humores generentur, sed quia eo tempore abundant geniti quidem atque aduſti in æstate autumnum præcedente. Est autem aduertendum, quòd flaua bilis duplex est, una quidem, quæ assata est, & veluti combusta, cum attrahit vesica fellea, & est superfluitas naturalis, quæ & præter naturam fieri potest, si enim magis adhuc præter natura incalescat, tũc (ait Gale.) fit vitellina: altera aũt est, quæ nondum ignea ad summum effecta est, & vna cum sanguine per uenas permeat, atque hæc pars dulcissima sanguinis, vti mel, ac calidissima est, pariterque vt mel superflue calefactum fit amarum, ita & hęc cholera, cum superflue incalescit, amara efficitur: ex ista quoq; gignitur illa, quæ à vesica fellea attrahitur, quæque vitellina efficitur. Pariter etiam duplex est melancholia, altera quidem crassum id, atque terrestre, quòd a calore naturali alterationem susçipit, & hęc attrahitur a splene, altera uero, quæ modice crassa est, atque una cum sanguine defertur, siquidem sanguis, ut nutriat, nonnunquam crassitie indiget, atque illa, quæ superfluitas est, naturalis esse potest, & præter naturam, cum & ipsa assatur, & atra bilis generatur, quæ acida corpus animalis, & terram abradit, atque efficit quandam fermentationem, atque cum ueficis ebullitionem, & Galen. ait, quòd talis humor dicitur bilis atra, uel nigra, quo quidem nomine melancholiam naturalem non appellant, sed nigrum duntaxat humorem: uerum hæc ex Gal. sentẽtia contentio de nominibus haudquaquam est curanda. Intelligendum igitur est, quòd flaua bilis abundat tam ea quę superfluitas est, quàm ea, quę una cum sanguine transit. Dicit autem in contextu sanguinem esse calidiorem, uel quoniam cum eo est maior cholerę portio, uel quoniam purus est calidior hepatis caliditate. Tertium signum subdit ex toto corpore, dicens.

3. prog. 30

2. de pot. nat. cap. ultimo.

Atqve eadem ratione corpus uniuersum, nisi obstiterit cor.

Dicit eadem ratione, quasi dicens, quoniam sanguis est calidior, totum quoque calidum est, uel ut sanguis est calidior hepatis

hepatis caliditate, ita & totum corpus, non dicit, nisi uehementius cor obstiterit, vt dixit, loquens de corde, propterea q̃ cor magis hepati contraoperatur in caliditate, quàm hepar cordi. Hic repetenda est regula superius declarata, q̃ quæ ab una tantum causa fieri possunt, absolute proferẽda sunt, quæ verò à pluribus cũ limitatione, vt hoc est signũ: Quare nonnulli haud recte omnia cum limitatione intelligenda esse diiudicant. Dices, cor quantumcunque frigidum est calidius hepate calido, ergò ei contraoperari non potest. Respondendũ est, quòd cum plures nostri corporis partes sint frigidæ, vt totum fieret temperatum oportuit, vt cor & hepar influerent super toto calidi tatem, qua simul cum earum partium frigiditate facta coalteratione corpus temperatum redderetur: quod vt fiat, opus est vt influxio cordis, & hepatis sit temperata, quòd si excederet in caliditate, totum calidius fieret, si uerò diminuta, frigiditas partium exanguium uincens caliditatẽ dictã influxã, super toto frigidius totũ efficit: Hepate itaque calido existẽte, & corde frigido, licet absolute cor hepate sit calidius, prohibet tamen, ne totum calidius reddatur superflua hepatis caliditate, quoniam eam non influit super toto caliditatem, quam influere deberet: quare frigiditas exanguium prævalet hepatis caliditati, atque cordis, vel saltem non superatur. vltimum signum ponit Galen. ex pilositate, subdens.

His venter, & hypochondria hirsuta.

Signi huiusce ratio clara est, nam pili à caliditate generantur, quæ vapores eleuat, ex quibus producuntur. Sed dicet quis, cur de sanguine non dicit Gal. ut de cholera, quòd est abundantior, cum enim hepar sit temperatum in passiuis, humorem quoque in passiuis temperatum generare debet, qualis est sanguis, non autem cholera. Dicendum est, quòd cholera generatur à caliditate agente in partem sanguinis tenuiorem, ex qua cholera calida & sicca generabitur, siquidem caliditas resoluendo partes humidas, siccitatem inducet: & ita in hepate calido plus cholerę generabitur, quàm in temperato: caliditas namque maior maiorem choleræ copiam comburet, maioremque efficiet resolutionem, in temperato autem in vtrisque qualitatibus maior fiet sanguinis copia, siquidem non illa fiet adustio, atque resolutio. Est autem aduertendum, quòd Gal. non ponit signa hepatis, à substantialiter in- Cap. 75.
hærentibus desumpta, propterea q̃ ea neq; tangere, neq; videre possumus iuxta ipsius doctrinã inferius, neq; statuit quoq; signa ex operationibus, quoniã habitis huiusmodi signis ex casibus, habemus ea ex

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 273 sur 753

©BIU Santé

operationibus, quæ non ita nobis manifeſtantur, vt illę cerebri, uel cordis, niſi per huiuſmodi caſus, flaua enim bilis abundantior eſt, atra autem in conſiſtenti ætate, ſanguis verò calidior nobis indicant qualis ſit hepatis operatio, neque etiam ſigna ponit ex ſuperfluitatibus, vt vrina, egeſtionibus, vt faciunt alii, & Aui. ſiquidem cum dicat flauam bilem abundantiorem eſſe atque atram, quarum abundantiam ex vrina & egeſtionibus cognoſcimus, ſatis declarat ſigna ex ſuperfluitatibus ſumpta: Neque minus doctrinam tradit eorum ſignorum, quæ ex longitudine, ac breuitate digitorum ſumuntur, vt fecit Aui. quoniã non magis ex magnitudine, vel paruitate digitorum, quàm aliarũ partium indicatur hepatis magnitudo. Quare Auer. in hoc deridet Aui. vt potę nesciat, vbi virtus formatiua reperiatur; item Gal. hoc loco loquitur de ſignis complexionis, non autem compoſitionis: Neque etiã à Gals. ſumenda erant ſigna ex appetitu cibi, & potus, vt fecit Raſis, quoniam appetitus indicat potius ventriculi complexionem, quàm hepatis, licet enim appetitus ex magna ſuctione ab hepate facta fieri poſſit, magis tamen fit ex temperatura ventriculi frigida. Vnde eſſe poſſet, quòd quis eſſet calidi ſtomaci, & ob id non multum appeteret, licet hepar multum à ventriculo traheret: pariter quoque fieri poteſt, vt quis habens frigidum ventrem valde appeteret, & tamen hepar non multum attraheret. Ponit deinde ſigna hepatis frigidioris, quod conſequens eſt caput,

14.3.ca 3. & 5.

4. colli. 4.

2. ad Alm. cap. 11.

Signa hepatis frigidi. Cap. 38.

FRIGIDIORIS *verò anguſtia venarum.*

PRIMVM ponit ſignum ex venis ſumptum, atque hoc propter cauſam oppoſitam ei, ob quam in calido eſt venarum latitudo. Secundum deinde ſubdit ex humoribus dicens.

PITVITA *abundantior, ſanguis frigidior;*

Vt in calido flaua bilis abundat ex ſuperflua coctione, ita in frigido pituita ex imperfecta coctione in hepate genita, cum ſit ſanguis diminute coctus, vt ait Auice. & à nobis anno ſequenti (ſi Deo placuerit) diffuſius explanabitur; ſanguis itaq; frigidior erit tũ admixtione pituitę, tum quoniã in ſe frigidior erit frigiditate hepatis eum multum cale-

calefacere non potentis. Tertiũ ſignum addit ex toto corpore, dicẽs.

ET totius corporis habitus, niſi à corde calefiat.

Scilicet frigidius eſt: quod quidem cum limitatione intelligendum eſt, vt ſæpe declaratum eſt. Quintum mox ſubdit ex carentia pilorum, & ait.

VENTER illis glaber eſt, atque hypochondria.

Glaber, hoc eſt ſine pilis, ſiquidem ratione frigiditatis vapores non eleuantur, ex quibus eo in loco pili generari debent. Eſt autem aduertẽdum, q̃ licet pituita neceſſario in ſtomaco generetur, vt facile ex Gal. declarari poteſt, tamen & in hepate generatur, cum vel hepar eſt frigidũ, vel cibis vtimur, quos hepar concoquere non poteſt: atque hæc eſt illa, quæ hepar frigidum eſſe indicat, cuius abundãtiam ex vrina cognoſcimus. Præter autem pituitam in hepate genitam, atque eam, quæ in ſtomaco gignitur, cuius ſuperfluitates in ſtomaco, & inteſtinis continentur, eſt & pituita in capite genita, quæ ex Galeni ſententia non recte pituita, ſed blæna, atque coryza nominatur. Quod autem in ſtomaco pituita generetur, clare habet Gal. inquiens. Nos autem pituitoſum humorem ex cibis phlegmaticis in prima ventriculi cõcoctione fieri demonſtrauimus, vt bilioſum, & melancholicũ in ipſo iecinore, ſed de his alibi à nobis dicetur. Sed dicet forte quis, videtur, quòd debebat dicere Gal. in hoc abundare melancholiam frigidam, & ſiccam, vt in calido tantum dixit abundare coleram calidam, & ſiccam, non enim maior ratio de vno quàm de alio: item cum ſit temperatum in paſſiuis non eſt maior ratio, quòd generet quid humidum quàm ſiccum. Reſpondeo, aliorum miſſis reſponſionibus, quòd hepar frigidum nõ agit infrigidando, ſed calefaciendo, & ita concoquit, ac generat ſanguinem: & quoniam in eius generatione non valde calefacit, ideo non multum reſoluit, atque imperfecte concoquit: & ob id humor frigidus & humidus gignitur, non reſolutis partibus humidis, in calido autem humor ſiccus generatur, quoniam partes humidæ reſoluuntur, & ſuperflue humor calefit. Subſequitur caput de ſignis hepatis ſiccioris.

5. de uſ. part. 4. & 2 de pot. nar. ultimi.

libello de atra bile.

Signa hepatis ſicci. Cap. 39.

SICCIORES *autem ſanguis quidẽ craſſior, & minime abundãs.*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 275 sur 753

©BIU Santé

PRIMVM signum ponit ex humoribus, ſiccitas namq; facit ad craſſitiem, & partes chyli humidas exiccat, & eas reſoluit adiuuans caliditatem mediocrem ad reſoluendum; & propterea ſanguis quoque non abundat. Secundum ſignum deinde ponit ex venis, ſcribēs.

VENAE *duriores.*

Cum enim venæ oriantur ab hepate, ſi hepar erit ſiccum, & venæ ſiccę erunt, atque durę: non dicit autem, quòd ſint paruę, quoniam ex abundantia materiæ magnæ eſſe poſſunt. Tertium ſignum ſubdit ex toto corpore, ſcribens.

ET *totius habitus corporis ſiccior.*

Non addit, niſi cor obſtiterit, quoniam vt declarabitur, humiditas cordis hepatis ſiccitatem vincere non poteſt. Verum dubium videtur, quòd ſanguis ſubtilior eſſe deberet, vt pote vrinæ proportionatus, cū vrina in his ſubtilior ſit. Solutio talis eſt, quòd vrinę ſunt craſſę, cum multæ ſuperfluitates expelluntur, tenues verò, cùm paucæ: In hepate quidem ſicco à caliditate temperata, & ſiccitate incraſſantur humores, quare ſequitur, quòd & vrinę tenues erunt, ſiquidem per eas paucę ſuperfluitates repurgari poterunt: Videmus autem vrinas puerorum, & mulierum craſſas, quandoquidem per eas multa excrementa propelluntur. Sed adhuc dicet quiſpiam, videtur, quòd in hepate ſicco debeat generari maior flauę, & atræ bilis portio, quàm in temperato ratione ſiccitatis, quæ caloris actionem acuit. Dicas velim, quòd licet ſiccitas cum temperata caliditate ſanguinem craſſiorem eſſe, atque ſiciorem efficiat, non faciet tamen vtranque bilem magis abundare, quę ad ſui generationem maiori indiget caliditate. Dices, cur Gal. tacuit ſignum ex pilis ſumptum? Reſpondeo, quòd declarando etiam ſigna cordis ſicci, & humidi non meminit de pilis, quoniam præſertim à caliditate vapores eleuante generātur, & licet ſiccitas & humiditas vel adiuuent, vel prohibeāt pilorum generationem, id tamen non eſt eſ fatu dignum: atque ob id de eo mentionem non fecit. Sequitur, vt de ſignis hepatis humidioris verba faciamus.

Signa humidi hepatis. Cap. 40.

HVMIDIORIS *autem ſanguis quidem abundantior, atque humidior.*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 276 sur 753

©BIU Santé

PRIMVM hoc eſt ſignum ex humoribus deſumptum, huc autem eſt oppoſitum ei, quod eſt in ſicco ob cauſam oppoſitam, humiditas enim reſolutionem prohibet, atque ex conſequenti facit ad humiditatem, & ſanguinis abundantiam. Dices, in hepate calido ſanguis non eſt abundantior, in humido autem abundat, ergò ſanguinis generatio magis ab humiditate fit. Reſpondeo, q̃ caliditas præcipua eſt ſanguinis generatiua, humiditas autem prohibendo reſolutionem aptam fieri à calido facit ad ſanguinis abundantiam, non autem quia ſanguinem generet. Secundum ſignum mox ſubdit ex venis, dicens.

VENAE autem molliores.

Si enim hepar humidum eſt, venæ quoque ortæ ab eo humidę erũt, quare & molles, quoniam ad humiditatem mollities conſequitur: itẽ ſanguis humidus venas humidas reddit. Tertium ſignum ponit ex toto corpore, ſcribens.

ITA verò & vniuerſum corpus, niſi partes ad cor attinentes obſtiterint.

Qm̃ hepar humidũ ſanguin generatẽ humidum, à quo cum totum ferè corpus nutriatur, humidius fiet, atque mollius: & quoniam id à pluribus cauſis fieri poteſt, ideo cum limitatione intelligendum eſt, quam ſubiunxit. Ponit deinde Gal. ſigna cordis calidioris ſimul & ſiccioris ſequenti hoc capite.

Signa calidi & ſicci hepatis. Cap. 41.

CALIDIORIS verò ſimul ac ſiccioris hepatis inditia hypochondria plurimum hiſpida.

HOC eſt primum ſignum ex pilis deſumptum: Dixit autem hypochondria plurimum hiſpida, ideſt valde piloſa maxime omnium propter vtranque qualitatem, vt ſæpe dictum eſt. Secundum ſignum ponit ex humoribus ſcribens.

SANGVIS craſſior ſimul ac ſiccior, flaua bilis plurima eſt, cõſiſtente autem ætate, & atra.

Sanguis quidem craſſior, & ſiccior ob ambas qualitates, quæ humidum ac aquoſum reſoluunt, ac exiccant, pariter & flaua bilis

©BIU Santé

bilis plurima est propter ambas qualitates, cum calida sit, & ficca; atra uerò in consistenti ætate propter ambas quoque qualitates, siccitas enim ustionem adauget. Tertium demum signum subdit ex uenis, inquiens.

VENARVM *autem latitudo, & durities.*

Latitudo à caliditate gignitur, quam siccitas prohibere non potest ne dilatet; Durities uerò nõ à siccitate solum, sed & à caliditate humidum resoluente, quæ apta est mollitiem efficere. Quartum mox subiicit signum ex toto corpore, dicens.

SIC *verò & vniuersum corpus se habet.*

Scilicet calidum & siccum; quod quidem intelligendum est, nisi cor obstiterit, propterea quòd licet siccitati obsistere non possit, caliditati tamen obsistere ualet, atque hoc pactò cor sui frigiditate prohibere poterit, quominus adeo calidum sit, atque siccum. Quoniam verò sæpe dictum est de contraoperantia inter cor, & hepar ad sibi simile totum efficiendum, ideo declarat Gal. quæ qualitas magis, quæque minus oppositam alterius membri qualitatem obtundat, scribens hunc in modum.

NAM *quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eã quæ ab hepate nascitur frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem, siccitatem verò non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media uerò inter has, quæ dictæ sunt, ea, quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superatur, quàm siccitas ab humiditate, minus autem à caliditate, adhuc uerò multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates, quæ ab hepate eueniunt, facillime uincitur.*

14. tertii cap. 1.

Hanc eandem sententiam habet Aui. cum de qualitatum contra operantia sermonẽ agebat. Aduertendũ aũt est, quod contraoperãtia triplex est, prima minuens solum, secunda etiam æquans, & tertia ad contrarium quoque ducens, & de hac hoc loco Gal. & Auicen. mentionem fecere: unde cum ait, quòd humiditas cordis non potest contra operari hepatis siccitati intelligit, vt patet ex modo loquendi de contra operantia, qua totum corpus ad habitum contrarium transfertur, sed non negat, quòd non contra operetur ei aliquo modo, minuendo

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 278 sur 753

©BIU Santé

nuendo ſcilicet. Proinde ordo qualitatum hepatis in contraoperantia talis eſt, frigiditas namque ipſius facilime vincitur à cordis calidita te, ſecundo caliditas hepatis minus facile vincitur à cordis frigiditate, tertio hepatis humiditas adhuc minus facile à cordis ſiccitate ſuperatur, ac poſtremò ſiccitas hepatis ab humiditate cordis difficillime conuincitur, ita vt ad contrarium habitum transferri poſſit: cõtra verò de qualitatibus cordis in contraoperantia dicendum eſt, etenim caliditas cordis ab hepatis frigiditate difficile vincitur; quod quidem innuit Gale, cum ponens ſigna cordis calidi dixit, totum erit calidum niſi hepar vehementius obſtiterit, nam cum dicit uehementius hanc huiuſmodi victoriæ difficultatem indicat, ſecundo cordis frigiditas non ita facile vincitur ab hepatis caliditate, ſed hæc victoria omnino adhuc difficilis eſt, tertio cordis ſiccitas facilius ab hepatis humiditate ſuperatur. Quare Gal. ponens ſigna cordis ſicci ſubdit, totum erit ſiccum, niſi hepar obſtiterit, atque eo loco non dixit, uehementius obſtiterit, ac poſtremò humiditas cordis facilime vincitur ab hepatis ſiccitate: Quare ponens ſigna cordis humidi, ait, totum erit humidum, niſi hepar obſtiterit, non autem dixit vehementius obſtiterit, pariter quoque ponens ſigna hepatis ſiccioris dicit totum ſiccum erit, & non dicit, niſi cor obſtiterit, vt oſtendat, quòd cordis ſiccitas non poteſt humiditatem hepatis ita obtundere, q̃ totum corpus adhuc ſiccius temperato non derelinquatur. Eſt autem aduertendum, q̃ hæc contraoperantia, vt ſuperius quoque dictum eſt, inter ipſa membra non reperitur, ſed in vno tertio vtpote muſculo, atque aliis membris, quæ à corde, & hepate calefiunt. Sciendum quoque eſt, q̃ huiuſmodi contraoperantia non poſitiue fit, ſed priuatiue, quoniam qualitatem non inducit, quã inducere deberet, vt cor frigidum hepati calido contraoperatur, nõ enim calefacit, vti calefacere deberet, non autem, quoniam infrigidet, atque hoc pactò iuxta hac contraoperantiam membra ſibi inuicem contraoperari poſſunt, contraoperantia quidem minuente, æquante, ac ad contrarium ducente, q̃ ſi contraoperetur contraoperantia æquã te, tale vtique corpus temperatum videbitur, at res nõ ita ſe habebit. Diſtinguitur autem ex ſignis indicantibus membrorum principalium temperiem, ob id in collegiis non ſolum ſigna totius, ſed & quarumcunque partium ſunt perpendenda; Hæc etiam contraoperantia in complexione influente tantum, non autem in innata duntaxat efficitur. Dices, cur eſt, q̃ ſola humiditas cordis hepatis ſiccitati contraoperari non poteſt? Dico, quòd hepar humiditatis fons eſt, atque ſanguinem generat, quo membra nutriuntur, quòd ſi contingat hepar ſiccũ

eſſe

©BIU_Santé

esse, paucum sanguinem generat, atque siccũ, qui quidem defectus ab alio membro suppleri non potest, propterea quod aliud membrum non generat sanguinem: item sanguis quantumuis siccus transmissus ad cor ad huc magis à corde exiccatur, licet cor humidum sit: & hinc est, ꝙ defectus ille minime supleri potest. Si dixeris, ꝙ cor est fons caloris, & deficiente calore in fonte à riuulis supleri non ualet, ut dicis de humiditate, cuius fons est hepar: Dicã ego quòd licet cor sit fons caloris, & sanguinem generet arterialem calidum, quem transmittit per uniuersum corpus, non tamen neque infrigidatur totus, neque magna eius pars ab hepate, sicuti satis notabilis sanguinis quantitas geniti in hepate exiccatur à corde, uti dictum est: item si caliditas à corde deficiat, & ab eo spiritus ita calidi non transmittuntur, vt oporteret ad totum calefaciendum, id potest ab hepate supleri, si quidem in eo vna substantia calida gignitur, quæ per totum trãsmissa omnia mẽbra calefacit: quod quidem exemplo facile ostendi potest, etenim corpus speculi reflectens lumẽ spatiũ magis luminosum reddit: si igitur corpus luminosum magis ac magis fieret distãs, & speculũ ex proportione magis ac magis concauum. licet eo casu lumen deficiat à fonte ratione distantiæ corporis luminosi, medium tamen erit semper æqualiter illuminatum ratione noui luminis à speculo reflexi, à quo semper maius lumen reflectitur, quanto magis concauum est. Subsequitur caput de signis calidi & humidi hepatis.

Signa hepatis calidi & humidi. Cap. 42.

HVMIDIVS autem, ac simul calidius hepar minus quidẽ quàm calidius, & siccius hypochondria reddit hispida.

PRIMVM autem signum ponit ex pilis. Dixit autem hispida hoc est pilosa, uerum intelligendum est, quòd magis sint pilosa, quàm in habente hepar temperatũ: hæc autem pilosa sunt ratione caliditatis, minus uero pilosa ratione humiditatis pilorum prohibentis generationem. Secundum signum addit ex humoribus, dicens.

PLVRIMVM uerò sanguinis.

Caliditas namque sanguinem generat, humiditas uerò prohibens resolutionem partium humidarum à calore impedit, ne paucus efficiatur

ciatur: quare sequitur humiditatem quoad quantitatem precipuè, atque ita ambas consequitur qualitates. Dices, cur non dicit, ϕ est subtilis, fluxibilis, & aquosus? Dico, quòd humiditate faciente ad fluxibilitatem, & caliditate ad crassitiem mediocris redditur, vti & in temperato. Tertium signum subdit ex venis, scribens.

Et uenas amplas.

Quod ambas consequitur qualitates, caliditas namque extendit, humiditas verò materiam extensibilem facit. Quartum signum subiungit ex toto corpore, dicens.

Habitvmqve calidiorem, atque humidiorem facit, nisi obstiterit cor.

Quod quidem ambabus qualitatibus efficere potest, quemadmodũ manifestum est. Quintum signum addit ex morbis, subdens.

Si autem amplius in ambabus qualitatibus à naturæ modo recedat, à morbis, qui ex putredine, ac vitiosis humoribus fiunt, facillime capitur. Adhuc autem magis si plurimum augetur humiditas, caliditas verò non ita: si autem contra parum quidem humiditas crescat, plurimum verò caliditas, minime vitiosis humoribus laborant.

Sũt quidem proni hi ad cachochimiam, & morbos ex prauis humoribus tatione caliditatis, atque humiditatis, quæ enim calida sunt & humida, facile putrescunt, vt vbique Gal. testatur. Verum dubium est, quoniam sequitur ex dictis Cal. quod aliquod hepar dari possit, quod magis elongatum ab hepate temperato melius disponetur, vt hepar multum recedens à temperamento per ambas qualitates facile (vt ait) incidit in ægritudines putridas, quòd si remanente humiditate immota augeretur caliditas, non ita in eas egritudines cadere aptum erit. Dicendum est, ϕ vel hoc inconueniens non est per aliquod temporis spatium: vel dicendum, ϕ si vlterius labatur per calidum (illud enim naturale non erit) tale vtique melius disposítum non erit. Dubiũ adhuc vr, ϕ in habentibus hepar calidum & siccum sanguis crassior esse non debet, quoniam in tali hepate multa adest choleræ copia, dicit enim quod est plurima cholera, ex cuius admixtione sanguis subtilior efficietur, cũ tamen subtilis existat. Dico, ϕ nos nõ dicimus mixtũ exsãguine & cholera esse crassiorẽ, sed sãguinẽ ipsum per se. Dices, ergo pariter in

6 de tũed ualet. & 11. metho.

corde

©BIU Santé

cordè, quod eſt caliditas, & ſiccius hepate ſanguis craſſior eſſe deberet, cum tamen oppoſitum potius efficiatur, in corde namque ſubtiliatur quemadmodum manifeſtum eſt. Reſpondeo, q̃ minor eſt caliditas hepatis, quàm cordis, & ideo caliditas hepatis partes ſanguinis craſſas ſubtiliare non poteſt, quas quidem cor ipſum ſubtiliat, ſiquidem ualidam obtinet caliditatem, & partes ſubtiliores in ſpiritus conuertit.

Signa hepatis humidi, & frigidi. Cap. 43.

HVMIDIVS autẽ & frigidius hepar habet hypochondria glabra.

PRIMVM, hoc eſt ſignum frigidi & humidi hepatis ex pilis deſumptum. Dixit autem quòd habet hypochondria glabra, hoc eſt abſque pilis, atq; hocambarũ rationequalitatũ, quemadmodum manifeſtum eſt. Secundum ſignum ponit deinceps ex humoribus, dicens:

SANGVINEM uerò ad pituitę naturam accedentem generat.

Cumenim ratione humiditatis prohibeatur reſolutio atque exiccatio, & ratione quoq; frigiditatis, cuius ratione coctio etiam fiet imperfecta ſanguis frigidior, atque humidior gignetur, atque ex cõſequẽti ad pituitæ naturam accedens. Tertium ſignum ponit deinde ex uenis ſcribens.

CVM uenarum anguſtia.

Licet materia ſit extenſibilis ratione humiditatis, plus tamen facit imbecillitas agentis, quàm materiæ diſpoſitio: & ita conſequitur hoc ſignum frigiditatem humiditate contraoperante. Quartum ſignum ſubdit ex toto corpore, dum ait.

SIC & reliquum afficit corpus, niſi à corde ad contrariam naturam transferatur.

Quod quidem ambas conſequitur qualitates: idque intelligendum eſt cum limitatione, ut ſæpe dictum eſt. Poſtremo ponit in ſubſequenti capite ſigna hepatis frigidi & ſicci.

Signa hepatis frigidi & ſicci. Cap. 44.

FRIGIDIVS autem & ſiccius hepar cum pauco ſanguine efficit corpus.

PRI-

©BIU Santé

PRIMVM, hoc eſt ſignum ex humoribus ſumptum, quod quidem fit ratione vtriuſque qualitatis, vtſatis patet. Subdit poſtea ſecundum ſignum ex venis, dicens.

ET venarum anguſtia.

Hoc etiam patet fieri ratione vniuſque qualitatis. Tertium mox ſignum ſubdit ex toto corpore ſcribens.

ATQVE totum frigidius.

Non dicit autem ſiccius, quoniam cum addat, niſi cor dominetur, non fuiſſet verum, q̃ cor remitteret hepatis ſiccitatem, ideo de ſola meminit frigiditate, quæ à cordis caliditate vinci poteſt. Quartum ſignum ponit deinceps ex pilis, dicens.

ET hypochondria glabra, niſi & hic cor dominetur.

Hoc autem fit ratione præcipuè frigiditatis, atque ſiccitatisquoq; prohibentis vaporum eleuationem, qui pilorum materia exiſtunt. Aliter quoque dicitur à Curtio, quòd licet ſiccitas faciat ad pilorum generationem, plus tamen poteſt frigiditas ad prohibendam eorum generationem, & ideo hypochondria nuda ſunt pilis. Addit autem niſi & hic cor dominetur, quod ſuperius ſolum ſignis ex toto ſumptis addidiſſe videtur: ſed quia ponens ſigna cal. & ſic. cordis dixit Gal, tales vtique habere pectus maxime hirſutum, atque hypochondria, ideo ſi quis haberet frigidum hepar atq; ſiccũ, vel & frigidum & humidũ ratione hepatis, hypochõdria hirſura quidem non forent, quę tamen pilo ſa eſſent, vbi cor ſimul eſſet calidum, atque ſiccum. Dices, quomodo verum eſt dictum commune, quòd vt plurimum vel ſępe hepate exiſtẽte calido ventriculus frigidus eſt, ſi hepate exiſtente calido totum quoque calidum eſt? Dicendum eſt, quòd ſuperius Galenus poſito ſigno ex toto ſubdit, Dicemus autem paulò inferius totius corporis inditia &c. inferius autem oſtendit ſigna habitudinis totius, quæ penes muſculos totum corpus circundantes atrenditur: quare cum dicit Gal. totum eſſe calidum, vel frigidum, non intelligit quamlibet noſtri corporis partem, ſed totius habitum, ſeu muſculos circundantes totum: Quare cum caliditate hepatis, vel cordis, frigiditas ſtomaci, & cerebri conſiſtere poteſt, quoniam ſtomachus, & cerebrum ſunt partes exangues, & frigidę, & ideo influxui hepatis, & cordis magis reſiſtunt, in muſculis autem dominatur caro, quæ & generatur ſanguine rubro non valde alterato, eoq̃ue nutritur, ideo facile eſt, vt qualis eſt ſanguis, tales ſint muſculi. Quærit hoc loco Truſianus, num ſanguis ſit humor ſpecie diſtinctus ab alijs tribus, an verò quoddam ex tribus humoribus

aggre-

©BIU Santé

1. de nat. hum. 27. aggregatum, & ſuam ponens ſententiam ſuſtinet aggregatum eſſe ex tribus illis humoribus. Verum Gal. oppoſitum habet, vbi ait ſanguinẽ bifariam dici, vno quidem modo de eo, qui euacuatur in ſectione venæ, & vulneribus, qui vtriuſque bilis atque pituitæ particeps eſt: altero verò modo de puro, & integro aliis humoribus non confuſo: item ſi ſanguis nil aliud eſſet, quam aggregatum, vt ipſe voluit, ergò frigidus eſſet, quoniam ſola cholera calida, melancholia autem & phlegma frigida forent; quod vtique phlegma (ait Aui.) frigidius eſt quocunque in corpore noſtro repoſito, adeo vt ſolũ phlegma ipſum choleram exceſſat abſque ipſa melancholia. Multa præterea alia quæri ſolent hoc loco tum de hepatis temperie, tum de eius contraoperantia, ac cordis ipſius, tum de aliis compluribus, ſed quia ex dictis plura manifeſta ſunt, reliqua verò extra propoſitum examinantur, ideo eis poſthabitis, ad caput de teſticulis accedendum cenſeo.

1. primi. c. de hum.

DE TESTICVLIS.

Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. Cap. 45.

TEMPERATVRA *verò teſticulorum calida quidem ad Venerem procliuis.*

ADVERTENDVM hoc loco eſt, quòd Gal. ſigna temperaturarum teſtium à quatuor generibus deſumit, quorum quidem primum genus ſumitur à diſpoſitione coitus, quod tripartitur, vnum quidem eſt poſſe pluries vti coitu: ſecundũ autem poſſe citius ipſo frui: ac tertium ardentius ipſum appetere. ſecundum autẽ ſignum ſumptum ex virtute generatiua bipartitur adhuc, vnum quidẽ ex generatione maſculi, vel fœminæ accipitur, alterum verò ex eo q̃ fœcundum, infœcundumvè humanum genus exiſtit: pariter & tertiũ genus ſumptum ex diſpoſitione ſeminis bipartitur, vnum quidem ex craſſitie, & tenuitate, alterum verò ex multitudine, atq; paucitate: poſtremum itidem genus ex pilis bifariam deſumitur, altero quidẽ modo ex cito, tardoque ortu pilorum, altero verò ex partibus in quibus pili naſcuntur: atque hæc omnia ſunt ſignorum, è quibus teſtium tẽperies

peries quælibet dignoſcitur, neque alia apud Galenum ſigna reperiri licet, dicant alii quicquid velint. Primum itaque ſignum calidę temperaturæ teſtium ſumitur diſpoſitione coitus, ſecundum Leonicenũ, ait Gal. in contextu procliuis ad Venerem, & hæc melior eſt litera, quàm antiqua, & illa Laurentiani, etenim antiqua dicit, maxime venerea: illa verò Laurentiani, Veneris appetiſſima, nam ſi loquamur de poſſe citius vti venere, vel ardentius eam appetere, hæc magis de calida & ſicca teſtium temperie locum tenent. Quòd ſi loquamur de potentia pluries vtendi coitu, hoc vtique magis ineſt calidę, & humidę temperaturę. Quare melior hęc eſt Leoniceni tranſlatio: ſunt enim procliues ad venerem magis, quàm temperati ratione caliditatis ſemẽ calidius gignentis, quod quidem ex conſequenti virtutem magis prorritat: non ſunt autẽ maxime venerei ob ſuperius tactam rationem. Secundum ſignum ponit Gal. ex virtute generatiua, ſubdens.

ET *maſculorum generatrix, & fœcunda.*

Aduertendum, q̃ ex Gal. ſententia tria ſunt principia trium ſimilitudinum, primò genus animalis, vel ſpeciei ex ſubſtantia vnde fit, fit enim homo, quoniam ibi ſemen hominis eſt, vt & equus ex ſemine equi: ſecundò formę & figurę ex feminis motione, vt filius ſimilis ſit magis vel patri, vel matri, quoniam ſemen patris, vel matris validius in conceptum agit: tertiò maris vel fœminę ex temperatura vtrorũq; principiorum ſeminis, ſcilicet tam maris, quàm fœminę, atque ſanguinis menſtrui, dicit namque Galenus, quòd fœmina generatur, quoniam ſemen vtrunque, & ſanguis menſtruus frigidę ſunt tẽperaturę, maſculus verò gignitur, quoniam prędicta calidæ ſunt tẽperiei: eadem ratione in dextra matricis parte, cum calidior ſit, vt plurimum mares generantur, in ſiniſtra verò vtpote frigidiore, fœminę. Proinde dextram matricis calidiorem eſſe declarat Galenus, ſiquidem locata eſt ſecundum rectitudinem hepatis, & quia nutritur ſanguinæ puriori, uaſa namque ſeminaria partis dextrę oriuntur a vena, atque arteria magna, uaſa verò alia partis ſiniſtrę a vena, & arteria emulgente, quo fit, vt ſanguis delatus ad partem dextram ſit purior, atque ex conſequenti calidior, qui verò defertur ad ſiniſtram magis excrementoſus, atque frigidior, quo ſanguine cum nutriatur matrix, pars ergo dextra ratione nutrimenti ſiniſtra calidior erit: quare in eã magis mares generatur, vt ſenſit Hip. eadẽ quoq; ratione ſemen exiens ex teſte dextro magis marẽ generat, è ſiniſtro verò fœminam: Sed dicit Gal. cum duo ſint principia generationis maſculorum, vnũ

2. de ſemi. ca. prœnle.

14. de vſu par. cap. 7.

5. aph. 48.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 285 sur 753

@BIU Santé

quidem ex parte maris, dexter ſcilicet teſtis, alterum verò ex parte fœminę, dextra nempè matricis pars, fortior vt plurimum fiet matrix ad aſſimilandum ſibi conceptum, ceu cui & tempore ampliori proxima eſt: vnde plus faciet ad maris generationem, q̃ ſperma in dextra matricis recipiatur, & per ſiniſtrum exeat teſtem, quàm q̃ per dextrum exeat, & in ſiniſtra matricis parte recipiatur: caliditas namque ſeminis (ait Gal.) efficit, q̃ licet in ſiniſtra matricis recipiatur, q̃ mas generetur, vt eius frigiditas, q̃ fœmina gignatur, licet in dextra recipiatur, ſed hęc ſunt rara, & magno egent exceſſu, vt plurimum autem mas in dextra, fœmina vero in ſiniſtra reperitur. Ex his itaque conſtat, q̃ habentes temperaturam calidam teſtium maſculos generant, quantũ ad ipſam temperiem attinet, poteſt namque ab aliis impediri. Dices, eſt ne hoc de teſtibus quoque mulierum intelligendum? Huic ſatisfacit Gal. ubi reprobat dicentes, quòd generatur fœmina, cum motus ſeminis fœminę potentiores exiſtunt motibus ſeminis maſculi, hi namque decipiuntur, cum duo motuum principia ſibi inuicem repugnantia conſtituant. Dicendum igitur eſt (ait Gale.) quòd ſperma muliebre, ſi habet motus principium, idem eſt cum maſculo, atque hęc ſperamata inter ſeſe & confundi, & ueluti unum fieri, deinde reliqua agere opus eſt, alioquin nihil prohiberet fœminam ſolam in ſeipſam ſperma emittentem hunc in modum conceptum perficere, quod quidem fieri minime manifeſtum eſt: Quare ut caliditas ſpermatis maris efficit ad marium generationem, ita & caliditas ſpermatis fœminę & ex conſequentium teſtium quoque idem faciet. Sed dices, ſequeretur ex dictis, quòd ſemen fœminę nunquam dici poſſet generatiuũ maris, pariter & teſtes fœminę adeo calidi eſſe non poſſent, q̃ ea ratione maſculorum generatiui forent, ſiquidẽ fœmina quęlibet frigidior eſt mare, ut habet Galenus, ubi declarat, quòd cum eędem partes genitales & in mare, & in fœmina reperiantur, ſola eſt differentia, quòd conformatis omnibus his partibus, & cum formę delineatio expreſſa intus fuerit, uniuerſi ſpiritus impetu uſa natura formatum membrum foras protrudit: quòd ſi in hac extrema functione languerit, membrum inchoatum relinquit, ut contingit in toto talparum genere, quibus oculi intus deſignati foras emergere non potuerunt, quandoquidem natura in hoc facta imbecillior, opus, quod propoſuerat, abſoluere nequiuerit: ita & conformatis intus omnibus partibus genitalibus, ualido exiſtente calore, partes illę formatę foras emergunt, ut in maribus conſpicitur, imbecilli autem exiſtente calore cum non poſſint

14. ed uſu par. c. 7. & 2. de ſem. penulti

©BIU Santé

possint foras emergere, intus detinentur, vt in fœminis: atque hæc est differentia inter marem, ac fœminam, & ob id (ait Gale.) effici tur, ꝙ cum fœmina sit frigidior, atque humidior, multam sanguinis inconcocti quãtitatem aggreget, quem natura ad partes genitales vti imbecilliores extrudit, quod quidem singulis mensibus eis euenit. Cõstat itaque ex iam declaratis, ꝙ semper quælibet fœmina mare frigidior est, & tanto magis mare temperato, ad quem semper ratio habẽda est. Respondent quidam, dubio proposito, ꝙ vt mares calidiores tẽperato mares generant, ita fœminæ calidiores fœmina temperata mares gignunt: atque hoc pacto fœminam temperatam constituunt, ad quam aliæ comparantur, sicuti in masculis efficimus. Verum dubiũ non soluunt contra ipsos fundatum super Galeni authoritatem: item dicit Curtius, videtur falsum, ꝙ aliqua mulier non possit esse calidior mare, sæpe namque videmus aliquam mulierem pulsum velociorem habere, atque vrinam tinctam, aliquem verò marem pulsum tardum & vrinam discoloratam, quo quidem casu mulier mare calidior erit: item medicinę præcepta sunt communia maribus & fœminis, ergo eadem complexio maris & fœminæ, & ex consequenti idem medium ad quod comparatio efficitur. Alio igitur modo respondent alii, & Curtius ipse, ꝙ à principio generationis mulier calidior mare esse nõ potest quo ad genitalia, licet quo ad alias partes possit, sed deinde tra ctu temporis post ortum genitalia quoque calidiora fieri valent: atq; ita volũt, ꝙ tam fœminæ, quàm mares ad idem medium comparentur. Sed vt colligitur ex Galeno fœmina omnes habuit partes, nõ autẽ solum genitales frigidiores, & humidiores. Dicit enim Gal. quoniam fœmina frigidior est, atque humidior multum aggregat sanguinem excrementosum, quem natura per genitales partes expurgat, quæ imbecilliores sunt: Clarum autem est sanguinem non in matrice, sed in hepate generari, ergo & hepar frigidius erit: item ait Gal. totam materiã, ex qua generatur fœmina, esse humidiorem, atque frigidiorem. Quare, inquit ipse, ꝙ fœmina in vtero tardius formatur, quippe tardius conuenientem acquirit coagulationem, atque duritiem, vt affor mari possit, vt in exterioribus conspicimus, siquidem lutum liquidũ impressionem, & fictionem vllam non admittit, nisi prius fuerit mediocriter induratum: constat itaque quomodo fœmina frigidior sit, atque humidior, & quàm erronea eorũ sentẽtia sit. Crederẽ igitur ego alio pacto respondendum esse, a principio generationis totius temperaturam fœminæ frigidiorem esse, & humidiorem, atque præsertim genitalium, & ut mas calidior mare temperato mares generat,

14. de usu par. 6. & 2. de sem. 4. & 5.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 287 sur 753

©BIU Santé

ita & fœmina calidior fœmina temperata. Cum autem dicitur ſemen fœminæ quantumuis calide eſt frigidius ſemine maris frigidioris, dico ꝙ ſemen mulieris ex ſe non poteſt eſſe generationis principium: ſed ex eo & illo maris fit vnum, quod eſt principium: Quare vt ſemen maris calidius facit ad maris generationem, quia totum calidius reddit, ita & ſemen fœminę calidum facit ad marium generationem, quoniã totum calidius reddit, & licet id fœminæ ſit illo maris frigidius, non nego tamen, ꝙ poſt ortum fœmina ex conſuetudine mare calidior reddi non poſſit. Cęterum cadit hic dubium num teſtes ſint neceſſarii ad generationem, an alicuius duntaxat vtilitatis gratia, vt voluit Ariſtot. quod quidem cum Deo dãte in noſtra pro Galeno diſſoluimus apologia, in qua de membrorum principatu a nobis diſputatum eſt, ne bis eadem repetãtur, id ſilẽtio inuoluere decreui, alterum dubiũ diſſoluere cõtendẽs non minus pulchrũ q̃ neceſſariũ, nẽpe vtrũ verũ ſit, ꝙ hec cõplexio a Galeno tradita fœcunda ſit: Pro cuius ſolutione ea notanda ſunt, quæ ab Hippo. & Galen. ſcribuntur, ſiquidem Hippocrat. dicit: Quęcunque frigidos, & ſpiſſos vteros habent, non concipiũt, & quæcunque prehumidos uteros habent, nõ cõcipiunt, extinguitur. n. in eis genitura, & quęcunq; ſiccos magis, & adurentes, nã ex defectu alimẽti ſemen corrumpitur, quęcunq; ex vtriſque mediã habent temperaturam, hæ fœcundę ſunt; & Gal. in cõmento ſubdit, ꝙ Hipp. docet, quæ mulieres cõcipiant, quæcunq; ſteriles ſint, ita ꝙ ſimul & datur intelligi, vnde viri ſint ſteriles: in primis autẽ (ait Gal.) que vteros habent intõſe frigidos, ita vt ſpiſſi efficiantur, propter quod ora vaſorũ anguſta fiũt, mulieres ſteriles euadẽt, tũ quia fecundę ad ora vaſorũ adnaſci nõ poſſunt, tum etiam quia ſi adnaſcantur conceptus nutriri non poteſt, cum his mulieribus aut nullomodo fiant purgationes, aut omnino paucę, & vitioſę ſolo ſanguine perlabente tenuiore, atque aquoſiore: accedit ad hęc, quòd ora facile obſtruuntur, tum ob natiuam anguſtiam, tum quia in talibus magna ex parte humor pituitoſus aggregatur: item ſemen maris, niſi ſit calidiſſimum, in talibus refrigeratur, quod etiam prohibet, ne mulieris vterus fœcundus exiſtat; quæ verò vteros habent prę humidos non concipient, quoniam in eis genitura extinguitur, vt in terra paluſtri cerealia ſemina extinguuntur, ac pereunt: atquæ ſiccos ſeu adurentes uteros habent, alimenti defectu non concipiunt, in ſiccis enim id accidit, quod terræ argilloſæ atque petroſæ contingere ſolet, in qua ſemina ipſa mandantur; itidem in adurentibus accidit, quale terræ valde calide ſolet accidere, cum in eſtibus magnis, ac ſub cane ſemina committuntur,

primo de gener. ani. ca. 4.

5. aph. 52.

Et

©BIU Santé

Et quòd dixit Hippo. de ſimplicibus qualitatibus ſigilatim proportione de cõpoſitis dicatur. Hippo. deinde declarans, quæ ſint fœcundæ, ſubdit, Quæcunque mediam habẽt temperaturam ex vtriſque ſcilicet oppoſitionibus fœcundæ ſunt. dicit Gal. ſi mulieres fœcundæ eſſe debent, opus eſt, vt ſint bene temperatæ iuxta ambas oppoſitiones, ſed ex altera in temperatura mulierem non concipere poteſt contingere: pariter & de maribus dicendum eſt, ſemen frigidum concoqui non poteſt, quæ quidem intemperies ſi mediocris fuerit, vtero ſatis calido indiget, ſi verò immodica, tale vtique omnino ſterile erit: idem quoq; contingit, ſi intemperatura humidior extiterit, ſemen namque haud concoquitur, & modica exiſtente intemperie vtero eget calidiori, atque ſiccìori, quòd ſi immodica fuerit, ſterile erit. ex immoderata verò caliditate ſemẽ ſimile toſto euadit, ac ob ſiccitatem extendi nõ põt per capacitatẽ vteri parte plurima, vt à Gal. libro de ſemine declaratũ eſt: ſubdit Gale. cauſæ ſterilitatis ſunt immodicæ intẽperaturæ, vt & dictũ eſt, intẽperaturę ãt modicę contrariis cõiũctæ fœcũdæ ſunt, ſimilibus verò cõiũctæ nõ generãt, ſemẽ. n. frigidũ in vtero frigidiore fœcũdũ eſſe nõ põt, nec in calidiore calidũ, ſed frigidius indiget vtero tanto calidiore, quãto ipsũ eſt frigidius oppoſita tẽperatura, & calidius frigidiore eodẽ modo. Proĩde Hip ſupius docuerat quomodo cognoſcẽda mulier eſt ex ſe ſterilis, ſcribens: ſi mulier non concipit, ſcire autem velis, ſi conceptura ſit, pannis circunte ctam deſupter ſuffias, & ſi odor videatur per corpus ire ad nares, & os, ſcito, quòd ipſa ex ſeipſa ſterilis non eſt: Galenus autem ad finem alterius commentationis reddens rationem dicti aphoriſmi inquit, quòd frigiditas ratione ſpiſſitudinis non permittit aromatũ exhalationem ad os vſque, & nares deferri, pariter & ſiccitas, humiditas verò vt genituram extinguit, ita & aromatum qualitatem, vehemens autem caliditas, vt aromatum facultatem vincit, ita alterat, atque corrũpit: Quare ipſa ſincera naturam ſuam ſeruantia circa os & nares non referuntur: atque hic modus cognoſcendi ſterilitatem in aliis ſtabilior eſt, at non adeo in ipſa calida intemperie, verum (ait Galenus) rarò contingit in mulieribus vtpote frigidioribus maſculis hęc calida intẽperies immoderata, ex aliis autem ſignis cognoſcitur, quoniam tenues ſunt, nigræ, & hirtæ, cum ex eius immodica intemperies ſuffitu ipſo aut non cognoſcatur, aut perquam difficile: ex dictis igitur palam eſt calidam temperiem fœcundam non eſſe, vt Galenus aſſerit, ſed inter ceteras temperatam fœcundiorem eſſe, ad quam omnia ſigna ſunt referenda, vt ſæpe dictum eſt: ad dubium verò propo-

5. Aph. 59.

Com. 62.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 289 sur 753

©BIU Santé

ſitum in primis dicendum eſt, quòd Gal. hic non loquitur de illi immoderate intemperatis, atque ita excluditur temperies immoderate calida, quæ omnino infœcunda eſt, quemadmodum dictum eſt: vel dicendum eſt, quòd dicit eam eſſe fœcundam reſpectu frigidæ, non autẽ reſpectu temperatæ, quoniam ſubdit, ꝙ frigidior contraria efficit, & quia ita dicturus erat, ideo hanc calidam eſſe fœcundam protulit: vel quia ſubdit, celeberrimeque genitales partes obſepit pilis, uoluit intelligere, ꝙ & celerrime fœcunda efficitur, citius enim hæc incipit coire, & generare quàm temperata validioris caliditatis ratione: Tertium ſignum addit ex pilis, ſcribens.

CELERRIMEQVE *genitales partes obſæpit pilis, ſimiliter autẽ & circumiacentes attingit partes.*

Huius ſigni cauſa ſatis manifeſta eſt: Deinde vno verbo frigidæ temperaturæ ſigna ponit, ſcribens.

FRIGIDIOR *uerò contraria efficit.*

Et enim omnia per cauſas contrarias verificantur. Ponit deinde ſigna humidæ temperaturæ, quæ ex ſemine ſumuntur, dicens.

ET *humida quidem multo, & humido ſemine abundat.*

Humiditas namque prohibet humorum reſolutionem, & membra quoquè humida multã humidã ſuperfluitatem gignunt. Ponit poſtea ſigna ſiccæ temperaturæ, quæ pariter ex ſemine ſumuntur, dicens.

SICCA *paucum, & modice craſſum generat ſemen.*

Siccitas enim exiccat humiditates, quibus nõ abundantibus tenue non fit, & fluxile ſemen, ſed craſſum. Tangitur hoc loco dubium ab expoſitoribus, quæ nam ſit teſtium temperies in comparatione ad cutim. Dicendum eſt, omiſſis, quæ ab aliis dicuntur, ꝙ cũ ſint cute molliores, ſunt & humidiores, calidiores quinetiam ſunt quo ad innatam & influentem, ſiquidem Gal. ait carnes inteſtinorum, ventriculi, uteri & vtriuſque veſicæ eſſecutæ calidiores, ergò & à fortiori & teſticulorum caro. Dices forte, quòd Auer. & Raſis plura, quàm Gale. hoc loco poſuerunt, nempè quòd in calidis erectio virgæ frequentior eſt, in frigidis verò è contrario, item in calidis vene ſunt amplę, & apparẽtes, in frigidis verò è contra, item in calidis cutis teſtium dura, & aſpera, & ſicca, in frigidis verò è conuerſo. Dicendum eſt, quòd Galen. dat ſigna communia maribus & fœminis, ob id omiſit ſignum ſumptum ex uenis quę in collo matricis in fœminis videri non poſſunt eadem ratione omiſit virgę erectionem: & quoniam ſignum quoq; ſatis fallax, ſtante namque teſtium caliditate, ſi non eſſet ſufficiens uentoſitatis cauſa,

virga

1. de temper. 3.

20. tertii trac. 1. c. 4. 2. ad Al. manſ. 14.

©BIU Santé

uirga haud frequenter erigeretur, ut si testes essent frigidi cum multa flatuum copiam, eo casu frequentius uirga erigeretur. omisit quoque signum ex cute, nam eius durities potius sequitur ex aliis, ut & totius corporis cutis, à qua totius ipsius corporis inditia desumuntur. Ponit postea Gal. signa cal. & sic. temperaturæ testium in subsequenti capite.

Signa calidæ & siccæ temperaturæ testiculorum. Cap. 46.

CALIDIOR *uero, ac siccior et crassissimum semen habet.*

PRIMVM signum ponit ex semine sumptum, quod caliditatem, & siccitatem consequitur. Dices, videtur, ꝙ semen potius subtile esse deberet, non autem crassum, siquidem calidi est subtiliare, ut in corde fit, in quo sanguis subtiliatur. Dicendum est, quòd vt aliàs dictũ est, calor cordis validus partes crassiores, & terrestres subtiliare potest, quod calor testium imbecillior efficere non valet, sed humidiores solum dissoluit, qua de re semen postea crassius redditur. Dubium autẽ est, quomodo semen à calido incrassetur (exit enim crassum) & à frigido humectetur, atque subtilietur, quandoquidem semẽ extra corpus humidius fit, aquosius, atque subtilius. Respondendũ est ex Arist. & Auer. ꝙ ex mixtione aeris & spũs cũ aqua res aliqñ crassior efficitur, licet uideatur, ꝙ subtilior fieri deberet, cũ aer aqua subtilior sit, sed crassior fit, propterea quòd caliditas aeris & spiritus partes aqueas cum terreis permiscet, atque hoc in semine cõtingit: ideo cum exit est crassum, sed post exitum, quia pars illa aerea & spirituosa exhalat, quæ partes aqueas cum terreis admixtas detinebat, tũc partes aqueę a terreis segregantur, & terreę fundum petũt, aqueę verò dũtaxat conspiciuntur, atque hac de causa semen aquosum, & tenue tũc fieri uidetur. subdit secundum signum ex uirtute generatiua, dicens.

2 de gene. ani. c. 2. 4 metheo. cõmagno.

ET *fœcundissimum est.*

Sic stat contextus græcus, antiquus uero in quibusdam codicibus habet [& est maxime generatrix masculorum] in quibusdam autem dicit absolute [maxime generarrix] atque hęc litera, & nota maximã inter se habent affinitatẽ, nam (ut ex Gal. declarabimus) calida semen adurit, & sicca id spissum reddit, & siccum, ut parte plurima ob uteri

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 291 sur 753

©BIU Santé

intercapedinem extendi non possit: Quomodo igitur nunc verè dicere potest, φ est maxime generatrix, vel φ est fecundissima? Quod si dicat, est maxime masculorum generatrix, dubio procul difficultatem nō
te sem. haberet, propterea quòd (vt e. Galeni sententia diximus) materia, ex qua mas gignitur est calidior, & siccior, quàm illa, ex qua fœmina generatur: quare hæc temperies si generat, maxime mares generat. Dixi autem si generat, quandoquidem valde intensa non generat, vt declaratum est: & ita res clara esset, quemadmodum difficilis est, iuxta nouam, græcamque scripturam Nisi dicamus, vt dicit Haly, φ hi sunt in pubertate fœcundissimi, quo tempore alij semen indigestum habent, propter quod vel non generant, aut fœminas solum gignunt, at hi semen habent digestum eo tempore ad marium quoque generationem: vel dicatur, φ hi citissime generant aliarum respectu temperaturarum: & cum subdit, Ac celeriter ab initio ad coitum excitatur animal, ita etiam voluit intelligere, quòd celeriter fœcundi fiunt. Neque placet Curtij expositio φ cum vt plurimum mulieres sint frigidæ, temperies hæc fœcundior est temperata, quoniam cum mulieribus magis mares generat, quàm temperata. nam Gal. expresse ait temperatam esse fecundiorem. Tertium subiungit signum ex dispositione coitus, scribens.

aphor. 2. *Ac celeriter ab initio protinus ad coitum excitat animal.*

Hoc vtique signum ambas consequitur qualitates, quoniam ratione caliditatis & siccitatis in his fit semen, quod valde ad coitum stimulat, & excitat animal: subdit quartum signum ex pilis, dicens.

Sed & his genitales partes citissime hispida fiunt, atque omnes quæ circunstãt, supra quidem vsque ad vmbilicum, infra verò vsque ad media fœmora.

Hoc signum ambas consequitur qualitates, quoniam caliditas cum siccitate maxime facit ad pilorum generationem, vt sæpe declaratum est. Quintum postea subdit ex coitu signum, scribens.

Petvlea igitur est, & ad libidinem prona huiusmodi temperatura, statim verò satiatur, & si cogatur, offenditur.

Hoc ambas consequitur qualitates, propter caliditatem namque & siccitatem semen gignitur, quod valde stimulat; quare tales ad libidinem proni sunt, & propter easdem qualitates multa seminis copia non generatur: quo fit vt & citò sentiantur, & offendantur, si conatum effecerint.

Signa

©BIU Santé

Signa calidæ, & humidæ, temperaturæ testiculorum Cap. 47.

Si aũt caliditas humiditas cõiugatur, hirsuti qu. dẽ tales minus.

DECLARANS signa calidæ & humidæ testiculorum temperaturæ primum signum ex pilis constituit, hi namque magis sunt hirsuti, quàm temperati, licet minus quàm cal. & sic. ratione humiditatis, quæ actionẽ caloris obtundit, atq; dictum hoc ad quartum genus attinet, de quo supra. Secundum postea signum subdit ex semine, scribens.

PLVS verò semine abundant.

Quàm scilicet cal. & sic atque etiam temperati: atque hoc ambarum ratione qualitatum, caliditatis quidem attrahentis, & semen generantis, humiditatis verò conseruantis: & hoc attinet ad tertium genus, de quo supra. Addit deinceps tertium ex coitu signum, subdens.

NON tamen plus cæteris appetunt.

Sed minus, quàm predicti humiditatis ratione obtundentis actionem caliditatis: quare non fit semen quod ita stimulet, vt fit, cum siccitas caliditati iuncta est, quæ eius est lima: & hoc ad primum attinet genus, de quo supra: Quartum adhuc ex coitu signum subdit, dicens.

SED minori detrimento præter modum venereis indulgent.

Scilicet vt cal. & sic. atque etiam vt temperati, quod fit ob seminis abundãtiam, quod in eis est copiosius ob ambas qualitates, vt superius dictum est. Vltimum signum ex coitu subiungit, si caliditas, & humiditas multum excreuerint.

QVOD si satis excreuerint & caliditas & humiditas non sine detrimento à venereis abstinent.

Hoc quidem fit, quoniam semen superfluum retinetur, quod cũ facile corrumpi possit, fœtidissima deinde efficit accidẽtia, vt declarat Gal. dũ recitat historiã Dioginis, & cuiusdam mulieris, quæ à coitu abstinuerat: Quòd aũt venus non sit noxia calidis atq; humidis, testatur quoq; Gal. vbi venerẽ inimicissimã esse omnibus, qui sicco tẽperamento sunt, sed potissimum his, qui supra siccitatem frigidi quoq; sunt, nam inquit, innoxia venus his tantum est, qui calidi humidiq; sunt, tum verò qui genitura naturaliter abũdãt, vt valde calidi & humidi sũt: Tacuit autem signum ex secundo genere, scilicet ex virtute generatiua, quoniã licet

6. de lo. aff. 3.

6. de tuẽd. ual.

©BIU Santé

licet ratione caliditatis plus marium generatiua, quàm temperata videatur, tamẽ quoniam humiditas caloris actionem obtũdit, ob id plus masculorum generatiua non est, quàm ipsa temperata complexio.

Signa frigidæ & humidæ temperaturæ testiculorum. Cap 48.

SI verò frigidiorem & humidiorem temperaturam testiculi habuerint, partes circumpositæ glabræ sunt.

STENDENS signa frigidę & humidę temperaturę primum hoc signum ponit ex pilis desumptum: ex quo quidem loquendi modo innuit, quòd partes genitales haud glabræ sunt, sed solum circunstantes: secundum signum ex coitu subdit, dicens.

ET tardè rem veneream exercere incipiunt, neque proni ad actũ huiusmodi sunt.

Hoc fit ratione potissimum frigiditatis, atque etiam humiditatis, si quidem in his tardè semen gignitur aptum ad excitandum, quod & ob easdem qualitates non multum stimulat. Subdit & tertium signum ex semine, dicens.

AQVOSVM verò, & tenue ipsis est semen.

Hoc signum ambas qualitates cõsequitur, vti manifestum est. Quartum verò signum ex virtute generatiua subiũgit hũc in modũ scribẽs:

ET infecundum, & fœminarum generatiuum, vel omnino non generans.

Quod & ambas qualitates insequitur, vt palàm est; tale autem semẽ aptum est pro fœminæ generatione, siquidem fœmina ex frigido & humido generatur. Aduertendum autem est, ꝙ cum hic Gal. declaret semen esse infœcũdum, vel quia generatiuum fœminarum, vel quia nullo modo generat, colligitur semen fœcundissimum esse, cũ maxime mares generat: quare calidum & siccũ fœcundissimũ erit, quandoquidem quod generat, mas est. Verũ aduersus quæ à Galeno hoc loco dicunt dicet forte quis, verum non esse, quòd frigida & humida temperies testiũ tardè coitu vti incipiat, calida verò & sicca celeriter, propterea quòd cum fœmina ex materia frigidiore generetur, mas verò ex calidiore, atq; ficciore, vt ex Galeno dictum est, ergo fœmina tardius vti

2. de sem. 4. & 5. & 14. de us. par. 6. & 7.

©BIU Santé

venereis deberet, cuius oppoſitum contingit, vt enim fœmina citius pubeſcit, ita & citius coitu ipſo vtitur. Pro reſponſione notanda eſt cauſa, cur fœmina in vtero tardius, extra vero citius, quàm mas formetur: in vtero namque mas 32. diebus, fœmina verò 42. perficitur, at extra vterum fœmina 12. anno, mas vero 14. vel 15. pubeſcit: horum autem cauſam aſſignabat Ariſto. vbi ait, quòd intus fœminæ tarde præ ſua frigiditate diſcernuntur, hęc etenim diſcretio concoctio eſt, calor autem concoquit, & quod calidius id concoctu facilius eſt, ſed foris propter ſuam debilitatem citò ad ætatis florem, ſenectutemque proueniunt, etenim omnia minora vt in artis operibus, ſic in naturæ citius ad finem perueniunt: hæc eſt Ariſtotelis cauſa. Gal. autem ait, quòd vt liquidum lutum impreſſionem, ac fictionem ullã non admittit, mediocriter autem induratum admittit, ita & ex ſemine, & ſanguine menſtruo frigidioribus, & humidioribus, & ex conſequenti liquidioribus animal efformari non poteſt, ſed opus eſt, vt prius moderatam duritiem & conſiſtentiam acquirant, vt membra formari poſſint, quod autẽ liquidius eſt, tardius conuenientẽ conſiſtentiam acquirere poteſt, & ex conſequenti tardius efformari: quare fœmina tardius efformabitur in vtero, quoniam ex ſanguine & ſemine fluxibiliori, & difficilius coagulabili, & digeſtibili efficitur, vt totum corpus organizari poſſit, atque formari: ſecus autem eſt extra vterum, nam cũ corpus iam formatũ materiam habeat humidam extenſibilem, tale vtiq; citius extenditur, item ex ordine naturę mas ſemen bene coctum habere debet, fœmina autem non ſic: ſemen namque non adeo coctũ habere debet, ideo citius fœmina pubeſcit, quoniam imperfecta concoctio citius acquiritur, qua fœminę indigent, quàm perfecta, qua maſculi ipſi egent. His itaque adnotatis ex dictis dubio propoſito ſatisfaciendum eſt, quòd aliud eſt comparare marem ad marem, in quibus opus eſt ſemen bene concoctum eſſe, atque aliud eſt comparare marem ad fœminam, in quorum altero ſemen concoctum eſſe debet, in altera verò incõcoctum, clarum autem eſt, quòd in calida & ſicca tẽperatura citius ſemẽ coctionem perfectam acquirit quàm in frigida & humida.

4. de gene. an. 6.

2. de ſem. 4 & 5.

Signa

©BIU Santé

Signa frigidæ & ſiccæ temperaturæ teſticulorum Cap. 9.

FRIGIDIOR verò & ſiccior temperatura ſimilis quidem in reliquis eſt ante dictæ, craſſius uerò in ipſa ſemen exiſtit, atque omnino paucum.

DECLARANS poſtremo ſigna frigidæ & ſiccæ temperaturæ breuibus ſe expedit, vt ex contextu ipſo palam eſt. Partes igitur circumpoſitæ in hac vt in prædicta glabræ erunt, & tarde coire incipiunt, ne prius ad coitum proni ſunt, atque eorum ſemen vel omnino non generat, atque hæc alia non indigent declaratione. Verum cadit hic dubium, an ſemen à toto corpore decidatur Hoc ſanè dubium examinat Ariſtote. ubi opinionem quorundam declarat uolentium, quòd ſemen à toto corpore decidatur ob ſimilitudinem filiorum ad parentes, quam quidem opinionem diffuſe reprobat Ariſt. Quæ plane opinio videtur fuiſſe Hipp. vbi mentionem facit de quibuſdam gentibus comprimentibus caput nouiter natorum, ex quo illa capita formam oblongam acquirebant, lex autem (inquit ipſe) ea primum fecit, vti hanc naturã redderet, procedente verò tempore natura factum eſt, vti lex amplius non cogat, ſemen enim vndecunque progreditur, de ſanis quidem corporis partibus ſanum, de morboſis verò morboſum, ſiquidem ex caluis calui naſcuntur, ex flauis flaui, ex diſtortis forma ſemper non recti, ſicque in cæteris ſiguris eadem ratio pollet, quid ergo prohibet quin ex longis capitibus longa capita innaſcantur? Quam etiam opinionem videtur voluiſſe Aui. vbi primò loquens de Hippocr. dicit: & Hippo. quidem dixit in ſuis intentionibus, quòd plurimum materiei ſpermatis eſt ex cerebro, & quòd deſcendit ex duabus venis, quæ ſunt poſt ambas aures, & propter hoc abſcindit phlobotomia ambarum generationem, & facit incurrere ſterilitatem: & quibuſdam interpoſitis ſubdit: & Gal. quidẽ non ſciuit, an faciat incurrere inciſo harũ duarum uenarũ ſterilitatem, an non, & ſtatim ſubiungens eius opinionem dicit: Mihi verò videtur, quòd non oportet vt ſit ſperma ex cerebro ſolo, quamuis eius fermentum ex cerebro ſit, & eſt verum, quòd dixit Hippocra. de eſſe duarum venarum, immo oportet ſit

1. de gen. aei. 17. & 18. lib. de lo. aer. & aquiſ.

©BIU Santé

ci ex omni membro principali fons, & ut ſit ex membris aliis reſudatio etiam ad iſtas radices, & propter illud eſt aſſimilatio, & propter hoc generatur ex membro diminuto: membrum diminutum & in principio capitis dixerat, ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis quarte, quæ fit, cum diſpartitur cibus in membris reſudando a venis tertia digeſtione iam expleta, & eſt de ſumma humiditatis proxime coagulationi, ex qua nutriuntur membra radicalia, venæ ſcilicet ac arteriæ. Galenus autem voluit ſemen ex ſanguine generari, quem vaſa ſeminaria a vena magna & arteria exhauriunt; cuius rationem aſſignat dicens: & euidenter eſt videre in primis quidem circumuolutionibus ſanguinolentum adhuc & humidum eſſe, quod continetur, in eis verò, quę deinceps ſequũtur, albius sẽper, & magis atq; magis albeſcere quo uſq; exacte totũ factum fuerit album in omniũ vltimis inuolucris, quæ vtiq; terminant in teſticulos. Dices, ergo coitus mitius debilitaret, q̃ sãguinis miſſio. Reſpondeo, quòd in coitu debilitatio contingit ex ſpirituum reſolutione. De his autem ſatis nunc dicta ſint, Deo dante alibi fortè vberius agemus, quemadmodum & de ea dubitatione per quam ardua, quæ inter Gal. & Ariſt. agitari ſolet, an ſcilicet ſemen maris tantum non illud fœminæ actiue cõcurrat ad generationẽ, vt voluit Ariſt. an vero etiam ſemen fœminæ, vt ſtatuit Galenus: item an ſemen maris & fœminæ materia ſint fœtus, vt ſentit Gal. an vero nõ, vt probat Ariſt. De quibus omnibus, & Ariſt. ipſe diffuſius ſcripſit & Gal. copioſe dum Ariſt. ſententiam reprobat, & poſtremo Auer. dum Ariſt. ſententiam deffendere conatur.

9. de vſ. par. 4. 14. eiuſdẽ 10. & 16. & 10. eiuſdem, ac primo de ſem.

primo de gen. an. penult. & vltimo, & 2. eiuſdẽ 2. & 3. libel. de ſem. primo & ſecundo in paraph. de gen. an. & 2. colli. 10.

De habitu totius corporis. Cap. 50.

TOTIVS autem corporis habitus diximus, & ſuperius quomodo & hepatis, & cordis naturam ſequantur.

QVONIAM totius inditia duplicia ſunt, quędam ſumpta ex membris principalibus, & quędam ex toto ſeu ex eius habitudine, ideo oſtenſurus totius inditia inprimis declarat ex quibus membris principalibus talia inditia ſumantur eo modo ſcribens, quemadmodum ſupra a nobis ex contextu ipſo dictum eſt, & quia aliquãdo talia membra oppoſitas habent qualitates, ideo ſubdit Gal.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 297 sur 753

©BIU Santé

Et autem magis assimilatur, quod vnam aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit.

Nempè ex caliditate, frigiditate, humiditate, vel siccitate: vnde dicebat Gal. ꝙ si cor est calidum, totum est calidum, nisi hepar vehementius obstiterit, & declarauit quæ qualitas magis, & quæ minus contraoperari potest: quoniam autem in tali contraoperantia non ita certi sumus ex proprijs membrorum signis, quod illorum vincat, ideo voluit Gal. totius signa declarare, vt cum temperatura hepatis erit oppositæ cordis temperaturæ, certò sciamus, quidnam illorum vincat, vt pote si signa frigiditatis hepatis adsint, atque ea caliditatis cordis, si tò tius caliditatis signa conspicientur, pro comperto nobis erit, ꝙ ipsum cor vincit. Et quoniam de primis qualitatibus meminit, ob id in contextu subdit.

Quas & effectiuas appellant.

primo meth.

Licet enim Arist. dicat duas esse actiuas, ac totidē passiuas, vel quia caliditas & frigiditas diffiniuntur per agere, humiditas vero ac siccitas per ipsum pati: vel quoniam mixta potissimum per caliditatem & frigiditatem agunt, per humiditatem vero atque siccitate partium, tamen Gal. omnes actiuas nuncupat, quoniam omnes ad complexionem agere dicuntur, totumque ad earum dispositionem paratur. Vt autem quæ ab eo exponenda sunt, recte intelligi queant, ex consequēti declarat Gal. in quibus totius corporis habitus dicat his verbis.

TOTIVS, *verò corporis habitus in illis maxime dicitur partibus, quæ primæ oculis subijciuntur.*

Et postea subdit Gal. quæ sint hę partes, scribens.

SVNT *hæ musculi, qui omnia ambiunt ossa.*

Quorū musculorū declarat Gal. compositionē scribens hocmodo.

CARNES *quædam compositæ ex prima, & simplici carne, & præterea fibris, quibus innascuntur, propria enim musculorum substantia his duobus constat, quæ verò ad ipsos uasa pertingunt veluti riui quidam sunt, qui non substantiam complent, sed eis subministrant, vt in uita permaneant.*

1. de mot. mu. 1. primi doct. 5. sum. a. c. 1.

Aduertendum hoc loco est, ꝙ (vt declarant Gal. & Aui.) ex neruis oriētibus à cerebro, & ligamētis orientibus ab ossibus in plures partes diuisis constituitur veluti rethe, cuius vacuitates carne replentur, & deinde ex illis fibris neruis & ligamentalibus, cum musculum exeunt tendo seu corda constitur, quæ membro coniungitur, quod moueri debet: & cum per virtutem a cerebro demandatam musculus contrahitur,

©BIU Santé

tur, cordam quoque contrahit; & ita membrum mouetur: in muſculo quoque venę ſunt ſanguinem deferentes, quo muniri debet, necnon arterię ſanguinem ſpirituoſum deferentes, ex quarum motu calor mẽbri naturalis conſeruatur, & propter venas, & arterias naturale inſtrumentum conficitur, ob neruos autem animale organum: & ob id muſculus ipſe inſtrumentum naturale, ac animale eſſe videtur. Sed dices, cum muſculus ſenſus & motus particeps ſit, cur ipſum ſolum motus inſtrumentum, non autem ſenſus eſſe dicimus? Reſpondens, Gal. ait, q̃ cum nullus motus volũtarius ſine muſculo in animalibus fieri poſſit, ſenſus autem omnibus quoque partibus abſque muſculis inſit, ob id muſculus proprium motus voluntarij eſt inſtrumentum: ſubſtantia igitur muſculi qua muſculus, & ex conſequenti qua motus voluntarij inſtrumentum, ex his conſtat, ex quibus quoque habet, q̃ motus voluntarij ſit inſtrumentum. Erunt itaque fibræ rethe cõſtituentes, & caro propria de muſculi ſubſtantia, ſiquidem hęc illum conſtituunt, vt dicti motus inſtrumentum, venę autem, atque arterię huius ſubſtantiam, vt motus inſtrumentum haud quaquã conficiunt, ſed riui ſunt (ait Gal.) ei ſubminiſtrantes, vt in vita permaneat, & quatenus ſit inſtrumentum naturale, ei deſeruientes: atque hoc eſt, quod hoc loco aſſerit Gal. Dixit autem ex prima, & ſimplici carne ipſum conſtare, quoniam carnem totum ipſum muſculum ex prima carne, & fibris compoſitum appellare ſolemus, ſed non eſt illa prima & ſimplex, vt palã eſt, ſed quæ prædictas replet vacuitates. Subdit poſtea Gal. duo requiſita, vt totius tẽperaturarum ſigna verificentur, de quibus meminit, & primũ ponit dicẽs.

DICENTVR *igitur & horum temperaturæ inditi in bene temperata habitatione: nam quæ male temperatę ſunt cutim permutant ex ſeipſis formantes, & quædam ex inditijs corrũpunt.*

Vnde ſigna ſumpta ex colore cutis, ex pilis, & iſtiuſmodi temperaturam non indicant, quoniã ex nõ eo conſequũtur, ſed ex illius habitationis natura, vt ait Gal. de Gallis, Germanis & ſit oĩ Thracio, & Scithico genere, item de Æthiopibus, & Arabibus, & omnibus his, qui ad meridiem incolunt, in quibus partes interne, atque externe temperamento diſſimili conſtant. De hoc etiam meminit Gal. ſuperius, dum ex eius quoque intentione declarauimus, quid per regionem bene temperatã intelligendum ſit. Secundum requiſitum deinde ponit Gal. ſubdens.

2. de temper. cap. 6.

cap. 13. 3. apho. 14

ITA *& in bene temperata regione ſi quis ſe tempore æſtatis nudum ſoli expoſuerit permutabit inditia, quæ ex colore & duritie, et mollitie ſumuntur: Si uero quemadmodum bonam tem-*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 299 sur 753

©BIU Santé

periem obtinet locus, ita & ipse bene temperato victu usus fuerit vt qui neque se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat, neque sicuti plerique more puellarum continue in umbra degat, hic certa, atque exquisita temperaturæ indicia præseferet. Tanquam igitur de hoc futuro sermone nunc adipsum accedemus.

1. de tẽp. 6. His enim ea contingent, quæ habitantibus regiones tum calidas, tũ frigidas euenire scripsit Galenus. Aduertendum autem est, ꝙ id quod Gal. hoc loco asserit pro exemplo de æstate soli ardenti se nudos exponentibus, & de degentibus in vmbra more puellarum intelligendum est, nõ de omnibus sex rebus non naturalibus, vtpote somno, crapula, & istiusmodi, propterea quod multa sunt, quę licet cutim varient, attamen simul etiam membra intrinseca euariant, vt si ex somno & crapula totius habitudo fiat carnosa, & pinguis, hepar quoq; & membra omnia interna, & carnosa, & pinguia efficientur: sed intelligendum est de his, quę solam cutim euariare possunt, vt de arte, fabrilis namq; ars, vt regio calida cutim adurit, & exiccat ita, ꝙ quis falli poterit, si ex signis cutis intrinsecarum temperaturam iudicabit. Verum cadit dubium, num musculus sit calidæ, an frigidæ tẽperaturæ: Et communiter respõdetur, quod est calidæ, siquidem maior est carnis copia, quàm cæterarum partium, caro aũt calida dicitur, quoniam ex sanguine calido generatur. Verum oppositũ habet Arist. vbi ait, Per venas igitur, & meatulos quosque alimentum resudans, quemadmodum aqua per crudiusculam furem, in carnem, aut carnis proportionale conuertitur frigore consistens, ex quo fit, vt caro ab igne resoluatur. Respondent quidã id Aristotelis dictum de pinguedine intelligendum esse, quidam autem de aggregato ex carne, atque pinguedine: alij verò, ꝙ caro coagulatur à frigido, hoc est minori calido, quàm ossa, quæ à calido maiori coagulantur. Sed Arist. dictum de carne intelligitur, quę est alimentũ per venas resudans: atque hęc fuit Arist sententia, quod fiat a frigido, quoniam rationem subdens ait: ex quo fit, vt caro ab igne resoluatur, ergò de vera intelligit frigiditate. Respondẽdum est igitur, si volumus Arist. defendere, vt ait Auer. ꝙ caro constat, & incrassatur calore, postea a frigido congelatur, & quoniam in ea humiditas excellit, ideo dura non est, aitque, ꝙ ex minori concoctione generatur, quam venæ, membranę, & nerui, ac breuiori temporis spatio: nam superius declarauerat Auer. modum generationis membrorum similarium, dicens, Ad

2. de gen. an. cap. 4.

2 de gen. aai. c 2.

generationem

©BIU Santé

generationem verò membrorum ſimilarium caloris tantùm, ac que frigoris extenſio ſufficit, namque aliqua eorum conſiſtunt calido, & congelantur à frigido, aliqua verò alia calido con-- gelantur, huiuſmodi autem in 4. metheoro. declarauimus: ve- næ autem & oſſa, & nerui, & vngues, membranæque, & reliqua huiuſmodi generis fortia redduntur, tacà calido incraſ- ſantur, calor namque ea incraſſat, frigidum autem conge-- lat, ſiquidem cum calor ſtabiliens ſpargitur, reſiduum hu-- miditatis, quæ ibidem reperitur, ab eis aufert, & tunc poſt- modum congelantur, induranturque corpora: & quanto ter- reitas maior eſt, & caliditas concoquens maior quoque eſt, caliditas proculdubio rem ipſam difficile diſſoluit, poſtea- quam frigiditas eam congelàuit, vt teſtà: ſed ſi minus de ter- reitate, & minus de concoctione ibidem fuerint, tunc res hu- iuſmodi à calore molliuntur, poſtquam eas frigiditas con-- gelauit: atque hęc eſt cauſa, quòd caro reſoluitur ab igne: Aduertendum autem eſt, quòd caro ſecundum partem coa- gulatur, & quia multum humiditatis retinet, licet portio aliqua eius ſit reſoluta, ideo ab igne ſecundum partem reſol-- uitur: Quod & in luto compoſito ex aqua & terra animad- uertimus, aduenientę namque frigiditate ſecundum partem, ſcilicet humidam, coagulatur, quæ deinde congelata à ſole li- queſcit: atque hoc pacto caro à frigido, & calido ge- neratur, quemadmodum, & oſſa, & reliquæ partes: Ve- rum eſt differentia, quòd in generatione carnis tota humi- ditas non reſoluitur, vt dictum eſt, ſed in generatione oſſis calor potentius agit maiorem humiditatis portionem reſoluen- do, deinde frigiditas aduenies reſiduum congelat, & vnà caliditatem exhalare facit, atque reſiduum humiditatis: & hu- iuſmodi generatio fit ad ſimilitudinem generationis ipſius ſecu- ris, quæ primum ab igne fit, mox completur, ſiue eius duri- ties a frigido efficitur, dum ferrum ignitum in aqua reſtingui- tur. Dices, ſi caro congelatur a frigido, quomodo calidæ erit, ac humidæ temperaturæ? Reſpondeo, omiſſis, quæ ab alijs di- cuntur, quòd caro a prædominio calida eſt, & humida, quo- niam dictum eſt carnem ipſam digeri, & a calore incraſſari. qui li cet aliquid humiditatis reſoluat, ipſius tamen adhuc multum re- manet, vt caro humida dicatur, & quoniam non omnes car- nis partes congelantur a frigido, vti dictum eſt, ob id licet

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 301 sur 753

©BIU Santé

ex resolutione à calido, & congelatione a frigida facta caro minus calida & humida derelinquatur, quàm sanguis ipse, adhuc tamen calida, & humida dicitur: palàm igitur est ex dictis, quòd iuxta Aristo. sententiam digestio a calido efficitur, licet ad finem quod digeritur a frigido coaguletur: Diceret tamen Galenus, quòd carnis generatio à calore fit membri præparantis, apponentis, vnientis, & alimentum sibi assimilantis.

Signa moderatæ temperaturæ. Cap 51.

MODERATAE *temperaturæ inditia secundum totum animalis habitum color quidem ex rubro & albo commixtus.*

cap. 8. DECLARANS Galenus primo signa moderatæ temperaturæ ex toto corporis habitu desumpta, nam superius summatim, & compendiose genera declarauit, ex quibus omnia signa comprehenduntur, vt ibidem à nobis explicatum est, nunc autem ea tantũ, quę ex toto corporis habitu, subdit, atque in primis signum ponit ex totius corporis colore, eo modo scribens: [Moderatæ temperaturæ inditia secundum totum animalis habitum color quidem ex rubro, & albo commixtus] nam ex Galeni sententia color similis efflorescit humoribus, si non regurgitauerint: Igitur quoniam in temperato mediocris sanguinis quantitas aderit, color in eo ex rubro, & albo commixtus erit, ita quod neque rubeus color tantummodo conspicietur, vt in sanguineis, in quibus sanguis prędominans cutis albedinem quæ ex se talis est, obtundit: neque albus, vt in pituitosis, in quibus adeo phlegma super abundat, q̃ sanguis cutim rubeam reddere non potest, neque citrinus, vt in colericis aliquando apparet, neque brunus, vt in adustis videri licet. Secundum signum subdit ex capillis scribens.

1. apho. 2 & 4. de tu end. vale.

CAPILLI *flaui, & vt plurimum mediocriter crispi.*

Sunt quidem flaui, quoniam flauities inter colorẽ albũ, & nigrum media est, crispi autem mediocriter, hoc est medii inter planos, & crispos: Dixit autem [vt plurimum] propterea quòd actuumque hoc modo fiunt ob tortuosam radicem. Tertium signum ex quantitate & qua-

©BIU Santé

qualitate carnis ponit, ſubdens.

CARNOSITATIS *autem mediocritas in qualitate, & quantitate.*

In qualitate quidem, ſcilicet inter durum, & molle: in quantitate vero, ſcilicet inter craſſum ac tenue: cuius quidem rei vnam communem cauſam aſſignare ſtudens, ſubdit.

MEDIVM eſt enim exquiſite huiuſmodi corpus inter omnes exceſſus, vt qui ad ipſum dicantur, & cognoſcantur, nam & craſſum corpus ad hoc comparatum dicitur craſſum, & tenue ad hoc, eodem modo & carnoſum, & macilentum, & pingue, & durum, & molle, & hiſpidum, & glabrum: nullum igitur horum corpus eſt mediocritatem habens. Sed qualis Polÿcleti regula ad ſummum totius peruenit mediocritatis, adeo vt neque tangentibus molle videatur, neque durum, neque calidum, neque frigidum: inſpicientibus verò neque hirſutum, neque glabrum, neque craſſum, neque tenue, neque aliquem alium habẽs exceſſum, vel defectum.

Erat ſanè regula Polycleti ſtatua ab eo in Helenæ memoriam conſtructa, quæ nullam deformitatem admittebat: atque hęc omnium ſtatuarum regula fuit, ita quòd illa pulchrior dicebatur, quæ ei propinquior erat, ſicuti ea deformior, quæ ab ea magis remota: pariter tale corpus moderatum omnium regula eſt, quoniam, & quo ad ea, quæ ad tactum, & quo ad ea, quę ad viſum attinent, atque, vt breuibus agã, in omnibus mediocritatẽ ſeruat. Per durum autem, & molle, ſiccum, & humidum intelligit. Sed dicet forte quis, Gal. hoc loco ſigna moderatę temperaturę ex quatuor generibus deſcripta, nempè ex colore corporis, ex pilis, ex carnis quantitate, & qualitate, vtpote duritie, ac mollitie, ac ex ipſius frigiditate, & caliditate conſtituiſſe, at Aui. plura adhuc quàm ſtatuat Gal. ponere videtur, dixerat autem ſuperius, quòd decem ſunt ex quibus complexionum diſpoſitiones dignoſcũtur, & præter dicta ſubdit, quod ſigna ex forma membrorum, vel creatione, vt ex amplitudine, vel paruitate, & ſtructura pectoris aſſumenda ſunt, item ex extrinſecus alterantibus, necnon & ex cogitationibus, atque à rebus vel optime deſideratis, ſiue, vt alia, inquit, trãſlatio, à diſpoſitione ſomni & vigiliarum, pariter ex naturalibus operationibus, ſuperfluitatibus

2. primi doct. 3. Cap. 4.

Cap. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 303 sur 753

©BIU Santé

bus,& animę operationibus, vt promptitudine ad iram, intellectu,& huiuſmodi; quare aut Aui. ſuperfluus, aut Galenus mancus eſt. Dicendum eſt, quòd Galenus hoc loco intendit ſigna duntaxat exponere quo ad cutim, & muſculos totum circuentes, quæ tot ſunt, quot ab eo deſcripta viſuntur, Auicen. verò omnia genera ſignorum collocauit, ex quibus non ſolum cutis, & muſculorum ipſorum complexionem dignoſcimus. ſed & aliorum planè internorum membrorum. Vnde Galenus ſuperius ſũmatim hæc omnia genera deſignauit, quæ tamen (vt ibidem declarauimus) alibi fuſius ab eo ſcripta ſunt. Dices, Galenus ſaltim ſextum genus omiſit ab Auicen. poſitum vtpote ex extrinſecus alterantibus, quod & cutis & muſculorum temperiem indicat. Dico ego, quòd ſat fuit Galenus inferius id veluti omnibus ſignum commune recenſere, dum ait, quòd ſimilia à ſimilibus facile alterantur. Cęterum circa ea quę a Galeno dicta ſunt, dubitaret adhuc quiſpiam, quoniam cum ſuperius declarauerimus corpus temperatum & cum magnitudine, & cum paruitate, ac cum mediocritate corporis conſiſtere poſſe, videtur etiam, quòd & muſculi ipſi & magni ſimul, & parui, & mediocres eſſe valeant, ſed cum muſculi ſunt magni, caro quoque multa eſt. ſicuti cum parui ſunt, pauca: ergo corpus temperatum carnoſum, ac macilentum eſſe poteſt, & ex conſequenti non neceſſario mediocritatem carnis quo ad quantitatem vt ait Gal. hoc loco, obtinebit. Pro huiuſce dubij diſſolutione dico quòd corpus non abſolute carnoſum dicitur conſiderata carnis quantitate, ſed carnem ipſam ad oſſa comparamus, atque alias corporis partes: quare ſi in corpore temperato muſculi magni erunt, & oſſa & cęteræ partes magnæ, & pariter paruæ muſculis paruis exiſtentibus: dico igitur, quod ſemper corpus temperatum cum carnis mediocritate erit, ſi ad cęteras corporis partes comparatio efficiatur.

lib. de opt. corp hab. 2. de tem. 1. & 1. de cuend. ualet. Cap. 59. Cap. 8.

De corpore calidiore. Cap. 52.

QVARCVNQVE autem in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate, vel ſiccitate, hæc quantum ad carnoſum genus attinent (de hoc enim præſens eſt ſermo) videntur quidem

quidem tangentibus calidiora tantum, quantum & eorum temperatura calidior.

DECLARATVRVS Galenus signa immoderatarum temperierum, ab his calidę tantum exorsus est, & ex quatuor generibus signa deprompsit: in primis autē ponit in cōtextu signa ex ipso tactu, ex quo non solū calidū & frigidū cognoscūtur, sed & durum ac molle; De his autem duobus postremis nil meminit Galen quoniam cum hęc temperies in humiditate, & siccitate mediocritatem seruet, mediocritatem quoque inter durum ac molle seruabit: & per genus carnosum musculos intelligit. Subdit secundum signum ex pilis scribens.

TANTO verò magis hirsuta sunt, quanto & calidiora.

Cum enim caliditas ad pilorum efficiat generationem, vbi maior erit caliditas, maior quoque pilorum copia. Tertium signum subdit ex pinguedine dicens.

ET minus pinguedinis habent.

Nā cū pīguedo à frigido gignatur, vbi frigiditas minor, minor quoq; pinguedo aderit. Sed fortè cuipiam tale corpus esse pingue videbatur, nam in huiusmodi corpore multa pinguedinis materia non deficit, quæ sanè subtilis est, atque aerea & sanguinis vnctuosa pars, scripsit etenim Gale. huiusmodi materiam esse, quicquid in sanguine pingue, leue, & tenue existit, sed cum huiusmodi materia à sanguine eleuetur ex caloris actione, ergo in huiusmodi temperie calida talis materia haudquaquàm deerit, & ex cōsequenti talia corpora pinguia videbātur. Respōdēt nōnulli, q̄ licet materia adsit, agēs tamē scilicet frigiditas deficit, à qua congelatur, & congelari potest. Verum ex Gal. colligitur, q̄ & materia deficiat, quandoquidem Gal. vbi recitat illa verba superius enarrata subdit q̄ quicquid leue est pingue & tenue in sanguine, id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus seruatur, cumque id venę extra se transmiserint, vbi in frigidas particulas incidit, quod genus membranæ sunt, ibi ijs concrescit, in partibus verò natura calidioribus, cuiusmodi carnosę sunt, a calore ipso absumitur, ac digeritur. Dubium quoque est, num hæc temperatura plus habeat carnis, quàm moderata, nec ne: de hoc enim signo Galenus non meminit: sunt autem ad vtramque partem rationes, in primis quidem videtur, quòd plus carnis habere debeat, nam ibi sanguis est, & caliditas attrahens, ergò

2. de tē p. 4

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 305 sur 753

©BIU Santé

& tale corpus plus carnis habere debet: in oppoſitum autem eſt, q̃ ſicut caliditas ſanguinis vnctuoſam partem abſumit, ita & ſanguinis portionem abſumere poteſt: qua de re minus erit de ſanguine, ex quo
3. de tẽp. 4 caro generari poſſit. Reſponſio adhæc ex Galen. colligitur, vbi poſtquàm declarauit modum, quo diſtinguenda ſunt corpora, quæ nam gracilia ſunt, vel pinguia ab his, quæ ex conſuetudine talia ſunt, & victus ratione: & poſtquàm dixit id, quod de materia adipis explicatum eſt, nec non quòd corpulentia, ſeu carnis abundantia ex ſanguinis copia enaſcitur, adeps verò ex frigiditate, quòd quæ mediocritas in his eſt temperatæ naturę nota, ſubdit, quòd corpulenti quidem omnino plus adipis habent, quàm temperati, neque tamen pro carnis. Semper portione adeps ſimul augetur, ſed alios habere plus carnis, alios plus adipis videas, aliis ambo pari modo ſunt adaucta, & quibus pari modo ſunt aucta, his tantum ſupra temperatam naturam humoris eſt, quantum & frigoris, quibus autem plus eſt adipis in his frigidi p'us eſt, quàm humidi æque, vt quibus caro eſt plenior, his humoris plus iuſto eſt, non tamen etiam frigoris, cùm enim calori intra debitos fines manenti boni ſanguinis accedit copia, neceſſe eſt corpulentia ſequatur: Et quibuſdam interpoſitis ſubdit: Sicuti enim naturali calore optimam ſeruante temperiem humidum, quod intra ſanitatis terminos eſt auctum, non adipem modo in homine, ſed & corpulentiam gignit, & adipem quidem parcius adiicit: carnem vero multo liberalius auget: ita rurſus ſi humidum & ſiccum mediocritatem ad vnguem inter ſe ſeruant, calor autem ſit in homine minor, neceſſe eſt huius corpus adipe, quàm carnis copia magis abundet: at verò ſi calor augeatur, ſeruetque mediocritatem altera contrarietas, minus erit ei animali adipis quàm carnis, ſicut è diuerſo ſi quando pollet ſiccum altera contrarietate modum ſeruante, & gracilius, & durius corpus euadet: patet itaque ex Cale. dictis, quòd generatio carnis maior eſt, atque minor, prout humiditas maior, & minor; ideo in calida tantum carnis mediocritas aderit, vel ſaltim inſenſibilis eſt differentia; nam vt dictum eſt, ſi caliditas aliquam ſanguinis portionẽ attrahit, ipſam
2. de gen. an. 4. etiam conſumit. Dices, declaratum eſt in ſuperioribus ex Ariſt. q̃ caro generatur a frigido ſanguinem congelante, ergò in calida temperie minus erit de carne, quàm in temperata ex agentis defectu, ſicut minus de ipſa pinguedine. Reſpondeo, quòd quemadmodum expoſitum eſt, ſanguis à calido concoquitur, & ita incraſſatur, qui deinde quòd venas reſudans, & meatulos quoſque (vt dicit Ariſto.) conſiſtens frigore membrorum in carnem conuertitur, ad quam quidem conſiſtentiam

©BIU Santé

tiam efficiendam haud valida requiritur frigiditas, ſicut in pinguedinis generatione: quare in calida temperie frigiditas ſatis erit ad ſanguinem in carnem condenſandum, at non in adipem: accedit ad hoc quòd à calore materia in pinguedinem conuertenda abſumitur. Quare tum ſubdit ſignum ex viſu ſcilicet, ex colore, atque in primis ipſius cutis, hunc in modum ſcribens.

COLOREM *autem rubrum.*

Non enim ita commixtus eſt ex rubro, & albo, vt in moderata, quoniam caliditas maiorem ſanguinis copiam attrahit, item ad phlegmatis diminutionem facit, & magis ſanguinem adurit: quare in his talibus rubeus calor erit. Dices, cum in calida temperie humor biliosus abundet, qui citrinus eſt, & flauus, ergò & color citrinus eſſe deberet, non rubeus, vt hoc loco aſſerit Galenus. Omiſſis, quę ab aliis dicuntur, dicerem ego, quòd colera duplex eſt, altera quidem, quæ ſimul cum ſanguine per venas tranſmittitur, atque hęc non eſt citrina, ſed rubra; eſt enim pars dulciſſima, & ſubtilior ſanguinis: altera autem, quæ ex ſuperflua decoctione aſſata amara fit, & hæc non tranſit per venas, ſed a burſa fellea trahitur, & colore citrina viſitur: & licet prior rubea non ſit, vt ſanguis, plus tamen facit diminutio phlegmatis, & aliqua ſanguinis aduſtio, quę a caliditate efficitur, quam illa colera rubea ad colorem cutis generandum. Poſt ſignum autem ex cutis colore deſumptum aliud ponit ex capillorum colore, dicens.

ET *capillos nigros habent.*

Cuius cauſa eſt caliditas vrens, quemadmodum manifeſtum eſt.

Signa frigidæ temperaturæ. Cap. 53.

FRIGIDIORIS *autem temperaturæ indicia ſunt pilorum carentia.*

DOCENS ſigna frigidioris temperiei ex quatuor generibus accipit, primum autem eſt ex pilis, vt enim caliditas pilorum eſt cauſa, ita frigiditas eorum prohibet ortum. Poſtea

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 307 sur 753

©BIU Santé

subdens Gal. secundum ex pinguedine signum ait.

Pinguedo.

Quæ quidem maior est in frigida temperie, quàm in temperata: siquidem declaratum est q pinguedo à frigido coagulante generatur. Demum tertium signum ex tactu subdit, dicens.

ET *frigiditas, quæ tangentibus obuiat.*

2. de tẽp. 2. & 3. Si quidem ex Galeno nullus verior ac certior iudex est, quàm tactus ipse quoad tangibiles qualitates: Tacuit autem signum ex duro, & molli, quoniam vt superius diximus, cum hæc temperies media sit inter humidum, ac siccum, in dure quoque ex molli mediocritatem seruat, vt moderata complexio. Quartum signum ex calore subiungit, atque in primis, si non multum frigiditas excesserit dicens.

COLOR *vnà cum capillis ruffus.*

Color suple totius: est enim ruffus color ad albedinem tendens, cuius quidem signi causa clara est ex superius declaratis. Subdit signũ ex colore, quando frigiditas multum excedit, scribens.

ET *vbi frigiditas excesserit, liuidus quodammodo existit, quem nonnulli medici colorem plumbeum dicunt.*

Huius signi causa est, quoniam sanguis propè cutim contentus infrigidatur, & spiritus in eo incrassati luciditatem amittunt: quare sanguis subniger fit, & verè cum albo mixtus: Quòd enim hic color à fri
4. aph. 17. giditate efficiatur, habetur ab Hippocrat. & Galeno, vbi inquiunt, q frigidum conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles, & hu
4. pho. 20. iusmodi generat, & paulò inferius: Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem ob-
1. prog. 8. ducit: item & alibi Hippocrat. Si corpus adeo est graue, vt vngues quoque ac digiti liuidi sint, expectanda mors continuò est; & Galenus in comment. subdit, quòd ea liuiditas virtutis extentionem significat, nec non caloris à corde emanantis: patet igitur ex dictis, q ad frigiditatem liuiditas consequitur. Sed dicet quis, quòd non videtur in frigida temperie pinguedinem generari posse, siquidem materia pinguedinis aerea est, subtilis, ac vnctuosa, quæ à calido efficitur, ergò in frigida deficit agens generans, licet adsit agens condensans. Huic dicendum est, quòd complexio adeo frigida esse non po-

test,

OBIU Santé

test, q hæpatis caliditas satis non sit ad illam materiam aeream gignendam aptam, vt in pinguedinem vertatur: quæ sanè materia in calida temperie ab ipsa caliditate absumitur, sicut in frigida cõseruatur, atq; ab ipsa frigiditate congelatur.

Signa siccæ temperaturæ. Cap. 54.

Siccior autem temperatura tanto gracilior est, & durior bona temperatura quanto maior est siccitas.

Docet autem hoc loco Galenus signa siccioris temperiei, quæ in calore, ac frigore modum conseruat; primum quidem ex quantitate carnis, secũdũ verò ex eiusdem habitu: iquidem siccitas carnis atque pinguedinis quantitatem prohibet, nec non ad eam durities ipsa consequitur. Subdit deinde Gal. de alijs, scribens.

In reliquis autem eodem modo se habet.

Suple, vt temperata. pili etenim sensibiliter non variantur, quoniã licet siccitas cum caliditate efficiat ad pilorum generationem, sola tamen siccitas aucta non multum variat pilorum excessum, cum pili præcipuè à caliditate gignãtur: pariter in colore variatio non erit, quando quidem coloris diuariatio iuxta maiorem minoremve efficitur adustionem, quæ quidem à calore præcipuè fit, licet siccitas (non tamen per se) caliditatem adiuuet.

Signa humidæ temperaturæ. Cap. 55.

Et humidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet, melius autem carnosa, & mollior.

Docens deinde signa humidioris tantum ex eisdem, vt in sicca desumit: etenim Gal. ait, calore seruante tẽperiem, humidum, quod inter sanitates terminos auctum est, adipem quidẽ partius, carnem verò multò liberalius adauget. Est aũt mollior ratione humiditatis, quã mollities cõsequitur, in pilis autem & colore hæc temperies est, vt moderata, quẽadmodũ de sicca tãtũ diximus. Proinde ostẽturus Galenus signa cõplexionũ intẽperatarũ, quę cõpositæ sũt, iprimis vnum, 2. de tẽp. 4

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 309 sur 753

©BIU Santé

vnum, generalem canonem constituit, atque communem omnibus tẽ peraturis ex simplicibus compositis hunc in modum scribens.

Et quidem secundum coniugationem qualitatum primarum facta intemperaturæ compositam habent indiciorum formam.

Signa namque simplicium intemperierum simul aggregata compositam quoque ex simplicibus intemperantiam indicant, quæ per signa illa simplicia indicantur, vnaquæque enim qualitas excedens ita agit, si composita complexio dici debet, suumque effectum ita producit, vt sensu comprehendi possit: vnus quoque effectus à duabus aliquando prouenire potest, & nonnunquam ab vna alteram prohibente: atque de hisce duobus postremis præsertim loquitur Gal. vt sæpe dictum est. ex hoc itaque canone habemus, quòd si tacet aliquando Gal. signa, de quibus in simplicibus intemperiebus meminerat, intelligere debemus ea composita esse signa compositarum: & ideo Gal. declarans signa cõpositarum, non solum mentionem faciet de signis postremis, sed & de primo genere composito.

Signa calidæ & siccæ temperaturæ Cap. 56.

CALIDIOR *simul, ac siccior est hirsuta magis*

PRIMO autem enumerat signa temperaturæ calidæ & siccę ex quatuor, uel quinque generibus, quorum primum est ex pilis, quod ambas consequitur qualitates, vt sępe dictum est, secundum autem quod ex tactibilibus est, ponit his uerbis.

VC calida & dura existit

Suple ad tactum, & hoc signum est de numero primorum ex duobus simplicibus compositum, ambasque insequitur qualitates, etenim Gal. nonnulla illius primi modi signorum exempla tradere voluit, vt ex his exemplis cætera dignoscantur. Tertium signum ex pinguedine, & carne ponit deinde Gal. scribens.

Et pinguedine caret, tenuisq; est.

Hoc est sine carne, nam ratione caliditatis pinguedine caret, ratione verò siccitatis carne vacat; propterea quòd vt dictum est, frigiditas efficit

©BIU Santé

efficit ad pinguedinis generationem, & humiditas ad carnis productionem: hoc itaque signum ex simplicibus compositum est, vti præcedés: Nisi dixerimus, quòd siccitas effecit etiam ad pinguedinis priuationē, quia caloris est lima, quare calor cum siccitate maiorem adhuc materię pinguedinis portionem absumit, sicut calor adiuuat siccitatem ad paucam carnis portionem regenerandam, partem aliquam sanguinis resoluendo. Quartum ex colore signum subdit, dicens.

Et capillos nigros habet.

Quod quidem fit ex caliditate, ac siccitate materiam capillorum adurentibus, vti dictum est. Ostendit deinceps quomodo se habet hoc signum quando caliditas multum excedit, dicens.

Si verò multum in caliditate excedat, color niger quoq; illi adest.

Ex caliditate namque excedente humorum adustio efficietur, qui quidem ex adustione multiplicati nigri erunt, ac cutis colorem nigrū conficient: ad quod quidem siccitas etiam ipsa tanto magis adiuuat, quanto & ipsa maior erit.

Signa calidæ & humidæ temperaturæ Cap. 57.

Calidior autem, & humidior tēperatura mollior, & calidior.

Agens Gal. de signis cal. & hum. temperaturæ, inprimis vnum ponit ex tactibilibus desumptum, quod ex simplicibus compositum est, vt superius quoque diximus: fit autem hoc ex ambabus qualitatibus, vt satis manifestum est: postea secundum subdit ex carnis quātitate, dicens.

Et carnosior tanto est bona temperatura, quantum & vtrisque qualitatibus aucta fuerit.

Hoc autem ambas consequitur qualitates, caliditas namque concoquit, & sanguinem generat, humiditas verò materiam adauget, vt sæpe declaratum est: atque hoc etiam non solum de carnositate intelligi potest, sed & de mollitie, & caliditate, quòd tanto erit mollior, & calidior, quanto vtrisque qualitatibus aucta fuerit. Tertium signum ex morbis ponit, si qualitates plurimum auctæ fuerint, signiq; rationē reddit, inquiens.

Quod

©BIU Santé

QVOD si plurimũ augeatur, citò similiter à putridis corripitur morbis, quoniam & humorum vitio prompte laborat.

Idem dixit Gal. superius de corde calido, & humido, nec non & de hepate calido & humido; Id autem ostendunt superfluitates oloe, & fetentes, vt superius diximus. Ponit deinde signa vbi parum humiditas plurimum verò caliditas sit aucta, hunc in modum scribens.

SI verò parũ quidem humidior sit, multo verò calidior, molliores quidem parum huiusmodi sunt his, qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non parum verò hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores.

Cum enim caliditas maior sit, conueniens est, vt quę ex caliditate cõsequuntur, validiora sint, quàm quæ ex humiditate: quare cum mollities, & carnositas humiditatis ratione pręcipuè fiant, pilositas autem & caliditas ad tactum ratione caliditatis, rationi consonum est, vt magis pilosi sint, atque ad tactum calidi, quàm molliores, & carnosiores, statuit autem & aliud ex colore capillorum signum scribens.

NIGRI verò eis capilli.

Quoniam & color magis a caliditate fit, quæ quanto magis est cum siccitate iuncta, vel cum minori humiditate, semper colorem magis ad nigredinem tendentem efficit. Aliud subdit ex pinguedine signum, dicens

ET caro pinguedine caret.

Neque enim negat, quòd in alijs partibus pinguedo esse non possit, sed de sola carne verba facit. Quod & colligitur ab eodem, vbi ait, quòd cum venę extra transmiserint id quod pingue, leue, & tenue in sanguine conspicitur, vbi in particulas frigidas incidit, quod genus membranæ sunt, in his concressit, in partibus vero natura calidioribus, cuiusmodi carnosę sunt, a calore ipso absumitur, atque digeritur. nisi sicubi frigiditati temperamenti etiam vita indulgentior accedens ipsis carnosis particulis adipis aliquid adimat: Consentaneum est igitur ratioui, vt vbi caliditas inualuerit, caro absque adipe reperiatur, licet in alijs partibus natura frigidioribus aliquid adipis reperiatur, non tamen tantum ipsius, vt in corporibus frigidis. Subiungit postmodum signa, vbi parum caliditas, multum verò humiditas aucta sit, & inquit.

SI verò paulò quidem calidior, multò uerò humidior, mollis his caro est, & multa, & color commixtus est ex albo, & rubro, & tangentibus paulò calidiores.

Suple

p. 34. & 2. & 6. de uend. val. & 11. met. 3.

2. de cęp. 4

Suple apparent, quàm temperato. quę omnia ex caliditate parum aucta efficiuntur, & humiditate multum excedente. Subdit postremò regulam communem omnibus coniugationibus cuiuslibet temperaturę his verbis.

Et vt summatim dicatur omnibus temperaturæ coniugationibus semper superexcedentis qualitatis indicia eminebunt.

Vt in præsenti temperatura declaratum est.

Signa frigidæ, & humidæ temperaturæ. Cap. 58.

Frigidior autem & humidior temperatura, si parum quidem vtraque augeatur, pilis nuda est.

Docens Galenus signa frigidæ & humidæ temperaturæ, atque in primis ambabus qualitatibus æqualiter parum excedentibus, primum signum ex pilis desumit, quod ambas consequitur qualitates, idq; non intelligendum est in omnibus partibus. Sed in his, in quibus pili nasci solent ex natura loci, nõ aũt creatoris prouidẽtia, nam (vt ait Gal.) duplex eorum est generatio, vt & herbarum, aliarumque plantarum, vna quidem ex prouidentia creatoris, altera verò ex natura loci, vt enim quæ herbæ agricolæ prouidentia nascuntur, generationis, æqualitatem seruant, & externas circunscriptiones factas secundum lineas extensas: quæ verò per se natæ sunt, neque generationis æqualitatem seruant, neque terminis quibusdam ordinatis sunt segregatæ, ita & quidam pili sunt, vt axillarũ, & aliarum partium certis lineis nõ segregati, sed inęquales fortiti terminos, qui naturæ prouidẽtia ac opere non sunt, sed fœtus, & germina humiditatis loci, ideo calidis naturis plurimi cernũtur, frigidis vel nõ omnino, vel minimi fiũt: illi verò quibus creator prouidit, vt segetibus agricola, omnibus naturis existũt, nisi si qñ prorsus in ametriã, & immoderationẽ quampiã discrasię, & intẽperiei venerint: patet itaq; ex dictis, q̃ id quod Gal. hoc loco asserit, de hisce postremis intelligendum non est, sed de prioribus, quæ ex loci natura ortum habent. Subdit secundum ex colore signum. 11. de us. par. 14.

Et alba.

Quod quidem contingit, nam cum temperies hæc frigida sit, ac humida

©BIU Santé

humida multum quoque pituitę quantitatem generat, quæ cum alba ſit, colorem quoque totius corporis album efficit, & ſanguis etiam pituitoſus eſt, ex quibus omnino totius color albus conſequitur. Tertiũ ex tactu ſignum ſubinfert.

Et mollis.

Quod humiditatem ſequitur, licet frigiditas nonnunquàm duritiẽ efficiat. Subdit & quartum ex carne, & pinguedine, dicens.

Et carnoſa, & pinguis.

Craſſa quidem propter humiditatem, pinguis verò ob frigiditatẽ: & ita ambas conſequitur qualitates: Caro quidem & pinguedo in his æqualis eſt, quoniam frigiditas & humiditas in his æquales ſunt: Quam quidem ſententiam, vt alias ſuperius dictum fuit, habet Gal. vbi inquit: & quibus quidem ambo pari modo ſunt aucta, his tantum ſupra temperatam naturam humoris eſt, quãtum & frigoris. Ponit dein de ſigna vbi ambę qualitates æqualiter magis excelſerint, dicens.

2. de temper. 4.

Si verò magis exceſſerit, reliqua quidem ſunt ſecundum proportionem augumenti qualitatũ, color autem vnà cum capillis ruſſus, quemadmodum ſi plurimum augeatur liuidus.

Cap. 53.

Propter cauſam ſuperius aſſignatam nempè q̃ ſanguis propè cutim contentus infrigidatur, & ſpiritus in eo contenti incraſſantur, & lucidítatem amittunt: quare fit ſanguis ſubniger, & videtur cum albo mixtus, ex quibus color plumbeus reſultat. Ponit demum ſigna, vbi qualitates inæqualiter augeantur, dicens.

Si verò qualitatum augumentum fuerit inæquale eius, quæ ſuper exceſſerint inditia eminebunt.

Ex regula, de qua capite ſuperiori dictum eſt, vt pote generali atq; communi.

Signa frigidæ & ſiccæ temperaturæ Cap. 59.

Si autem frigiditas vnà cum ſiccitate æqualiter augeatur, natura durum, ac tenue, & glabrum corpus habent, & tangentibus frigidum.

Enumerans

BIU Santé

ENVMERANS Gal. ſigna temperaturæ frigidę ac ſiccæ à principio generationis contractę, primum ſignũ ex tactu ponit, nempè ꝙ tale corpus natura durum eſt, atque hoc ratione ſiccitatis, ad quam durities ipſa cõſequitur. Dices, Gal. oppoſitum habet, vbi loquutus de calidis & ſiccis, qui frigidi & ſicci fiunt, ait de melancholicis naturalibus: ſi à principio frigidus & ſiccus fuit, habitus quidem corporis eius albus, mollis, de pilis, & iſtiuſmodi exiſtit. Dicendũ eſt, ꝙ ſuperius declarauerat Gal. quorundam opinionem, qui volebãt excrementa eſſe ſimilia naturali temperiei, falſam eſſe; quoniam licet qui natura humidi ſunt, cum non vincunt cibos aſſumptos, pituitam generent, quæ humida eſt, non tamen ſemper conſequitur excrementa eſſe ſimilia temperaturæ, vt ſi temperies ſicca ſit, & excrementum quoque ſiccum, propterea quod à principio natiuitatis frigidi & ſicci pituitam generant, non autem melancholicum excrementum: pituita namque ex cibi gignitur, non autem ex corpore noſtro: atque ita vult Gal. ꝙ tales habitus molles per accidens exiſtant, hoc autem loco ſuſtinet, ꝙ natura ſunt duri, hoc eſt quantum ad naturale temperamentum attinet: patet quinetiã ex hoc, cur hoc ſigno meminit, quod vnam tantũ qualitatem conſequitur: Niſi dicatur, ꝙ & frigiditas ad duritiem agit: ſecundum ſubdit ſignum ex carnis quantitate ſumptum, nempè ꝙ tale corpus tenue quoque eſt, hoc eſt gracile ob carnis paucitatem ratione ſiccitatis, licet frigiditas ad pinguedinem efficiat, plus enim poteſt ſiccitas ad graciliratem faciendam, carnem diminuendo. Subiungit poſtmodum & tertium ſignum ex pilis, vtpote, ꝙ glabrum corpus habent, ideſt ſine pilis, quoniam plus facit frigiditas ad pilorum priuationem, quàm ſiccitas ad eorundem generationem: vel dicatur vt ſupra, ꝙ ſiccitas cum calore debili eorum generationem prohibet. Addit & quartum ſignum dicens [& tangentibus frigidum] licet ſiccitas ſit lima caloris, non tamen prohibet, quin frigiditas tactu non percipiatur. Poſt hæc ſignum quintum ex pinguedine ponit, ſcribens. 2. de temper. 6.

Cap. 5. eiſdem.

PINGVEDO *tamen ipſis (& ſi graciles ſint) per carnes diſperſa.*

Quod contingere in frigidis naturis declarat Gal. & ob id frigiditatem conſequitur, licet ſiccitas contra operari videatur, & in antiqua tranſlatione vbi dicit [ſimiliter] debet legi [tamen] nam ratione frigiditatis in his maior eſt pinguedinis copia: & ideo non debet legi, quod [ſimiliter eſt pinguedo per carnes diſperſa] hoc eſt eodem modo, vt in temperato, quoniam in temperato licet in paniculis ſit moderata pinguedo, 2. de temper. 4.

©BIU Santé

guedo, attamen in carne pauca reperitur. Sextum ſubdit ſignum ex colore, dicens.

CAPILLI *autem, & color frigiditatis modum, ac proportionem ſequuntur.*

Quanto enim frigiditas maior erit, tanto magis color ad albedinẽ verget, & vbi frigiditas multum aucta erit, color liuidus efficietur. Vnde ex dictis aduerſus complures apparet falſam eſſe eorum ſententiã, exiſtimantium hoſce naturales melancholicos brunos eſſe, ex eo quòd melancholicus hic humor niger eſt, quandoquidem hæc ipſorum ſen
2. de tẽp. 6 tentia Galeno apertiſſime aduerſatur, vbi ait; quòd horum corpus eſt album, molle, & debile ratione pituitæ, quæ in ea viget temperatura. Sed dicet fortè quis, ſi pinguedo carne frigidior eſt, quomodo fieri poteſt, vt à carne congelari poſſit? Dicendum eſt, omiſſis, quæ ab aliis dicuntur, quòd pinguedo in frigidis etiam temperaturis circa carnẽ cogitur, quoniam in eis non valde calida eſt. Vnde Cal. teſtatur, quod
1. de temp. ad Pp. e. calcé. adeps circa aliquam precalidam partem coire non poteſt; Ad quod diſpoſitio quoque paſſi adiuuat, nam cum materia, ex qua pinguedo generatur, ſit tenuior, ac ſubtilior ſanguinis pars, facile a re frigidiore coagulatur: conſtat autem, quòd caro ſeu muſculus, circa quem coagulatur frigidior eſt, quàm materia, quæ coagulatur, & in pinguedinẽ conuertitur, licet pinguedo iam coagulata actu frigidior eſſe videatur: Redditur autem frigidior, propterea ꝙ in tali materia partes frigidiores reddi aptę ſunt, vt in aqua cõtingit calefacta, quę ab aere infrigidationis principium ſumit, poſtea verò ratione partium internarum aere frigidior redditur: adde, ꝙ a frigiditate quoque membrorũ circunſtantium huiuſmodi coagulatio circa carnem adiuuatur. Deinceps docet Gal. ſigna temperaturę frigidæ, & ſiccę ex permutatione calidæ, & ſiccæ tempore decrementi, pro quo aduertendum eſt ꝙ licet quælibet temperies tempore decrementi frigida ſit, & ſicca, reſpectu, ſuijpſius ad alias ætates, non tamen quælibet frigida dicitur, ac ſicca reſpectu temperatæ in eadem ætate decrementi conſtitutæ; ſed hęc, de qua nunc loquitur Cal. quæ in ætate decrementi ad frigidam, & ſiccam mutatur, in ea ętate talis dicetur non ſolum reſpectu ſuiipſius, verum & reſpectu temperati eiuſdem ætatis In primis autem ex carnis quantitate & duritie ſigna ponit Cal. ſcribens.

VBI verò calida, & ſicca temperatura in tempore decrementi in frigidum, et ſiccum labitur habitũ, tũc hi graciles fiunt, et duri.

Et

BIU Santé

Et in his cum ex natura frigidis, ac ſiccis conueniunt: verum tamen eſt, quòd diximus prædictos duros eſſe, quantum ad naturalem temperiem ſpectat: & ideo dixit, quòd natura duri ſunt: ſed hi non ſolum ex natura duri ſunt, ſed & illa accidentali mollitie uacant, quæ prædictis ineſt, atque in hoc ab eis diſtinguuntur. Aliud ſignum ex humoribus ſubdit.

Atqve atra bilis in eis dominatur.

Et in hoc a naturalibus differunt, in quibus multa pituita coacerua tur: Alia quinetiã ſigna ex colore, & pilis ſubiungit.

Et ob id nigri ſimul, & hirſuti euadunt.

Vt enim naturales copia pituitæ albi fiunt, molles, & depiles, ita hi propter atram bilem nigri euadunt ſimul, atque hirſuti, in his etenim iuuenturis tempore, quoniam valde calidi, & ſicci erant, in humoribus magna facta fuit aduſtio: & ideo in iuuentute nigri fiunt, & hirſuti: quoniam vero in ætate decidentiæ humores aduſti detinentur, quinimmo iam perfectam aduſtionem acquiſiuerunt, ob id tales & atra bili abundant, remanentque & nigri, & hirſuti, vt antea erant in iuuentute eſt autem aduertendum, quòd melancholia in his dominãs naturalis non eſt, ſiquidem Galen. ait humorem aduſtum à pluribus medicis atram & nigram bilem, melancholiam autem hoc nomine non inſigniri, ſed nigrum humorem nominari: ex quo colligere debemus, in quibus hæ differant cõplexiones, nẽpe melancholica naturalis, atq; aduſta: Quod aũt melancholicus aduſtus melãcholicus nominari debeat, habet ex Gal. dũ ait, etenim ſi quis ab initio ſicciore, frigidioreq; temperamẽto ſtatim fuit, is non melancholicus eſt, ſed utiq; ab excrementis pituitoſus: quòd ſi ex habitus mutatione frigidus, ſiccuſque eſt redditus, neceſſario hic talis iam etiam melancholicus eſt, verbi gratia, ſi quis ante calidus, & ſiccus ex ſanguine urendo plurimam atram bilem generauit, eſt enim is præter quam quòd ſiccus eſt & frigidus, protinus & melancholicus. Repetens poſtmodum regulam illam generalem, de qua ſuperius Gal. ita ſubdit.

Vbi verò altera qualitas plurimum dominatur, altera verò parum à mediocritate recedit, ſuperabunt eius, quæ dominatur, exitia autem erunt alterius qualitatis inditia

Poſtea Gal. declarans vnum ſignum commune omnibus temperaturis ſumptum ab extrinſecus alterantibus, ita ſcribit.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 317 sur 753

©BIU Santé

In omnibus verò de quibus ſupra diximus, et poſtea dicemus commune eſt temperaturæ inditium, ſi membrum facile frigefit, vel frigiditatis, vel raritatis: ſi verò non facile, vel caliditatis, vel denſitatis.

Pro quo animaduertendum eſt, quòd aſſueti morari in ſole, cutim duram acquirunt, ita vt extrinſecus alterantia non facile penetrent: in ſuper, quòd corpus quanto magis rarum, tanto ſalubrius viuit, & minus leditur, quantum ad cauſas interiores attinet; nam quod ſpectat ad cauſas externas (ait Galenus) rarum externis omnibus cauſis magis opportunum eſt, ſicut econuerſo denſum: & propterea Gal. non abſolute dicit, quòd ſi membrum facile frigefit, temperaturæ frigidæ ſit inditium, ſed addit, vel raritatis, quoniam ſi quis calide foret temperaturæ, & rari corporis habitus, facile frigefieret non ratione temperiei, ſed ratione raritatis, ſicuti ſi non facile frigefiat, non abſolute temperiem calidam eſſe indicat: quandoquidem poteſt & non facile infrigidati ratione denſitatis cutis, quæ alterationem ab extrinſecis alterantibus factam haud facile admittit: & quod dictum eſt de frigiditate, idé quoque & de caliditate dicendum eſt. Subdit Gal. & agit de alijs qualitatibus, ſcribens.

ib. de aſſuet. & de con. corp. hab.

Si verò à deſiccantibus offendatur, & aridum & ſiccum, & non facile mobile fiat, ſiccitatis, quemadmodum & ſi ab humectantibus grauiter ſe habeat, humiditatis.

Quoniam ratione ariditatis, & ſiccitatis non facile flecti poteſt, ideo non facile mobile efficitur. Regula itaque generalis intelligenda eſt, quòd omnis immoderata diſcraſia facile à ſuo ſimili læditur, difficile autem à ſuo diſſimili: niſi id contingat ratione raritatis, vel denſitatis cutis: atque ob id Gal. hanc regulam limitat, de qua ſæpe in ſuperioribus meminerat. Quidam ex hoc eliciunt aquam calefactam tempore hiemis facilius congelari, quàm non calefactam, ſiquidem dicunt, calefacta rarior eſt, ergò facile aer frigidus ad interiora penetrare poteſt, & ex conſequenti facilius continget ipſam congelari. Si dixeris, aqua calefacta antequàm congeletur, frigida fit prius ſicuti non calefacta, & ex conſequenti ita denſa, ergò maius tempus requiritur, vt congeletur. Reſpondet Curtius, quòd aqua calefacta, poſtea æquè frigida reddita, licet æque denſa ſit, habet tamen poroſitates, per quas aer ingrediens facilius, & citius eam congelat. Verum hoc, quod dicit Curtius valde difficile videtur. Forte dici poſſet à nobis, quòd licet aqua frigida

fiat

©BIU Santé

fiat, atque denſa, ſi congelari debet, citius tamen congelatur, quoniã aer frigidus, cum eſſet calida & rara, ad interiora magis aquæ penetrauit, quàm dum aqua non calefacta eſt: & ideo citius congelatur. Poſtea declarans Gal. nonnulla, quibus quoſdam errores euitare poſſimus, qui ex huiuſmodi ſignis contingere valent, primum documentum ponit, dicens.

INSPICERE *autem oportet, ſi eandem omnes muſculi ſeruant temperaturam, vel minimè eandem.*

Quaſi dicat, cum volumus ex ſignis declaratis totius corporis temperaturam cognoſcere, inſpicere oportet &c. quoniam ſi eandem ſeruauerint temperiem, ex ſignis totius temperaturam concludere poſſumus, quod ſi ſimiles non fuerint, tunc non ita faciendum, ſed vniuſ cuiuſque partis propria ſigna perpendenda ſunt. atque hoc idem declarabat Gal. aduerſus nonnullos medicos, qui ex vnius partis temperie de totius temperamento dijudicare volebant, aſpicientes enim aliquem caluum confeſtim totius temperiem ei ſiccam eſſe arbitrabantur: Verum non ita ſimpliciter cõiectari opus eſt, ſed videndum eſt an tale corpus æquabili conſtet temperamento: Porro (dicit Gal.) huic maxime attentos eſſe conuenit, vbi corporis temperiem æſtimamus, quippe ſi totum corpus æquabiliter conditum ſit, omnemque partium competentiam in latitudine, longitudine, & altitudine ſeruet, poteſt vtique æquabiliter attemperatum eſſe id corpus, at ſi cui corpori thorax, collum, & humeri maximè ſint, lumbi parui, anguſtique, & crura gracilia, atque ſicca, quomodo id dixeris omnibus particulis ſimiliter affectum? Cum ſi crura ei craſſa ſint, & lumbi lati, thorax verò anguſtus, ne id quidem omnibus partibus æquabiliter eſt temperatum; ſunt etenim alia corpora quibus maximum eſt caput, alia, quibus paruum quale paſſeribus: Quare ſingulæ partes in his examinãdæ ſunt, et enim vbi eſt varia partium temperies ex vna earum de toto corpore pronuntiare non licet, ſed ad eundę ſingulæ ſunt. Secundum documentum ponit, ſcribens. 2. de tẽp. 6

ATQVE *in omnibus animaduertere ſubiectorum oſſium quantitatem, nonnunquam enim gracile videtur membrum, cum tamen non ſit gracile quoad muſculos attinet, ſed propter oſſium tenuitatem tale videtur: ſic & craſſius quibuſdam plerunque apparet non ob oſſium amplitudinem, ſed ob carnis multitudinem, quæ vel aucta, vel comminuta, vel durior, aut mollior effecta, ſiccius autem humidius membrum oſtendit.*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 319 sur 753

©BIU Santé

Litera ſatis clara eſt, neque ulla indiget interpretatione. Subdit Gal. deinde ſcribens hunc in modum.

PAVCA *igitur, ac dura, ſiccius, multa autem et mollis, humidius.*

Expoſitores dicunt, quòd tertium documentum tradit, quo tertius error remoueri poſſit, cū .n. dixerat, quòd multitudo carnis humiditatem ſignificat, paucitas autem ſiccitatem, nunc hoc limitare videtur, quòd non ita abſolute proferendum eſt, ſed dicendum, quòd ſi caro eſt pauca & dura, corpus eſſe ſiccius oſtendit, ſi multa & mollis, humidius: quare pauca, & mollis caro ſiccitatem non indicat, nec multa & dura humiditatem ſignificabit: Sed quoniam dictum eſt, quod carnis multitudo ratione ſit humiditatis, ad quam mollities quoque conſequitur, videtur, quòd fieri non poteſt, ut caro ſit multa, & dura, ſtante naturali temperie, ideo videtur, quòd hęc expoſitio ſuſpecta ſit. Ego igitur putarem rectius dicendum eſſe, quòd Galen. poſtquam poſuit prędicta documenta, concludat quomodo temperaturæ cognoſcē dę ſunt ex carnis multitudine, & ꝙ litera ut ſupra exponatur. Documentum pręterea aliud declarat ſubdens.

SIC *& intermedia ſpatia ſimilarium corporum, vt plus vel minus humidæ ſubſtantiæ in ſeipſis cōtinent, vel craſſius, vel tenuius, vel humidius, vel ſiccius membrum oſtendunt: humidius quidē vbi ſubtilior, & plurima eſt humiditas, ſiccius uerò ubi craſſior ſimul, & minor.*

Per media ſpatia intelligit poroſitates membri, in quibus nutrimentum recipitur. Subdit deinde Gal. ſcribens.

IPSE *enim ſolidæ corporis partes, quæ verè ſolidæ ſunt, ac primæ nullo modo poſſunt effici humidiores, at ſatis eſt, ſi quis eas celerius exiccari prohibeat, intercepta autem in ipſis ſpatia hac vel illa humiditate complere poſsibile: hoc verò eſt propriū partium ſimilarium alimentum, quod ex appoſitione ſit & non per uaſa attrahitur.*

Truſianus exponit, ꝙ Gal. oſtendit corpus non poſſe videri humidius ob humiditatem in ſpatiis omnium partium exiſtētem, ſiquidem in ſpatijs ſolidarum partium tanta humiditas eſſe non poteſt, quę facere poſſit, ut mēbrum ſenſui humidum appareat, ſed ſatis eſt, ut tanta recipiatur, quæ ſatis ſit ad prohibendum, ne celerius exiccetur, & ut nutriatur

©BIU Santé

triatur. Hæc ſanè expoſitio uera non videtur, quandoquidem ſæpe vi demus neruos, paniculos, venas, & arterias nimia humiditate relaxari, licet in oſſibus id contingere non videatur: item non videtur recte Galen. ſermonem adnectere, ſi recte eius loquendi modum perpendamus, nam inquit: Ipſę enim ſolidæ partes &c. atque ita eius cauſam reddere videtur, quod ſuperius dixerat. Omitto Cóciliatoris expoſitionem, quoniam falſa eſt, Curtius exponit, quòd Galen. dicere intendit quod partes, quæ veræ ſunt ſolidæ, vt oſſa quæ ſolida ſunt hoc eſt dura, nullo modo humidiores neque ab intrinſeco, neque ab extrinſeco fieri poſſunt, licet eorum exiccatio retardari poſſit, at aliæ partes licet ab intrinſeco humectari non poſſint, madefactiue tamē ab extrinſeco valent: atque ideo ob oſſa membrum humidum dici non poteſt. Hęc vtique expoſitio non placet, quoniam ut ſuperius dictum eſt, Galenus eorum quę prius dixerat, cauſam reddere videtur. Puto igitur exponendum eſſe, quòd cum quatuor ſint ſiccitates (vt ipſe Galenus conſentit) ita & totidem oppoſitę humiditates, prima quidem ſiccitas eſt, cum ſolida partium ſimilarium ſubſtantia ſiccior reddita eſt; ſecunda autem, cum carnis ſubſtantia colliquatur atque adipis ex humore concreto nempè ſanguine conſtituta; tertia vero cum propria humiditas abſumpta eſt, vnde partes nutriuntur, quę veluti ros eſt per eas conſperſus; ac quarta nimirum humorum abſumptio in paruis venis, & arterijs cuiuſcunque partis exiſtentium; prima quidem ſicitas inſanabilis eſt, reliquæ verò curationem admittunt. Cum igitur declaraſſet Galenus quomodo membrum gracile vel craſſum ratione carnis appellari debet, in qua ſecunda humiditas, vel ſiccitas ſpectatur, declarauit etiam, quomodo membrum humidius, vel ſiccius propter humorem in ſpatiis intermedijs contentum dici poteſt, pariter & craſſius, atque gracilius: & quoniam a Galeno ſæpe iam dictum eſt, quod partes ſolidę ſimilares præſertim exiccatæ ab intrinſeco humectari non poſſunt, ideo Galen. eius quodammodo, quod dixerat, cauſam reddens, dubium remouet inquiens: Dixi, quòd membrum humidius dicitur, vel ſiccius, craſſius, vel gracilius propter humiditatem in ſpatiis partium intermediis exiſtentem. Enim, pro quia, partes ſolidę & primę, hoc eſt ſpermaticæ aliquo modo humidiores ſcilicet ab intrinſeco fieri non poſſunt; atque hoc pacto ceſſat Curtii obiectio, quoniam Galenus non ait, quod nullo modo humidiores neq; ab intrinſeco, neq; ab extrinſeco fieri poſſunt, ſed nullo modo, hoc eſt ab intrinſeco humidiores fieri valēt, ſed ſolū prohibere poſſumus, ne citius exiccētur: hę tamē par

Diffe. 12.

7. meth. 7.

lib. de ſem. & liòr. de tabe. & ali.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 321 sur 753

©BIU Santé

partes ſpatia intercepta habent, quę humiditatibus repleri poſſunt, quę proprium ſimilarium partium alimentum dicuntur, quod eis apponitur, non autem quod per vaſa attrahitur; ſiquidem tale proprium non eſt alimentum, ſed commune, nempè ſanguinis: Habemus itaque ex dictis quomodo ex humiditate in ſpatiis intermediis partium ſolidarum membrum, & humidius & ſiccius dici poteſt: ꝙ à fortiori idem ex humiditate in ſpatiis intermediis aliarum partium carnoſarum, & venis, & exilibus arteriis contenta fieri poſſe intelligendum eſt, in quibus quarta conſiſtit ſiccitas, vel humiditas: atque hęc craſſities & gracilitas non ſolum naturalis eſſe poteſt, ſed & ex longa contracta conſuetudine, de qua Galenus agens ait, multos qui natura graciles fuere pingues redditos fuiſſe, & econuerſo, qui pingues extiterunt, graciles; declaratque quomodo tales ex conſuetudine ab his diſtinguendi ſunt, qui ex natura tales dicuntur: Et fortè Galenus ob hoc declarauit, quòd membrum humidius, & ſiccius dici poteſt ex humiditate in dictis ſpatiis intermediis partium ſimilarium contenta, vt nobis indicaret, quòd has quoque temperaturas inter ſe naturales ſcilicet atque ex conſuetudine contractas conſiderare, & diſtinguere oportet, quemadmodum idem quoque alibi teſtatur. Subdit deinde Galenus ſcribens.

.de tęp 4

COMMVNIS autem hæc ratio, & omnium partium exiſtit; & iterum ſalubrium, atque inſalubrium cæuſarum doctrina repetetur. Nunc autem ea, quæ ordine ſequuntur, attingamus.

Nonnulli exponunt, quòd eſt communis ratio omnium partium; ſcilicet recipere in poroſitatibus humiditatem: qua quidem de re in tertio huius ſe dicturũ pollicetur, ex qua ſanè humiditate corpus humidius & ſiccius dici poteſt, Alii interpretantur, quòd communis eſt ratio omnium partium, vtpote quòd ab intrinſeco humectari poſſunt, de quo ſupra dictum eſt. Alii adhuc dicunt, quòd Galen. intelligit de ſiccitate, quæ per humiditatem in poris contentam retardari poteſt. Poteſt quinetiam exponi, quòd Galenus de omnibus dictis loquatur. Cæterum ob ea, quæ ſuperius dicta, expoſitaque ſunt, quęri ſolet, an temperata complexio inter extrema media ſit per æquidiſtantiam, in quo quidem quęſito tot ſunt ſententię, quot modi imaginãdi, quidam enim ſuſtinent, ꝙ hęc ipſa magis à ſummo calido diſtet, alii a ſummo frigido, atque alii, ꝙ vere medio ſit, vt Gal. ſenſiſſe videtur. Verum quęſitum hoc rationibus agitatum, vanum eſt ac futile: etenim tactilium nullus iudex ſenſu tactus certior eſt; quare qui derelicto tactu ſo-

. de tem. ultimo.

lis

©BIU Santé

lis rationibus prędictam quęstionem definire nituntur, eorum rationes cauillis plenę sunt, atque ipsi in infinitos incurrunt errores. Quę runt insuper, quæ complexio longioris sit vitę à temperata, an sanguinea posita in cęteris paritate, scilicet influxu cęli, cuius quidem ratione multi sustinent secundum Aristo. quosdam esse longioris, & alios breuioris vitę: Sed Auer. negans influentias sustinet, ꝙ Aristo. intelligat de actione cęli mediante motu, ac lumine: item posita paritate in præparationibus materierum, de quibus Auero. ait, quòd causę breuioris longiorisvè vitæ sunt dato, quòd nulla sit in complexionibus differentia. At Galeni opinio est, quòd qui maxime humidi, sint maxime longęui, quod ad temperamentum attinet, qui præter ꝙ humidi sunt, calidi quoque existunt, ut ibidem, atque hoc si à morbis ex humorum putredine præseruentur, quibus (vt idem asserit) valde obnoxij sunt, atque præsertim in pueritia; in iuuentute autem melius se habent; quòd verò longissimę sint vitę, probatur, eoquòd mors naturalis frigiditate, & siccitate contingit, fomenta autem vitæ caliditas & humiditas existunt: in quibus igitur maior erit eorum quantitas, quæ vitę fomenta sunt, uita quoque longior erit, nam hi tardius ad frigiditatem, siccitatemque peruenient, quibus mors accidit; ergo complexio calida, & humida longioris est vitæ, quàm temperata. Aduersus hoc Galeni placitum nonnulli arguunt dicentes, complexio temperata perfectissima est, ergò aptior, vt in materia humana forma conseruetur, & ex consequenti longioris est vitę. Cui quidem obiectioni respondendum est, quòd complexio temperata sua perfectione melius suas exercet actiones, atque perfectiori modo, quàm alia complexio, vt supra dictum est, eiusque perfectio non est, quoniam formā in materia diutius cōseruare possit: & hac ratione tertio huius dictū est ꝙ prędide nō indiget; propterea ꝙ tantum appetit, quantum concoquere potest, aliasque omnes eodem modo exercet actiones: ob id temperata ab ægritudinibus ex se, quàm alia complexio conseruabitur, sed sanguinea, si ab ęgritudinibus cōseruetur, longioris est vitæ, & si recta victus ratione vtatur, non deterius nutritur, quàm temperata, neque deterius restauratur. Item arguunt ijdem, in sanguinea maior fit resolutio, quàm in temperata, etenim sanguinea humidior est; vbi verò materia humidior est, maior quoque resolutio, ergò complexio sanguinea breuioris erit vitæ, quàm temperata. Huic respondeas velim quòd licet in puero maior resolutio fiat, non tamen breuioris est vitę, siquidem in eo maior est humiditatis resoluendę copia, ita & de sanguineo respectu temperati dicendum est: sanguinea igitur manens

2. de tęp & 3.

4. de gene. an. ultimo. & cęli. 42. 3. colliget. primo. 6 de tuēd. ualet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 323 sur 753

©BIU Santé

guinea omnibus ętatibus, non ea, in qua calidum pręualet valde humido longissimę est vitæ, si ab ægritudine putrida præseruetur: Verũ est, quòd vt regio, ita complexio calida & sicca facit ad præseruandum à putredine, & pariter à morte præter naturam; sed sanguinea magis, quàm aliæ temperaturę a morte naturali conseruat; post quã est temperata, deinde colerica, post hæc phlegmatica: quoniam calor in colerica magis agit imprimendo in membra, & corpus calidum vsque ad senectutem detinetur, in phlegmatica verò, propterea quòd calor paruus non ita imprimit, & citius hi ad senectutem deueniunt: ac postremò melancolica, quoniam calor in phlegmatica fortius imprimit in membra humida, quàm melancholica in membra sicca. Quærunt præterea expositores, an membra frigida & rara esse possint, & pariter calida & densa, vt Gal. in contex. concedere videtur. Solutio in hoc consistit, quòd loquendo de raritate, quę est paucam materiam sub magna quantitate continere secundum Auer. neque raritas cum frigiditate, neque densitas cum caliditate esse potest, & idem Auer. ait, ferrum ignitum, & aquam calidam per vapores calidam esse, at capiendo raritatem iuxta alia significata, pro poroso corpore, pro laxo, ac pro debili textura, raritas cum frigiditate esse potest.

Signa uentriculi ficci.

Cap. 60.

VENTRICVLI inditia eius quidem, qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant.

OSTENSVRVS Galen. signa ventriculi temperaturarum, quæ est de numero partium internarum virtutem innatam, & influentem obtinentium in primis de simplicibus passiuis agit, mox & de actiuis, quod eius est oppositum, quod in alijs fecerat, in quibus semper de actiuis, secundo de passiuis pertractauit: quod sanè Galen. fecit, quoniam ad signa actiuarum qualitatum sermonem de signis pulmonis continuare voluit, quæ à qualitatibus actiuis sumpta cum signis ventriculi conueniunt: Aduertendum autem est, quòd Galen. hęc signa ex quatuor generibus disumit, vnum quidem ex virtute appetitiua, fame scilicet, & siti: alterum autem ex vi concoctrice

BIU Santé

concoctrice, qua aut bene, aut male ventriculus concoquit: tertium vero ex ciborum infrigidantium, calefacientium, exiccantium, humectantium vè conferentia, vel lesione, & quartum ex extrinsecus alterantibus: In primis itaque ostendens signa sicci ventriculi Gal. primũ signum ex siti ponit his verbis à nobis superius recitatis: Cuius quidẽ signi ratio est, nã cum sitis sit appetitus humidi, qui fit ex absumptione presertim humidi roridi ventris, eiusque oris superficium irroratis, consumptio autem tanto celerior fit, quanto vtẽriculus est siccior, ob id tales celeriter sitibundi fiunt. Proinde de fame, habet Gal. vbi declarat quinque illa symptomata, quæ in appetentia occurrunt, nec non de causa sitis, cum ait; quòd cum venę oris ventris exiccatæ fuerint, potum desiderat homo. Secundum signum ex conferentia subdit Galenus, scribens. 4. de acci. & mor. 7. 6. de lo. af. 3.

Et paucus eis sufficiat potus.

Cùm enim quod cõsumptum est, sit paucum (sitiunt enim ex pauca humidi consumptione) pro restauratione pauco quoque humido indigent. Tertium signum ex læsione ponit, subdens.

A plurimo autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, aut superfluitet id, quod abundat.

Cum aggrauetur à plurimo potu talis ventriculus, efficit ex hoc, vt superfluus ille potus aut fluctuet, quoniam ventriculus illum non arte complectitur, aut supernatet, & ad partes ventriculi superiores ascendat; si quidem venter siccus tanta solum indiget humiditate, quãta humidum deperditum restauretur, quod cum paucum sit, pauca quoque indiget humiditate. Malus igitur potus, cum sit superfluus, ventriculum aggrauabit, qui ob id aut fluctuationibus infestabitur, aut supernatabit, quod abundat, & ad os ascendet, & tunc saliua multiplicabitur. Quartum ex cibis signum, quod partim ex appetitiua, partim ex cõferentia desumi videtur, hunc in modum subiungit.

Et cibis delectentur sicciorib us.

Inferius nãq; declarabit, ꝙ regula cõis est, nẽpè ꝙ vẽtriculus bene dispositus semp cibos similes appetit, eisq; gaudet, pter naturã aũt dispositus cõtrarijs. Sed aduersus primũ Gal. signũ atq; secũdũ est talis ratio, In vẽtre sicco calor maiorẽ hẽt supra humidũ ꝓportionẽ, q̃ in tẽperato, ergo i sicco maior fiet resolutio: quare nõ vr, ꝙ celeriter sitibundi fiãt, atq; eis paucus sufficiat potus, vt Gal. in cõtextu ait. Dicendum est, ꝙ humidi

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 325 sur 753

©BIU Santé

humidi resolutio maior fit, atque minor iuxta potissimum maiorem, minoremque calidi nō supra humidū, sed supra frigidum proportionem; quod quidem frigidum caloris actioni precipue resistit: & dato quòd in sicco æqualis sit proportio calidi supra frigidum, vt in temperato, in sicco tamen minor fit resolutio, quàm in temperato, quoniam obiectum siccius est. stomacus igitur siccus non celeriter sitit, quoniam in eo magna resolutio fiat, sed quoniam ad parua humidi toridi consumptionem in sicco ventriculo sitis consequitur, atque parua consūptio paruum exigit potum. Circa tertium autem signum est etiam dubium, nam potus multus ventrem siccum ad temperamētum reducit, ergo ei non nocet. Missis aliorum responsionibus dico ego, quòd cum membrum siccum intrinsece humectari non possit, ob id superfluus potus ventrem siccum ad temperiem haudquaquam reducet, qui tamē madefactiue humectari potest, & debet, sed humectatione resolutioni proportionata; multa enim humectatio stomaco sicco grata nō est, & ideo coctionem impediet. Porrò aduersus quartum quoque signū est instantia non spernenda, nam omnis immoderata discrasia a simili lęditur, a contrario vero moderato vsu adiuuatur: item talis venter potum appetit, qui res est humida, ergo siccioribus nō delectatur. Respō-

6. de tuēd. val. deo missis, quę ab alijs dicuntur, quòd (vt Gal. asserit) si temperamentum seruare studes, humidis naturis humectante cibo maxime quadrāte, siccis vero eo qui siccet; si alterare placet, contrarijs: in eo autem qui est in calido, frigidove ad intemperantiam lapsu contraria dare sē per expedit, cum efficacissimę eiusmodi intemperies sint, & (vt ita dicā) magis quàm quę ex siccitate, & humiditate consistunt, potentes quippe cum facile similibus nutrimentis in morbosam intemperiē abeunt, at si siccius quod vis membrum efficias, nihil manifeste lædes: pari modo nec si humidiori suam humiditatem serues &c. Atq; hoc pacto manifestum est, quod ficca similibus non lædantur, vt aliàs declaratū est. Ad id autem de potu dico, quòd membrum naturaliter dispositū semper similia appetit, at præter naturam dispositum contraria; cum autē stomacus ex humidi sitiat consumptione, atq; ex consequēti præter naturam dispositus sit (vnde sitis est quędam tristis sensatio, sicuti & fames) appetet quidem contraria, vtpote humida, vt humidum toridum restauretur stomaci humiditate madefaciens, quod consumptum est, cum autem fames stomaco contingat ob eius inanitionem (est enim fames apetitus remouendi illam inanitionem) stomacus ipse contraria appetit: Sed quoniam in cęteris bene dispositus est, ideo in cæteris similia appetit, cum vero inanitio illa æquè bene remoueri possit cum

cibis

©BIU Santé

cibis ſimilibus vti cum contrarijs, haud mirum videtur, ſi talis venter humidis quoque pro inſtauranda inanitione vtatur: & hoc pacto ad dubium manifeſte reſponderi poteſt. Sed dicet forte quis adhuc, quòd Rhaſis plura ſigna ponit, quàm quæ hoc loco a Gal. conſtituũtur, vtpote, q̃ in ſicco ventriculo fæces ſunt durę, & in humido ſaliua in ore abundat, in ſicco vero contrarium accidit, & huiuſcemodi, quę breuitatis gratia omitto. Dicendum eſt, quòd Gal. ſigna ſolum certa hoc loco poſuit, ſiccitas autem egeſtionum caliditate quoq; hepatis euenit, pariter & longa mora in inteſtinis contracta: & ob id ſignũ illud, vt incertũ, Gal. omiſit, tacuit quoniam aliunde quoque procedere poteſt, vtpote ſtomaco exiſtente ſicco, ſi potus amplior aſſumatur, quàm ei conueniat. 2. ad Al. mã. 13.

Signa humidi ventriculi. Cap. 61.

HVMIDIORIS autem, ſi neque ſitibundi fiant.

STENDENS ſigna humidi ventriculi, quæ ſunt oppoſita ſignis vẽtriculi ſicci, de quibus ſupra, primũ ſignũ ex ſiti ponit: neque ſignum hoc à Gal. ſine ratione poſitum eſt, nam in humido ventriculo opus eſt, vt maior reſolutio efficiatur, quàm in ſicco, atque temperato, ex qua quidem reſolutione ſitis efficitur. Secundũ ſignum ex tolerantia ſubdit, inquiens.

ET ſuperabundans humidum facile tolerant.

Poteſt autem intelligi, quòd ſit ſuperabundans reſpectu indigentiæ: & tunc dicitur, quòd facile tolerant, quoniam ſibi ſimiles eſt: ideo ventriculus arctius id amplectitur, & concoquit, non ita verò ſiccus & temperatus: vel poteſt intelligi, quòd ſit ſuperabundans reſpectu tẽperati; & tunc dicitur, quòd facile tolerat, quoniam eo indiget magis, quàm ſiccus & temperatus. Tertium ſignum ex cibis ſubiungit ſcribens.

ET cibis gaudeant humidioribus.

Quoniam ventriculus bene diſpoſitus cibos ſemper ſimiles appetit, & eis gaudet, vt ſuperius dictum eſt. Circa ſecundum ſignum dicet fortè quis, videtur, quòd humidus venter lędi magis ex potu ſuperabũdanti deberet, quàm ſiccus, ſiquidem, vt habet Galen. vnumquodque corpus facilius in ægritudinem ſuæ temperaturæ ſimilẽ labitur, quàm 1. aphor. 34.

in

©BIU Santé

in contrariam, ergò & à ſimili ſuperabundanti facilius læditur. Dico iuxta primum intellectum ſuperius datum, quòd ſi intelligatur ſuperabundans reſpectu indigentię minus læditur, quoniam arctius potus ille à ventriculo circumplectitur, & melius conficitur; nam cùm ei ſimilis ſit, ex conſequenti delectabilior eſt, dicebat namque Hippo. parũ deterior potus, aut cibus, ſuauior autem melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus: Iuxta autem ſecundum intellectum clara eſt reſponſio, quoniam non intelligitur, quòd ſit ſuperabundans reſpectu indigentię, ſed potius moderatus, dicitur autem ſuperabundans reſpectu eius, quo ventriculus temperatus indiget: & iuxta hunc intellectum dubium nullum eſt. Rurſus aduerſus dicta à Gal. quis obiiciet ipſum videri in his ſignis eſſe inſufficientẽ; nam vt dixit de vẽtre ſicco, ꝙ is velociter in ſitim incurrit, ita & hoc loco debebat dicere, ꝙ humidus velociter in famẽ incidit: etenim cũ fames, & ſitis ſint oppoſita, ex oppoſitis quoque fieri debent cauſis, cumque in ſicco facile ſitis producatur, in humido facile fames efficietur. Reſpondendo in primis falſum eſſe, quòd fames & ſitis ſint oppoſita, atque contraria, ita ꝙ ex oppoſitis fieri debeant; neque verum quoque eſt, quòd quorumcũque oppoſitorum cauſæ ſint oppoſitę: vnde ſitis ex humidi roridi conſumptione fit, fames ex ventriculi vacuitate, ſiue vacuatione, quę quidem ambo in quocunque ventre eodem tempore reperiri poſſunt.

2. Aph. 38.

Signa calidi uentriculi. Cap. 62.

CALIDIOR *verò natura ventriculus melius quidem concoquit quàm appetat.*

DOCENS deinde ſigna calidi ventris, quæ quatuor ſunt, primum ex his ponit ſignum ex virtute concoctrice, ac appetitiua deſumptum. Circa quod ſciendũ eſt, quòd qui tenent operationes omnes temperati perfectiores & collectiue diuiſiueque, dicunt, quòd ventер calidus melius concoquit, quàm frigidus, non autẽ quàm temperatus: Verum aliàs declaratum eſt ex Galen. mente naturales operationes in calidis naturis perfectiores eſſe, quàm in temperato: quare dicendum eſt, ꝙ venter calidus melius concoquit, quàm tẽperatus, & ita ea opinio falſa eſt. Alij dicũt, quòd non intelligit coctionem eſſe meliorẽ in calido, quàm in temperato, ſed meliorem eſſe appetitu

6. de acci. & morb. 3. & 2. prognoſt. 33. & 6. de tuend. ual. à princip. & 1. de alim. 1

©BIU Santé

petitu: ex quo nõ ſequit, ꝙ in eo melior ſit coctio, quàm in tẽperato. Sed licet verum ſit coctionẽ meliorẽ eſſe appetitu in calido, attamẽ in eo coctio quoq; melior eſt, quàm in tẽperato, quemadmodũ dictũ eſt: Quod ãt attinet ad appetitũ, quidã aſſumẽtes ab Aui. dicũt, ꝙ humor melancholicus mittitur à ſplene ad os vẽtriculi ob famẽ excitãdã: & quoniã in vẽtre calido minus huius humoris tranſmittit, in frigido autẽ plus hinc eſt, ꝙ in frigido vẽtre appetitus maior eſt, in calido verò minor; aiũt etenim ꝙ melãcholia ſui acetoſitate os vẽtris cõſtringit, & exprimit, ex quo fames fit: atq; ex hoc colligũt, ꝙ acetoſa & põtica, & huiuſmodi famẽ excitãt. Cõtra (inquit Curtius) Gal. differentiã conſtituens inter melancholiã naturalẽ atq; atrã bilẽ ait; ꝙ naturalis veluti fex ſanguinis eſt, quæ admodũ ſpiſſa eſt, & fœcibus vini haud abſimilis; alia verò, quàm ſuperior eſſentiæ tenuioris eſt, adeo vt & vomentibus eam, & olfacientibus acida videatur: quare videtur, ꝙ Gale. naturalẽ accidã eſſe noluerit: itẽ Gal. teſtatur ob vitium accidi humoris caninã fieri appetentiã: quare naturalem non faciet famem. At hęc Curtii confutatio valere non videtur, quoniam Gal. dicebat melancholiam, quæ ad ventriculum tranſmiſſa per eum expurgatur, acerbam eſſe, atq; accidam: Non tamen intelligendum eſt ipſam eſſe ita intenſe acerbã, & acidã, vt eam præter naturã. Veruntamen ob hoc eam non approbo ſentẽtiam, quoniam idem ſubdebat: ꝙ bilis atra à ſplene ad ventrẽ tranſmiſſa, cũ acerba ſit & acida, eum congregat, & conſtringit, nõ autem ſubuertit, vt flaua bilis; atq; hoc pactò facit Gale. cum ob atram bilem diligenter cogere cibaria, atq; retinere, quouſque recte concoquãtur: quibus quidẽ verbis tantũ ait, ꝙ virtutẽ contentiuã, non autẽ appetitum adiuuat. Alia igitur famis cauſa ex Galen. colligitur, cum ait; quòd frigus non parum confert in ventriculo ad famem excitandam, nam & vacua reddit corpora, ac ipſorum tunicas cogens, conſtringensque famem excitat, ſiquidem roſionem inducit ſuctioni naturali proportione reſpondenti, nam paulò ſuperius declarauerat Gal. quomodo fames fiat, dicebatque, ꝙ tandem poſt multas attractiones ſuctio ventriculi fiebat, & ad ſenſum ſuctionis appetentia: ſiquidem ſuctio à frigido facta magis appetentiam, quàm ſitim efficit ob refrigerationem, quòd ſi a re calida mordicatio efficiatur, ſitis fit, non autem appetentia, calor enim (inquit) inter potiſſimas & continẽtes cauſas enumerat, quibus fames impedit, ꝙ prætereaq; ſolida corpora laxãdo diſſoluit, & ad attractionis functionẽ imbecilliora reddit, humida verò fundẽdo ſupra modũ extẽdit cõſtat itaq; ex his ꝙ caliditas ob dicta veluti vẽtriculi repletionẽ efficit, frigiditas verò vt vẽtriculus vacuus videat, qm̃ humiditates vniri facit,

2. primi. c. de hum.

3. de loc. aff. 5.

4. de acci. & mor. 7.

6. de. uſu. par. ca. 4.

4. de acci. & mor. 7.

©BIU Santé

facit, non autem dilatari: Atque hæc est vera (ni fallor) iuxta meam sententiam dictorum expositio, atque causa. Dices, quanto citius, & perfectius ventriculi coctio efficitur, tanto citius & perfectius appetit, sed citius, ac perfectius coctio fit in calido, quàm in frigido ventre, ergo & appetitus. Dicendum est, ꝙ data ciborum paritate, vt coctio in calido ventre citius fiet, ita & appetitus, quàm in frigido, remissior tamen ob causas superius enarratas, qua de re maior propositi syllo-
1.aph. 15. gismi absolute neganda est. Dices, Galenus & Hippocrat. inquiunt, quoniam hyberno tempore calor naturalis plurimus est, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget &c. Respondet Curtius, quòd hi de caloris substantia loquũtur, quòd quanto maior erit substantia calida, tanto maior fiet appetentia, siquidem melior coctio efficitur, hoc autem loco de qualitate caloris, non autem substantia calida verba facit. Verum quod hic ait Gal. de calido ventre, substantię, quoque calidæ aptari potest, nam substantia quoque calida corpora solida laxare potest, & fundendo humida extendere, atque hoc pactò veluti repletionem efficere, quæ appetentiam prohibet. Responderem itaque rectius Gal. hoc loco dicere, ꝙ calidus venter melius concoquit, quàm appetat respectu tẽperati, qui tantũ appetit, quantũ cõcoquit; frigidus verò eadẽ ratione melius appetit, quàm cõcoquat respectu temperati, vti dictum est: Sed non ex hoc sequitur, quòd frigidus plus appetat, quàm calidus, coctio namque calidi comparatur ad eiusdem appetentiam, atque appetentia ad eiusdem coctionem, non autem ad frigidi appetitum: Illa autem fusio, quæ ratione caliditatis efficitur, in calido facit, vt appetentia non ita magna sit, vt coctionis ratione foret, & in
4. de acci. & morb 7. frigido validior est quàm coctioni requiratur: at in causis præter naturam, vt alibi loquitur Gal. aliter dicendum est, nam cũ validæ sunt, effectus validior esse potest. Quod si quis vellet Curtii responsionem tutari, dicere posset, ꝙ licet stomacus calidior intensius deterius appetat, quàm frigidus, si tamen substantia calida augeatur, nempè naturalis calor seruato caloris gradu, ex meliori coctione maior fiet appetentia. Secundum ex vi concoctrice signum ponens subdit Gale.

Et multo magis quæcunque dura sunt, & non facile alterationem susciPiunt, nam quæ facile alterantur, in ipsò corrũpũtur.

1 de sli. 1. Huius causam assignat Gale. vbi rationem reddit, cur melius quicam bubulam conficiunt, quam saxatiles; quod enim (ait Galenus) facile coquitur, facile alteratur, & corrumpitur: contra, quæ coctionis difficilis sunt, difficulter quoque tum alterantur, tum corrumpun

tur:

©BIU Santé

tur: quare cum hominibus quibuſdam bilis ex iecore ad inteſtina defluens ad ventriculum regurgitat, aut cum calor quidam ipſis ineſt aeris, & mordax, vt quis dixerit, febriculoſus, par eſt, vt iſti cibos difficiles coctu melius, quàm faciles vincant: Et declarans quæiſtis contingunt, cum ea aſſumunt, quæ facile alterantur, ait, ꝙ venter demorſu infeſtatur, item flatus percipiunt, & ſenſum grauis eructationis mox alii nidoroſum, ſeu fumidum ructare, alii mordicationem, nõnulli utrunque ſe percipere aiunt. Hinc colligas quàm peſſimum ſit actu febricitantibus exhibere, quæ facilis ſunt coctionis, facileque corrumpũ tur, Hipocr. namque inquit, lac dare caput dolentibus malum, malum vero & febricitãtibus, & Gal. in comme. ſubdit; ꝙ lac facile alteretur, & quòd duplicem habeat alterationem, quando pluri quidem adhæreat, calori ſtatim euaporans, quando autem pauco cito aceſcens; tibi licet perdiſcere partim ſtatim cum ex manus excidit ad ignem elixanti partim ipſum iacere per ſeipſum permittenti; nam elixato ad fumum euerſio fit, iacenti autem omnino aduenit acor, vel citius, vel tardius. Dices, ergo lac ethicis exhibendum non eſſet, aduerſus Gal. ſententiã, ſi recte eius verba cõſideres. Dico ꝙ Hip. etiam ait; Tabidis lac eſſe exhibendum, ſed addit: qui non valde multum febricitant: ita ꝙ oportet ꝙ maius ſit iuuamentum, nocumento; & Gale. quoque ait; ꝙ ethicis lac aſininum dandum, cum febris iam traxerit, hoc eſt diu duraverit, quo tempore ſpiritus reſoluti ſunt; propter quod contingit, ꝙ tamet ſi febris illa ſit, magna tamen actio in lac fieri nõ poteſt, vt ita in fumũ conuertatur, ac nocumentum maius ſit iuuamẽto; neque enim valide ex materię defectu agere poteſt, ſicut ſtupa ignita debilius agit quàm ferrum ignitum, licet æque calida ſit ex materię defectu, quoniam rara eſt: ex dictis conſtare videtur, ꝙ facile alterabilia, & corruptibilia nõ ſolum a naturali calido, ſed & febrili corrumpuntur: Vnde Auicen. cum ait de ſignis complexionum ſtomaci naturalium, ſubdit de calido ꝙ talis vtiq; ſtomacus melius bubulas conficit carnes, quàm pullorũ, atque lac ipſum, & loquens de malæ complexionis calidę ventriculi ſignis pariter ait; ꝙ talis ventriculi complexio cibos ſubtiles adurit, craſſos verò concoquit: Poſt hęc ſigna deinde Gale. tertium ponit ex cibo & potu, ſubdens.

5. aph. 64.

10. metho. cap. 11 & 5 Apho. 64.

13. 3. tract 1. cap. 14.

Cap. 18.

GAVDETQVE calidis potibus, ac cibis.

Quoniam, vt ſæpe dictum eſt, uentriculus naturaliter diſpoſitus ſimilia appetit. Dices, potus eſt aſſumendus ad ſitim extingendam, ſed potus calidus ſitim non extinguit, ſed eam potius adauget: Vnde Rafis ait, quòd iſti multum ſitiunt. Reſpõdeo, ꝙ ſtomacus naturaliter diſpoſi-

2. ad Almam. 13.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 331 sur 753

©BIU Santé

ſpoſitus calidus conſeruari exoptat, & quoniam ſimilibus conſeruatio efficitur, ideo cibos calidos, & potus appetit, caliditaſque naturalis non eſt, quę ſitim efficiat; ideo Gale. illud Raſis ſignum ſubticuit: Verum ſitis prouenit (vt docet idē) ratione caliditatis, atq; ratione ſiccitatis: ſi ſiccitatis ratione, per humectantia remouetur; quę & calida eſſe poſſunt; atque hoc pactò calidus ſtomacus calidum potum appetere poteſt, qui humectabit, quoniam in caliditate naturaliter diſpoſitus erit: q; ſi ſitis ratione caliditatis auctæ contingeret, bene potū frigidum appetet, quandoquidem præter naturam diſpoſitus erit: ſitis autem ex caliditate adaucta potu frigido remouetur: cum igitur Gal. loquatur præſenti loco de ſtomaco naturaliter diſpoſito quo ad caliditatem, ideo eo modo ipſum calidis potibus, ac cibis gaudere pronū tiauit. Quartū autem ſignū ſubdens ab extrinſecus alterantibus inquit.

1. de ſimp. med. 30.

NEQVE *à frigidis vllam percipit noxam, ſi modice ipſis vtatur.*

Et hoc contingit, quoniam ab vlteriori lapſu in caliditate præſeruatur, qui q uidem lapſus contingere poteſt ex continuo calidorum uſu, atque valida eorum actione, vt aliàs declaratum eſt.

6. de tuēd. ſanit.

Signa frigidi uentriculi. Cap. 63:

FRIGIDVS *verò natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum viget, ad concoquendum autem minime.*

DOCENS Galen. ſigna ventris frigidioris, primum ſignum conſtituit ex virtute concoctrice, atque appetitiua; quod quidem intelligendum eſt, ut ſuperius declaratum fuit, cum de primo calidi ventriculi ſigno loqueremur. Subdit deinde, qui cibi ſint, quos non recte concoquit, ſcribens.

TALES *præſertim, qui frigidi ſunt et nō facile alterationē ſuſcipiūt.*

Cum enim tales cibi non facile alterentur, & calor huiuſce ſtomaci imbecillus ſit, ab eo non ſatis alterari, concoquiq́ue poterunt; ideo ſecundum oritur ſignum ex acetoſa eructatione, quod Galenus ſubiungit, ſcribens.

CITO *itaque aceſcunt in ipſo; atque ideo acidis eructationibus talis ventriculus plurimum abundat.*

Eo ſcilicet tempore, quo cibos eos aſſumit, quoniam alterationem conuenientē non ſuſcipientes in hoc ventre citò aceſcunt: Acidæ igitur eructationes à frigida cauſa ortum habent, quod & ex Galeno colligitur,

1. de loc. affe 4.

©BIU Santé

colligitur, vbi ait. Igitur ſi in ventriculo cibi non ſuapte natura in fumum tranſmutantur, efficientem cauſam calidam, ſi vero ſaporem acidum referunt, eam frigidam eſſe neceſſe eſt : & de acido lacte inquit Galen. huic namque vel optimo pro diuerſa ventriculorum natura accidit, vt modo aceſcat, modo fumoſum ructum ſurſum mandet, quanquàm diuerſi affectus ſunt per quos acidum, aut fumoſum euadit, quod crudum in ventriculo manet: ſiquidem caloris inopia acorem eiuſdem verò exceſſus nidorem affert. Atque hęc expreſſa Galeni ſententia videtur. In contrarium eſt Alex. Tral. vbi ait: Accidit prętera in ſtomaco ſępius acida eructatio, quę item ad algorem non tantum, ſed calorem ſuam ſcaturiginem refert: Allucinant itaq; medici, (nam ſunt plures in ea ſnia) quotquot frigori ſolum ſtomaci hoc quicquid eſt vitii adſcribunt, & propinde niſi calorificis in eius curatione medicamentorum præſidiis vtunt: & deinde ſubdit: Multos eo malo laborantes frigidis fuiſſe liberatos, qui calidis offendebant, eiuſq; curam declarat: Eandem quoq; ſnīam habet Aui. quam ab Alexandro deſumpſit dicens; Quandoque autem aceſcit eructatio à calidi tate, cum inuenit materiā dulcem, & facit eam ebullire, & facit ipſam acetoſam, & ſignificat illud, vt ſit acetoſa cum ſignis caliditatis, & inflā mationis, & amaritudine oris, & ſiti & iuuamento cum eis, quæ infrigidant: qđ & comprobat, nam caliditas velocius facit aceſcere lac, q̄ frigiditas. Proinde de cauſis acetoſitatis alibi ſcripſit Gal. ſuſtinens acetū & caliditate, & frigiditate ex vino generari, & quorundam reprobato opinionem, quia omnia vina caliditate aceſcere putabant, & inſup ſubdit, ꝙ vina imbecillia aceſcunt, vt parua flamma extinguitur ad ſolem feruidum expoſita, vt & ex valido vento: ſi quidē natura infirma neq; validum motum, neq; vehementē calorem ſuſtinet, ſed ab eis diſſipat, at vina valida ex calore valido & motu valido non ſolum nō aceſcun, ſed potius mature ſcunt, & validiora fiunt, vt enim exercitia & ſol calida, atque robuſta corpora valentiora quoque reddunt, mutant autem, & digerunt, refrigeranturque quæ eiuſmodi non ſunt: eodem modo vina natura calida motus veluti ventilans, ſol excalefaciens, flammæque iuxta ardentes celerius concoquunt, quæ verò frigidiora ſunt, & humidiora eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriuſque perpeti cogunt, quæ alioquī poſt paſſura eſſent, quippe cum ita comparatum ſit, vt res quælibet in propria ſeruetur natura calore proprio, corrumpatur autem ab immoderatione extrinſeca nempè caloris, humidi, aut frigoris abundantia: atque quod ab vtroque efficitur, vnum eſt, non tamen vnus generationis modus: &

3. de al im. 16.

lib. 3. cap. 11.

13. 3. tract. primo, 2. 17.

4. de ſimp. med. 11. & 12. 13. & 14

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 333 sur 753

©BIU Santé

ſubdens declarat Gal. aciditatem in ſaporibus à calido naſci, quod mutat quidem, ſed non ſuperat exemplo ructorum acidorum: nam hi haud quaquam, vbi nulla eſt facta prorſus in ventre ciborum alteratio, prouenire ſolent, quemadmodum nec vbi optime concocti, ſed tantũ vbi ſemicocti (vt ita dixerim) fuerint: voco autem ſemicoctos, quoniã ventriculi calore alterationem perpeſſi non etiam perfecte ab eo ſuperati fuerint, ſic lac, ptiſſanę ſuccus, & quęcunque eius ſunt generis tẽpore eſtiuo citius aceſcunt, quàm hieme, poſtulantq; ædes frigidas, vt in his repoſita pluſculo tempore perdurent: Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ꝙ à calore mutante quidem, non tamen prorſus vincẽte aciditas generatur, atq; ob id pleriſq; ineſt fructibus priuſquã maturuerint: patet quinetiã ex dictis quomodo dicendum ſit, ructum acidum ſignum eſſe frigidi ventriculi, non quidem frigidi abſolute, ita ꝙ aciditatem illam genitam eſſe ex ventriculi frigiditate dicamus; in ventre nãq; tanta frigiditas eſſe non poteſt, vt aciditatem generare poſſit, quomodo aciditas in vino ab extrinſeca frigiditate generatur, ſed ſignum eſt frigidi ventris reſpectu temperati, hoc eſt ventris remiſſe calidi, à qua quidem caliditate remiſſa ructus acidus gignitur, non autem à frigiditate, etenim calor ventriculi triplex eſſe poteſt, vnus quidem validior, q̃ oporteat, qui cibos in vapores & fumos conuertit, alter aũt moderatus, qui bene concoquit, & chylum generat, & tertius diminutus, qui acetoſitatem gignit imperfecta coctione: ex qua ſanè declaratione palàm nobis eſt, quæ nam ſit hac in re Galeni ſententia, quandoquidem acetoſitas ventris non niſi à caliditate ventriculi efficitur, ſed diminuta quidem, non autem ab eius frigiditate, vt vinũ à frigiditate aceſcit: Adhęc patet ẽt reſponſio ad Aui. rationẽ de lacte, quomodo fiat acidũ à calore diminuto ęſtatis, non aũt hieme, quoniã tunc non eſt calor agens in illud, vel maxime diminute agens: in æſtate aũt diminute agit, & reſpectu actionis, quæ a calore ignis fieret, non aceſceret, ſed in fumos & vapores verteretur. Ad id vero quod dicunt Alex. & Aui. ꝙ nonnulli ſitiunt, & frigidis iuuantur, inflammationemq; ſentiunt, dico, ꝙ in aliquo calor naturalis valde remiſſus eſſe poteſt, atq; ſpiritus reſoluti aucto calore præter naturã, vt in ethico, quo quidẽ caſu calor ille totus remiſſus erit, neque perfecte vel lac, aut aliud quid cõſimile alterare poteſt, tũcq; acetoſitas efficietur, quæ tamen à diminuto calore fiet, qui neque in fumũ reſoluere, neq; perfecte alterare valet: atq; is ex frigidis iuuamentum percipiet, ſiquidem calorem præter naturam remittet, quæ tamen valde frigida eſſe non debent, ne ſimul etiam paucum illum naturalem calorem reſtinguant. Tertium poſtmodum ſubdit

BIU Santé

dit Gal. ſignum ex cibis deſumptum, ſcribens.

ET gaudet quidem frigidis.

Ventriculus enim ex natura diſpoſitus ſemper ſimilia appetit, quibus conſeruatur. Quartum ſignum ex conferentia ponit ſcribens.

SED ab eorum vſu immodico offenditur.

Propter rationem ex Gal. tactam, ſiquidem caliditas, & frigiditas validæ ſunt qualitates: & quoniam facile eſt, vt aliquando exhibeantur, quæ in gradu ſunt intenſiora, ideo facile lædi poſſunt: quare aliquando contraria adminiſtramus, quemadmodum ſuperius a nobis declaratum eſt. Quintum ſubdit ſignum ex extrinſecus alterantibus, dicens. 6. de tuēd. ſanit.

ITA & ea quæ extrinſecus frigida occurſant nequit longiori tempore tolerare.

Quoniam (vt ſuperius dictum eſt ex ſententia Gal.) vnumquodque corpus in egritudinem ſuæ temperaturæ ſimilem facile labitur, quare a ſimilibus facile alteratur, iuuatur autem a contrariis moderato vſu, & ſubdit Gal. 2. aph. 34

QVEMADMODVM neque calidus calida.

Suple poteſt longo tempore tolerare ob eandem rationem, & quoniam hæ qualitates valentes ſunt, atque ex hoc colligitur ſignum vnū calidi ventriculi ex extrinſecus alterantibus ſumptum. Dicet fortè quis ex Aui. frigiditas non ingreditur opus naturæ, ergo non facit ad appetitum, qui naturæ opus eſt. Reſpondeo, quòd appetitus fit a frigido, vt abiecto corrugationem producente, triſtemq; ſenſationem: atq; hoc pacto haud inconueniens eſt frigiditatem, vt obiectum ingredi opus naturæ. Inſuper dubitaret quis, cibus frigidus eſt ſimilis ventriculo frigido, ergo melius illum digerere poteſt, vel ſi illum non digerit, ergò eum nō appetit. Miſſis aliorum reſponſionibus, dicerē ego, quòd Gal. abſolute non dicit, quòd male cibos frigidos concoquat, ſed addit, & qui non facile alterationem ſuſcipiant, hi etenim cibi quatenus frigidi, & ſimiles ab huiuſmodi ventriculo appetuntur, & recte quoque concoquerentur, at male concoquuntur, propterea quòd cibi illi difficile alterantur, & calor debilis eos ſatis alterare, & tranſmutare nō poteſt; facile autem digerit cibos frigidos, qui & facile alterari poſſunt. Deinde Gal. declarat regulam vnā, quę omnibus temperaturis communis eſt, ſcribens. prima p ri mi de uir. nat.

MALAE' verò temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant hoc differunt ab his, quæ naturales exiſtunt, quoniam cō

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 335 sur 753

©BIU Santé

traria, non autem ſimilia appetunt, quemadmodum naturales.

4. de acci. mor. 6. Hanc ſniam declarat quoq; Gal. vbi ait. Igitur cũà naturali habitu non declinat, hoc eſt, vẽtriculus, maximã ei voluptatẽ afferunt oẽs ſuc ci dulces, pingueſq; : quippe oſtendimus oẽs huiuſmodi eſſe corporis eſ ſentiæ per q̃ famliares; ſi verò ab aliquo ipsũ infeſtante nup vitiũ con traxerit, pingues; nã hi exaſperatas partes maxime lenire ſolent; vbi ve ro morbo afficit, tum ſucci contrarij his, qui morbum excitarunt de lectare vident, ita vt craſſis opponant tenues, tenuibus craſſi, lẽtis hi, qui ſecandi vim habeãt, exaſperantibus læuigantes, frigidis calidi, cali dis frigidi, ſiccis humẽtes, humẽtibus aridi, de quorũ natura lib. 4. de ſimpl. med. potentia diſputauimus: & paucis interpoſitis ſubdit: eteni ventriculus & viſceribus ſeruit, & venis huiuſmodi ſuccos appetens, quales illis ſunt neceſſarij, hunc præcedit linguæ iuditium: ipſa. n. his po tiſſimũ delectat ſuccis, quibus vẽtriculus indigere vr : atqui conſenſus hmõi potiſſima cã eſt veſtiẽs ipsã tunica. Dices, ergo infirmis ſp exhi benda forent, q̃ appetunt, cùm tñ à cõiter practicãtibus ꝓhibeãt. Rñdet Curtius, ꝙ cũ ventriculus non ſolũ ſibi conuenientia, ſed & alijs parti bus appetat, poſſet vtiq; ſibi congrua appetere, q̃ alijs haud conueni rent, dato ꝙ in ventre vna mala ſit diſpoſitio, atq; alijs in partibus alia mala cõtraria diſpoſitio: ſtomacus. n. primo ꝓ ſe appetit, mox pro alijs corporis partibus. Ego verò huic addo rñſioni, ꝙ aliqd conueniẽs ap petere põt rõne vnius, qd̃ ratione alterius inconueniens erit, vt ſi atte nuãtibus idigeret, atq; incidentibus, & bubulã ſalitã appeteret, quæ vt incidens & attenuãs conueniens eſſe videret, verũ qm̃ difficile conficit, & malos ſuccos gñat, conueniens non foret : item ſi patiens febrem aquam frigidam appeteret, rõne febris conueniens appeteret, ſed non quocunq; tpe nempè anteq̃ ſigna coctionis appareãt : item opus eſt, vt vires valentes ſint, & febris ardentiſſima, vt teſtatur Gal. tunc. n. danda eſt, non aũt cum hæ deficiunt cõditiones; licet (vt ait Gal.) frigida pota ppetuo ſit febris remedium: item p̃t eſſe remedium febri conueniens, ſed non cauſæ id, qd̃ ventriculus appetit. His enucleatis tranſit poſtea Gal. ad ſigna intemperaturum complexionum ventris compoſitarũ in ſubſequenti capite nunc in modum ſcribens.

11. meth. cap. 9.

De malis temperaturis in ventriculo coniugatis. Cap. 64.

MALAE *autem temperaturæ in vẽtriculo coniugatæ ex cõplexio ne ſimplicium cognoſcuntur,*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 336 sur 753

©BIU Santé

VT ſi quis ventriculum calidum habuerit ſimul, atq; humidum, cibos calidos vnà atque humidos appetet. Cæterum dubitaret quis ob ea quæ & à Gal. & nobis dicta ſunt, num ventriculus verè chylo nutriatur, ſiquidem nonnulli hoc aſſerunt, alij vero idem abnegant: communis tamen fermè opinio ſuſtinet, q̃ venter ex chylo vera nutritione veſci non poſſit, ſed ex ſanguine: Veruntamen impropria nutritione veſcitur, quam qualitatiuam nominant, qua venter circa cibum delectatur: ob quod illa triſtis ſenſatio remouetur, quã prius percipiebat, quàm cibum deſumeret, Aduerſus hanc ſententiam ſunt Galeni authoritates, quibus expreſſe ſuſtinet ventrem ex chylo vera nutritione veſci, atq; imprimis eſt ea, vbi clarius habet Gal. ventrem cibos arcte complecti, non vt eos alijs membris aptos efficiat, ſed vt eos alteret, & ſibi ſimiles reddat, eiſq; perfruatur, & in chylum conuertat, cuius partem ſibi conuenientem apponit, vnit, & aſſimilat, reliquũ autem habens loco ponderis ad inteſtina tranſmittit, quæ quidem nutriendi ratio, non qualitatiuæ, ſed verę nutritionis eſt: quam quidem ſententiam ſępius ipſum repetijſſe videtur, atque eandẽ ſuſtinuiſſe Auicenna, vbi innuit, tunicam ventris occultam, hoc eſt interiorem pertactum ex chylo nutriri, exteriorem verò ex ſanguine: item Auer. vnã rõnẽ efformat, q̃ à Gal. mutuatus eſt, q̃ ſi venter chylo nõ nutriret, quo modo cibũ appeteret, atq; eũ implecteretur, fameſq; ceſſaret, qñ comedimus, & infra idẽ ſubdit, & accidit, vt aliqui ex noſtris ſotijs dubitẽt ex hoc, quia mẽbra ex chylo nõ debent nutriri, niſi poſtq̃ conuerſus fuerit in ſanguinẽ, & non eſt adhuc conuerſus in ſanguinẽ in ſtomaco: ergò dicamus, q̃ ſtomachus nutrit ab eo pauca re, q̃ plus aſſimilat qualitati, q̃ q̃titati: & teſtificat ex hoc, quòd ſubito quieſcit fames, cum comedimus, ſicut ſubito quieſcit ſitis, cum bibimus: & ſubiungit poſtea, & adhuc non eſt inconueniens, q̃ in eo ſit aliqua pars ſubtilis, qua nutriat citò p aliquã humiditatẽ, q̃uis nõ ſit sãguinea, qa tu vides multa aĩalia, q̃ nutriũtur, q̃uis nõ hñant sãguinẽ: ex q̃bus Auer. verbis clare vĩ, q̃ ipſe aliquo modo in hoc dubius fuerit, & rõnes adducit, quibus cõprobat ſtomachũ vere ex chylo nutriri, tangitq; præcipue rõnẽ illã ex Galeno desũptã, nã vnũquodq; mẽbrũ quatuor hẽt virtutes, attractiuã, qua conueniens attrahit, cõtẽtiuã, qua debito tẽpore cõtinet, & alteratiuã, qua ad ſui ſimilitudinem alterat, & expulſiuam, qua ſuperuacua expellit. Cum igitur venter his quatuor virtutibus vtatur, & chylum ſibi ſimilem efficiat, vt hepar ſanguinem, ergo eo nutrietur; neque enim ſanguine nutriri poteſt, niſi ſanguis dealbetur. Quod autem dicunt,

3. de pot. nat. 7. & 13

2 aphor. 18. & 4. de tuend. ſan. prope finẽ. 1. primi doct. 5. sũ. 5. cap. 2. de anat. uenæ portę. 2. collig. 9.

3. de pot. nat. 8. & 9.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 337 sur 753

©BIU Santé

quòd ſtatim aſſumpto cibo ceſſat fames, quoniam venter ex chylo qua litatiue nutritur, vt & Auer. aſſerere videt, nihil eſt: Sed id potius oſten dit, ꝙ illa non eſt ex chylo nutritio, vt dicunt iſti, quoniam nondum chylus genitus eſt, ſed potius dicendum eſt nutritionem illam à cibis fieri, non autem à chylo, qui inde ad 6. vel. 7. horas efficietur: & ita ſi Gal. & Aui. de huiuſmodi nutritione intelligere voluiſſent, eum ex ci bis, non autem ex chylo nutriri dixiſſent. Contra quam opinionem, qui contrarium ſuſtinent, adducunt Gal. dicentem, quòd nihil poteſt eſſe nutrimentum corpori animalis, niſi in uentre, iecore, & venis de mandatum ſit. Cui quidem authoritati dicerem, quòd Gal. ibidem de totius corporis nutritione loquitur: atque hoc pactò concedo, quòd chylus totius corporis animalis nutrimentum eſſe non poteſt, niſi in ventre, iecore, ac venis prius demandetur, non tamen ex hoc conſequi tur, quòd chylus vni parti nutrimentum eſſe non poſſit: Item arguunt hi, infans in vtero matricis recipiens ſanguinem ex vtero per umbili cum non alio quam ſanguine comedit, ergò tunc venter chylo non nu tritur, ſed ſanguine, pariter animalia, quæ hieme in latibulis non co medunt, ergo chylo non nutriuntur: Dicendum eſt ad hæc, quòd ven triculus chylo nutritur, deficiente verò chylo haud negamus, quòd ſan guine nutriatur. Plura alia adduci poſſunt, quæ eodem pariter modo diſſolui poſſunt, atque ob id breuitatis cauſa ea à nobis omittenda eſſe putauimus, vt ad aliud quæſitum tranſeamus diſcutiendum, vtrum ſci licet coctio ciborum magis a calore proprio ventris efficiat, an verò à calore membrorum circunſtantium, circa cuius diſcuſſionē eſt adnotan dum, ꝙ (vt declarat Gal.) natura ventrem fabrefecit, vt cibos confice ret, & quoniam erat exangue, paruāq; caliditatem propriam obtinebat eum conſtituit, vt lebetem, cui inſtar focorū viſcera ſunt adiacentia, à dextris quidem hepar & à ſiniſtris ſplen, & à parte ſuperiori cor, & cū ipſo ſeptū, quod ipsū ſemper attollit, ac dimouet, retro verò dorſales muſculi, & ante omentum, quæ omnia ipſum calefaciētia in cauſa sūt, vt cibi in eo contenti alterentur: conſtat itaq; ex his, ꝙ cibus magis à calore aliorum membrorum conficitur, quàm ab eo ventriculi: ſi verò contemplari uolumus, ꝙ in cibis forma ſubſtantialis chyli introducit, id eſt meritò propriæ ventris tēperiei, nā licet caliditas mēbrorū circū ſtantiū ad hoc agat, dearticulata tamen à ventre agit, & ab eius tempe rie directa formā à ventriculo intētā inducit, ꝙ ſi calor aliorū mēbrorū ageret, vt inſtrumentū propriorū mēbrorū, formā vtiq; introduceret, & proprij mēbri ſimilitudinē. Qm̄ verò ſuperius de fame diximus, quę ad Galeni literā explanādā ſpectabant, ſupereſt, vt id diſcutiamus, quod à multis

5. de pot. nat. 7. & 4 de uſ. par. 8. & 9.

©BIU Santé

multis in dubiũ reuocatur, nũ fames ex resolutione fiat humidi chylosi, an verò substantifici: Quidam.n. volunt, ꝙ obiectum famis sit consũptio humidi chylosi, & ex consequenti famẽ fieri ex illius humiditatis consumptione: Alii sustinent, ꝙ eius obiectũ sit consumptio sanguinis ex quo stomachus nutriri debet: Alij verò tenẽt, ꝙ eius obiectũ sit suctio venarum, seu motus, qui fit ex suctione venarum, quẽ tristis sensatio cõ sequitur: Aliæ præterea sunt faciles opiniones, quas breuitatis gratia silentio inuoluo. Vera aũt sentẽtia ex Gal. colligitur, vbi ipse declarat, ꝙ natura neque plantis, neque alijs membris sensum donauit, quo suam perciperent inanitionem, siquidẽ habebant vnde nutrimentũ semper assumerent, & attraherent: soli autem ventriculo tribuit, quoniam nõ habebat vnde cibũ attraheret, opus igitur fuit, vt sensum haberet, quo percepta inanitione cibum extrinsecus ad satietatem desumeret: atque ita inanitio ventris, & porositatũ est obiectum, & causa immediata famis, quęcunque sit causa dictę inanitionis, vtpote solutio continui est immediata doloris causa, quæcunq, sit solutionis causa: Num verò fames sit appetitus naturalis, animalisvè: dicerẽ ego, ꝙ appetitus aĩalis dupliciter capitur, vno quidem modo pro appetitu rei cognitæ prius, atq; apprehensæ: & hoc modo si sumatur appetitus, fames animalis nõ est: alio verò modo pro appetitu necessario consequente qualitatis tristantis sensationem, cuius remotionem inquirit: atq; hoc pacto fames animalis appetitus est. Sed dicet ille videtur, ꝙ modo fames sit appetitus præter naturam, qm̃ indicat de sui remotione; itẽ si esset naturalis dispositio conseruanda foret: in contrarium vero si esset dispositio præter naturam, cum quis famesceret, præter naturam dispositus esset, & ex consequenti æger, quod quidem falsum est; item Gal. hoc secũdo inferius ait, ꝙ appetentia, quæ neq; intẽta est, neq; aucta, neq; dissoluta, & tempus consuetum seruat, & non fertur ad edulia insueta, se hẽt secundũ naturam. Quid igitur dicendum? Respondendum huic est, ꝙ esse naturale pluribus modis intelligi potest. vno quidem modo, qm̃ fit ab agente naturali, debito tamen modo, nõ aũt violẽto: altero vero modo qm̃ ad prædictã actionem consequitur, vt in casu proposito, corpus enim inanitũ à venis sanguinẽ trahit, ad quã inanitio venarũ consequitur, illa quidem attractio naturalis est, inanitio vero venarũ naturalis quoq; dr̃, non uenarum ratione sed qm̃ attractio, quę naturalis est, fieri nõ põt, nisi inde talis inanitio consequat, & ob id ipsa quoq; naturalis dr̃, quæ tñ venarũ repletioni cõparata nõ naturalis venis dr̃, qua de re venæ eam appetentes an mouere inanitionem, & se replere ab hepate trahunt, hepar verò à ventriculo, ad quã inanitio sequitur, & sensus

4. de us. par. 7. & 4 dẽ acci. & mor. 7.

cap. penul timo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 339 sur 753

©BIU Santé

innanitionis,& ex cõſequẽti fames,q̃ licet naturalis ſit tanq̃ neceſſariò cõſequẽs ad opationẽ naturalẽ cõueniẽter,ac moderate confectã,cõparata tamẽ vẽtris repletioni p̃ter naturã eſt:quare cũ vẽtriculus quærat id,quod ſibi magis naturale eſt,hoc eſt repleri,ideo q̃tit remotionẽ & vacuitatis,triſtiſq̃; ſenſationis q̃ & ſi naturalis eſt eo modo, quo dictũ eſt,attamẽ eſt omnino de genere præter naturã;& obid venter contrariũ appetit nẽpe ſui remotionẽ: & licet de genere ſit p̃ter naturã,nõ tamẽ corpus ęgrũ efficit,ſiquidẽ nõ impedit actiones,neq; etiam corpus neutrũ efformat;niſi aut ex defectu cibi, aut aliqua cauſa externa valide agente & vacuitas,& ſuctio,& appetẽtia augeat,cũ ãt in reliquis vẽter naturaliter ſe habeat,ſimilia appetet,vt ſi ſit calidus calida,ſi frigidus frigida, & ſic de aliis.Dices,aliqui ſunt naturaliter calidi, qui tamẽ lactucas ex natura frigidas appetũt.Dicendum eſt,ꝙ calidi lactucas appetentes ob aliquã indiuidualẽ proprietatẽ,atq; occaſionẽ,eas actu calidas appetent itẽ: & calefacientibus vtpote cinamomo,ſiue caſſia lignea vtent.Secũdo arguet quis, venter calidus frigida appetere p̃t,qm̃ cæterę partes ſunt frigidæ,ergò verũ nõ eſt, quod ſupius diximus.Solũedũ eſt,ꝙ licet ea ſit ſentẽtia Gale. idẽ tamẽ ait;ꝙ vẽter potiſſimũ,& lingua his delectatur ſuccis,quibus ventriculus indigere videt: quod & affirmat,vbi ꝓbat,ꝙ in quolibet mẽbro quatuor ſunt uirtutes naturales,inquiens: qui cibum aliquem abhorrent,ſi coacti ſinteũ aſſumere, ſtatim euoment,vel ſi cum violentia continent continua nauſea laborãt,& optant expellere in ventriculo contentum;quod indicat in animalibus diſconueniẽtis eſſe auerſionem,cõuenientis ãt deſiderium: cũ ãt cõueniens deſiderat,vt attrahat,& cũ odio habet,vt expellat, in his virtus attractiua erit,atq; expulſiua:qm̃ vetò nil attrahit ꝓp ipſum attrahere(vt ita dicã)ſed potius,vt illo ꝓfruat,quod attraxerit: ꝓfrui ãt nõ p̃t,niſi retinuerit;hinc eſt ꝙ dari cõtẽtiuã facultatẽ oſtẽdere poſſumus;ſi verò continet,& eo ꝓfruet,quod attractũ eſt,id eſſe non p̃t niſi ad quod propria fert natura,fert ãt propria natura ad id, quod ſibi conueniẽs ſecundũ qualitatẽ,ac propriũ exiſtit apphẽdendũ,& ex conſequẽti vẽter naturaliter diſpoſitus attrahit,& voluptatẽ ꝓcipit in id, qđ ſibi ſimile eſt;ꝙ ſi p̃ter naturã diſpoſitus fuerit,cõtraria appetit, & in ea voluptatẽ ꝓcipit,quãdoquidẽ ꝑ ea ad priſtinã reddit naturalẽ diſpoſitionẽ primo igitur vẽter ꝓ ſe appetit ſecũdo vero ꝓ aliis mẽbris: & ideo nõ eſt mirũ ſi vẽtrẽ habẽs calidũ & totũ corpus frigidũ, licet ſæpe calidos cibos appetat,ſi etiã nonnũq̃ frigidos appetet nõ ſui ratione,ſed totius corporis,ꝓp qđ appetere quoq; à natura ordinatũ eſt. tertio arguet qs,ſæpe diuerſi diuerſarũ tẽperierũ eũdẽ cibũ appetũt,vtpo

te

4.de aci.& morb.ca.6.

3.de pot.nacu.6.& 7.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 340 sur 753

©BIU Santé

te dulcia, unctuosa, capones, carnes optimas, & hmõi, ergo nõ verũ ẽ qđ supra dixisti. Dicas velim, ꝙ cibus duplex est, vnus q̃dẽ dũtaxat cibus, alter verò cibus medicinalis alteratiuus, primus pluribus cõis esse potest, quoniam non alterat, sed a corpore alterationem suscipit, atq; hic oĩbus similis, ac ꝓportionatus existit, vt vnctuosũ, ac dulce, quemad modum docet Gal. inquiens, huiusmodi cibos. s. dulces & pingues esse corporis essentię p q̃ familiares: Verũ venter calidus dulcia, & pinguia actu calida appetet, frigidus verò actu frigida, & sic de cæteris istiusmodi dicendũ est; at cibos medicinales eosdem diuersi non appettent, sed calidi calidos, atq; frigidi frigidos. Quarto instaret idẽ, ꝙ multi ex assuetudine ciborum contrariorum cibos contrarios appetent, quibus sunt assueti, ergò quod determinatũ superius est, nõ semp veritati consonat. Responsio quo ad hoc prompta est, ꝙ (vt ait Gal.) ex longa assuetudine quędam conuenientia paratur inter cibũ, & ventrẽ ex cibi in vẽtre actione, vt maior sit inter ventriculũ, & cibũ hũc similitudo, q̃ inter eundem ventrem, & alium cibum: & ob id eum melius concoquet & ob huiusmodi similitudinem appetet. Declaraturus postmodũ Gal. signa tẽperaturarũ pulmonis, qm̃ eius signa ex siti sumpta cõia vident cũ eisdẽ signis tẽperaturarũ vẽtriculi ex siti desũptis, ĩprimis docet, quo modo signa hęc & sitis a pulmone proueniens corde & huiusmodi distinguantur à signis & siti a ventriculo proueniente; proponit aũt primum, cur ea signa distinguenda sint, scribens.

4. de acci. & mor. 6.

lib. de assuet.

Oportet autem eas, quæ iam sunt dictæ diligenter aduertere, easdẽ ab his, quæ dicentur, distinguentes: non solũ .n. ventriculus sitibundos, & minus sitientes facit, & frigidi calidiue potus appetentes, sed ea quoq; viscera, quæ in thorace sunt, vt cor & pulmo.

Aduertendum est, ꝙ sitis non solum ratione ventris, & viscerũ thoracis contingere põt, sed & hepatis, & præsertim cũ pars eius sima inflãmatur, atq; ob tabẽ quoq; totius corporis (vt ait Gal.) ac ob euacuationem, quę medicamento efficitur: liquidẽ ait Hipp. Qui in medicamẽtis purgati nõ sitiunt, nõ quiescũt, priusq̃ sitiant, Gal. in com. subdit, ꝙ sufficiens est ea, q̃ ex euacuatione ꝓuenit, siccitas sitim efficere: pariter & priuatio sitis rõne totius corporis cõtingere põt, vt hẽt Gal. vbi ait: Accidit .n. quasi priuatio quędã appetẽtiæ, cũ corpus omnino potione nõ eget ob frigoris, humorisue excelsũ, vel vẽtriculus suũ pathos nõ sentit. Cæterũ licet oĩum dictorũ rõne sitis cõtingere posslit, hic tñ Gal. de visceribus tm̃ thoracis meminit, qm̃ signa pulmonis traditurus erat: itẽ alia dicta sitis potius nõ naturalis, q̃ naturalis cã esse dicunt, vt intueri licet,

6. de loc. aff. cap. 3.

4. apor. 19

4. de acci. & mor. 7.

uel

©BIU Santé

vel ſaltim eorum plura, vt ſatis patet: Et ob id in veteri tranſlatione addit, & hepar, quod quidem in litera græca haudquaquàm reperitur. Aduertendum etiã eſt, quòd cor & pulmo ſitibundos, & non ſitibundos homines efficiunt ob vicinitatem, quam cum ore ventriculi habent, quod quidem facile alterare poſſunt: Quare conſtat, quòd venter imediate ſitis cauſa, pulmo vero mediate quidem, vt os ventris alterat. Deinde Gal. docet quomodo dicta diſtinctio facienda ſit, atque ſimul ſigna pulmonis calidioris edocet.

Signa calidioris pulmonis. Cap. 65.

SED qui ob horum ſitiunt caliditatem plus inſpirant, & longius expirant.

PRIMVM hoc eſt ſignum ex inſpiratione, & expiratione deſumptum; hi etenim plus aeris attrahunt, quàm cor habentes, & pulmonem temperatum ob eorũ mẽbrorum caliditatem, quæ multa indigent refrigeratione: expiratio autem longior eſt, ſeu longiori tempore durat, quoniam ea membra ob caliditatem, a qua multa vaporum copia fuliginoſorum generatur, maiori indigent mundificatione, eorumque vaporum expulſione. Secundum ſignum ex eſtu ponit, ſcribens.

ATQVE æſtum in thorace ſentiunt, non ſicuti qui ventriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur.

Nam cor, & pulmo in thorace repoſita ſunt, venter autem infra thoracem, & a lateribus hypochondria poſſidet. Dices, cum venter ſit exãguis, & quantumcunque calidus in propria ſpecie cute frigidior, nunquàm ergo ſui ratione hypochõdria calidiora reddere poterit. Reſpondendum eſt, φ venter quamquàm frigidus ſit reſpectu cutis, tamen quanto erit calidior, & minus frigidus, tãto minus impediet hypochõdria reddi calidiora ex aliorum membrorũ caliditate: eſt adhuc aliud dubium, nempè φ videtur male Gal. dicere, quòd habẽtes pulmonem calidum circa thoracem ſentiunt caliditatẽ, qui uerò ventrẽ calidũ circa ipſa hypochondria; contra ex Ariſto. nihil percipit propriam caliditatem, ſenſuum enim nõ eſt ſenſus, nihilque ſentit ſine his, que ſunt extra: item ſenſibile poſitum ſupra ſenſum ſenſationem non efficit. Dico, quòd vt ex Gal. colligitur, cum non euentatur cor, facile inflam-

matur,

1. de ani. 52.
1. eiuſ. 16.
lib. de uſ. reſpir.

©BIU Santé

matur, quo quidem inflámato, pulmo quoq; inflámatur, & in eo mala diuerſa complexio efficitur, quæ a particula percipitur, in qua reperitur, & in pulmone calido talis complexio facilius efficitur: vel dicendum eſt, quòd tangens huiuſmodi percipit caliditatem. Tertium ſignũ ex citò, tardavè ſitis ſedatione ponit ſcribens.

Et cum potuerint, non ſtatim ſitis ſedatur.

Vt his ſit, qui ratione calidi ventriculi ſitiunt, ratio autem talis eſt, propterea ꝙ ſi accidat ſitis ob ventris caliditatem, ſtatim peruenit potus ad membrum calidum, quod ſitis eſt cauſa, i lludque refrigerat. Et hoc pactò tollitur ſitis cauſa: ſi vero contingat ratione caliditatis pulmonis potus frigidus ſitim non aufert, niſi in notabili quantitate ad pulmonem perueniat; non poteſt autem ad pulmonem peruenire, niſi per ventrem tranſeat inteſtina, hepar, aque venas ipſas: & ob id non niſi per tempus ſitis hęc potu remoueri poteſt. Dices, caliditas pulmonis non immediate ſitim efficit, ſed opus eſt, vt os ventris calefaciat, & exiccet, quam quidem caliditatem, & ſiccitatem ventris ſtatim remouet potus aſſumptus, dato ꝙ pulmonis caliditatem haudquaquàm remoueat; ſemota verò immediata cauſa ſitis, remouetur quoque ex conſequenti ſitis ipſa, ergo verum non eſt, quod inquit Gal. Reſpondeo, ꝙ licet ex potu remiſſa cauſa immediata ſit ſitis, atque hęc quoque remittatur, quia tamen non eſt remota cauſa, quæ ſitim efficit, ob id pauculo tempore illa ſitis remiſſio perdurat, ſed ferè ſtatim redditur: intelligit igitur Gal. ꝙ ex potu in talibus ſitis non remouetur, quoniam ferè ſtatim redit, non ita verò confeſtim redit, ſi ſitis ex ventriculo proueniẽs remittatur. Quartum ſignum eſt ſedatione ſitis frigido, calidovè ſubdit ſcribens.

Et magis cum frigidum hauſerint, quàm cum calidum nimis.

Ratio eſt, quoniam ſitis hęc non ita ſit ob humidi roridi reſoluti indigentiam, ſicut efficitur ob excalefactionem ex pulmonis caliditate cõtingentẽ, ad quã reſolutio humidi roridi cõſequit. quare potus calidus cauſam ſitim efficientem non remouet, quam tamen frigidus potus remouere poteſt. Sed dicet ille, cor calidius aerem frigidum ferre nõ poteſt, ſed prius in pulmone alteratur, vt ſæpe teſtatur Gale. ergo nec pulmo eius frigiditatem ferre poterit, cum minus calidus, quàm cor eſſe dicatur. Dico, ꝙ pulmo à natura factus eſt, vt cordi ſeruiat. verũ cũ in corde ſpiritus detineantur, qui valde calidi eſſe debent, neque indigẽt, vt eorum caliditas multum remittatur, ſed ſufficit dumraxat, vt conuenienti refrigeratione conſeruentur, quę tamen ab aere multum frigido

8. de uſu part.

fieri

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 343 sur 753

©BIU Santé

fieri non debet; ideo natura pulmonem fabrefecit, vt hunc aerem præpararet, eumque minus frigidum redderet, ne nimis ſpiritus infrigidaret; fabrefecit quinetiam columellam, ſeu vuecã tum ob alios vſus, tum vt aer refrigeraretur, ne ita frigidus pulmonem tangat. Verum quia pulmo tum membrum non eſt principale, tum etiam totam caliditatem vt cor & ſpiritus ſeruare non debebat, ob id aeri frigidiori occurrere potuit. Quintum poſtmodum ſignum ex inſpiratione aeris frigidi ponit, ſubdens.

1 1. de uſu par. ca. 11.

REFRIGERAT *autem eoſdem & frigidi aeris inſpiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione ſunt ſitibundi.*

Ratio autẽ eſt, quoniam frigida inſpiratio immediate prouenit ad pulmonem, & pulmonis caliditatem alterat, qua ſedata ſitis etiam ſedatur; quòd ſi ratione ventriculi ſitis contingat, quoniam frigida inſpiratio ad os ventris non peruenit, niſi parua admodum quantitas; ideo ſitis manifeſte non ſedatur, ita ꝙ ita ſe habet inſpiratio frigida ad ſedãdam ſitim ex caliditate pulmonis, vti potus ad eam opprimendã, quę ratione oris ventriculi euenit: Hinc colligitur, ꝙ febricitantibus cum valde ſitiunt, pro ſiti remouenda melius eſt quo ad fieri poteſt aerem frigidũ reddere, vt frigida inſpiratione ſitis minor efficiatur: quare camera tum ſæpe aqua frigidiſſima eſt irroranda, tum humi ſternendę frondes, folia, & plantę frigidæ, ac circa lectum ipſum, vtpote ſunt folia ſalicis, mirthi, vitis, nenupharis, & aliarum id genus herbarum, Sed dicet quis, videtur, ꝙ cor & pulmo ſimilia appetere deberent cum ex natura diſpoſita ſunt, atque ex conſequenti calida; oppoſitum tamen eſt, quoniam contraria potius vtpote frigida appetunt. Reſpõdeo ex Ariſt. libello de reſpirat. ꝙ cum digeſtio per ignem efficiatur, natura in corde multum ignis appoſuit, qui vel à ſuo valido cõtrario extingui poteſt, vel per marcorem, cum non ſatis refrigeratur, atque euentatur: vt igitur conſeruetur, contrario indiget, atque vt à futuro malo præſeruetur, quanto autem cor calidius eſt, ac pulmo, tantũ frigidiora appetit, ut eorum caliditas æquetur, atque ſeruetur.

Signa frigidi pulmonis. Cap. 66.

ITA *& hi, qui contrario modo ſe habent à frigida inſpiratione ſenſibilẽ ſentiunt effectum; & hoc ſit maximum frigidi pulmonis inditium.*

Do-

©BIU Santé

Docens ſigna frigidi pulmonis, qm̃ ſtatī dixerat loquēs de calido, ꝙ aer frigidus iſpiratus thoracis caliditatē refrigerat, qua refrigeratione ſitis remouet, q̃ rōne thoracis euenit, atq; ob id iuuamētū pcipit: cōtinuādo ſermonē ſuū cū p̄cedēti hoc primū ſignū ponit ex iſpiratione aeris frigidi; cū. n. cor, & pulmo magnā nō obtinēt caliditatē, q̃ multa indigeat refrigeratiōe, frigida iſpiratio tāto magis erit his noxia, quāto minus ea indigēt. Secundū ſignū ex inſpiratione aeris calidi ſubdit ſcribēs.

VTI verò frigidum inſpirantes manifeſte dolorem ſentiunt, & frigiditatem, ita caliditas eſt ipſis amica.

Non vult Gal ꝙ tales nullo mō aere frigido indigeāt, ꝓpeaꝙ ſp cor q̃tū cunq; frigidū in ſua naturali diſpoſitione in frigidatione quapiā indiget: atq; ob id caliditas abſolute non eſt ipſis amica, ſed comparatiue, aer etenim frigidus, quo indiget, calidus dici ꝑt reſpectu eius, quo indiget pulmo calidus. Tertiū ſignū ex ſupfluitatibus ſubiūgit dicens.

SED & pituita excrementa cum ſcreatu, & tuſſi expuunt.

Pulmo. n. ſui frigiditate non concoquens ſuū nutrimentū ſupfluitates pituitoſas multiplicat; neq; eas à capite deſcēdētes diſſoluere ꝑt; Dicit aūt [cū ſcreatu & tuſſi:] qm̃ ſi materia erit in prīcipio cānę pulmonis vel locis vicinis cū ſcreatu educent; ſi vero in partibus magis ꝓfundis cū tuſſi emittent. Si aūt legat, vt in antiqua trāſlatione [ſed & phlegmaticas ſupfluitates loquētes cū tuſſi expellūt:] dicēdū eſt ꝙ ab aere inſpirato & retēto format uox, quo ēt aere fit tuſſis; iō cū hi loquunt, aer impulſus ꝓ voce formida materiā ī pulmone exiſtentē cōmouet, & cōcutit, eaq; ad partes ſupiores impellit: Vñ virtus ſtimulata inſurgit, tuſſimq; efficit; & ex conſequēti eā expellit. Et ita hoc pacto rō reddi pōt, cur loquentes cum tuſſi illam materiam in pulmone clauſam expellāt.

Signa pulmonis ſicci & humidi. Cap. 67.

PVLMONIS autem ſiccitatis excrementa vacant, & pituita.

GALENVS oſtēdēs ſigna pulmonis ſiccioris pulmone tēperato primū hoc ſignū ex excremētis cōſtituit: cuius qdē cā eſt, tū qa talis pulmo nutrimēto vtitur ſicciori, in quo minus eſt de pituita, tū quia ſiccitas humiditatē cōſumit. Scdm ſignū ex voce ſubdēs inq̃t.

ET vocē claram faciunt.

Qm̃ aſpera arteria nō eſt infecta excremētis, atq; pituita, q̃ vocē obſcurā reddūt, vt ī hūtib. cōplurā ī aſpera arteria excremēta ituemur; & ob id vix loq̃ pñt, & ſi loquūt, haud clare. Cōtinuādo poſtmodū docet Gal. ſigna humidioris pulmonis tēpato, & primū ſignū ex voce ponit ſcribēs

QVEMADMODVM humiditates obſcuram reddunt, ac raucā:

Quod

©BIU Santé

Quod ſit ob cauſam oppoſitam, nam humiditates tracheam reddũt arteriam, quæ vocis eſt inſtrumentum, repletam ſuperfluitatibus vocis claritatem prohibentibus: quare vox rauca efficitur, prohibetur nã que ictus ſpiritus, qui opus eſt, vt violenter moueatur, vt vox ipſa efformetur: ſit autem obſcura ob organi vocis remollitionem nẽpè ſummitatis, atque aliarum quoque tracheę partium. Secundum ex excrementis ſignum ponit ſcribens.

Et cum uehementius, aut acutius loqui ſtuduerint, tunc intercidunt excrementa.

Hoc eſt ad canam pulmonis intercurrunt: Ex quo elicitur talẽ pulmonem plura habere excrementa, atque hoc pacto educuntur; quoniã ſit motus, & magna exuflatio, ſine qua materia in aſperſis arteriis cõtenta educi non poteſt, vt teſtatur Gal. ſed dubitaret quis, cum pulmo ex ſanguine ſubtili ac calido nutriatur, videtur, quòd eius excrementa pituitoſa eſſe non poſſint. Dicendum eſt, ꝙ (vt inquit Gal.) quoniã pulmo viſcus eſt laxum, & molle, ac vndique vacuum, à pitnitoſiore, atq; craſſiore ſanguine inflammatur, cũ ſubtilis, bilioſuſque ferè fluat, nec cum viſcere vlla ratione cohæreſcere poſſit; eodem propè modo dicendum eſt de aliis excrementis quotidie genitis, niſi pituitoſa ſint, atque craſſa, viſceri cohereſcere non valent. Proinde ex iam declaratis oritur dubium, quod nam ſit obiectum ſitis, eiuſque cauſa immediata, nũ cõſumptio humidi roridi, an verò alterius humoris. Nonnulli ſuſtinẽt ꝙ ſitis obiectum eſt vel caliditas, vel ſiccitas, vel vtrumque, ſola namque (dicunt hi) humidi roridi conſumptio ſitis, atque ſenſationis cauſa eſſe non poteſt; quinimmo affirmant hi ꝙ ſitis abſque notabili humidi roridi conſumptione eſſe valet, vt ſi tantummodo calefieret & ferueret, non autem inſigne admodum conſumeretur. De hoc dubiũ eſt, num ſcilicet ſitis abſque humidi roridi conſumptione fieri poſſit, & ex conſequenti ſine exiccatione, an vero ſemper opus ſit, vt humidi cõſumptio requiratur. In primis autem eſt Gal. authoritas, vbi ait, ꝙ à vino homini ſitis ſemper increſcit, ab aceto vero interim augetur, interim ſedatur, nam cum ſitis duplici ratione proueniat, partem quidem humoris inopia, partim vero caloris copia: ob id haud mirum videri debet, ſi priorem ſanare nequeat, alteram vero poſſit, quoniã non poteſt humectare, ſed refrigerare valet: atque ita acetum ſitim ſanare non poteſt a ſola ſiccitate, aut a caliditate, & ſiccitate euenientem: ꝙ ſi aliquando caliditas ſimul & humiditas coeant, acetum eſt huius ſitis optima medulla; Subdit Gal ꝙ rara eſt huiuſmodi affectio nonnun

5. de acci. & morb. 3. 4. de cauſ. pulſ. 13.

1. de ſimpl. me. 29. 30.

quam

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 346 sur 753

BIU Santé

quam in affusionibus aquæ inter cutim proueniens, congesta nimirũ in ventre salsi humoris copia, tum etiam si quibus pituita salsa ventri illita inhæserit, & quæ sequuntur: quibus sanè verbis satis apertũ esse videtur, voluisse Gal. sitim a caliditate fieri absque siccitate, & ex consequenti absque humidi roridi consumptione: item idem ait; Quippe immoderata appetitur potio, quando contenti in ventriculi tunicis vitiati humores, aut salsi sunt, aut bilioſi, interdum vero, cum veluti feruet in eo nativa ipsius humiditas. Videtur itaque ex his, ꝙ sine exiccatione sitis efficiatur; item ait ipse, Quidam vino inebriatus maxime sitiuit, præterea in naui aqua deficiente qui aquam marinam bibere ausi sunt, siti ingentissima vexati sunt: ex quibus Gal. placitis videtur, ꝙ in talibus necessarium non sit, ꝙ exiccatio cõcurrat, Insuper Auic. sitis causas ponit, eaque declarat; quæ a Gal. scripta sunt, dicens quòd sitis fit non nunquam ob phlegma salsum in stomaco, aut dulce, & quandoque ob feruentes humiditates: igitur apparet ex eius quoque sententia, ꝙ ex defectu humidi non semper sitis efficiatur, ut satis patet. In oppositum est Gal. authoritas, vbi cum dixit, ꝙ natura vniuscuiusque mutatur ex quacunque mala temperie, atque soluta vnitate, deinceps loquens, quomodo fiat huiusmodi mutatio in æqualibus intemperaturis, ait. In inæqualibus quidem intemperaturis, quoniam maxime calefiunt, aut frigefiunt, hæ siquidem qualitates præ alijs omnibus sunt ad agendum potentes, cum verò famescunt, vel sitiunt, deficiente hic quidem substantia sicca, illic verò humida &c. clare itaque vult ex dictis sitim fieri defectu substantiæ humidæ, vt fames, siccæ, quę quidem non absolute sicca dicitur, sed respectu humidi potabilis, qđ fluxibile esse debet: verum substantia hęc apta conuerti in membrorũ substantiam stabilis est, ac firma, atque hac ratione, licet sit humida, sicca tamen comparatiue dicitur. Arist. quinetiam eadem ratione sustinet ꝙ fames est calidi & sicci concupiscẽtia, sitis verò frigidi & humidi, ex qua sanè authoritate colligi quoque videtur, quòd sitis non sit absq; siccitate, cum frigidi, & humidi sit appetitus: item Gal. ait, quòd accidit quasi priuatio appetentiæ, cum vel corpus omnino potione non eget ob frigotis, humorisque excessum, vel ventriculus suum pathos non sentit: cum igitur priuatio sitis ob frigoris, & humoris excessum efficiatur, ergò sine humoris defectu sitis non erit: & ex authoritatibus ratio hunc in modum erigi potest, sitis est appetitus rei humidę, ergo quod cõtristat siccum est; appetimus enim rei contristantis amotionẽ: concludendum itaque est sitim absque exiccatione fieri non posse quẽadmodum superius declaratum est. Pro responsione ad hoc valde difficile

4 de acc. & mo. b. 7.

13. 3. trac. 2 cap. 20.

lib. de inęqui. intẽp.

2. de anim. 28.

4. de acc. & mo. b. 7.

©BIU Santé

cile dubium, & huiuſce difficultatis reſolutione in primis aduer tendum eſt, quòd ventris humiditas multiplex eſt; eſt enim humiditas in eius ſpatio contẽta, eſt & altera in eius porositatibus incluſa, & tertia in exilibus arteriis, atque venis, quemadmodum quarta interna, quę ventris ſubſtantialis eſt pars; Quibus ita ſtantibus omnes conueniunt, quòd ſitis fit ex humidi roridi madefacientis conſumptione, cuius quidem ſignum eſt, quòd ſtatim aſſumpto potu ceſſat ſitis, & huiuſmodi humiditas rorida in ventris porositatibus contenta eſt in cauſa, vt ſuperflua humiditatis internæ, atque naturalis exiccatio haudquaquàm efficiatur; quæ ſanè humiditas duplex eſt, quędam craſſior, quæ cibo reparatur, quædam tenuior, quæ potu repellitur, ad cuius humiditates conſumptionem ſitis efformatur, tametſi humiditas rorida non conſumatur: Quo quidem ſtante, dici poteſt, q̃ ſitis fieri nõ poteſt, niſi alicuius humiditatis vel madefaciẽtis, vel internæ conſumptio fiat: atque ita ſola caliditas ſitim haud efficere poteſt, niſi alicuius ex prædictis humiditatibus conſumptio conſequatur; In ſiti quidem naturali fit humidi roridi conſumptio loquendo de ſiti, quę ratione ventris non autem pulmonis oritur; in ſiti autem præter naturam haud neceſſe eſt, q̃ humidum roridũ conſumatur, ſed humidi ſubſtantifici conſumptio fieri poteſt abſque humidi roridi conſumptione: licet etiam fiat ex roridi conſumptione ſi enim in ventriculo contingat quod phlegma ſalſum, aut aqua marina adſit, tunc humidum roridum non conſumetur, licet forte in eo alteratio quæpiam gignatur; ſed cũ huiuſmodi materia actu ſit humida (quia tamẽ poteſtate calida eſt) faciet humiditatis ſubſtantialis conſumptionem, & ex conſequenti ſitim: pariter & pulmonis caliditas ſitim ꝓducit nõ ex neceſſaria humidi roridi conſumptione, quę notatu digna ſit, ſed ex interni humidi conſũptione, quę quidẽ rõne caliditatis reſoluẽtis contingit. Ad Galenum autem dico, quòd acetum remouet ſitim, quę fit, quoniam hũmiditas & caliditas coeunt nempe actualis humiditas, quæ poteſtate ſicca eſt. Vnde ſubdit quòd talis ſitis contingit his, qui aqua inter cutim laborant, vbi in ventre congeſta eſt, humoris ſalſi copia, qui pot eſtate calidus eſt, vt patet; atque ita in eo caſu licet non fiat humidi roridi conſumptio, fit tamen interni humidi conſumptio, atque exiccatio; acetum autem conuenit, & hanc ſitim remouet, tum quia ſua frigiditate materię caliditatẽ remouet, quę humidi ſubſtantifici conſumptionem efficit, tum etiam quia materiam in ventre contentam diſponit, vt excernatur atque ita ſitim remouet, quoniam materiam & obiectũ triſtem faciens ſenſationem remouet; & hoc pacto intelligit Gal. cum

inquit

©BIU Santé

inquit, ꝙ ſitis ſit tum humoris inopia, hoc eſt humidi roridi conſumptione, tum caloris copia, qui ſine humidi roridi conſumptione humidi interni conſumptionem producit, triſtemque facit ſenſationem: Eodem modo patet reſponſio ad authoritatem illam, quòd neque ex ſalſis humoribus, neque ex uino, neque ex aqua marina, neque feruente natiua humiditate ſitis fieri poteſt, niſi alicuius humidi, uel roridi, uel ſubſtantifici conſumptio concurrat: hocigitur modo omnes diſſoluuntur authoritates, in quibus dicitur, quòd ſola caliditas ſitim facit, nempè quòd intelligendę ſunt, quòd caliditas abſque humiditatis roridæ conſumptione ſitim producit, conſumendo tamen internam humiditatem. Dices, ſi ſitis non eſt ſine alicuius humidi conſumptione, ergo ne humectante ſemper indigeremus, & ita acetum nunquã in ſiti remouenda præſtans remedium foret, ſiquidem acetum non humectat, ſed infrigidat, & exiccat: item aliqua ſitis ex ſola aeris inſpiratione remouetur, non ergo alicuius ſemper humidi conſumptio requiritur, Reſpondeo, quòd talis ſitis naturalis non eſt, vt ex Galeno colligitur, ad quam quidem remouendam ſiccitatem ammouere haud neceſſariũ eſt, ſed ſatis eſt obiectum contriſtans ammouere, qui calefaciendo eam exiccationem producit, ad quod facit acetum tum infrigidando, tum conſumendo & materiam phlegmaticam in uentre exiſtentem incidendo: pariter inſpiratio aeris frigidi caliditatem pulmonis remouet, quæ eſt obiectum contriſtans, atque exiccans. Dices, ſi quæpiam ſitis aceto remouetur, ergo non omnis ſitis eſt appetitus frigidi & humidi aduerſus Ariſtotelem. Dicas uelim Ariſt. dictum intelligi de appetitu naturali: item quòd ſit appetitus frigidi, & humidi reſpectu eius, cuius appetitus eſt fames, & huiuſmodi humidum eſt, hoc eſt fluxibile, quod tamen in fame non naturali poteſtate exiccans, & incidens eſſe poteſt, ut obiectum contriſtans remoueatur, ut ſuperuis dictum eſt, quoniam quo quo modo re humectante indigemus, hoc eſt liquida, & exiccante, ac obiectum contriſtans conſumente. Dices, uenter calidus naturaliter potum calidum appetit, ergo non eſt appetitus frigidi. Reſpõdeo, quòd talis uenter potum calidum appetit reſpectu temperati, qui tamen frigidus eſt reſpectu cibi, qui fame appetitur: Num uerò pueri, an iuuenes citius ſitim incurrant, dicerem breuibus, quòd iuuenes citius ſitiunt, propterea quod ſiciores ſunt.

primo de ſimp. med. 30.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 349 sur 753

©BIU Santé

De voce. Cap. 68.

DECLARATVRVS Gal. ſigna cannæ pulmonis, quę ex uoce ſumuntur, indicantia & ipſa tandem pulmonis temperies, cum ex trachea arteria conſtituatur, ut manifeſtum eſt, videtur continuate loqui, ac ſi adhuc de ſignis pulmonis obloqueretur, dixerat enim ſtatim ſuperius loquens de ſicciori, & humidiori pulmone, quòd in ſicciori vox eſt clara, in humidiori vero obſcura, & rauca, & cum volunt aut vehementius, aut acutius loqui intercidunt excrementa; nunc continuans ſermonem de uoce, proponit primo ſcribens in hunc modum.

NON tamen ipſa vocis magnitudo à caliditate, ſicut neque paruitas à frigiditate fit, ſed altera quidem aſperæ arteriæ latitudinem ſequitur, & vehementiorem efflatum, paruitas verò à contrarijs euenit cauſis.

Hoc eſt ab anguſtia arterię, & ab efflatu imbecilliori, concludens deinde Gal. ita ſcribit.

QVARE neque ſemper, neque primum, ſed ex accidenti, & ſolas naturales temperaturas, non autem aduentitias, vocis magnitudo, aut paruitas ſequitur: Quoniam etenim talia inſtrumenta temperaturæ ratione ſunt facta, adhæc autem conſequitur huiuſmodi vox: Idcirco contingit ex voce de naturali temperatura ratiocinari.

Valida namque exiſtente virtute, & magna pro arbitrio aeris quantitate attracta vehementiorem, & imbecilliorem efflatum efficere poſſumus, ſine quo vox magna, vel parua fieri non poteſt: & ob id ait, ꝙ [neque ſemper ſequitur] cur autem addit [neque primum, ſed ex accidenti:] pro horum verborum intellectione animaduertendum eſt, quod Gal. ait: ſignificat autem per ſe idem, quod primo, per accidens autem quod ſecundo, quod declarat exemplo dicens, qui primo calculo digitum applicat, primo quidem hunc mouet, ſequentem vero per accidens, & ſecundo, itidem reliquos quoſque omnes: pariter dicendum eſt de voce magna paruaue, nam (inquit Gal.) inſtrumenta talia fabricata ſunt nempè aut lata, aut anguſta ratione temperaturæ; calida

3. de acci. & mor. primo.

enim

©BIU Santé

enim latam dilatando, frigida verò, quia dilatare non poteſt, arteriam anguſtam facit: verum latitudinem arteriæ vox magna conſequitur, anguſtiam verò vox parua, ergo magnitudo vocis, vel paruitas non ſequitur primò temperiem, ſed ex accidenti, & ſecundario, per ſe autem & primo ſequitur aut arteriæ latitudinem, aut anguſtiam eiuſdem: ſed licet primo & per ſe arterię temperaturam non ſequatur; quoniam tamẽ eam per accidens & ſecundario ſequitur, ideo Gal. dicit, quòd contingit ex voce: Antiqua tranſlatio iacet hoc modo: [& propterea ex voce eſt aliquid de naturali craſi colligere] vbi adnotant expoſitores, quòd dixit aliquid: quoniam licet compoſitio ſæpe complexionem conſequatur, poteſt etiam complexionem non ſequi, ſed potius rem diuinam, vt teſtatur Gal. magnitudo autem vocis, & paruitas complexionem indicat (vt declaratum eſt) mediante compoſitione, ſiquidem latitudinem, vel anguſtiam arteriæ conſequitur: Verum aliàs declarauimus, quomodo compoſitio à re diuiniori fiat, quæ quidem non ſunt repetẽda. Quod ſi ita legatur litera, puto ego, quòd potius ita dixerit, quoniam in principio huiuſce literæ ſuperius declaratum eſt, quòd non ſolum per ſe complexionem non ſequitur, & primò, ſed nec etiam ſemper, nam efflatum magnum, & paruum quòd arbitrio efficere poſſumus, ſine quo vox aut magna, aut parua fieri non poteſt, licet Hippo. dixerit; calidi valde maximam vocem habent, frigidi vero econtra paruam & exilem; frigidus namque aer plurimus eſt, hoc eſt in calidis; duorum vero magnorum magna ſunt, & quę inde gignuntur, ſed hoc intelligitur vt plurimum, vel (vt infra declarabimus) ſecundum naturam, non autem ſecundum voluntatem: Dicit autem Galen. quòd magnitudo vocis, & paruitas per accidens (vt declaratum eſt) naturales ſequitur temperaturas, non autem aduentitias, quoniam temperies calida naturalis contracta à principio generationis ea eſt, quæ aſperam arteriam dilatat, cuius oppoſitum frigida temperies efficit, calida autem aduentitia, quam præceſſerat frigida naturalis, quoniam inuenit arteriam iam eſſe genitam à frigiditate naturali anguſtam, dilatare eam non valet, vt & frigida aduentitia eiuſdem arteriæ anguſtiam efficere non poteſt, cum à principio natiuitatis à calida naturali lata genita ſit. Subdit Gal. deinde quaſi reddens cauſam eius, quod ſtatim dixerat, ſcribens.

primo de temp. ulti mo.

6. epi. ante medium.

NAM & lenis vox arteria lenitatem conſequitur, vt aſpera aſperitatem.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 351 sur 753

©BIU Santé

Ariſto. namque teſtatur, quòd lenis vocis, & aſperæ cauſa membrum eſt, atque inſtrumentum, per quod fertur aer, quod quidem aſperum eſt, aut lene, & denique aut æquale, aut inæquale: inæquale autem fit inſtrumentum, cum aut materia quæpiam in trachea arteria continetur, aut affectu quopiam, qui ſiccitas eſt, opprimitur, atque hęc inæqualitas, quæ ex ſiccitate prouenit, vocem aſperam efformat; quę verò ratione humidæ materię in ipſa arteria contentę vocem potius raucam efficit, quę & ipſa vel aſpera, vel ei maxime affinis eſſe videtur. Declarans verò deinceps quomodo per lenitatem, & aſperitatem temperatura cognoſcenda ſit aſperæ arteriæ in contextu, ſubdit,

LENITAS igitur arteriæ moderatam ſequitur temperaturam, aſperitas uero ſiccitatem.

Pro declaratione dictorum, & eorum, quæ dicenda ſunt, ſcrutandum eſt in primis quomodo generetur uox, ut ſubinde videamus quæ nam magna, quæ parua, quæ lenis, quæ aſpera, item quæ acuta, ac grauis. Aduertendum igitur eſt, quòd ut ex Ariſto. colligitur, vox eſt percuſſio aeris reſpirati facta ad tracheam arteriam ab ipſa animæ uirtute in partibus reſpirantibus exiſtente, quæ eſt uoluntarie motiua cum ſignificandi imaginatione: Quę vero concurrunt, & requiruntur ad formandam uocem, vbiq; declarat Gale. dicens, uocis inſtrumentum eſſe laringam, quæ tribus conſtat cartilaginibus, ita ut id, quod ex eis compoſitum eſt, fiat vt quædam fiſtula, intus autem in ipſo meatu laringis incubat corpus figura quidem linguam fiſtulę referens; proprietate vero ſubſtantię tale, quale nullum eſt aliud eorum, quæ ſunt in corpore; etenim membranoſum ſimul eſt, & adipoſum, & hoc eſt primum, & maxime principale vocis inſtrumentum: eſt autem uocis materia ipſa efflatio, hoc eſt aer violentia quadam impulſus, quę à muſculis thoracis efficitur: ſunt prętera muſculi in ipſa laringe, quorum quidam aperiunt, quidam autem laringis orificium claudunt, quòd ſi ſoli muſculi claudentes agant (dicit Gale.) fit detentio anhelitus, quemadmodum contingit, cum fæces emittere volumus, ad quod operatur quoque corpus cauernoſum linguę fiſtulę: ſi vero ſoli muſculi aperientes agãt, tũc fit inſpiratio. Ad formãdã itaque vocẽ opus eſt, vt neq; muſculi ex toto ceſſent ab opere, neq; i totũ claudant laringis meatum, ſed vt fiat efflatio, hoc eſt ualida aeris expulſio à muſculis pectoris intercoſtalibus: qui quidẽ aer ex uia ampla trãſmittitur,

a. de anim. 90.

lib. de uo. & anhel. & 7. de uſ. part. 5. & 11. & 12 & 13. & primo de loc. aff. 6. & 4. eiuſdem 7

©BIU Santé

citur, hoc eſt ex parte tracheæ arterię inferiori, quæ amplior eſt, quàm in parte ſuprema, vbi eſt fiſtulam, vel ex tribus compoſitũ cartilaginibus ad fiſtulæ ſimilitudinẽ, & ille aer ad laringẽ, ſeu fiſtulam dictam, & ad canale dictum tranſmittitur, per quod velocius percurrens cartilaginẽ percutit, & fiſtulę linguam: hoc igitur pacto vox efficitur, quę deinde ſermonis materia exiſtit, qui (vt teſtatur Gal.) à voce diſtinguitur, quoniam vox fit à prædictis vocalibus inſtrumentis, ſermo vero à propriis, quorum lingua obtinet principatum; concurrũt etiã nares, labra, & dentes: Vnde dicebat Gal. hæc quinque ſunt inter ſe ſe quadam conſequentia expiratio, exuflatio citra ſtrepitum, exuflatio ſtrepens, uox, & loquella, quarum ſi prima lędatur, omnes lędi neceſſe eſt, ſi vero vltima & quęlibet poſterior lædatur, priores lædi haud neceſſum eſt: nam expiratio à diaphramate fit, & muſculis tum vẽtris, tum omnibus thoracem contrahentibus: exuflatio autem abſque ictu potiſſimum ab intercoſtalibus; exuflatio vero cum ictu, & ſtrepens a prędictis, atque his qui in faucibus reperiuntur; quemadmodum vox à prædictis omnibus & his, qui ſunt laringis, & ad ſermonem formandum concurrunt ſuprànominati omnes muſculi, nec non organa propria prędicta nempè lingua, dentes, nares, labra, palatum, & gurgulio. Cum itaque vox efficiatur ex valida exuflatione, quę eſt aeris à loco amplo ad locum anguſtum ſurſu recto, & ſtricto expulſi, ad quod linguę fiſtulæ percuſſio ab aere egrediente, expulſoque facta conſequitur, ita ꝙ (vt ait Galen.) duò pręcipua ſunt, quibus fit vox, aer, ſeu exuflatio, & percuſſio, & unumquodque creſcit, ac magnum fit, quoniam ea augentur, quibus eius cõſtat ſubſtantia, ob id magna vox erit, cùm aer multus erit, & percuſſio magna proportione multitudini aeris reſpondens: multus autem aer eſſe non poteſt, niſi canna pulmonis magna ſit; vt multum aeris cõtinere poſſit; magna autem percuſſio fieri non poteſt, ni magna, & valida efflatio, & aeris expulſio fiat: magna autem expulſio non efficitur, niſi virtus ſit valida, quare magna vox requirit, vt pulmonis canna ſit magna, & virtus valida, à qua vehemens efflatio fiat: & ob id ſuperius dicebat Galenus, quòd magnitudo vocis illa duo conſequitur aſperę arteriæ latitudinem, ac vehementiorem efflatum, à cauſis autem contrariis vocis paruitas efformatur. Proinde Ariſto. vbi plura ex prędictis enumerat, vocis lenis & aſperæ cauſam aſſignat, inquiẽs, eam eſſe, propterea quòd inſtrumentum, per quod fertur aer, aſperum eſt aut lene, & denique aut æquale aut inæquale, inæquale autem fit, cum aut materia quæpiam in trachæa arteria continetur, aut affectu aliquo, qui ſiccitas eſt, opprimitur, & inæqualitas, quę fit ex

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 353 sur 753

©BIU Santé

ſiccitate; vocẽ aſperam efficit, quę verò contingit ratione humidę materię in ipſa arteria contentæ, vocem potius raucam efformat, quæ videtur & ipſa vel aſpera, vel ei maxime affinis: quod & hoc loco Gal. dicit, vt ſuperius à nobis declaratum eſt. Poſtea Galen. cauſam reddit, cur aſperitas ſiccam temperaturam conſequatur, dicens.

ASPERITAS *enim fit ab inæqualitate duri corporis. Arteriam verò duram ſimilarium partium, ex quibus conſtat, ſiccitas efficit.*

Quoniam duo ſunt, à quibus aſperitas fit, duities nempè arteriæ, quam ſiccitas partium ſimilarium efficit, quæ cartilagines ſunt, & mẽbranulæ vnà cartilagine coniungentes ob rationem à Gal. tactã. Hoc enucleato, declarat demum ipſius alterũ faciens aſperitatem, nempè duri corporis inæqualitatem ſubiungens à quo efficiatur.

7. de uſu. par. 4. & 5.

INAEQVALEM: *verò diſperſæ in eiſdem humiditatis defectus.*

In eiſdem ſcilicet partibus conſimilibus prædictis. Per humiditatem autem intelligi poteſt ea, qua aſpera arteria, ſeu larinx humectari debet, quæ generatur à carnibus glandoſis laringi adiacentibus, vt teſtatur Gal. qui præterea inquit, ꝙ natura linguam fiſtulę vnctuoſam fabrefecit, vt partes illę hunectarentur; atque ita vult, ꝙ uocis aſperitas ſiccam partis temperiem ſignificet. Dices, vox aſpera & lenis contrariæ ſunt, ergò a cauſis contrarijs originem trahunt, ergo lenis vox ab humiditate erit. Reſpondeo, ꝙ aſperitas fit & ab humiditate, & ſiccitate, ſed ab humiditate rauca potius dicitur, quæ cum obſcuritate exiſtit, atquehæc aſperæ contrariatur ex ſiccitate. quæ cum claritate quadam eſt, lenis autem media eſt inter aſperam & raucam, atque ita vt media vtrique oppoſita eſt, vt & de virtute ac vitio dici ſoleat. ꝙ autem ea, quæ ab humiditate fit, rauca vox dicenda ſit, teſtatur quoque Gal. alibi dicens, ꝙ ſi tela, quę eſt ſuper cãnam pulmonis humeſiat ob multa humida, quæ per ipſã tranſeunt, vox minus clara fiet. & ob id ante cibum & potum vox eſt clarior, poſtea verò minus clara. ꝙ ſi potus fuerit pluſquàm oportet, vox fiet rauca: & ideo in ſenſibus magis raucedo contingit ob ſuperfluitatum abundantiam, & tandem omnia corpora ſicciora vocis ſunt clarioris, quàm humidiora (vt ait Gale.) ſiquidem ſicca melius ſonant, quàm humida. Poſtea Gal. declarat quomodo acuta, & grauis vox complexiones tracheę arterię diuerſas ſignificent hunc in modum ſcribens.

7. de uſu. part. 7.

lib. de uoce. cap. 3.

EODEM *modo neque acuta vox natura ſine anguſtia faucium neque grauis ſine latitudine fieri poteſt.*

Acutæ,

©BIU Santé

Acutæ vocis, ac grauis causam declarat Arist. Graue siquidem in tar- 5. de gen. ditate motus consistit, sicut acutum in velocitate eiusdem, ponitq; quo- ani. cap. 7. rundam opinionem dicentium, ꝙ id, quod multum est, tarde mouetur, quod autem parum, velociter: atque hęc est causa, cur alia grauem vocem emittant, alia verò acutam: verum (ait Arist.) hoc ex toto verum non est, nam sequeretur, quòd vox magna esset grauis, item acuta parua, cum tamen vtraque & grauis & acuta esse possit: bene verum est, quòd grauis vox multum mouet, acuta verò paucum, sed differt magnum & parum in graui & acuta voce, à magno & paruo in magna & parua voce: in magna namque & parua voce simpliciter dicunt, in graui verò & acuta respectu quodam: magniuoca (inquit Arist.) sunt eo quòd simpliciter multum est, quod mouetur, paruiuoca eo quòd parũ, sed grauiuoca, & acutiuoca eo quòd respectu inter se habito differentiam hanc recipiunt, nam si quod mouetur, mouentis vires superat, tarde fieri necesse est, si superatur, velociter: quare & debilem, validum, & tardum, ac velocem motum reddere potest, pro quãto aut superat, aut superatur: & hinc reddit causã, cur ægri & senescentes vocem acutam habeant, item cur pueri, & fœminæ vt plurimum vocem obtineant acutam, vituli autem & vaccę grauius sonent, tauri autem acutius, vt patet experientia: Vnde acuta vox definiri solet, quę pauco tempore multum, grauis verò, quę multo tempore parum auditũ mouet. Cęterum Gal. dicebat. & necesse est, vt vox fiat, quòd aer exeat 1. lib. de uo- uehementer, & quòd cursus eius in epiglori sit strictus, quando verò ce. 2. canna erit stricta, vox erit acuta, & si ampla, grauis, si curta, addens in acumine, & si longa, crescit in grauitate, humiditas autem epiglotis facit uoci grauitatem, sicci as verò acuitatem: Vnde data paritate virtutis mouentis, eiusdemque conatus, si canna erit stricta, vox erit acuta, quoniam minorem aeris quantitatem continebit, qui velocius mouebitur, si vero canna fuerit lata, vox grauis erit, quoniam maiorem aeris quantitatem continebit, qui ab eadem virtute eodem conatu tardius mouebitur: pariter si curta quoque erit canna paucum aerem continebit, quare velocius mouebitur, atque ita vox erit acuta, si verò longa, propterea quòd plus aeris continebit, vox grauis erit eadem stante virtute, atque conatu: Quare videtur, quòd causę Galeni particularius explicent causam ab Arist. tactam. Verum tamen, vt ab Aristotele colligitur, in quibusdam vox est acuta, in quibus canna maior est, in quibusdam vero grauis, in quibus minor, vt in vaccis, & vitulis: atque in hoc videtur discordia inter Arist. atque Galenum, siquidem ait Gal. hoc loco, & libello de uoce, quòd uox acuta non est si-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 355 sur 753

©BIU Santé

ne anguſtia faucium, nec grauis abſque eorũdem latitudine. Niſi dicamus, quòd voluit quoque Ariſt. q vox acuta fiat ex epiglotis, ſeu larrin-
11. problé. 14. gis anguſtia: nam vbi quærit propter quod pueri, & cęterea animalia iuuenilia vociferant acutius perfectis; ait, quòd cauſa eſt velocitas acris motus, & quoniam pueri ſenibus ſunt calidiores, & quoniam po-
problé. 15 ros habent ſtrictiores; pariter quærit, cur plorantes acute loquuntur, ridentes autem grauiter, dicit, quòd eſt, quia plorantes, contendentes, & congregantes os vociferant, & aer per anguſtum exit foramen, & ex conſequenti velociter, quod ad vocis acuitatem facit: ridentes autem diffundentes aerem emittunt, qui per latum os exit, quare tarde mouetur, & ideo vox illis grauis eſt. Videtur igitur ex his Ariſt. ponere epigloris anguſtiam eſſe cauſam acuitatis vocis, quoniam facit, quòd aer velociter moueatur, latitudo verò contra facit, quòd aer tardius moueatur. De conualeſcentibus autem, ſenibus, atque alijs huiuſmodi, qui ob virtutis imbecillitatem (dicit Ariſt.) paucum mouent aerem, quare eum velociter mouent, & ex conſequenti vocem acutam
lib. de uoce cap. 3. reddunt, diceret Gal. quòd in talibus fit vox acuta, propterea quòd ob virtutis imbecillitatem multum epiglotim dilatare non poſſunt, ideo fit, vt quod ex velocitate aeris deficit, ex ſtrictura curſus eius in epiglotti perficiatur, licet enim non ſit facta valida aeris expulſio ob virtutis imbecillitatem, anguſtia tamen epiglotis efficit, vt aer velocius per anguſtũ meatũ percurrat, quá ſi idẽ meatus latus foret. Galenus itaque licet plures vocis grauis & acutæ cauſas conſtituat, hoc tamen loco unã duntaxat ponit, quoniam ſuccincte loquebatur, eamq; potiorem, quę ex parte eſt inſtrumenti, a qua dependet Ariſt. cauſa: orificio namque anguſto exiſtente aer velocius mouebitur, contra verò fiet illo amplo exiſtente: eſt autem circa Ariſtotelem aduertendum, quòd nonnunquá
5. de gen. ani. cap. 7. Ariſt. ponit caliditatem eſſe cauſam, quòd vox grauis ſit, frigiditatem verò, q ſit acuta, quandoque uero contra, vbi querit propter quid uoces hieme ſunt graniores: Verum cum duplex ſit caliditas interior & exterior, interior quidem aerem craſſiorem reddit, quoniam uapores unà cum aere commiſcet, & ideo tardius mouetur, cuius oppoſitum facit frigiditas interior: uerum exterior frigiditas magis craſſum reddit aerem, caliditas autem attenuat, ideo diuerſimode loquitur Ariſt. neq; in eius dictis eſt cõtradictio: ex dictis cõſtat litera ſuperior, q uox acuta natura ſine anguſtia faucium non eſt, & ait natura, quoniam habens ex natura uocem grauem eam arte acutam efficere poteſt, ut habens eá ex natura acutam, grauem: Conſtat etiam ex dictis ſequens litera, quæ hunc in modum iacet.

Anguſtia.

©BIU Santé

ANGVSTIA *igitur ab inſita, atque innata naſcitur frigiditate, latitudo autem à caliditate.*

Dicit, inſita, & innata, quoniam nõ aduentitia naſcitur, ut ſuperius demonſtrauimus. Poſtea Cal. excuſans ſe à diligenti pertractatione de differentijs uocum, quæ ab affectibus præter naturam fiunt, remittit ad libros de uoce ſcribens hunc in modum.

DIFFERENTIIS *igitur naturalium uocum hæ, quæ ex affectu aliquo fiunt sũt proportionales, quæ & ipſæ inditia ſunt cauſarum à quibus oriuntur, de quibus in libris de uoce ſufficienter diſtinxi.*

Vt enim uox ex natura rauca humidam arteriæ aſperæ temperaturã naturalem præſefert, ita & uox rauca ex aliquo affectu talis fit ratione humiditatis præter naturam: atque ita de cęteris dicendum eſt.

Cur reliquarum animalis partium temperaturarum inditia ſint prętereunda. Cap. 69.

RELIQVAE *verò partes animalis interiores exilia habẽt temperaturæ inditia, tentandã tamẽ ea ex iuuãtibus, atq; nocentibus agnoſcere, ac præterea naturalium potentiarum operationibus: Dictum verò eſt in tertio de cauſis accidentium, quòd cuiuſq; potentiæ virtus & vitium temperatura principalis exiſtat.*

HACTENVS Galenus docuit ſigna partiũ principatũ obtinẽtiũ, itẽ quarũdã uirtutẽ habẽtiũ inſitã, & aliunde emanãtẽ, vt oculorũ, atq; uentriculi: Qm̃ adhuc reſtabat docere ſigna multarũ paratiũ mbas potẽtias obtinẽtiũ, atq; inſitas tm̃, & à principalibus ortũ trahẽtiũ; quæ quidẽ partes tũ quia latẽtes ſunt, tũ ẽt quia nihil ſuptotũ immittũt, iõ eorũ tẽperaturę difficilis ſunt cognitionis, ut & earũ ægritudines: Vñ idẽ ait, ꝙ partes in ſuperficie cõſtitutæ vnà cũ affectuũ ſuorũ ꝓprietate facile ſenſibus deprehendũtur; quę uero in imo corpore latent, exercitatę cognitionis virũ, ac prẽſertim in arte anathomię deſiderant, & alibi ſubinfert. Igitur quemadmodum ſingula, quę comprehendimus, agnoſci poſſint, tum uero quòd non omnium manifeſtas notas habeamus, quòdque ſi aliud quicquam etiam cauſarum, & affectuum, quæ ſenſum fugiunt, agnitio ex multa exercitatione, & curioſa omnium perpenſione nobis pariatur, alibi monſtratum eſt, & alibi dicebat: Nam pars coniecturalis in diſpoſitionum dignotione potiſſimum conſiſtit, hæ ſiquidem inuentę curationem non coniecturaliter

1. de lo. aff. cap. 1.

12. meth. 7

2. de cõp. med. ſecũdũ loca. c. de dol. cap. à ſtomaco.

©BIU Santé

ter, verum ſcientifice indicant; quod repetit ſub his verbis & aliquan
do certam & exactam ſcientiam habemus locorum, & diſpoſitionum,
vt pote pleuritidis, vbi verò certam ſcientiam habere non poſſumus,
vtendum artificiali coniectura, quæ ad ſcientiam proxime accedit: &
quandoque idem dicere ſolebat, Numquàm hallucinari ſupra captũ
3. prog. cõ. penultimo hominis eſt, ſed quàm minimè aberrare ſolius artificis eſt, ſiquidem ar
tificiali vtitur coniectura, quæ ad certam cognitionem proximè acce-
dit. Cùm itaque talia difficile cognoſcantur, ſe excuſans Gal. à longio-
ri de illis tractatione illa verba ſcribit, quæ à nobis ſuperius deſcripta
12. met. 7. & primo ad Glauc. ſunt; nam (vt dictum eſt) experientia & exercitatione hæc inueniun-
tur, hic autem liber compendioſus eſt, ac breuis, ob id voluit breuius
ea declarare, quibus in illorum cognitionem veniendum eſt. Dicit au
tem in contextu [partes animalis interiores] propterea q̃ partes in ſu
1. de loc. affe. cap. 1. perficie conſtitutæ vnà cum affectuum ſuorum proprietate facile ſen-
22. 3. tract. 2. cap. 6. ſibus deprehenduntur. Exiuuantibus autem atque nocentibus (Auic.
3. de temp. inquit) ſignum ſtabile non habemus, non frigiditas per accidens cale-
5. & lib. de ſimp. med. 6. de aci. & morb. 3. facit; ſed quod ſit per accidens, ex Galeni ſententia, ab eo quod per ſe
fit, diſtinguendum eſt; Verum quoniam idẽ ait, q̃ calor auctus ad om-
nem alterationem efficaciſſimus eſt, niſi ad tantam uehementiam in-
creſcat, vt eliquandi vim aſſequatur, nam tum primum redditur non
inutilis; frigiditas autem nulli functioni vtilis eſt, ſiccitas verò ad
robur, & fortitudinem confert, niſi adeo fuerit aucta, vt corpora rigi-
da, immobilia, & friabilia efficiat, ſicut humiditas ad nutritionẽ qui-
dem mirifice facit, cæteris verò functionibus omnibus aduerſatur, ex
cepta, qua corpus augumentum recipit; huic enim efficacius, quàm
nutritioni auxiliatur, quorum quidem omnium Gal. rationem reddit:
aduertendum eſt, vt & aliàs dictum eſt, q̃ licet contentiua, attractiua,
& expulſiua ad ſuas egeant actiones caliditate, atque ſiccitate, differũt
tamen quoniam contentiua magis indiget ſiccitate, quàm caliditate:
videtur namque caliditate magis indigere, quo tempore ſolum con-
trahendo villos nutrimentum comprehendit, quòd ſatis patet, cum
caliditas faciat ad motum; attractiua verò plus indiget caliditate, quã
ſiccitate, quoniam eius operatio tota ferme in motu conſiſtit: caliditas
autem (vt dictum eſt) magis ad motum apta videtur, quanto enim cor-
pus calidius eſt, tãto validius attrahit: nõ ita ãt de ſiccitate dicẽdum eſt,
ſed oportet, vt moderata ſit: quæ verò humidiora ſunt, haud rectè cor
pus attrahere queunt, & apprehenſum arcte detinere, ſiquidem
debite extendi non poſſunt: at expulſiua magis indiget caliditate,
quàm ſiccitate, quoniam eius pariter operatio tota in motu con-

ſiſtit

©BIU Santé

ſiſtit, & minus quoque ſiccitate, quàm contentiua, & attractiua, quoniam neque conſtrictione, vt contentiua, neque etiam adhęrentia & conſtrictione eius, quod attrahendum eſt. Poſtremo Gal. hunc in modum ſcribit.

TEMPERATVRARVM *itaque inditia iam explicauimus.*

Quod quidem ex ſuperioribus ſatis manifeſtum eſt, conſequens modò eſt, vt de ſignis complexionum quoad compoſitionem pertractet, quod quidem in ſequenti agit capite.

Signa naturæ inſtrumentariæ, ſiue compoſitionis Cap 70.

CIRCA *magnitudinem verò, & formationem, vel numerum, vel ſitum quæcunque quidem ſenſibus ſubijciuntur errata cognitu facillima ſunt, quæ autem ſenſu percipi nequeunt, quædam cognitionem habent difficilem, quædam verò facilem.*

ACTVRVS Gal. de cognitione corporum, ſiue membrorum labentium à ſalubri ratione compoſitionis in primis proponit & declarat, quę facilioris ſunt cognitionis, quæque difficilioris, ut & aliàs dictum eſt: poſtea per exemplum manifeſtat, q errata partium, quę ſenſibus ſubijciuntur, cognitu facillima ſunt, utpote de capite, ac cerebro, ſcribens. primo de loc. aff. primo.

CAPITIS *igitur magnitudo, ac figura, & cerebri ſimul in propatulo ſunt: & de his antea diximus.*

Figura enim ac magnitudo cerebri figuram, & magnitudinem capitis conſequitur, de quibus ante dictum eſt, dum de cerebri ſignis ageretur Deinde ſubdit alia exempla, dicens.

SIC *& quæ thoracis ſunt, & quæcunque ad ſcapulas, & humeros, vel brachia, vel cubitos, vel extremas manus, vel coxendices, vel femora, vel tibias, vel pedes attinent, non eſt difficile cognoſcere, ſiue ſecundum formationem, ſiue ſecundum magnitudinem ex his aliquid non recte ſe habeat, ſiue ſecũdum numerum, vel partium, ex quibus conſtant, compoſituram.*

Formationis errata ſunt, vt figura deprauata, cum uel rotunda ſit cum plana eſſe deberet, uel obliqua, cum recta eſſe deberet, item ſuper

©BIU Santé

perficies vt aſpera, vbi leuis, aut è contra: pariter cauitas deprauata ut parua, vbi magna, vel ecõuerſo: Magnitudinis errata ſunt, vt ſi craſſum, quod gracile eſſe debet, vel contra, vel breue, quod longum, vel latum quod anguſtum, aut econuerſo: numeri præterea errata ſunt, vt ſextus digitus, ſecundum caput tertium brachium, vel crus: Adhæc compoſi turę errata ſunt, vt partium ſimplicium inſtrumentum componẽtium non debitus finis, ac ordo inter ſe, & vt inſtrumenti totius ſitus non conueniens, ſic & partium iuſtrumentalium inter ſe compoſitura. Subdit autem Gal. de operationibus ſcribens.

SINGVLARVM *etiam operationis detrimenta facile patent.*

Cùm etenim ea detrimenta contingant defectu aliquarum naturarũ quæ in dictis partibus reperiuntur, earum quoque peccata facile oſtendunt: quod quidem indicat cognitionem facilẽ eſſe. Declaraturus poſt modum Gal. quòd earum quæ aufugiunt, quædam facile cognoſci poſſunt, quædam uerò nequeunt, in primis proponit ſcribens.

QVAE *autem intra corpus ſunt, non omnia cognoſci poſſunt.*

Aduertendum eſt, ꝙ partes intra corpus poſitæ, quædam ſunt, quorum magnitudo, numerus, ſitus, & huiuſmodi ex ſuprapoſitis partibus coniectari poſſunt, nõnullæ uerò ex uirtute, & uitio operationis, aliæ nullo dictorum modorum; hę quidem poſtremę agnoſci non poſſunt, vt plexus rethiformis, & huiuſmodi, quæ anathomia dignoſcẽda ſunt, duæ uero priores dignoſci queũt: Quare Gal. q̃dã adducit exẽpla, q̃bus oſtendit, quomodo illa nos cõiectari oporteat: In primis ãt duo ponit exẽpla eorũ, quę ex ſuprapoſitis cõiectari poſſunt, quorũ primũ tale eſt.

CVIVSDAM *enim ventriculum adeo paruum, et rotundum, ac pro num ſecundũ hypochõdria ſitum habẽtẽ inſpexi, vt manifeſte ex circũſcriptione propria, & uidẽtibus, & tangẽtibus appareret.*

Vẽter magnus eſſe debuit, vt tantũ cibi ſemel aſſumere poſſet, quod pro vna die ſatis eſſet, cũ uero paruus eſt minus p̃t accipere, q̃ ſemel cor pori cõueniat: quare frequẽtius cibũ aſſumere coget: qm̃ igitur vẽtricu lus is paruus erat, magnitudine peccabat: De vẽtris figura hẽt Gale. di- cẽs ꝙ rotũdus fuit, qm̃ figura hæc capaciſſima fuit, atq; tutiſſima; eſt ãt nõ ex toto rotũdus, ſed oblõgus ob explãtationẽ ſupioręm, atq; inferioręm: q̃ quidẽ explãtationes (vt ait Gal.) in cauſa ſunt, vt partes figurã rotũdã amittãt: itẽ vitiata eſt eius cõuexitas, q̃ vertebris incũbit, à q̃bus compri mit: hẽt inſup partẽ inferioręm latioręm, ſupioręm verò ſtrictioręm: quare cũ his rotũdus pfectè foret, propria eius figura carebat, atq; ita in figura peccabat, vt manifeſtũ eſt. De ſitu ãt vẽtris hẽt Gal. ꝙ natura poſuit uẽ-

4. de uſu par. 7.

8. de uſu. part. 11.

trem

©BIU Santé

trẽ inter lienẽ, ac hepar; nõ fuit ãt exactè medius inter dextrũ, atq; ſiniſtrũ, ſed magis ad dextrũ vergẽs, alioq; locus is vacuus extitiſſet, ad quẽ nõ puenit hepar vtpote ſublimioré, occupãs partẽ: inferior ãt pars ſiniſtra à liene fuit occupata: Inſup qm̃ vẽter erat exãguis, natura eũ conſtituit, vt lebetẽ, cui inſtar locorũ viſcera sũt adiacẽtia à ſiniſtris qdẽ ſplẽ, à dextris verò hepar, & a ſupiori cor, & ſeptũ, ac retro muſculi dorſales, ante verò omẽtũ: itẽ hepar eũ aſcẽdit, & q̃buſdã fibris tãq̃ digitis ipſum vẽtrẽ cõprehẽdit, quẽ ſanè ſitũ ſi vẽter nõ ſeruauerit, peccabit ĩ ſitu vt hic eſt, de quo Gal. hoc loco ponit exẽplũ; q̃ vẽter, pminẽs p̃ter id q̃ nõ ꝓbè opus ſuũ cõficiet, qm̃ à p̃dictis partibus nõ ſatis caleſiet, p̃met quoq; hepar ĩ ſublimiori parte collocatũ, atq; p̃cipue diaphragma, cũ cibo repletus erit, & ex cõſequẽti difficilẽ faciet expirationẽ, vt Gal. teſtat paulo inferius vbi ait, q̃ & tẽpatura frigidior erat, traditq; modũ euitãdi nocumẽta, q̃ cõtigere p̃nt. Ponit deinde alterũ exẽplũ ſcribẽs. 8. & 9. & 3. depot. nic 7. 3. lib. c. 87.

SIC & cuiuſdam ueſicam contingit intueri ita expoſitam, ac paruam, ut ſi quando urinam tardius excerneret, tumor quidam circunſcriptus manifeſte cerneretur.

Clarũ eſt, q̃ in hoc exẽplo veſica & magnitudine & ſitu peccabat, atque eſt exẽplũ de his quæ facile agnoſcuntur ſubdit deinde Gal. dicẽs.

NON tñ aliud exterioribus q̃q̃: mihi unq̃ manifeſtũ p̃buit ĩditiũ.

Suple ſicut fecit ventriculus, atque veſica, de quibus ſuperius dictũ eſt: Et addit quomodo eorum tentanda ſit cognitio, dicens.

TENTARE ãt oportetq̃ maxime fieri p̃ virtutẽ ac uitiũ ipſorũ, et ſi nõ certiſſima ſciẽtia, artificioſa ſaltẽ cõiectura comprehendere:

De artificioſa quidem coniectura inquit Gal. quòd media quodammodo eſt inter exactam notitiam, nec non integram ignorantiam, & inferius ſubdet; quòd vis artificioſę coniecturę eſt, vt magna ex parte recta ſit, & ideo proxime ad certã cognitionẽ accedit. Ponit deinde Gale. duo alia exẽpla eorũ, q̃ nõ facile cognoſcũtur, quorũ primũ tale eſt. 2. de lo. affe cap. t. 3. lib. ca. 3.

VELVTI exempli gratia in hepate uidi enim aliquos, & quidem complures, quibus uenæ erant anguſtæ et totum corpus colore priuatũ, quòd ſi pluſculum cibi aſſumpſiſſent, qui præſertim flatibus excitandis aptus eſſet, & craſſus, ac tenax, nonnulli quidem veluti pondus quoddam inſidens, atque ſuſpenſum in profundo dextræ hipochondriorum partis ſentiebant, nonnulli verò cum quadam tentione dolorem ſentientes: in is quidem veriſimile eſt hepar eſſe parum, atque anguſtos habere meatus.

Licet

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 361 sur 753

©BIU Santé

Licet cauſę & effectus ſeinuicem oſtendant, cum tamen vnus effectus à pluribus cauſis fieri poſſit, vel ab vna cauſa plures effectus prodire queant, non ſtatim aut ex cauſa effectum, aut ex effectu cauſam inferre licet, ſed omnia diligenti examinatione perpendenda ſunt: Anguſtia itaque venarum, quę fit ex paruitate hepatis, ex eius quoque frigiditate prouenit, quare ſi venæ anguſtæ non ſtatim hepar paruum eſſe dicendum eſt, ſed ſi cum priuatione coloris totius ſumpto cibo apto flatibus excitádis, & craſſo, ac lento, aut pondus in dextro hypochondrio percipiatur, aut dolor cum tenſione, coniectandum erit, quòd color innatus debilis, vt coloris priuatio totius corporis oſtendit, neque hepar magnum facere, neque meatus dilatare potuiſſet: & ob id ſumpto cibo prædicto pódus percipitur, quod a crudis cibis efficitur: item tenſio cum dolore, quę à flatu fit: atque ita hæc omnia ſimul oſtendunt id, quod vnumquodque ſeparatim oſtendere non poteſt, anguſtia namque venarum & color totius hepar paruum eſſe arguunt, pondus præterea cibos non tranſire per meatus anguſtos indicat; quare detentos facere pondus, dolor poſtremò extendens hepar paruum ſignificat, atque anguſtos meatus, alioquin non ita ex unà aſſumptione eorum ciborum extenderetur. Secundum ſubdit Galenus exemplum ta ſcribens.

ALTERVM *uidi, cuius totius habitus pituitam præ ſe ferrebat, quotidie tamen bilem palidam euomebat: cenſui igitur inſpicie da alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat: quare coniectura quadam comprehendi eum meatum, qui bilioſum egurgitat humorem, non minimam eiuſdem partem ad imum ventriculi locum, quem græci Piloron, ideſt hoſtiarium vocant, effundere, vt in quibuſdam apparet animalibus.*

c. de uict. acut. 29. 2. de tẽ. 6.

Gal. alibi inquit hunc fuiſſe Paulum rethorem; quod quidem nõ in vno ſolo vidiſſe ait, ſed & in quibuſdam; qui ſi cibum aſſumebant, ante quàm euomerent, vel ſpóte, vel aqua, vinovè epoto, in eis cibus corrumpebatur; & capite dolebant: Hos vtique Hippo. atque Galenus picrocholos parte ſuperiori appellant; qui verò nunquam vel raro bilem euomunt, licet graciles ſint, & toto corpore bilioſi, ſed eã per ſedem excernunt, dicuntur picrocholi parte inferiori, qualem fuiſſe Eudemum philoſophum narrat Gal. Proinde de meatu bilem deferente, habet Gal. vbi ait, quòd vt plurimum vnus eſt, qui eã in duodenũ defert, nonnunquam aũt geminus; atq; tũc vt plurimũ meatus maior ad duodenum vadit, minor vero ad fundũ ventriculi paulò ſupra pylo-

ron

ron ; raro vero contingit, quòd ſuperior maior ſit, inferior vero minor, præſertim in homine, licet in animalibus rapacibus, vt Accipitre, & huiuſmodi econtra ſe habeat, in quibus maior colere copia ad ventris fundum propellitur, propter quod & feces ſunt albæ, & cruda, ac dura concoquere poſſunt, ob id enim natura in his fecit, vt meatus magnus multam bilem ad ventriculum magna indigentem caliditate pro concoctione deferre poſſet. Porrò in caſu recitato ex vomitu bilis non erat dicendum ventriculum aut iecur calida eſſe, vtpote quæ bilis copiam gignant, tum quia bilis palida erat non multum tincta ob pituitæ commixtionem, tum etiam quia totius corporis habitus non flauam bilem, ſed pituitam in hepate generari præſeferebat: neque etiam iudicari poterat, quòd bilis in ventriculo genita eſſet, propterea quòd vt teſtatur Gal. quæ in ventre gignitur porri virorem præſefert, quæ vero in hepate, flaua vel palida viſitur; item in ventre ex cibis calidis, maliq; ſucci efficitur, quæ vero in hepate ex cibis boni ſucci: adhæc quę in ventre ex mala fit coctione, & quæ in hepate magis, cum ad vnguem concoxerunt, atque etiam magis his, qui diutus cibo abſtinuerũt, item ſolicitudo, ira, dolor, labor, exercitatio, & vigilia plus flauam aceruant. Conſtabat itaque hunc in modum bilem vomitu reiectam in hepate genitam fuiſſe, non autem in ipſo ventre. Sed quoniam alui excrementa ſine bili erant, iudicauit Gal. artificioſa coniectura vomitum bilioſum fieri ob meatus latitudinem peruenientis ad ventris fundum, ad quam ſanè cognitionem peruenit ipſe, tum actionum, atque vtilitatum notitia, tum etiam peritia ex corporum diſectione, & ob id ſubdit dicens. 2. de tẽp. 6.

EX *quibus id conſtat, quòd plurimum ad eorum, quæ latent ſenſum confert cognitionem ea, quæ habetur peritia ex ſectionis inſpectione, & operationum, atque utilitatum inuentio.*

Oportuit namque ſcire in caſu, quod munus porri fellei eſſe dicitur, & ad quę membra tranſmittitur, & quomodo in diuerſis diuerſimode reperiatur, alioquin iudicari non potuiſſet. Quare ſubdit Gal. ſcribens.

QVICVNQVE *igitur facultatem dignoſcendi huiuſcemodi corpora, quæ ita lapſa ſunt, conſequi cupit, oportet ipſum in ſectionibus ac in operationum, ac utilitatum inuentionibus exercitari, ſcripſimus uero de omeribus ſeorſum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri omnino propoſuimus facere mentionem, ut diſcendi cupidi intelligãt, quæcunque diſcere optauerint, ex quo*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 363 sur 753

©BIU Santé

quo nam possint haurire tractatu.

De sectionibus quidem agit Gal. lib. de administ. anatho. de inuentionibus autem operationum, & utilitatum libris de vs. partium: Proinde artificiosa coniectura ea est, quę ex signis sensibus manifestis, quę occulta sunt, nobis indicat, assumens enim operationes aut animales, aut uitales, aut naturales, item & casus siue accidentia necessario consequentia, aut temperaturas uel totius, uel partium, aut eorundem cõpositiones, item & quæ ex corpore seu aliqua particula excernuntur, si ex dictis certam nobis cognitionem non suggerit, quando effectus nõ nunquàm a pluribus causis prodire potest, tunc causę omnes enumerandę sunt, & in eas singillatim effectus resoluendus, referendusque est: considerando insuper omnia tum præsentia, tum præterita, & interna, atque externa: sic enim fiet artificiosa coniectura ex signorum collectione, quomodo & conclusionis demonstratio ex principiorum præcognitione: quæ quidem omnia clare ex lib. de lo. affect. atque præsertim primo comprehendi possunt, vbi de urinæ suppressione uerba facit, & ut in exemplis quoque hoc loco positis à Gale. facile declari posset.

DE INSALVBRI NVNC.

Quomodo cognoscantur corpora ægrotantia. Cap. 71.

QVAECVNQVE *vero vt nunc insalubria sunt, hoc est quæ iam ægritudinem patiuntur, dignoscere & hæc ipsa oportet. Quæ quidem subÿciuntur sensui, ex eorum, quę ipsis insunt secundum naturam permutatione in magnitudine, colore, figura, & numero, & situ, & ea quę secundum duritiem, & mollitiem, & frigiditatem, & caliditatem differentia.*

DECLARATIS signis corporis salubris, & insalubris simpliciter, intendens hoc loco Gal. docere signa, quibus corpora insalubria nunc, hoc est ęgra dignoscenda sunt, quoniam corpora aut quoad partes internas, aut quoad externas ęgra esse possunt, inprimis docet, ex quibus ægrotantia corpora ex externis partibus cognoscenda

©BIU Santé

cognoſcenda ſunt. Eſt ãt aduertẽdũ, ꝙ quæ ſecũdũ naturã inſunt, triplicia ſunt, quædã ſubſtãtialiter inhærẽtia nõnulla operationes & quędã caſus, vel accidẽtia; ex quibus ſuperius dixerat ſumenda eſſe ſigna corporũ ſalubrium, atq; inſalubriũ ſimpliciter: quę vero ſubſtãtialiter sũt inhærẽtia duplicia sũt, q̃dã. n. cõpoſitionẽ, q̃dã vero tẽperaturã cõſtituũt. Cũ itaq; dixiſſet Gal. corpora ægrotãtia ex eorũ, q̃ ſecũdũ naturã ſunt, ꝑmutatione dignoſci, meminit de attinẽtibus ad cõplexionẽ, & tẽperaturã, & caſus, vel accidẽtia; licet. n. per mollitiẽ, & duritiẽ ſiccitas ac humiditas intelligãtur, ſunt tamẽ accidẽtia ex eis cõſequentia. Non dixit aũt, ꝙ ex ꝑmutatione in opationibus cognoſcũtur, quãdoquidẽ ex quorũ ꝑmutatione ęgritudines partiũ iternarũ ꝓcipiũtur, ex eorũdẽ quoq; mutatione morbi externarũ dignoſci ꝑnt, non ãt ecõuerſo; Tacuit igitur de mutatione in opationibus, qm̃ de eis meminit, cũ d̃ itrinſecis verba facit: Hoc ãt loco de his ſolũ meminit, q̃ vt affectus externarũ idicãt, ita affectus internarũ minime oſtendere ꝑnt. Poſtea Gal. declarãs, ex quibus cognoſcẽda sũt, q̃ ex affectibus itrinſecorũ mẽbrorũ ęgrotãt ſcribit.

Quae autem uiſum effugiunt (vt ſumatim dicam) ex operationũ læſionibus aut his quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibuſdam, vel omnibus.

Non. n. membrum internum ex omnibus dictis quatuor generibus neceſſariò ægrotare cognoſcitur: atq; ob id hunc in modum ſcripſit Gale. Aduertẽdum autem eſt, quòd membra interna ex ſubſtantialiter inhærentibus ęgrotare dignoſci non poſſunt, propterea quòd ſubſtantialiter inhærentia aut ad temperiem, aut ad compoſitionem attinent: ad temperiem quidem quatuor primæ qualitates ſpectant, quæ ſenſu tactus comprehẽduntur: ad compoſitionem vero, magnitudo, formatio, numerus, & ſitus quę aut viſu aut tactu comprehendũtur. Sed quoniam membra interiora nec viſu; nec tactu à nobis ſentiri queunt (niſi dicat quis) quòd ſentiuntur mediantibus membris ſuprapoſitis, vt ſupra declarauit Gal. duobus exẽplis, quomodo vere ſentiri nõ dicuntur vt patet, ſed potius mẽbra ſuprapoſita ſentiũtur (& illud ẽt raro cõtigit, vti dictũ eſt:) ideo nõ dicit Gal ꝙ indicantur ex eorũ mutatione, q̃ ad ſubſtãtialiter inhærẽtia ꝑtinent: ſumetur igit ſigna ex neceſſario cõſequẽtibus, ſeu eorũ mutatione, q̃ sũt opationes mutatę, & accidẽtia commutata, quę omnia à Gal. ſymptomata dicuntur, quę trifariam diſtingui autumat; alia namq; ſunt corporis noſtri affectus, alia functionum noxæ, & alia ad vtraque conſequuntur, vt immodicæ excrementorum excretiones, & eorundem ſuppreſſiones, ſimiliter ſtrepitus, Cap. 8. 3. de ac. & mor. ca. 2. & 5.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 365 sur 753

©BIU Santé

qui in ipso animante excitantur,& reliquæ omnes sensibiles differentię:affectuum autem corporis ait Gal.quatuor sunt differētię, cum aliq ad visum,aliæ ad olfatum,nonnullæ ad gustum,& aliæ ad tactum pertineant:quę ad uisum spectant,colores sunt præter naturam occupantes aut totum corpus,vt in morbo regio,aut partem aliquam,vt quæ inflāmatione laborant;quę verò ad olfatū,præcipue in respiratione deprehenduntur,quæ est per guttur,& transpiratione,quę toto corpore efficitur;in his enim sępe fœtores deprehenduntur,item aurium fœtores, narium,axillarum,& partium putrescentium,& ructus fœtidi:at quæ ad gustum attinent,vt cum æger ipse degustat sudorem in os defluentem,& inficientem saliuæ saporem,quæ circa linguam continetur,aut cum sanguinem gustat,quę per os reijciunt,qui aliquando dulcis,nō nunquam amarus,& aliquando salsus sentitur:item materiam gustant quæ à capite defluit,vel vomitione expellitur:item medici quidam nō solum iubent sudores degustari,sed & aurium sordes,à quibus non minimam coniecturam desumunt:postremò quę ad tactum spectant,sunt vt si pellis sentiatur dura,aut intenta,aut laxa,aut rugosa,aliamvè consimilem prę se ferens differentiam.Hęc Gal.Verum dices,videtur,quòd Gal.hic non enumerauerit omnia,ex quibus inditia ęgritudinum partium internarum sumuntur;ex deprauato namque colore,qui in morbo regio fit,porri fellei obstructionem cognoscimus,item ex olfatu,vt satis paret:pariter ex gustu,vt sentiens oris amaritudinem bilem in ventre dijudicat;quę tamen ad quatuor à Gal.enumerata minime spectāt. Respondendum est,ꝙ imò hæc ad prędicta quatuor attinent,ꝙ enim in morbo regio per colorem porri fellei obstructionem cognoscamus, dico,ꝙ hoc ad ea attinet,quæ excernūtur:nā ille color nō fit nisi ex materia ad totum corpus expulsa,pariter ex olfatu iudicamus ex odore,ſ. eorum,quę excernuntur,aut respiratione,aut transpirarione,& tandē omnes fœtores,quos sentimus,non sunt nisi eorum,quæ excernuntur: itidē de gustu dicatur,quæ.n.gustu ducunt nos in internarum ægritudinum notitiam,sunt omnia,quæ excernuntur:Vnde oris amaritudo contingit ob vapores amaros ipsi ori à ventriculo ex bile in eo existente communicatos:sed Gal.breuitati studens,hæc omnia non ita distincte,sed compendiosè complexus est,cum hic liber omnium sit compendium,quę in alijs diffusè sunt pertractata.Sed oritur hic dubiū,qm̄ vi, ꝙ lęsio operationum non indicet membrum ęgrotare;siquidem Gal. ti: deficiente materia ab alio mēbro,præparata pro alterius mēbri operatione,cessat illius mēbri operatio nulla in eo existēte noxa,vt laborā tibus musculis intercostalibus perit exufflatio,quæ vocis materia existit,

6.de lo.af. 1.

ſtit; quare & vocem perire neceſſe eſt nulla noxa in vocis inſtrumentis exiſtente, item ex percuſſione in dorſo cuidam crura fuerunt reſoluta cruribus illæſis: plura adhuc dici poſſent, ſed hęc ſat dicta ſint. Reſpondendum eſt, ꝙ (vt Gal. ait) aliquando ex vno inditio ſimul & locus affectus, & diſpoſitio deprehenduntur, nam locorum notæ ab actione læſa ſumuntur, ab excremẽtis, à poſitu, doloris proprietate, atq; proprijs accidẽtibus; verum affectuum notæ ab excremẽtorũ ſpecie, natura loci, doloris proprietate, & proprijs accidẽtibus: proinde actio læſa (inquit ipſe) affectam partem indicat, & quidem hoc modo: ſi. n. alicui ſymptoma aliquod in cernendi actione adeſt, oculus eius neceſſario affectus eſt, verum an proprio affectu, an per conſenſum, aut vtroq; modo ſecũdo modo conſiderandum eſt. Patet itaq; hoc pacto quomodo læſio operationum faciat ad loci affecti cognitionem: Vnde opus eſt conſiderare, quæ actio læſa eſt, ꝙ ſi naturalis fuerit, tunc ſtatim dijudicandum eſt mẽbrum læſum eſſe per eſſentiam: ſi verò fuerit animalis operatio, hęc utique ceſſare poteſt, nullo in ipſo membro affectu exiſtente, vt idem confirmat Gal. quare alijs inditijs inquirendum eſt an membrum per conſenſum, an vero per eſſentiam afficiatur. Sed dubitaret quis, cum dolor ſit triſtis ſenſatio, vt ex Gal. colligitur, is utique videtur comprehendi ſub actione læſa, non ergò genus diſtinctum eſt. Conciliator ſuſtinet, ꝙ dolor ſit vna qualitas à quatuor diſtincta qualitatibus, de tertia qualitatis ſpecie, vtpote paſſio, paſſibilisvè qualitas. Verũ aduerſatur Ariſto. qui enumerans obiecta ſenſus tactus quatuor nempè qualitates, & graue & leue, nõ meminit de dolore, neq; de delitijs. Alij dicũt, ꝙ eſt appetitus fugiendi, vel expellendi rem nociuam, vt lætitia proſequendi: contrà, ſenſatio rei triſtis pręcedit appetitũ fugiendi, expellẽdi vè nocuum. Alii ſentiunt, ꝙ eſt triſtis ſenſatio ſenſus interioris, authoritate Auer. vbi vult, ꝙ in parte animalis anuloſi deciſa non ſolum ſenſus exterior exiſtat, ſed & interior, quippe qui ponat vim percipientem obiectũ cõueniens atq; diſconueniens. Verum hæc vis interior non dolorem ſolum, ſed & alia ſenſibilia pcipere dẽt, atq; de ijs dijudicare, ꝙ ſint vel cõuenientia, diſconuenientia vè, hmõi aũt iuditium triſtis ſenſatio præcedit. Alia eſt opinio, quę cõmunior videtur, ꝙ ſit triſtis ſenſatio ſenſus exterioris; atq; hęc Gal. cenſetur, dicentis: Tactus autem in ſua functione pręter reliquas ſenſiones proprium, & inſigne ſymptom a obtinet, nẽpè dolorem: & ex hoc colligitur rñſio ad dubium, ꝙ dolor licet actio læſa ſit, nõ tñ eo mõ, quo ibi à Galeno læſa actio diſtinguit, qm̃ non ablata, nõ diminuta, neq; corrupta, ꝙ non apprehẽdat obiectum, ut debet, & eſt: ſed eſt vnus modus ſpecialis læſionis ab alijs tribus diſtinctus, &

i. de lo. affe. 5.

1. de lo. affect. vltimo.

3. de acci. & mor. 3. Differ. 77.

2. de ani.

2. de ani. 20.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 367 sur 753

©BIU Santé

ob id Gal. dolorem poſuit eſſe genus diſtinctum ab ipſarum operationū læſione: in dolore quidē ſenſus corruptè læditur, ſed nō dicitur corruptè lędi, qm̄ nō apprehēdat obiectū, ſicut eſt; ſed corruptè lædi dicitur, quoniam talis ſenſatio fit ab obiecto triſti membrum corrumpente, & præter naturam agente.

De ſignis cerebri patientis. Cap. 72.

PARTICVLATIM *autem, quæ quidem ſunt in cerebro, ægrę diſpoſitiones, aut dementiæ ſpeciebus.*

DECLARATIS in genere ex quibus ſumenda inditia partium internarū ęgritudinū præſenti capite aggreditur particulariter declarate, ex quibus cognoſcendæ ſunt ægritudines earundem partium, quarum docuit per ſigna cognoſcere naturales diſpoſitiones exceptis teſtibus; & a cerebro incipiēs, vt & ſuperius, declaranſque cerebri affectiones cognoſci ex ſex inditiis ſecūdum genus, primū ponit ſumi ex ſpeciebus dementiæ: Eſt autem aduertēdum, quòd actiones, ex Galeni placitis, quarū cerebrum principium eſt, in triplici ſunt differentia, actiones inquàm, quæ animales dicuntur, quædā. n. ſunt ſenſibiles, quę quinque ſenſibus efficiuntur; quædā motrices, quę ſecundum voluntatē & electionē fiunt, quædā vero principes; quæ rurſus in tres diuidūtur, imaginationē, cogitationē, atq; memoriā: quæ ſanè omnes actiones ex cerebri affectibus lædi poſſunt. Quare ex læſionibus omniū dictarū actionū cerebri affectiones cognoſcere poſſumus, vt ex eiſdē actionibus naturaliter ſe habētibus naturalē eiuſdē cerebri diſpoſitionē cognoſcimus, vt ſuperius ſatis declaratū fuit. Aduertēdum quin etiam eſt, ꝙ vnaquæque harum actionum tripliciter lędi poteſt, ablate inquàm, diminute, atq; corrupte, vt in imaginatione noxa eſt nōnunquam veluti paralyſis, hoc eſt reſolutio quædam, quę ſopor dicitur, de quo Gal. ait; ꝙ ſi tota anterior cerebri pars aliquando afficitur, fit affectus, qui ſopor vocatur, quo homo neque ſenſus, neque motionis munere fungitur, ſpirādi tamē facultas haudquaquam læditur: ſubdit Gale. nonnunquā noxa in imaginatione eſt, veluti errans aliquis, & deprauatus motus, qui deliriū vocatur, vt accidit Theophilo medico qui male imaginabatur ī angulo cubiculi tibicines eſſe ſic, noctuq́; canētes nō nunq̄ veluti deficiens ꝙſpiā motus, & infirmus, vt in veterno cōtingit: ſubdit Gal. Atque in cogitandi functione, demētia quaſi reſolutio quædam eſt, ſeu fatuitas veluti imperfectus eſt ac deficiens motus; delirium vero vocatur motus, veluti abberrās, & deprauatus: accidit autem plerumque

Cap. 10.

4. de Io. af. cap. 2.

3. de ac. & mor. 3.

3. de ac. & mor. 3.

cumque ut ambas actiones delirium obturbet, vt nequè bene procedat imaginatio, neq; debita fiat ratiocinatio, interdum vna duntaxat lædit: ut Theophilo medico euenisse dictū est, &(vt idē Gal. testatur) illi phrenitico, qui obseruatis intus ianuis, ptulit per fenestras singula vasa interrogās prætereūtes, an ea proijcere iuberēt, quæ tñ vasa singula suis nominibus nūcupabat: ex declaratis cōstat quomodo ęgrę dispositiones cerebri agnoscūtur ex demētię speciebus, quę cōprehēdūt oēs cogitatiuæ læsiones, intelligēdo p demētiā etiā stultitiā, seu fatuitatē, & deliriū, quæ ex cogitatiuæ læsione cōtingūt, nec nō vt deliriū cōprehendat cōtingēs defectu imaginatiuæ, vel ex vtriusq; ēt defectu, & q (vt asserūt expositores) pariter ex dementiæ speciebus, atque delirii cognoscimus quæ cerebri pars sit affecta, an anterior, an media, an verò utraque, sed de hoc superius dictum est. Secundum modum ponit Gal. scribēs.

Avt sensuum lesionibus.

Sępe .n. contingit, q affecto cerebro sensus exteriores lędantur, & res clara est: quare ex earum læsionibus cerebri læsiones significari possunt. Tertium modum subdit deinde scribens.

Avt imaginationum.

Suple læsionibus, quæ (expositores dicūt) indicāt affectus partis anterioris cerebri: quæ sanè lęsiones licet pro parte cōprehēdantur in primo modo in speciebus, s. demētiæ, quia tamē nō omnes cōprehēdūtur, ideo de eis Galenus meminit, quòd non omnes comprehendantur, patet ex dictis. Quartum modum deinde ponit scribens. 9. de usu. par. cap. 1. & 8. de us. part 6.

Avt actuum, qui secundum electionem fiunt.

Hoc est ex lęsione motus volūtarij: clarū .n. est, q lęso cerebro sępe lędit motus, vt in epilepsia, apoplexia, & aliis multis, de quibus supra. Est āt aduertēdū, q hi omnes quatuor modi cōprehēdūtur sub læsione operationū in gne, atq; ita ad eorū primū quatuor reducunt, quibus Gal. asserit supius ęgritudines iteriorū mēbrorū dignosci. Quītū deide subdit dicēs

Avt ex his, quæ excernuntur per palatum, vel nares, vel aures.

Supius ca. decimotertio declarauimus ex Gal. quomodo cerebri excremēta p palatū, & nares expurgent; qđqđē nūc repetere minime opusē, satis nāque clarū est, vt ibi ostēdimus, q affecto cerebro nō solū p palatū repurgātur, vt cū cerebrū est inculpate sanū, verū & p nares, ac aures, & ex cōsequēti ex his, quæ excernunt eius affectiones diiudicamus. Aduertēdū āt est, q ex Gal. placitis excremēta pter naturā p tres dīas dividuntur, vel .n. tota substātia, vel qualitate, quātitate vel à nāli habitu recedūt 3. de acci. & mor. 6.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 369 sur 753

©BIU Santé

atque hęc morbos ipſos vel ſtatim, vel medijs ſymptomatibus quibuſdam occurrentibus conſequuntur. item ait idem, quòd ſedes affectæ
3. de lo. af. 3. prope finem. quinque modis deprehenduntur: primo quidem modo ex excrementis, ſecundo ex adnatis partibus affectis, tertio ex actione læſa, quarto ex colore, ac quinto ex ipſa figura: ſed deinde excrementa trifariam diuidũtur, aliquando enim affectarum ſedium partes, ipſarum videlicet ſubſtantia, vel ſoluta, vel detrita excernuntur, interdum ea, quę in ipſis continentur, nonnunquàm aliquod, quod morboſas diſpoſitiones conſequitur, idq; vel ſolas, vel ſemper, vel magna ex parte, vtpote pus in phrenitide, aut phtiſi; exempla autem duorum priorum clara ſunt. Sextum modum deinde addens ſubdit in contextu, ſcribens.

AVT horum, qui ei dolores eueniunt differentijs.

De quibus doloribus agit Gal. dicens, quòd nonnulli veluti malleo
3. de lo. af. cap. 9. ſe percuti arbitrantur, alij caput frangi, diſtendique ſentiunt, non paucis ad oculorum quoque radices dolor extenditur: & paucis interpoſitis addit Galenus: Ceterum inter capitis dolores nonnihil diſcriminis inuenitur: nam ſunt nonnulli, quibus caput aptiſſimum eſt, vt impleatur, ac vniuerſi quoque corporis habitus ad ipſum replendum idoneus admodum; alij inſuper omnes huiuſmodi partes aptas habent, vt afficiantur, quibus vbi vitioſo victu vtuntur, accidit, vt cephalea arripiantur, quominus mirandum eſt, ſi horum alijs membranę cerebrum continentes dolore afficiantur, alijs pericranium, hoc eſt exterior caluariæ membrana, diſcrimen autem ab oculorum radicibus ſumitur, conſideranda nunquid veniat ad eas malum, necne, ſiquidem conſentaneum eſt, vt quibus intra calnariam his ad oculorum vſque fundamenta dolor extẽdatur, eo q; & à cerebro & ab vtraque membrana, atque à vaſis, quæ in ipſis continentur, veluti germina quædam deducuntur: Et quibuſdam interpoſitis ſubdit: Porrò ea corpora ſuapte natura idonea ſunt, vt ipſis caput impleatur, in quibus vaporoſus, calidusque ſpiritus generatur, aut quibus bilioſa excrementa in ore ventriculi cumulantur: At qui ſpiritus dolores inducunt tenſiuos, qui idcirco ſic uocantur, quòd extenſionis ſenſum inducunt, bilioſa excrementa dolore mordaci afficiunt, dolores à plenitudine procedentes grauitatis ſenſum afferunt, quibus ſi rubor accedat, atque calor calidos, ſed ſine his non calidos humores ſignificat: ſunt quibus caput aſſidue dolet, vbi vel liberalius vinum ingeſſerunt, vel meracius, idque magis ſi ſuapte natura calidum fuerit, præterea calidi odores omnes, vt ſtyracis, aut cypheos, atque in totum odorata omnia capitis dolorem

lorem pariunt, adeo vt nonnulli ne thuris quidem odorem ferre poſſint: neque verò abſurdum eſt, vt quoſdam ob ſenſus exuberantiam dolor infeſtet, quemadmodum in ore ſtomaci accidit, quod in quibuſdam tam exacte ſentit, vt neque acre acetum, neque ſinapi, neque aliud huiuſmodi ferat: alij verò contra ipſum pene inſenſibile habent, vt uomētes ea, quorum nos odorem ſuſtinere non poſſumus, nihil ferè ſentiāt: nihil igitur prohibet, quominus in hominum cerebro ſimiles notentur differentiæ, vt eoſdem odores aliqui impune ſuſtineant, perinde ac ſi ab ipſis diſtarent, alij eos ſine moleſtia ferre non valeant. Gal. etiam de dolore capitis agens ait: Qui docet capitis præſidia citra diſtinctionem, plus noxę attulerunt, quam commodi ſibi fidem adhibentibus, quoniam non omnes ob eandem corporis diſpoſitionem dolore infeſtantur, ſed plures hæ ſunt diſpoſitiones, & ſingularum propria eſt curatio: vna quidem eſt diſpoſitio ex ſimplici intemperie citra humores genita, altera ex humorum qualitate, tertia ex ſola humorum copia, ſi cut alia ex obſtructione tranſitus humorum atque vaporum, & alia ex imbecillitate, cum quibuſdam capitis partibus ſpiritus flatulentus innatus fuerit, & alia cum ex cauſa primaria, hoc eſt procathartica, ut æſtu ſolis, aut frigore, aut ebrietate, aut ictu: Deinde ſubdit Gal. Vehementiſſimi capitis dolores ex caliditate, ac frigiditate naſcuntur, præſertim cum inæquales extiterint, mediocres, qui ex ſiccitate proueniunt, humiditatibus verò nullus dolor committitur; pariter ſi propter humores redundantes vel in omnibus capitis partibus, vel in vnaquaque, vel duabus dolor accidit, vehemens ſane ex frigiditate, & caliditate fit, mediocris ex his, qui exiccant, citra caliditatem, frigiditatemvè conſpiciuntur, humores humectantes (quod attinet ad qualitatem) nullum efficiunt dolorem, ſed ob copiam faciunt morbos inſtrumentarios, nullum autem ſimilarem in homiomerijs, in quibus ſolis diſpoſitiones ex ſimplici intemperie gignuntur, quæ vero ex copia humorum fiunt ſine obſtructione, caput aggrauant; atquæ cum obſtructione, moderate dolent, ſi etiam moderatę fuerint diſpoſitiones, ſi uero ualidæ dolor validus erit, quòd ſi etiam copia humoris qualitatem mordacē habebit, ob id quoque dolor angebitur, aliæ item differentiæ ſumuntur ex natura partium affectarum, propterea quia affectus extra caluariam nonnunquam habetur, aliquando intra, & quandoque omnium corporum exteriorum, interiorumvè eſt, & aliquando non omnium, ſed vnius generis, vt arterioſi, aut venoſi, aut neruoſi, membranoſi vè, aut cutis, aut cerebri ipſius: uerum difficile eſt cognoſcere an totus affectus ſit unus, vel plures, aut qui nam hi exiſtant,

2. de compo. med. ſecundem loca.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 371 sur 753

©BIU Santé

ſtant, imò nec diſpoſitionem promptum eſt inuenire, ſed indiget exercitato: proprietates nõnullæ prorſus indicibiles, aliæ vix dicibiles oboriuntur egris corporibus notæ ſolis his, qui frequenter eas inſpexerũt: inſuper quoad cephaleam ſpectat, dolores, qui cum grauitate inuadunt, plenitudinem indicant, qui cum roſione, aut humorum aut vaporum acrimoniam, qui cum pulſum, inflãmationem, qui cum tenſione, ſi citra grauitatem, & pulſu copiam crudi ſpiritus, & flatuloſi oſtendunt, ſi verò cum pulſũ, inflammationem corporis membranoſi, quòd ſi cum grauitate generetur diſtentio, copiam intra membranas contineri ſignificat: Dolores per ſumma accedẽtes, membranę quæ os ambit, affectum innuit, in altum affligentes, membranarum cerebri: quibus diſpoſitio eſt intra caluariã, dolores ad oculorum radices veniũt, eoq; oculorum tunicæ a membranis ipſius cerebri ortum habent, ſi verò humor putris euaſerit calidior cum febre, capite dolent: atque etiã febricitant, qui dolent capite, propter inflammationem. Proinde clare apparet, quòd ſex iſti modi ad tres eorum reducuntur, de quibus meminerat Gal. cum dixit, quòd ægritudines interiorum quatuor cognoſcũtur, etenim quatuor priores ad leſiones actionum reducuntur, quintus uero ad ea, quæ excernuntur, ſicut ſextus ad ipſos dolores: De quarto autem non meminit, quoniam tumores cerebri nullo modo nobis apparent neque immediate, neque ex ſuprapoſitis.

Signa cordis patientis Cap. 73.

DOCENS Gal. cordis ægritudines dignoſcere, de quorũ quarto de locis affectis declarat, q̃ ſigna octo ſunt, quibus cordis affectiones cognoſcimus, primum ponit ſcribens.

QVAE verò in corde ſunt ex difficilis anhelitus ſpeciebus.

Nb. de diſpnœa.

De quibus Gal. alibi multa declarat, quæ nimis, preſenti loco longum recenſere foret: ſat tamen ſit ea recenſere, quæ Gal. nonunquã ſcripſit, dum ait: Cor ſupercalefactum ſpirationẽ facit magnã, & denſam, atq; celerem, ac calidum inſuper ſpiritum reflat, contra refrigeratũ exiguã reddit ſpirationem, & raram. Aduertendum autẽ eſt, q̃ difficilis ſpiratio non ſolum fit affecto corde, ſed & affectis partibus ad thoracẽ attinentibus, vt ſi muſculi thoracis afficiantur, item affecto diaphragma-

5. de loc. af. primo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 372 sur 753

te, pariter affecta membrana costas succingente, vt in pleuritide fieri solet, item affecto neruo, vel spinali medulla, qua parte nerui venientes ad ipsius thoracis musculos oriuntur, item affecto pulmone, nec nõ cerebro, vt in epilepsia: Aduertendum quinetiã est, quòd sicut pulsus tres sunt causæ, virtus scilicet, vsus, & instrumenta, ita & anhelitus, virtus quidem quæ demissa est à cerebro, vt ex Galen. aliàs declaratum est, vsus vel vtilitas, quę maxime principalis est innatæ caliditatis custodia, & spiritus animalis nutritio, & tertia sunt instrumenta, de quibus supra dictum est: & sicut pulsus ex singularum trium dictarum causarum diuariatione variari potest, ita & anhelitus: Item aduertendum est, quòd anhelitus ex duobus motibus constat, atque duabus quietibus, vt pulsus, ideo in respiratione omnes illę differentię, vt in pulsu reperiuntur, quę tum ex motibus, tum ex quietibus desumuntur, de quibus nimis longum esset recensere. Proinde cum permulta spirandi sint instrumenta (vt inquit Gal.) ac numerosa quoque partium multitudo, quibus ipsa consentire consueuerunt, non abre multa discretione indiget is, qui & primario affectas, & consentientes sedes inuenire conatur: igitur ex spirandi sola specie illicò non nihil & de affecta sede, & de ipsa dispositione coijcere licet; quippe si videatur laborans inter spirandum totum mouere thoracem, vt in parte quidem anteriore ad iugulum, in vtroque latere ad ceruicem, in parte verò posteriori ad scapulas vsque motus ipsius ascendat, tres ex huiusmodi spiratione dispositiones significantur, vna quidem est flammea in pulmone, atque corde caliditas, altera autem in aliquo instrumentorum specialium angustia, & tertia debilitas facultatis thoracis musculos mouentibus: quo quidem casu perpendere opus est inprimis arteriæ pulsationem, quę caloris copiam indicat, atque his in lib. de præsagijs ex pulsu scriptum est, deinde expirationem ipsam, an multa, tota ne simul, an exufflando fiat, postremo thoracem in pectore tangas oportet, quem si ardentem inueneris, iam omnes copiosi caloris notas tenere non dubita: quibus ex abundantia accedit facies, & oculorum rubor, capitis ardor, sitis vehemens, lingua arida, & scabrosa dicente infirmo ardere sese: vbi vero incendij ignis modum seruantibus thorax vehementer dilatatur, angustiam in spiritalibus instrumentis esse portendit. Itaque considerare oportet, an guttur sit affectum, an pulmo, an thorax humoribus repleatur, an tubercula in ipsis nata sint, in quo quidẽ genere abscessus numerantur: & quibusdã interpositis docet Gal. cognoscere, qñ id ex virtutis imbecillitate cõtigit dicẽs. Cũ itaq; hoiem spirãdi opus oibus thoracis partibus pficere videris, non fuerit tamen

5. de lo. af. 2. & 4. eius dem 5. & 8. & lib. de disp.

4. de lo. af. 5.

©BIU Santé

tamen frequens ſpiratio, quantum thorax dilatet, perpende: inſuper & narium pinas, etenim ipſæ quoque & dilatantur, & contrahuntur; dilatatur autem thorax quidem, verum non ſimiliter, vt in ardentibus febribus, cum adhuc valent vires, nã in his magna ex parte totus thorax dilatari conſueuit, neque etiam vt in illis, quibus id euenit ob ſpiritalium inſtrumentorum anguſtiam, vt in angina, & diſpnea facta à fluxione affatim deſcendente, neque quibus ab vtraque cauſa prouenit; ut peripneumonia, quippe hoc morbo affecti & maxima & frequẽtiſſima ſpiratione vtuntur; virtutis autem imbecillitas interdum vitio cerebri ſolet accidere, interdum vitio ſpinalis medullæ, à qua nerui oriuntur, interdum vitio inſtrumentorum, vt narrat Galen. de Athleta nomine Secundo, qui ſepti tranſuerſi imbecillitatem ſentiebat, vt ſine muſculis intercoſtalibus thoracem mouere non poſſet, qui tamen ſufficienter ſpirabat ſola ſepti motione interdum circundãs Zonam partibus præcordiorum: alter etiam, quem equus in regione præcordiorũ calcitrauerat atrociter, oborta in ſepto inflãmatione licet fuerit à mortis periculo liberatus, non tamen potuit a ſepti imbecillitate liberari: quare ſpirabat, vt Athleta Secundus. Secundum deinde ponit Gal. exẽplum, quo cordis affectus cognoſcuntur, ſcribens.

1. de lo. af. 5.

Et tremulis motibus, qui ipſi contingunt.

De quibus agit Paul. Ægin. vbi ait, Adhęc vero cordis quoque validi ſubinde tremores oboriuntur præ multitudine, aut feruore ſanguinis, qui in eo continetur. Aui. autem inquit plures eſſe poſſe tremoris cauſas, nõ autem ſanguinem duntaxat: fit namque nonnunquam à malitia purę complexionis, quandoque ab apoſtemate, nonnunquam à ſanguinis reſolutione & interdum à cauſa extranea, & quãdoque à morſu animalium venenoſorum, & aliquando à ſerpentibus, qui in ventre fiunt, ſicut & quandoque a ſenſu vehementi. Verum ipſe Aui. indifferenter omnes cauſas recenſet, quas ipſe euenire poſſe imaginatus eſt: Paulus autem conſiderauit quod communiter fit, loquendo de cauſa humorali. At Gal. ait, ꝙ contingit etiam non ſolum a mala temperie, & ſanguinis feruore, ſed & cum ipſum cor mouetur in humore: Vnde teſtatur ipſe cumulari poſſe in cordis capſula tantam aquæ copiam, quæ ipſum attolli prohibeat, vt in quadam ſimia, quam diſecuit: Verũ aſſerit idem, ꝙ huiuſmodi tremor aſſuetus euenire abſque alio manifeſto accidente pluribus integre ſanis tum iunioribus, tum adultis ſanguinis miſſione fuit leuatus, atque hac ratione multi ſunt liberati uictu vtentes & medicamentis extenuãtibus, moriuntur attamẽ ante ſenectu-

lib. 3. 3

11. 3. trac. 2. cap. 1.

5. de lo. af. primo.

©BIU Santé

nectutem intra ſcilicet 40. 50. vè annum. Tertium deinde ſubdit Galenus ſcribens.

Ex pulſibus quoque eius, & arteriarum.

Pro parte dictum eſt, quod pulſus cordis affectus indicant, ſicut & ſpiratio; longum autem eſſet de differentiis agere, & pulſus ſpeciebus, & quomodo diuerſæ eius differentię diuerſos affectus indicent, de quibus in lib. de pulſibus, & præſertim de præſagatione ex pulſibus agit Gal Quartum deinde ponit Galen. hunc in modum adiungens.

Et ab excandeſcentis iræ celeritate, aut tarditate.

Celeritas namque iræ prętet naturam caliditatem indicat, tarditas autē frigiditatē, & de hoc dictum eſt vbi de ſignis cordis actū fuit, iraſcibilis. n. uis in corde ſita eſt, vt Gal. teſtatur: at ira eſt quidā caloris feruor, qui circa cor eſt, idque ob immodicum motum, atque hic interdū per totum corpus diſperſus febrim accendit: quare conſtat ꝙ qui celeriter iraſcuntur prætet conſuetudinem, cordis caliditatem prętet conſuetudinem obtinent, & qui prętet cōſuetudinem tardius iraſcuntur, cordis frigiditatem prętet conſuetudinem habent. Quintum mox ſubdit Gal. ſcribens. 3. de lo af. 4. & 5. eiuſdem: 3. & li. de dog. Hippoc. & Plat. & 2. de acci. & mor. 2.

A febribus.

Febris nanque calor eſt extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo mediante ſpiritu & ſanguine per venas & arterias ad omnes corporis partes, ut ſcripſit Aui. & Gale. cùm ait: ꝙ caliditas ad totum corpus extendi non poteſt, niſi prius cor alteretur, quæ ſanè caliditas per totum extenſa febris dicitur. Vbi igitur febris erit, cor vtique pati dicemus. Sextum deinceps Gal. ponit his verbis. 1. 4. Cano lib. de ſec. uenæ, & 2. de acci. & mor. 2.

Et refrigerationibus.

Teſte namque Galeno frigiditas ad totum corpus extendi non poteſt, niſi prius cor infrigidetur: ideo ex frigiditate totius cordis frigiditas arguitur: vel etiam ex frigiditate extremorum cordis affectum, & virtutis imbecillitatem dijudicamus. Mox ſeptimum ſubdit. lib d. uenæ ſec

Et in colore differentijs.

Cor ſiquidem frigidum ſpirituum tranſmiſſionem ad partes exteriores prohibet, eoſque reddit obſcuriores, cuius oppoſitum in corde calefacto contingit: quare in hoc color rubeus erit cum ſplēdore, niſi nimia caliditate ſanguis, & ſpiritus aſſentur, quoniam color potius fuſcus erit: in illo vero erit color quidam plumbeus, ſed ex colore non tantum cordis affectus diiudicamus, ſed & hepatis, & ſplenis, vt Gal. pluries teſtatur, & c. ſequēti dicetur. Poſtremū deinde ponit Gal. dicēs. 5. de lo. af. 7.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 375 sur 753

©BIU Santé

Ac eis qui eueniunt ipſis doloribus.

5.de lo.af. cap.1. Validos dolores cor diu ferre non poteſt, quoniam dolor fit aut à mala temperie, aut à ſolutione continui: ſed (vt ait Galen.) cor neq; ſolutam continuitatem, neque malam validam tẽperiẽ perferre poteſt.

Signa hepatis patientis. Cap 74.

Docens Gale. ſigna oſtendentia di poſitiones hepatis præter naturã quę ex octo deſumuntur, primum ponit ſcribens,

Qvae autem in hepate ex defectu humorum, atque abundantia, & ad id, quod præter naturam, euerſione.



li.de plen. & 4. & 13. meth.me. VCTIS namque humoribus in quantitate indicatur hepar factum humidius opportuno; quod quidem intelligendum eſt ſeruata victus ratione conſueta, humoribus autem diminutis ſeruata eadem victus ratione indicamur hepar factum eſſe ſiccius, quàm oporter. Defectum autem, vel abundantiam humorum intelligimus æque omnium; cum vero ſubdit, quòd etiam indicatur ex euerſione ad id, quod præter naturam ipſorum humorum eſt, intelligit, cum vel flaua bilis, vel nigra, vel pituita, vel etiam ſeroſi humores plus equo abundarint; quę ſanè euerſiones varias hepatis diſpoſitiones ſignificit, ſi.n. colera abũdauerit, caliditatẽ ſignificat præter naturã, ſi vero pituita frigiditatẽ, atq; ita de ſingulis, abundãtiã vero humorũ indicat venarũ plenitudo, atq; diſtẽtio, defectum vero earũdem venarum anguſtia atque varietas: proinde euerſio ad id, quod eſt præter naturam cognoſcitur ex excrementis, atq; potiſſimum vrina, vomitu, atque deiectionibus, & inſuper ex colore totius corporis. Vnde ſecundum ſubdit Galenus ſcribens.

Et colore malo.

1.aphor.2. 4. de tuẽd. ual.a prin. Gal. namque teſtatur q; color effloreſcit ſimilis humoribus, ſi non regurgitauerint, atque humore prouenit non ex ſolidis animalis partibus, cum ſe ſucci in altum non receperunt; quod quidem ex eius ſententia contingit, aut propter rigores, aut propter frigus, aut animi dẽfectus, vtpote timorem, ingentem triſtitiam, vel incipientem verecundiam: inſuper & quomodo diuerſi colores varios indicent humores, declarat Gal. ſcribens; quòd corpus albius ſolito indicat, quòd pituita abun-

©BIU Santé

abundat, palidius, aut flauius, bilioſus humor, rubicundius, ſanguis, & nigrius, nigra bilis; color verò veluti plũbi, itẽ mixtus ex albo, & liuido, nec nõ liuidus omnes crudos humores dñari p̃ſeferunt, qui de genere ſunt pituitæ, minus tamen habent humiditatis, q̃ ea, quę cõiter pituita dicitur. Raſis autẽ addit; q̃ ſi colori aut rubro, aut iſtiuſmodi iũgatur claritas, & velut q̃dã ſubtilitas, indicat humorũ claritatẽ, atq; ſubtilitatẽ, turbulentia verò, & veluti craſſities coloris humorem turbidum deſignat, atq; craſſum, ſicut plumbeus color ex albo, & viridi cõpoſitus colerę nigræ, & phlegmatis dñium: atq; ita quodãmodo exponit, quod Gal. dixerat, nempè q̃ hic minus habet humiditatis: Aui. autẽ ait, q̃ viriditas ſanguinẽ congelatum conſequitur, qui ad nigredinẽ vergit, is etenim phlegmati commixtus viridis factus eſt, cum autẽ humores in hepate generentur, ergò colores hmõi hepatis diſpoſitiones ſignificant. Verũ huic addenda eſt Gal. ſententia, dicentis, quòd non ſemper colores p̃ter naturam fiunt rõne hepatis diſpoſitionum; etenim ſæpe hepate non affecto per morbi dijudicationem palida bilis ad cutim effunditur: item aliqn citra iudicationem morbi ab aliqua externa occaſione ſanguis corruptus bilioſus efficitur, qualis ſolet fieri a feris mordentibus, narrabantq; Gal. hiſtoriam de quodã ſeruo a vipera demorſo, cui corpus in colore ſimile porrò factum eſt: & paucis interpoſitis ſubdebat, quòd etiã fieri põt, vt hepatis ſecundum naturã temperie mutata humores huiuſmodi vitio efficiantur, & quidem citra obſtructionem, aut inflãmationem, aut ſcirrum: quinetiã manifeſte quandoq; videmus vniuerſum corpus herbis candenti palore infectis ſimilari, interdum plumbeum, aut fuſciorem quoq; referre colorem, interdum etiã alias quaſdã ineffabiles colorum proprietates, quæ in hepate ſuo munere nõ recte fungẽte accidere ſolent: ſic ob ſplenis quoq; vitia hmõi colores eueniunt, ſed multo nigriores, q̃ ab hepate, quos vt clare enarrare difficillimum eſt, ita cognoſcere facillimum his p̃ſertim, qui illos ſæpe viderunt: & narrat Gal. hiſtoriam de Stephano, quem cum medici alij iudicaſſent habere in hepate abſceſſum, ipſe poſtremò accedens ſolo colore dijudicauit hepar affectum non eſſe, inuenitq́ue abſceſſum in profundis muſculis contracto iam pure in medio eorũ muſculorum ſpatio, qui per tranſuerſum incedunt, atq; illorum, qui oblique ab infernis ſurſum tenduũt, qui medij inter eos ſunt, qui trãſuerſi peritoneo incũbũt, & eos, qui ſub externa cute obliqui deorſum feruntur. Tertium deinde ponit Gal. in contextu, ſubdens.

2. ad Al manſ.

2. primi doct. 3. ſum. prima, cap. 2.

5. de lo. aff. 7.

Ac præterea ex permutatione naturæ in his, quæ ad alimenti deductionem.

Quandoquidem

©BIU Santé

3. de pot. nat.13. Quandoquidem venter,& hepar ſibi cibos aſſimilant,& pro ſe,non autem pro alijs agunt,quę cum,quod ſatis eſt, ſibi appoſuerunt, quoniam reliquum loco oneris habent, id expellunt, & ad reliqua mẽbra præſertim ipſum hepar, tranſmittunt: Quæ quidem diſtributio ob alĩquem hepatis affectum prohiberi poteſt, atq; ipſius ventris: ob id hoc hepatis affectum indicare poteſt. Proinde de deductione per corpus Gal. teſtatur, ꝙ huic actioni tria ſymptomatum genera accidere ſolent, nam hęc actio vel imminuta, vel deprauata eſt, vel omnino intermiſſa: pariter & cauſarum, quemadmodum ſupra diximus, triplex eſt diſtinctio, nempè aut trahentium partium intemperies, aut inſtrumentorũ morbi, aut digerendi alimenti prauitas, per intemperies facultas redditur imbecilla, inſtrumentorum vero morbi meatus adſtringunt, prauitas autem dicetur, ſi vel craſſior, vel viſcoſior eſt cibus: Verum quibus notis hæc dignoſcantur oſtendere in preſentia fortaſſe fuerit intẽpeſtiuum. Quare cum affectus hepatis cauſa ſit, vt humores craſſi generentur, eſt quoque cauſa, vt deductio per corpus debilitetur; eſt .n. Gal. ſententia ꝙ calidæ hepatis intemperaturæ humores aſſant, atque adurunt, frigidę vero contentos in hepate humores craſſos, atque ad fluxum, & motum contumaces reddunt, ſicca vero hepatis intemperies ſicciores, & craſſiores, humida poſtremò tenuiores, & aquoſiores reddit humores: ſatis itaque patet, ꝙ tũ quia ſępe eos ad motum impros efficit, tum quia eoſdem pro corporis nutrimento haud cõgruos reddit, deductio prohibetur, ꝙ ſi contingat expultricem facultatem fieri imbecillam, pariter deductio prohibebitur, nam (vt ex Gal. dictũ eſt) cum expulſiua magis indigeat caliditate, quàm ſiccitate, ideo ſiccitas moderata eſſe debet, ꝙ ſi naturalis caliditas amittatur, expulſiua debilis efficitur, ſi etiam ſuperfluam humiditatem contraxerit, imbecilla redditur, quoniam humiditas ad nutricationem mirifice facit, cæteris vero functionibus omnibus aduerſatur ea excepta, qua corpus augmentum recipit. Eſt autem aduertendum, ꝙ in tranſlatione Laurentiani, & codice græco eſt vnum, quod deficit in litera Leoniceni, dicit.n. [Et nutricationem] vult dicere, ꝙ ex permutatione quoque naturæ in his, quę attinent ad nutritionem, cognoſcũtur &c. de qua quidem nutritione Gale. ait; Porrò nutricatio aberrata ſcopo, ſi vel omnino nihil agit, vel à perfecta actione deficit, vel deprauate operatur, idque ob altricem facultatem, quæ ſub alterabilis genere continetur, vel ob materiæ tum defectu, tum prauitate: defectus quidem cibi eſt in eo affectu, quomodo corpus aſſumpto cibo non paſcitur (græci atrophiam vocant) ſiue exiguus cibus, ſiue omnino nullus ingeratur: patet autem,

6. de ac. & mor. 1.

5. de loc. af. 7.

6. de ac. & mor. 3.

6. de ac. & mor. 1.

quòd

©BIU Santé

q; hepar causa esse potest, vt debita non fiat oppositio, vt in atrophia, & in asepte quoque: item vnionem prohibet, vt in hyposarca; ac denique assimilationem vetare potest, vt in morph ea, quę quidem humoris vitio efficitur. Quartum deinde ponit Galenus scribens.

AVT superfluitatum attinent excretionem.

Mutatio enim contingens in excrementis, quę per aluum, & vrinã enactuantur, persepe hepatis affectus preseferunt, siquidem testatur Galen. hunc in modum; Igitur cum alui sedimina aquæ, in qua nuper mactata caro abluta est similia esse videritis, efficacissimum inde affecti hepatis signum elicere nequaquam dubitetis: ac nominãtur hepatica ea precipue, quę ob imbecillitatem ipsius deijciuntur, quippe ad iecoris essentiam huiusmodi affectus pertineat: quòd etiam vrina ostendat hepatis affectus satis patet, cum dicat Gal. quòd vrina ostendit quales sint humores in uasis contẽti, qui in hepate generantur; significat autẽ deiectio similis aquę in qua nuper mactata caro abluta est virtutis concoctricis hepatis debilitatem ob malam intemperiem frigidam, & ob id ab initio non solum sine deiectione appetitus est, sed & sine febre: tractu verò temporis corrupto in hepate sanguine aquoso, & deiectio fit appetitus, & febris inualescit, ac excrementa tunc & cruenta, & corrupta, & graue olentia deiiciuntur, quæ à Galen. hepatica excrementa nominantur: aliquando vero fluxio intermittit, & cibi corrupti excretio succedit, quæ quandoque biliosa, quandoque viridis, quãdoque nigra, & quandoque cineritia visitur, vt varia est ciborum corruptio, & iterũ cruenta reddit quod non solũ hepar ostendit, sed & ventriculum, & intestina esse debilia; proinde sanguis aliquando in hepate rubeus flauus, cum à contentiua debili existente nec contineri, nec per corpus distribui valeat, à virtute expultrice transmittitur ad intestina, propter quod refrigeratur, & niger fit citra luciditatem atræ bili conuenientem, vt manifestum est; cum vero sanguis assatur nimia hepatis caliditate, & ad intestina transmittitur sua acrimonia exulcerans intestina facile diſenteriam efficit, heparque calidum indicat, tunc enim assatione atra bilis splendens generatur, & quæ facile actu calida efficitur, & veluti adurit, vt calx, quę actu frigida, potestate vero calida est; igitur calidę iecoris intemperaturę tum contentos in ipso humores, tum eos, qui per lactium, hoc est mesenterii venas deferuntur, & assant, & adurunt; frigidæ vero contentos iam in ipso humores crassos, atque fluxum, & motum contumaces reddunt, id vero, quod ad ipsum fertur & pituitosum, & crudum, & semicoctum efficiunt,

5. de lo. af. 7.

4 de tuẽd. sanit.

5. de lo. af. 7.

©BIU Santé

ficiunt, ſic & de reliquis dicẽdum eſt, arida quidem intemperatura nociores, craſſioreſque: humida vero magis tenues, aquoſioreſque reddit humores: Quare ex his ſi fiat mutatio in excrementis hepatis vitio, iudicare poterimus, an vitium ab hac vel illa qualitate factum ſit: nam aliquando aſſatim, & per longa interualla fit ſanguinis excretio, quę non eſt hepatis vitio, ſed quibuſdam ſolet euenire vel aliquo mutilato membro, aut vbi quis in exercitatione educatus ad ocium ſe conuerterit: inſuper ſolet quoque mulieribus retentis menſtruis huiuſmodi per ſedẽ fieri vacuatio, & interdum per uomitum eadem ex cauſa. Quintũ mox ponit Gal. ſcribens.

SED & ex grauitatibus.

1. de loc. af. 6. Gal. enim teſtatur grauitatem in hepate reperiri laborante ſimul cũ intemperatura tumore præter naturam, qualis eſt inflammatio, eryſipelas, ſcyrrus, extenſio à ſpiritu, obturatio à craſſis, & viſcidis humoribus in extremis vaſorum partibus, quæ ex venæ ipſius portis exoriuntur: quòd ſi à fumoſo fiat ſpiritu, cui non pateat exitus, præter grauitatem tenſionis quoque ſenſus percipitur, ſed quia difficile eſt tactu diſcernere tumores & inflammationes muſculorum tranſuerſorum ponentes inter eos & hepatis inflammationes differentiam, ideo Gal. ſubdit, quòd iecur affici declarant in dextra præcordiorum parte grauitas ipſius, dolor tota præcordia retrahens, atque ipſius vſque ad iugulum extenſio, (nam & hoc nonnunquàm euenire ſolet) exigua tuſſis, linguę color, in primis quidem ruber, deinde uero niger, inappetentia, ſitis inexauſta, vomitus tum ſinceræ bilis, non eius quę ouorum vitellis ſimilatur, quæ poſtea eruginis aliquando colorem referre conſpicitur, aluus quoque adſtringitur, niſi vnà cum viſceris imbecillitate inflammationem excitari contingat: Ex quibus etiam videtur colligi modum grauitatis inflammationis differre à modo grauitatis obſtructionis; verum tamen diſtinctio inter inflammationem & obſtructionem potiſſimum cognoſcenda eſt, inueſtigando an ſigna abundantię ſanguinis potiſſimum appareant, & victus ratio multum ſanguinis cumulans præceſſerit, à quo inflãmatio efficitur, adſintq; ſigna calidi, & humidi hepatis, an verò ſigna eiuſdem frigidi atq; humidi, & humorũ craſſorũ, frigidorumque, nec non præceſſerit victus ratio craſſorum humorum generatiua: ſubdit Gal. quòd eryſipelatis accidẽtia his ferè ſcilicet ſuperius dictis ſimilia ſunt, ſed inſuper febris quoq; cum vehementiſſima ſiti laborãtes cruciat, quæ febris eſt ardens bilioſo humore ad immode-

ratum

©BIU Santé

ratum ſeruorem peruehiente, vehementiſſima quidem ob hepatis læſionem: at durus tumor, ſcilicet ſcyrrus (ait Gal.) tactu facilius comprehenditur, quàm inflammatio, & eryſipelas, tum quia durior eſt, tum quia ex mala nutritione muſculi extenuati cognitionem non ita impediunt, verum eſt, q̃ tractu temporis aqua intercus ſcyrrhum ſequi ſoli ta impediet eius per tactum fieri cognitionem. Sextum deinde ponit Gale. dicens. 6. de lo. af.

Et tumoribus.

Siquidem inflammationes, teſte Galeno, quæ in hoc viſcere citra ipſius imbecillitatem naſcuntur, ſiquidem in gibba parte conſiſtant, præcipue ſi grãdes fuerint, per facile vel ſolo tactu dignoſci poſſunt, at ſimarum partium inflammationes per alia potius accidentia quàm per tactum inueſtigare oportet. Aduertendum autem eſt, q̃ ſupra hepar quatuor ſunt muſculi, primo rectus, ſecundo obliquus deſcendens, tertio obliquus aſcendens, ac poſtremò tranſuerſalis, in quibus inflammatio fieri poteſt: quæ quidem in recto facilis cognitionis eſt, quæ in ſecundo nõ ita facilis, quæ verò in tertio difficilior, ſicuti quæ in quarto adhuc difficilior. Cũ igitur tegatur hepar tribus ex dictis muſculis, non poteſt tactus aliquam eius notitiam præſtare, niſi vel magna in ipſo oriatur inflammatio, vel incumbentes eis muſculi extenuentur: itẽ ex figura quoque tumoris cognoſcitur an in muſculis, an vero in hepatis gibbo tumor ſit, dicebat namque Galen. q̃ moles eius, hoc eſt hepatis manibus tractata agminatã circumſcriptionem haudquaquam excedit, at muſculus quilibet cum totus ſibi continuus ſit, inflammationis ipſius moles ſenſim diminui conſueuit, quippe ſoli iecinori proprium eſt, vt tumoris cumulum cõprehenſum habeat circumſcriptum inſuper etiam tumores contingentes in quacunque ſpecie hydropis hepar affectum eſſe ſignificant vt plurimum primario, nonnunquam etiam per conſenſum: vnde Gal. ait. Quippe niſi hepar afficiatur haudquaquam fieri poteſt huiuſmodi affectus, non tamen ſemper ob primariam eius affectionem excitatur, quamuis hoc ſit quam frequẽtiſſimũ: & ſubdit, etenim quia ipſum eius facultatis, quæ ſanguinem gignit, inſtrumentum eſt, conſequens eſt, vt viriato hoc viſcere, actio quoque eius vitietur; accidit autem (vt dixi) cum aliam atque aliam partem frigida intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur: poteſt autem cõ ſentire hepar lieni, ventriculo, inteſtinis vniuerſis, maxime ieiuno, meſenterię venę, pulmoni, ſepto tranſuerſo, & renibus. Septimum & octauum ponit Gal. ſcribens:

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 381 sur 753

©BIU Santé

Et doloribus non modo his, qui in eo ortum habent, verum & in illis, qui compatiendi ratione perueniunt, quemadmodum in aliqua vel ſpiritus grauis, vel tuſsis ſpecie.

7 apho. 53 Hipp. enim cum ait: Quicũq; hepar circumdolent, his febris ſuperueniens ſoluit dolorem; Gal. in commento ſubdit; hepar vehementer dolet aut ob inflammationem fortem vel ob ſpiritum flatuoſum, dolet etiam propter obſtructionem, verum mediocriter, & cum quodam ponderis ſenſu potius, quàm vehementis doloris; dolet autem vehemens propter flatuoſum ſpiritum, vel inflammationem, quę ſcilicet 5 de lo. af. 6. & 7. maxima eſt, aut ſuppurata, accidit. De dolore quidem per conſenſum patet ex verbis ſuperius citatis, qui cõmunis eſt omnibus apoſtematibus, contingit. n. doloré communicari coſtis nothis, ſiue inflammatio ſit in ſima, ſiue in gibba parte, quoniam hepar, coſtis mendoſis alligatur per membranas, licet non in omnibus animalibus, quod nõ ſolum in ſimijs, ſed & alijs animalibus videre licet; in quibus igitur adeſt pdicta alligatio nothis coſtis, dolor communicatur, & vſque ad iugulum extendi poteſt, & ad huiuſmodi dolorem ſequitur & difficilis ſpiratio & tuſsis ex longis interuallis exigua, arida, qua nihil expuitur, & dolor magis moleſtat, cũ magna trahitur ſpiratio, vt ex eodem Gal. colligitur, cum medici Siculi hiſtoriam recitat, quem in gratiam Glauci philoſophi viſitauerat; in quibus autẽ pars gibba inflammata eſt, maior dolor eſt, qui vſque ad iugulum extenditur, quique inter ſpirandum ſentitur, ſicut & magis facit ſpirationem, magis ruſſim excitat, quàm qui ſimam habent partem inflammatam; in his verò & faſtidium & nauſea, & vomitus biliоſus, & valida ſitis magis accidere ſolet, quia ſima hepatis pars ventriculo magis vicina eſt, vt ibidem habet Gal.

Signa ventriculi patientis. Cap. 75.

Docens Galenus, ex quibus cognoſcendæ ſunt ventriculi affectiones huncin modum in primis ſubiungens, ſcribit.

Sic et vẽtriculi affectus agnoſcitur, vbi in cõcoctiõe delinquitur.

5. de lo. af. 5. 

DVBITANDVM eſt, q ventriculi duæ ſunt partes, ſuperior, atque inferior, inferioris quidem munus eſt coctio, vt habet Gal. dum ait: At quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus nullus non fatetur, neceſſe eſt hanc ipſam partem cum male diſpoſita eſt, cruditatum eſſe cauſam, cum videlicet vel ob inordinatã alimentorum

©BIU Santé

alimentorum ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatẽ homo cõ
coquere nequit: aduertendum etiam est, q; cum quatuor virtutes na-
turales vniuscuiusq; particulæ existant, pars quoq; dicta quatuor ha-
bebit virtutes attractiuam scilicet, contentiuam, alteratiuam, & expul
siuam, quæ si in actione propria aut omnes, aut nonnullę, vel saltim
vna ex his aberrauerint, coctio sanè, quæ a virtute fit alteratrice, cibo-
rum haud rectè ꝓgredietur: quæ quidem vt rectè cibos alterare queat,
requirit, vt attractiua prius debito attrahat modo, & contentiua con-
tineat. Quòd si expulsiua ab eius munere aberrarit nõ necessariò illi,
sed futuræ nocebit coctioni; licet & præsenti nocere valeat, vt mox di
cetur, & ob id Gal. cum de deliquio in coctione meminit, de eo quoq;
mentionem facit in excretione superfluitatum, nulla de deliquio at-
tractiuæ, ne contentiuę mentione facta: de errore autem concoctricis
habet Gal. inquiens, cum ventriculus cibos eos sibi reddendo similes,
& ex consequenti eos alterando illis nutriatur, alteratio verò tripliciter aberrare possit, pariter & ventriculi coctio, aut enim ciborum alte- 6. de acci. & mor. 1.
ratio nullo modo fieri valet, quod symptoma cruditas vocabitur, quẽ-
admodum in alijs actionibus immobilitas, priuatio vè sensus, aut si alte
ratur cibus, sed non vt oportet, vocabitur & cruditas non quę priua-
tionem, sed quæ vitium dumtaxat significat: quod quidem bifariã con
tingere potest, siquidẽ aut tarde cibi alterantur, a Græcis βραδύπεψια,
hoc est tarda concoctio, vel oino cibi corrumpuntur, quod quidem
vitium homen ꝓprium nõ habet, dicatur autem ciborum corruptio:
Harum sanè noxarum coctionis vna cõis est causa nempè potentię alte
ratricis a scopo aberratio; huius autem aberrationis duo prima sunt
genera, alterum quidem cum ipsa facultas affecta est: alterum verò ab
aliquo externo errore ꝓficiscitur, quorum vnumquodq; diuiditur, fa
cultas nanq; aut per suam ipsius essentiam, aut ob instrumentorum
ægritudinem læditur: Qui verò extrinsecus contingit error, tripliciter
fieri potest, vnus ab excrementis ventriculi, altera cibis, & tertius a
dormiendi tempore: Læsio quidem ipsius facultatis per suam essentiam
euenit ob aliquam agentium qualitatum temperiem: quę verò ab in-
strumentorum morbis contingunt læsiones, aut ob erisipelata, aut ęde
mata, aut phlegmonas, aut scyrros, aut abscessus, aliosvè huiꝰmoi mor-
bos in ventriculo genitos tum simplices, tum cõpositos, ꝓp quos oẽs
ventriculus male concoquit, cum eius facultas noxam sustineat, aut ꝑ
intemperies in ꝓpria eius essentia, aut ꝑ morbos instrumentales im-
pedita, aut ꝑ morbos ex intemperie, & instrumentalibus ꝓdictis com-
positos: ventriculus igitur ob dictas causas male concoquit, nullo er-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 383 sur 753

©BIU Santé

rore in extrinsecis occurrente in ventriculo quinetiam nequaquam affecto non concoquit nonnunquam animal, aut ob immodicam ciborũ quantitatem, aut eorum malam qualitatem, aut quoniam intempestiue eos assumit, vt in aurora ante congruam exercitationem, aut antequam externus cibus descendat, aut qm cibi nõ recto ordine, sed præpostero ingerantur, vt si quis cotonea, vel mala punica prius assumat, mox olera ex oleo, & garro, aut non concoquit animal ventriculo non affecto, ob inutile excrementum, aut breuem somnum: Ex vitiosa autem ciborũ qualitate, & excrementis in ventriculo redundantibus corruptio ciborum malam concoctionem comitatur, quę & corruptio ex ordine præpostero, & cibo intempestiue exhibitio excitari potest: corruptio quidem ciborũ si nidorem referat, a cibis fit calidis, atq; biliosis: si ructus fuerit acidus, a frigidis, atq; pituitosis: pariter excrementa biliosa nidorem, pituitosa vero ac frigida acidũ ructũ excitant; eodem ppe mõ p morbos frigidos acidos ructus, & p calidos nidorem eructat. [illegible] hoc est tarda coctio efficit, aut qm cibi difficulter concoquuntur, aut quia facultas illos non superat, aut quoniam somnus fuit breuior, quàm vt eos vinceret: Cibus vero omnino coctione priuatur citra corruptelam, propterea quòd ventriculus plene victus est, aut ob immodicam multitudinem, aut vehemens frigus, in quibus constitutionibus venter ita a concoquendo delinquit, vt ne coctionem quidem prorsus aggrediatur: potest & cibus vel nullo modo confici, aut debile admodum, quoniam vel non comminuitur, aut difficulter, si quidem Galeno testante cibus comminui debet, priusquam conficiatur; ob id factum est præceptum illud; Victus humidus, hoc est liquidus febricitantibus confert: potest & coctio vitiari vitio virtutis attractricis, quę cibos ad imum ventris vel nullo modo, vel debile admodum attrahit, vbi congrua coctio efficitur, nam superior eius pars, vtpote frigidior cibos debilius concoquit: quòd vero non attrahat, esse potest, vel mala temperies præsertim frigida, ac humida, vel ratione alicuius morbi instrumentarij, vel ipsorum ciborum vitio: vel & coctio vitiari potest, cum venter male affectus praue attrahit, nempe excrementa ipsa a partibus infernis, quibus ipsorum ciborum coctio vitiatur: virtutis quoque retentricis vitio accidit, vt ciborum coctio lædatur, quę nullo modo, aut imperfecte fiet, si vel nullo pacto venter cibum continebit, vel debile admodum, nec non & debito tempore: dicebat namque Galen. si nihil penitus, aut debile retineat, vel flatum, vel fluctuationem sequi putandum est; flatum quidem, vbi alimenta suapte natura, ut

lib. de opt. sec ad trall.

6. de acci. & mor. primo.

flatum

©BIU Santé

flatum pariant, ſunt idonea, ac ventriculus non ita multo frigore affectus eſt; fluctuationes vero cum nihil in ipſo continetur, ex quo flatus excitari poſſit, aut ipſe nimio frigore laborat, nam huiuſmodi affectus nullum uaporem ſuſcitare ſoiet. Porrò manifeſtum eſt fluctuationē nō ſine potione in uentriculo prouenire; ultimę uero imbecillitatis eius cauſa morbus eſt, atqui alius quidem ueluti ſimilaris partis uentriculi morbus, alius ueluti inſtrumenti: de motibus autem deprauatis Gal. te ſtatur hunc in modum dicens: Cùm igitur in his duobus conſiſtat retē tricis potentię functio unum ut nullum relinquatur inter uentrem, & cibos ſpatium uacuum, alterum ut æquali tempore agant tum comprehenſionis, tum concoctionis facultas, fieri poteſt, ut uel in altera duntaxat, uel in ambabus committatur peccarum, quippe debilem complexum hęc ſequūtur ſymptomata nempè fluctuationes, & indationes, eū uero, qui breuiori, quam ſatis eſt, tempore durat, feſtina deiectio, & ciborum in uentre inferiori corruptela. Verum aduertendum eſt, ꝙ ſæpe ſymptomatum alterum ad alterum ſequitur, nam ad imbecillum cōplexum interim fluctuationes, interim inflationes conſequuntur: eum uero, qui non ſatis temporis habuerit, omnino concoctio ſequitur imperfecta, deinde uel cibi celeriter deiiciuntur, aut in inferiori uētre corrumpuntur: atqui celeris deiectionis inſeparabilia ſymptomata ſunt excrementorum humiditas, & cibi per corpus deficiens digeſtio; corruptelam uero ſequitur neceſſario quidem excrementorum fœtor, nō neceſſario vero mordicatio, aut inflatio, accidit. n. interdū, vt neutrum cōſequatur, interdū vt alterū, nōnūquam vt utrumq;: Et inferius ſubdit: Ventre itaq; cibos amplectēte, idq; cū quodā ſaltu, aut quaſi conuulſione, vel tremore, vel cōcuſſione deprauatā eſſe retētricis functionē cēſendū eſt, ſaltū nō obſcure sēſu pcipimus, nec nō cōuulſionē, qui ſingultus dicitur; at pathema, quod veluti tremor eſt nō adeo clare pcipitur, ſi tamē diligēter animaduertas, nec difficile eſt ipsū deprehēdere, ſi. n. ingeſto cibo nec fluctuatione, nec inflatione, nec ſaltu, nec ſingultu diſcruciaris, ſed vēter pter cōſuetudinē dubiā quādā moleſtiā ſentit, ac veluti grauatur, & laborat, cupitq; celeriter onus vel p infernas, vel ſupernas partes abiicere, ac ructus emittit, ſequiturq; ſpiratio moleſta, ac difficilis, & quæ vix tolerari poſſit, tunc exiſtima uentrem amplecti quidem cibos, ſed quaſi tremule: Subdit dehinc Galenus.

3. de ac. & mor. 3.

Et appetitu humidi, uel ſicci alimenti.

Humidi hoc eſt potus, ſicci hoc eſt cibi, dictū n. fuit ſupius, ꝙ horū duorū iter ſe facta cōparatione cibus ſiccus, potus uero humidus dici pōt: Eſt āt aduertēdū, ꝙ ſicut deliquiū i coctione ptis iferioris vētris affectus

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 385 sur 753

©BIU Santé

5. de Io. aff. 5. indicat, ita & deliquium in appetitu affectus oris ventris præsefert, talis enim est Gal. sententia dicentis: nam quę aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos cupiunt, his appetentiæ instrumentum lęsum esse certum est, id verò os ventris esse demonstratum est: similiter de ore ventriculi verba faciens ait, quòd per se sustinet non per consensum abolitam, & difficilem, & deprauatum appetentiam, voco autem abolitam appetẽtiam, cum quis nihil omnino appetit, difficilem, quæ imbecilla est, deprauata autem partim ad immoderatam cibi & potionis exhibitionem vertitur, partim ad alienę qualitatis desiderium: & declaratis quomodo, & cur in nobis fiat animalis appetentia quinque illis symptomatibus secundum ordinem se commitantibus, quorum primum est omnium inanitio, alterum inanitarum partium naturalis appetentia, tertium ventriculi suctio, quartum suctionis sensus, ac quintum animalis appetentia, subdit: Atque hanc functionem aboleri contingit, si enim vel suctionis sensus pereat, aut suctio non fiat, vel corpus non inaniatur, exigua erit appetentia, si iam dictæ affectiones non pereant, quidem proprius tamen ad abolitionem accedere videantur: deprauata verò fit appetentia, si vehementiæ modum excedit, ac vocatur a nonnullis canina, cum vel acidi humoris vitium ventriculus mordicus infestatur, vel vbi totum corpus immodice dissipatum assidue indiget nutritione, quippe frigidi humoris vitium rosionem, quę suctionis ꝓportione respondeat, inducit, ac appetentiam haud aliter, q̃ naturale pathema excitat; atq; cibi magis, q̃ potus desiderium affert, idq; ꝓp refrigerationem: si verò salsi aut bilios humoris vitio mordicationem senserit ventriculus potionẽ magis, quàm cibos desiderabit; sed alias declarauimus, qũo fiat fames, & quare frigus famem, calor verò inappetentiam creet, q̃ qdem haud repetenda sunt. Prauas qualitates (ait ibidem Gal.) appetunt hi, qbus tunicæ ventris prauo aliquo excremento sunt imbutæ, atque consueuit hmõi affectus mulieres vitiosis humoribus refertas infestare, idq; cum vtero gestant, vocatur pathos ipsum Citta, hoc est pica vel malacia; appetunt aũt maxime p hunc affectum & acida, & acerba, nõnunq̃ acria quoq;, interdum autem vel Cimoliam terram, vel testas, vel carbones extinctos, aut alios hmõi cibos absurdos, atq; complures earum hmõi vitio laborant ad secundum, tertium vè mensem vsq;, in quarto verò quiescunt partim, quòd vomitione vitiati humores expurgantur, partim quòd concoquuntur, vtpote exiguum cibi tunc sumente muliere ob fastidium, partim etiam quòd multitudo vacuatione sit imminuta, quippe primis duobus mensibus fœtus paucum ad se sanguinem attrahit,

©BIU Santé

attrahit, eo quòd parum adhuc auctus ſit; vbi verò iam creuit, tum plurimo eget alimento, atque tum non id, quod optimum eſt è venis, vt antea allicit, verum & quia maiorem alimẽti copiam requirit, aliquid vitioſi ſimul attrahit, ita fit, vt vniuerſum corpus & plectoricũ eſſe deſinat, & minori humorum vitio crucietur; qui etiam affectus viris nonnunquam accidere ſolet, quando ipſis quoque vitiati humores ad ventriculi oſculum defluunt: inſuper eſt & aliud ſymproma huiuſce particulæ Bulimos, hoc eſt vehemens fames dicitur, cum ſimul & penuria, & imbecillitate, & refrigeratioue afficitur. Circa verò potionis appetentiam tum ſimilia, tum æqualia eueniunt ſympromata, vt in fame, accidit nãque quaſi priuatio quædam appetentiæ, cum vel corpus omnino non eget potione ob frigoris, humoriſq; exceſſum, vel ventriculus ſuũ pathos non ſentit; deficiens verò appetentia, vbi hęc eadem fuerint imbecilliora: porrò deprauata potionis appetentia deprauatæ ciborum appetentię proportione reſpondet, quippe immoderata appetitur potio, quando contenti in ventriculi tunicis vitiati humores aut ſalſi ſunt, aut bilioſi, interdum verò cum feruet veluti in eo natiua ipſius humiditas: prauas verò potiones quemadmodum & prauos cibos appetunt quidam pro vitiati humoris, qui vincit in ipſis, ratione, huiuſmodi ſymptomata his, qui diutius malo victu vtuntur, euenire conſueuerunt: ſunt qui inexhauſta ſiti cruciantur, de quorum numero mori videmus, & eum, qui viperam deuorauerat, & denique eos, q in naui deficiente aqua, marinã aquam bibere auſi ſunt, eo quòd ſiti immoderatiore, quàm reliqui cruciarentur: etenim ſoluta aluo, aut torminibus vehemẽter cruciati celeriter, quàm cęteri interierunt: quidam etiam ardente febre laborans increſcente etiam dum morbo aquã frigidam liberaliter bibens ſatiari non potuit, donec moreretur: Ex dictis itaque palàm eſt, quomodo lęſio in appetitu cibi & potus ventriculi affectus pſefert, quòd ſi ex alijs cauſis efficiatur, vt de pulmone ſuperius dictum fuit, iam proprijs ſignis diſtinguendum eſt, ſicut & ſi per conſenſum ab alio, vel alijs membris, quòd ſi vitio potus accidat ex pſentibus & pteritis, ac victus ratione diſtinguendum eſt. Tertium deinceps ponit ſignum Gal. hunc in modum ſcribens.

VEL ſuperfluitatum excretione delinquuntur.

Gal etenim ſtatuit tres expultricis excrementorum noxæ cauſaa reperiri, primam quidem, cum partes, q excrementa expurgant, ſunt imbecillę, alteram autem viarum anguſtiam, ac poſtremam excremẽti malitiam, intemperies quidem imbecillitatem parit, anguſtiam verò vel obturatio, vel aliquis inſtrumentorum tumor: atqui tumorum cauſa

ſ. de acci. & mor. primo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 387 sur 753

©BIU Santé

eſt humorum fluxio, cum in ipſa inſtrumentorum corpora effunduntur, obturationem autem facit humorum vel craſſitudo, vel viſcoſitas, innatum vè aliquod tuberculum, excrementorum verò malitia tũ a multitudine, tum craſſitie, tum ẽt ab ipſa viſcoſitate ortum ducit: Et idem alibi concludebat: Ergò his, quę in ventre continentur, excrementis, mora contingit aut ipſius cibi, potionisque vitio, aut ipſius ventriculi vnà cum inteſtinis, & cibi quidem potionisque vitio aut propter eorum qualitatem, aut quantitatem, adhæc propter ordinem vtendique modum; & propter qualitatem quidem ſi cibaria acerba, auſtera, aut ſiccæ naturę fuerint; propter quantitatem verò ſi iuſto plura, paucioravè ſunt aſſumpta; at ordinis culpa, ſi quę ſicca, adſtringendaque ſunt primò, quæ verò humida, pinguia, & dulcia ſecundo loco deſumantur; ac modi vſus ratione, ſi cum bis ſit edendum, totum ſimul quis aſſumat; proinde excrementi mora, quæ ventris, inteſtinorumque vitium conſequitur, vel ob eorum naturalẽ affectum accidit, vel certè acquiſititium, qui ſanè ex quapiam octo intemperierum fieri poteſt, atque adeo adauctus, vt vim expultricem imbecillam reddat aut ventriculi tantum, aut gracilium inteſtinorum, aut craſſorum, aut, quorundam, aut omnium; atque hæc intemperies procreari ſolet aut ex his quæ interius aſſumuntur, aut ex his, quæ extrinſecus occurrere poſſunt, vtpote aeris ambientis vitio, vnctionis, aut alterius cuiuſpiam quod exterius ventriculo apponitur, vim quidem aut ſiccãdi, aut calefaciendi, aut infrigidandi, humectandivè obtinentis: inſuper habet Gal. ventriculum dum ad inferas partes excrementa tranſmittit, quoad tempus ipſum ſuperfluitatum excretione deliquere, aliquãdo nãque celerius, nonnunquam tardius, aut plus, aut ſępenumero, aut rarò vel vtile alimentum, vel corruptum, aut a ſupernis in eo detiuatum, aut in ipſo genitum demittere; porrò excretio ipſa ſolitum tempus præuenit, uel quoniam venter ob multam cibi copiam aggrauatur vel pungitur, atque a re mordicante vellicatur, quam quidem vti alienam ac extraneam expellere nititur; propter iam dictas cauſas alimenta quoque humidiora, tum viſcidiora ingeſta idem prẽſtant; tunc enim celerius dilabuntur tametſi leuiter poſt eorum aſſumptionẽ deambules, diſcutiunturque prius quàm per corpus diſtribuatur, quod quidem multories fieri ſolet: venter autem tardius, quàm pro conſuetudine excernit, aut ob inteſtinorum imbecillitatem, aut ob eorundem ſenſum obtuſum, aut ob alimentorum tum paucitatem, tum copiam; etenim quæ imbecilla ſunt protrudere non poſſunt, quibus autem ſenſus obtuſus eſt, aut facile percipiunt, quęcunque ipſis infeſta

6. de ac. & mor. 2.

©BIU Santé

feſta ſunt; alimenta verò pauciora quàm oportet, pauca quoque continent excrementa, proindè non adeo grauant, craſſa & acerba; non vt humida & viſcoſa facile dilabuntur: imbecillitas quoque muſculorum ventris deiectiones retardant, preſertim ubi duriora fuerint excrementa, item digeſtio per corpus multa proroga?, pauca uerò deiectionem accelerat, adhęc excrementa ex ſupernis ad uentris ſpatium defluxa deiectiones augent, & accelerant, aſſiduæ uerò excretiones uel ob imbecillitatem, uel ob eroſionem eueniunt, cuius quidem eroſionis ſiue mordicationis quatuor ſunt cauſæ, nempè pharmaci vis, alimentorum corruptio, mordacia excrementa, quæ ad ventriculum defluunt, ac excrementa, quę in ipſo generantur, quemadmodum in diſenteria, quę ab ulcere maligno dependet: quibus quidem & quinta cauſa addi poteſt uehemens corporis ſenſus ſiue a natura, ſeu ab ulcere procedat: item cum muſculi ano adiacentes reſoluuntur. Aduertendum autem eſt, quòd ex eiuſdem Galen. ſententia morbi, & ſymptomata tum retentricis, tum expultricis, ut ſingultus, uomitus, ſaltus, concuſſio, palpitatio, tremor, ructus, lienteria & id genus adinuicem confunduntur; ſunt etenim ſymptomata retentricis, cum non rectè uentriculus cibos continet, atque complectitur, expultricis uerò, cum uenter uitioſam tentat expulſionem: quare Galen. plura etiam ex dictis enumerat, quibus uentris affectus dignoſcuntur, hunc in modum ſubdens.

Hucuſque Excellentiſſimus Oddus legendo peruenerat: vt autem abſolutam haberet Lector tractationem, Marcus de Oddis eiuſdem filius reliquum ſupplere curauit, tum quidem nonnulla ex quibuſdam ipſius annotationibus colligēs, tū verò inuēta plurima ꝓprijs vigilijs ſubnectēs.

Ita etiam ex ſingultibus, eructuationibus, nauſeis, & ipſis eorum quæ euomuntur, ſpeciebus.

Quemadmodum ex excrementorum differentia, quę per ventrem inferiorem euacuantur, ſigna uentriculi affecti ſumuntur, ita & cum per partem ſuperiorem excrementa, aut cibaria, euacuantur, aut a virtute expulſiua euacuari tentantur, affecti ventriculi ſigna comprehendi queunt: Verum cum ventriculi naturales facultates diuerſos ęmoliantur motus, dum materias ſeu vapores è uentre propellere contendunt, nempè ſingultum, eructuationem

©BIU Santé

ctationem, ſiue ructum, nauſeam, vomitum, & id genus non ſolum ex his, ſed & ex materiis, quæ è ventriculo huiuſmodi motibus protrudũ tur, affecti ventriculi ſigna ſumentur. Vt autem quod ſcripſit Gal. recte habeamus in primis eius cuiuſque motus nomẽ interprætabimur,
6. de ac. & mor. à pri. mox quæ nam ſint ſigna, quæ ex ipſis habẽtur, facilime enucleabimur. Gal. itaq; de ſymptomatibus, quæ naturalibus facultatibus accidunt, verba faciens, ſingultum eſſe ait uentriculi commotionem, ac eius veluti conuulſionem, neque enim abſoluta cõuulſio eſt quę ſolis ineſt muſculis; ſymptoma autem hoc duabus ſanè potentijs commune eſt, retentrici, atque expultrici: retentrici quidem, quoad ventriculus praue per ſingultum, & non ſecundum naturam cibos amplectitur, expultrici vero, quòd ad eam præcipue pertinet deprauatus motus ille, dum ea, quæ moleſta ſunt, expellere conatur: eructatio autem, ſiue ructus vaporoſę materię ſonorus quidam motus eſt, qui è ventre ad os protruditur, cum vel humores vel cibi ibidem contenti in vapores diſſoluuntur, ſymptoma nimirum hoc concoctricis eſt facultatis, ac expultricis; virtus namque cõcoctrix imbecilla in cibos agens eos quodammodo diſſoluit, ac non omnino conficit, ex quo flatus ſiue ſpiritus exoriũtur, qui poſtmodum à virtute expulſiua per ructus, vtpote deprauatos quoſdam motus euacuantur: & quemadmodum in externis rebus conſpicimus, quòd frigidiſſima conſtitutio, ſeu calidiſſima aerem ſerenio rem reddere ſolet, mediæ vero conſtitutiones nebulas, ventos, & id tale genus, ita in nobis calor neque per extremam imbecillitatem, neque cum vires ſunt robuſtæ flatum gignere poteſt, ſed cum medium inter haſce affectiones obtinet. Nauſea vero eſt quędam ad vomitum ventriculi perturbatio, ac deprauatus expultricis facultatis motus, quo per
libr. 3 ſui can. capit. proprio. gulam id, quod ori ipſius ventriculi noxium eſt, celerrime euacuetur, quam quidem ex Aui. ſententia anxietas, & conturbatio prędcedere ſolẽt, vtpote declinatio ad alios duos motus, nempè vomitũ, atq; ſubuerſionem, quam poſtea idem nauſeam inſeparabilẽ ſiue appetitus abolitionem omnimodam nominat: At vomitus ventriculi motus eſt deprauatus ab expultrice genitus, quo humores in ipſo contentos per os confeſtim eiiciuntur, qui quidem duplex eſt, alter quidem ſpõtinus dicitur,
6. aph. 14. ex Gal. ſententia, eoquòd ſine cauſa ex nobis efficitur, vt erat ea quæ ab Hippoc. in aphoriſmo deſcribebatur euacuatio, tametſi per vomitum non foret, dum ait: Ab aqua inter cutem habito, ſi aqua à venis in ven
3. aph. 2. trem defluxerit, ſoluitur, ſpontanea ſcilicet facta euacuatione, quemadmodum idem dicebat; In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis & quę ſequuntur; alter vero abſolute vomitus ſiue euacuatio nominatu

©BIU Santé

minatur, cum dato à nobis quopiam pharmaco talis efficitur vel per vomitum, vel per ſeceſſum euacuatio, ſiquidem ex nobis fit. Cum igitur motus hi deprauati ventriculo affecto plerumque occurrant, vt inter ſe uarij ſunt, ita & varias ventriculi affectiones præſeferét, nam ſingultus materias indicat in uentriculi corpus impactas, ſeu imbutas, quas quidem dum uentris partes omnes excruciant, uirtus expulſiua exprimere tentat; Verum cum ſingultus duobus ex cauſis potiſſimum oriri queat, vt pote mala uentriculi intemperie, ciborum, aut humorum, qui in ventriculo gignuntur, aut ad ipſum confluunt, mordacitate, aut copia, neceſſe eſt ſigna omnia quę in ſingultu occurrunt, exquiſite admodum perpendere, quò certam ventriculi affectionem dignoſcamus; nam cibus frigidus aſſumptus, dum ſui conſtrictione humores in ventriculi poroſitatibus detinet, ſingultum efficere poteſt, piper quinetiam affatim à quopiam deuoratum idem præſtat, atq; eò magis, quo fuerit in partes tenuiores contritum, ſiquidem corpus ventriculi facilius ſubingreditur, vt ſibiipſi contigiſſe piper comedenti fatetur Gal. ſingultus præterea, qui vomitu ſedatur, ex plenitudine à materia grauante, aut mordaci gignitur, ſicut qui euacuationes ac febres adurentes ſubſequitur, vomituque non ſedatur, qui immo adaugetur, à ſiccitate propterea dicebat Hip. A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat; & Gal. in com. ait; q̃ de ſingultu intelligendum eſt ex repletione, violento namque motu opus eſt, vt ueluti concuſſę ipſum efficientes humiditates diffluentur, ac euacuentur, hoc autem facit ſternutatio, quod quidem in pueris videri licet, qui cum repleti ſint, cerebro ſingultiũt; eos uero, qui ex inanitione fiunt (qui rariores ſunt) ſternutatio non ſanat, quemadmodum & eos, qui ex quapiam uentriculi praua intemperie, aut ſtomaci apoſtemate vexantur, ita tamen, vt intemperiei calidæ propria alia ſigna coniungantur, quę a ſignis intemperiei frigidæ diſtinguantur, pariter & humidę ſigna, quæ ab his, quæ ex ſiccitate pendent, opponantur; ſic & uentriculi apoſtema ſi adeſt, ex proprijs quoque ventriculi accidentibus, quę ipſum apoſtema conſequuntur, dignoſces, qualia ſunt dolor in ventriculo continuus, ac pũgitiuus, qui recta quoq; victus ratione non ſedatur, vehemens thoracis inflãmatio, ac aduſtio, ſitis intenſa, febris inſeparabilis, tumor, ſiue prominentia, mentis alienatio, corporis extenuatio, oculorum excauatio, ventris, ac vomitus perpetuus fermè fluxus, & id tale genus: accidit quinetiam ſingultus non per ſe, ac ventriculi potiſſimum ratione, ſed per conſenſum aut a cerebro, aut a particulis alijs patientibus, vt teſtatur Hippoc his verbis; A vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum;

3. de lo. af. 7.

6. aph. 13.

7. apho. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 391 sur 753

©BIU Santé

malum: nam ex Gal. ſententia in com. humoribus infeſtantibus nonun quam totum ventriculum, nonnunquam os eius, & gulam, ſi per vomi tiones abiiciantur, ſtatim à ſingultu liberatur homo, ſi vero ſingultus nõ ceſſat, alterum duorum indicat, vel cerebrũ neruorum principium, vel ventriculum pati non mediocrem inflammationem; rubor. n. oculorum utranque ſequitur diſpoſitionem, at præcipue illam, quæ in cerebro exiſtit ſimilis inflammationi; ac rurſus paulò infra cũ ait: In hepatis inflãmatione ſingultus malum; etenim nõ ſemper (vt inquit Gale. in com.) efficitur, neque quomodolibet patiente iecore, ſed quando ad magnitudinem attollitur, feruente inflammatione, ac bile ſatis calida, & multa ad inteſtinorum principium confluente, atque ad ventriculũ recurrente, tunc enim ventriculi os morderi contingit, atque hominẽ ſingultire. Ructus autem, ſeu eructatio cum multiplex eſſe ſoleat, alia quidem magna, alia autem parua, ſiue magno, aut exili ſonitu prædita, alia vero media, inſuper alia acetoſa, aut fumoſa, aut ſimilis ærugini æris, aut cibum referens, aut amara, aut iſtiuſmodi ex ſaporibus deprehẽ ſa multiplicem ac varium vẽtriculi affectum præferet; etenim magnus ex ructu ſonitus materiam craſſam in uentriculo adeſſe oſtendit, ſicut paruus aut uirtutis imbecillitatem, aut humorum paucitatem; qui uero medius eſt ſonitus, mediocrem materiã indicat: adhæc acetoſa eructatio, quę non à cibo acetoſo, ſed in acetoſitatem uerſo prouenit, uentriculi frigiditatẽ ſeu imbecillũ caloré arguit, ꝙ ſi una grauitas adſit, materiã quoq; copioſam frigidã, pituitoſamq; adeſſe diiudicabis quę quidẽ cũ nonnunquã ex caliditate excedente prouenire uideatur (ut teſtatur Auic.) ab imbecilli tantum calore producetur (ut ſuperius dictum eſt) cum quo tamen alius aderit præter naturam, ob quem maxima inflammatio, oris amaritudo, ſitis, & iuuamentum à frigidis prodit: eructatio præterea fumoſa, ſi ab huiuſmodi cibo non proueniat, uentriculi excedentẽ & ſine humore, & cum humore calorem oſtendit; quæ uero cũ humore reperitur ab ea, quæ eſt ſine humore hoc ſigno dignoſces, ꝙ egeſtiones, & vomitus bilioſę conſpicientur; eructatio uero nidoroſa malam utplurimum humorum calidorum, bilioſorumque temperiem aut uentriculi exulcerationem refert; Gal. namque loquens de ructu acido & nidoroſo dicebat; at corruptella ſi nidorem referat a calidis, bilioſiſque cibis accidit, ſi acidus fuerit ructus a frigidis natura, atque pituitoſis; itidem eructuatio lutoſa, & cenoſa ſimilis odori piſcis putrefactam humiditatem demonſtrat, & cibum referens ſtomaci imbecillitatẽ, ſicuti eructuatio ęris ęrugini ſimilis acuitatem, ualidiorem, quam fumoſa cum putredine caliditatem indicat. Ex nauſeæ quoque diuerſis

Cap. 13. Apho. 17.

6. de ac. & mor. à pri.

motibus

©BIU Santé

motibus ſiue magnis, ſiue paruis, magnas, ac paruas ventriculi affectiones dignoſcimus, has autem ex calida intemperie prouenire nidor ipſorum, nullo hmõi cibo deſumpto, ſitis maxima, ſicuti in pituita ſalſa, & inappetentia præſeferent, ex frigida verò, ſeu atra bile, dũ cibi in ventre aceſcunt, ſitis priuatio, & appetentia: ad quę maxime confert ciborum, ſiue humorum euacuatio, quæ certum ventriculi affectum nobis coindicat: adhęc ſi nauſea excitata nihil notatu dignum p vomitiones efferatur, humores hoſce noxios, ſi bilioſi fuerint, aut ſeroſi in ore ventriculi, abſortos, ſi viſcoſi, ipſi ori ventriculi infixos eſſe dicendũ eſt. Pariter vomitus & ea, quæ ex vomitu eijciuntur, ventriculi affectiones cõmonſtrant; Etenim facilis vomitus humores in ſtomaci cõcauitatib. effuſos, ſicuti difficilis imbibitos ac viſcoſos eſſe ſignificat; q ſi & nauſea, & vomitus adſint, ex ipſorũ effuſione, ac ibibitione aggregationis inditiũ aderit manifeſtũ; & quẽadmodũ de eructuatiõis ſpeciebus dictũ ẽ, q nũc qdẽ vnã, nũc verò aliã quo ad varios ſapores vẽtriculi affectionẽ indicãt, ita & vomitus quoad multiplicẽ humorũ euacuationẽ diuerſos ipſius morbos cõmoſtrabũt, qnq dẽ vomitus ex nidoroſis humoribus caliditatis erit inditiũ, ſicut ex acidis frigiditatis: itẽ vomitus purus ſinceri humoris vẽtriculũ infeſtãtis inditiũ cẽſet, ſicut diuerſorũ ac prauorũ colorũ, eiuſdẽ varietatis, color aũt vt porri ſuccus humorũ prauitatẽ indicat, vt viridis ad nigredinẽ declinis, eorũdẽ cõgelationẽ, & caloris extinctionẽ; citrinus verò color, & vt æris flos in hepate ac vẽtriculo aduſtionẽ, qui q dẽ colores cũ dupliciter euenire ſoleãt aut cum turbulẽtia, aut cũ ſplẽdore, ſi vomitu tales humores turbidi eijciant, & vẽtriculi frigiditatẽ, & imbecillitatem vnà demõſtrabũt, ſicuti ſi adſplẽdorẽ & claritatẽ vergẽt, caliditatis dũtaxat exceſſũ ac humorũ exuſtionẽ: ob id in febribus peſtiferis virtutibus redditis imbecillis q̃nque talis citrinus vomitus, ac æris flori ſimilis obſcurus, ac ad nigredinem vergẽs cõſpicit. Palàm igit̃ eſt, quẽadmodũ ventriculi affecti ſigna elicere poſſumus, q̃ q dẽ in ſingultibus, ructibus, nauſeis, vomitibus, eorũq; ſpẽbus reperiunt̃, & licet cõplura alia ſigna ſint, q̃ alias ipſius ægritudines demonſtrent, attamen hęc nobis ſat ſint, vt ex his methodo quadã reliqua cõprehendamus. Cæterum qm̃ Gal. inquit, ſingultum eſſe motum ventris vomitu vehementiorem, ppeaquòd ex ſuperius enarratis p vomitũ expellimus, q̃ in ventris ſpatio continent̃, p ſingultum verò q̃cunq; etiam in ipſius ore penitiora ſunt, A nic inſurgit aduerſus Galenum, atque hac in primis ratione ſingultum ac vomitum æque validiores eſſe motus comprobans; etenim quod per vomitum eijcitur non ſemper diffuſum eſt, ſed aliquando imbibitum, ergò hoc-

6. Aui. 3. 2. tra. 5. cap. de ſingul.

ilius

calu

©BIU Santé

casu vomitus motus perinde ac ipsius singultus vehemens erit: præterea singultus præparat ad vomitum, non igitur vomitu vehementior, sed imbecillior. His quidem instantiis facile Excellens Pater meus respondebat, ꝙ si Aui. argumentationem perpendamus, is vnum, quod probare debet, assumit, vel si materia in vētris tunicis imbibita vomitus efficitur, dubio procul & singultus adest, quem quidem ob vtriusque humoris diffusi, ac imbibiti cōmixtionē haudquaquam discernimus: at cū ait Aui. ꝙ singultus præparat ad vomitū, id quidem per accidens contingere dicimus, quandoquidem humores, qui singultu expelluntur, à partibus ventriculi penitioribus in eius spatio recepti tandem per vomitum expelluntur. Subdit Gal. in contextu iuxta veterem græci codicis scripturam, quam quidem approbo, duo alia signorum genera, atque in primis vnum hunc in modum scribens.

Et doloribus.

Quemadmodum veteres os ventriculi, cor nominare consueuerūt, ita & ventriculi dolores, cordis dolores acmorsus, atque fortasse non sine ratione, propterea quòd ventriculus, vt conafficitur, eiusq; nocumēto cum quàm facillime cordi communicatur: hinc vulgares fermè omnes ventriculi dolore quopiam affecto hunc cardiaca, siue cordis passione affligi diiudicant, cordique remedia apponere contendunt: itaq; ex dolorum varietate propria ventriculi affecti signa deprehendentur: si.n. adest dolor cum inflammatione, aut amaræ, aut salsæ pituitæ in ventriculo positæ inditiū erit, qui si continuus sit, materiam ex mala ventriculi intemperie ibidem genitam esse concludendum est, at si per interualla, humores aliunde ad ipsum confluunt; dolor autem siue mordicatio absque inflammatione humores acetosos indicat; itidem si post cibum assumptum ad horas quatuor eueniat, ac vomitus acetum referat, ex quo dolor sedetur: at si econuerso neque aceti vomitus, neque diminuta digestio adsint, sed signa dūtaxat choleræ vnà cum ventriculi dolore non solum ipsius, sed & hepatis inflammationem indicabunt: proinde dolor, qui ex ventositate, siue flatibus prouenit secum habet hypochondriorum extentionem, rugitum, eructationem, atque ipsum singultū; qui vero ex humorum copia, grauitatem potissimum, ac contentionē: ꝙ si humores praui rodentes, & virulenti in ore vētriculi collecti, aut eò confluxi aderunt, tunc adeo acutus erit dolor, vt fermè vix tolerari possit, ex quo confestim intereunt homines, si ab eorum immodica rosione os ventriculi oppressum diutius detineatur, eam namque per lōgum temporis spatium sustinere non valent: Doloris præterea ventriculi

©BIU Santé

culi cauſæ ſunt lumbrici ſurſum ad os ventriculi aſcendentes, quē quidem non ſolum propriis motis dignoſces, propterea q̄ morſum, nauſeam, inappetentiam efficiunt, & ſi cibum ægrotantes aſſumere cogũtur, vix deglutiunt, & ſi quod aſſumunt, reuomunt; ſed & his quaſdam alias coniunges, quibus non ſolum huiuſce affectus lũbricos eſſe, ſed & qui nam hi ſint ſiue teretes, ſiue latę tęniæ, aut alterius generis facillime dignoſces, de quibus dum occaſio nobis ſe offerret, alias diſſeremus. Subdit Gal. aliud ſigni genus.

Et tumoribus.

Tumores ventriculi & ſi interni ſint, viſuique noſtro haudquaquã ſubiecti, attamen quóniam complures ſunt, qui extenſione quoad partes extimas conſpiciuntur, ac nonnulli, qui ſi non victu, tactu tamẽ ſaltim comprehenduntur, ob id ex his quoque iuxta græcum veterem cõdicem ſigna deſumere docet Gal. ſiquidem tumor durus, & tactui reſiſtens ventriculi ſcyrroſum apoſtema indicat; qui ſi quãdoque emineat, quandoque deliteſcat, calidum apoſtema, quemadmodum cum rugitu ventoſam materiam, ac ventriculi imbecillitatem, ac cum grauitate humoris copiam, & maximam ſtomaci diſcraſiam. Hęc ſunt, quę pro Galeni verborum explanatione de ventriculi affecti ſignis mihi dicenda videntur; reliqua ſupleat, atque inueſtiget diligens medicinę ſtudioſus. Subiecit autem Gal. affecti thoracis ſigna hunc in modum ſcribẽs.

Signa Thoracis patientis. Cap. 80.

Ita & thoracis agnoſcuntur affectus ex ſpirandi difficultatibus, tuſſibus, & doloribus, qui in ipſo ſunt, & eorum, quæ cum tuſſi expuuntur differentia.

THORAX ex Galeni ſententia venter ſuperior ab Hip. 7. Aph. 38. nũcupatur, atq; id eſt, quod à clauibus ad diaphragma coſtis vtrinque circunſcribitur partes vitales continẽs, nempè aſperã arteriam, pulmonem, cor, ſeptum, paniculos, pulmonem, ac cor ipſum inuolnentes; nec non is uenter, qui coſtas circunſcribit, ac muſculos tum externos, tum internos coſtibus adhęrentes, cuius quidem affectionum ſigna Gal. tradere proponens ea ex quatuor precipue generibus ſumit, nempe ſpirandi difficultate, tuſſi, dolore, atque his, quę ex ipſo euacuãtur. Difficilis quidem anhelitus cum multas thoracis partes affectas denunciet

©BIU Santé

nũtiet apoſtematib. obſtructionibus, malis intẽperiebus, paralyſi, & ſpaſmo, & huiuſmodi, quò vnum ab altero diſtinguas perpendenda ſunt non ſolum ipſius anhelitus ſigna, ſed vnà reliqua quoque alia coniungenda, nam ſi membranæ ſuccingentis coſtas inflammatio, ſiue apoſtema ſit, quam medici pleuritidem nominant, nõ ſolum neceſſariò difficilis adeſt anhelitus, propterea q̃ inflammatio, ac dolor prohibẽt quo minus reſpirationis inſtrumenta plurimum attollantur, ſed & febris cõtinua, eo q̃ propè cor pars inflammatur, pulſus cum tenſione, ac duritia quæ ob caloris & ſiccitatis in partibus neruoſis exceſſum efficitur, tuſſis ipſa ob materias uirtutem expulſiuam prorritantes, ac dolor deniq; pũgitiuus, qui non ſolum circa affectam regionem pungit, præſertim cum thorax ipſum mouetur, uerum & interdum diffunditur ad iugulum uſque, ſi partes ſuperiores petat, & interdum ad ſeptum tranſuerſum, ſi inferiores obſideat: inſuper pulmone vlcerato, aut inflammato, aut quadam excedenti qualitate prædito, aut imbecilli reddito difficilis ſpiratio redditur, ſiquidem meatus reſpirationis, ex inflammatione, aut apoſtemate clauduntur: ex imbecillitate vero uirtutis cum magnitudine deficiat reſpiratio, crebritate, & frequentia ſuplet, q̃ ſi vapores fuliginoſi in magna ſint copia, qui è thorace protrudi mereantur, tunc difficilis admodum reſpiratio efformatur: adhæc difficilis quoque anhelitus redditur non ſolum ob membranas coſtas ſuccingentes, & ipſum pulmonẽ verũ & affecto diaphragmate, muſculiſq; thoracem mouentibus, ac tandem partibus omnibus ad ipſum attinentibus, nõ tamen primariò, quam per conſenſum à partibus aut humores ad thoracem mittẽtibus, fuiq; copia meatus, quibus fit anhelitus obſtruentibus, aut ad ipſum virtutem motiuam cohibentibus, ut in epilepſia, dum cerebrum affectum eſt: ob quam quidem affectionem virtus motiua ad thoracis partes trãſmitti prohibetur, atque tũc difficilis anhelitus in homine conſpicitur. Verum cũ de hoc ſigno cap. de cordis affecti ſignis complura ſuperius dicta ſint, ſat nobis erit hæc percurriſſe, ſiquidem ex his, & quæ ibidem ſcripta ſunt, poterit quiſque intelligere, quo nam pactò ex hoc ſigno cũ aliis non ſolum cordis, ſed & reliquarum thoracis partium affectus facillime dignoſcantur: cui quidem addas velim ſignum, quod ex tuſſi deprehenditur, tuſſis etenim motus quidã eſt ab expultrice virtute factus, quo ea, quæ in pectore, ac pulmonibus ſunt, eiicere contendit, nam (ut inquit Gal.) qualis eſt per vomitiones in uentriculo expultricis facultatis actio, eiuſmodi etiam per tuſſes & in pectore eſt, atque pulmonibus, vel (vt idem paulo infra inquit) tuſſis nihil aliud eſt, quam vehementiſſima efflatio, qua plurimus ſpiritus celerrime foras erumpẽs impetu

5. de caus. ſymp. ca. 3.

ſuo

©BIU Santé

ſuo excrementa extrahit, exploditque meatum ipſius obſtruentia, adeo vt ſi prima expiratio non poſſit ea, quæ moleſta ſunt, excutere, non grauetur & iterum ſecundo, & tertio in ipſa irruere, atque magna ex parte ſortitur effectus, præſertim ſi & ſpiritus impetuoſe feratur, & ea, quæ obſtruunt facile poſſint expelli: Ex quibus quidem Galen. verbis apertiſſime colligitur non eundem eſſe tuſſis, ac uomitus motum, nam in vomitu ſatis eſt virtus expulſiua, quæ nocuos humores è ventriculo deiicit, at in tuſſi virtus hęc non ſufficit cum pulmonis cartilagineæ ſubſtantiæ adſint, ac duræ, quæ non ſatis contrahi poſſunt, ſed & ſpiritu opus eſt, quo vehementer ad exteriora moto vnà cum virtute ipſa, quod nocuum eſt, ſi non vnica uice, ſecunda tamen, aut tertia ex thorace propellat. Ex tuſſi itaque pectoris ac pulmonis affectus dignoſcimus; etenim cum in thorace humores neque aquoſi ſunt, neque lenti, tunc facillime tuſſi expuuntur, ſi vero aquoſi ſint, ob tenuitatem à ſpiritu diſſecantur potius, quàm vltra ferantur, lenti vero adeo aſperæ arteriæ inhærent, ac pulmonis cauitatibus, vt ab his uix ſolui queant; atque aridæ tuſſes a Galeno nuncupantur, quandoquidem humores hi prius per guttur & aſperam arteriam delabendo funduntur, quàm à ſpiritu concitato per tuſſim ſubduci poſſint: quod quidem Thaſijs accidiſſe ſcribit Hippocrat. propterea quòd eorum caput ab auſtrino flatu repletum foret, ac ob deſtillationem thoracis partes omnes obſtructæ: Et ob id cum huiuſmodi tuſſi raucedo adnexa videbatur, ſiquidem in cauſa erat humor diſtillans, à quo vocis inſtrumenta irrigabantur: inſuper aridę tuſſes interdum fiunt exaſperatis faucibus, & gutture, nulloque tenente humorum affluxu, atque hi nil expuunt, propterea quòd neque ſuperflui habent quicquam, quod reiici, ac expelli oporteat: aliæ etiam fiunt aridæ tuſſes ob intemperiem reſpirationi deſeruientium inſtrumentorum citra tamen humoris affluxum, quas quidem duas poſtremas tuſſis ſpecies facillime agnoſces, ſi ex humidis, ac lenibus ęgrum iuuari perſpicies, ac è conuerſo morbum magis increſcere, ſi is aere ſicco, & rebus ſiccis perfruatur: Pręterea tuſſis vehemens, & quę maximo conatu fit ex huiuſmodi aquoſis aut craſſis, ac adhęrentibus humoribus perficitur, quæ ſi non adeo vehemens erit, aut minus aquoſas, aut lentas materias indicabit. Dolor autem, quod tertium ex quatuor à Gale. ſignis enumeratur, affectum thoracem præſefert ſiue id mala intemperie, ſiue vlcere, ſiue apoſtemate vexetur, cuius

1. epid. ſe. 1. con. 12.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 397 sur 753

©BIU Santé

quidem prout varij ſunt affectus, ita & doloris multiplices differentiæ, etenim cum pulmo inflammatur, dolor lenis apparet, ac quędam potius grauitas ex Auicen. ſententia; de pulmonis affectionum ſignis obloqueretur: cum verò dolor adeſt pungitiuus partes neruoſæ, ac membranæ coſtas ſuccingentes ſunt inflammatæ, in his nãque magna neruorum copia reſidet, quibus dolor acutior ſentitur, quem quidem non adeo acutum percipiet æger, ſi carnoſę partes, ſiue muſculi fuerint affecti: inſuper dolor, qui thoracis partes non continuò affligit, ſed p temporis interualla nonnũquam ſedatur, ibidem ſpiritus, ſiue flatus, aut flatulentas materias adeſſe commonſtrat, qui ſi perpetuò hominem infeſtet, ex humoribus morbum pendere dicendum eſt; verum tamen humor biliоſus ſui acredine maiorem dolorem infert, ſicut pituitoſus, ac frigidus minorem. Adhęc tria ſigna eſt & quartum ex his, quę è thorace euacuantur deſumptum, quorum quidem motus ſcreatio ſiue ſputum nũcupatur; proinde ſigna quę ex his, quę p ſputum euacuantur duo potiſſimum ſunt, alterum quidem ex ipſius ſcreationis qualitate, alterum verò ex expulſionis modo, ex quibus partialia quoque alia emanant: vt igitur differentiæ quę ex ſputi qualitate, multiplices ſunt, ita & ſigna, alia nãq; ſcreatio, ſiue ſputum ſincerum eſt, aliud verò permixtum, ſincerum quidem eſt vtpote flauæ bilis, aut nigræ, aut pituitæ dũtaxat, aut deniq; puri ſanguinis, ſcreatio quidem flauæ bilis, ſi ſincera eſt, ex Hippoc. ſententia cum periculo eſt, maximam nãq; arguit thoracis caliditatem, ac inflammationẽ, quæ ipſum mirum in modum rodit; atra autem ſincera difficilior, q̃ prior eſt, ſiquidem humor ater bile deterior eſt, candida verò glutinoſa ac rotunda ſcreatio pituitam in thorace aſſatam oſtendit, quam quidem inutilem ſcreationem eſſe Hippoc. ait, at non prauam, aut cum periculo, vti ſuperiores; quę verò ſincero ſanguine ſcreatio euacuatur, etſi quouis alio ſincero humore meliorem indicet affectionẽ ex Gale. ſententia, attamen & ipſa mala eſt, quandoquidem ſanguis rubidus, ac vnà dolor in thoracis partibus continuus, vulnus in pulmone, eiuſve cauitatibus, ſeu ſibi proximis partibus adeſſe indicat, at ſi exeat ſanguis abſque dolore venarum in pulmone aut pectore quidpiam orificium apertum eſſe demonſtrat, ſi autem niger fiat ſanguis, ac craſſior, & dolor adſit, & ſomnus, profundius ad thoracis cauitates vulnus attingere cenſendum eſt, ſiquidem ob longã itineris viã nigrior, ac craſſior redditur, ſanies verò pura ſputo iecta vulnus iam factum ad vlcus tranſijſſe, aut ex apoſtemate concocto a virtute expulſiua ſaniem puram protrudi ſignificat: ſputum autem permixtum, ſi

lib. 3. cap. de pulm. aff.

2. progno. 46.

©BIU Santé

mixtum, ſi croceum ſiue viride, aut chloron ſit, ſeroſi humoris, ac aſſati vnà cum pituita in thorace permixti inditium eſt, nam ſicut flauus color apparet, vbi ſeroſus ipſe humor aſſatur, ſic & eo permixto, croceus apparet, viridis verò, ſiue rubiginoſus, vbi is vehementer aſſatur, niger verò, aut quoties is vehementer aſſatur (quæ ſanè deterrima, & quàm maxime derodeus atra bilis exiſtit) aut vbi craſſus ſanguis ſimiliter exiccetur, aut ratione extinctionis, refrigerationisque; ſi autem ſputum flauum ſit non multo permixtum ſanguine, ſi reliqua peripneumoniæ ſigna adſint, ſalutare admodum ſignum eſt; pulmo etenim inflammatione laborans humorem quēdā excernit ad intimas ſui ipſius ſedes inanes, quę inquàm aſperę arterię ſunt, qui quidem humor a tuſſedine elatus, excreatur inditium afferens cōmittentis pulmoniam fluxionis, atque ob id ſi bilis copia adeſt vnà cum ſanguine ſputum flauum, & rubidum ſimul apparet, ſi aūt bilis atræ nigrum ac rubidum quodammodo ſimul iuxta maiorem, minoremvè humorum adinuicem admixtionem: inſuper ſputum ſpumeum aereā ac pituitoſam ſubſtantiam in pectore, caloris copia permixtam indicat, ſiquidem ex his duobus (vtait Galen.) quælibet ſpuma conſiſtit, in mari quidem ex violento ventorum afflatu in multas, & exiguas partes attrita aqua, in his verò quæ elixantur præ caliditatis copia, quòd ſi multæ & exiguæ bullulæ ſolutu difficiles in ea ſpumea ſcreatione uidentur, craſſum, uiſcoſumque humorem in cauſa eſſe dicendum eſt, ſicut ſi in pauca fiunt quantitate, ac ſolutu faciles, tenuem magis, ac uaporoſum, etenim quemadmodum in aqua bullulæ gignuntur ex humida quippe ſubſtantia intra ſe aerem includente, quę quoties ſpiritus ſurſum uerſus feratur, reſcinduntur, qui ſanè ſpiritus ſi craſſa ſit materia, difficulter admodum exit, ſi uerò tenuis, quàm facillime, ac breui temporis ſpatio; ita & quoties elixatur aqua, ſi humor aqueus craſſus eſt, difficile aer euaporat, utpote cū oleaceus, aut pinguis, uiſcoſuſvè humor ſit, facillime uerò ſi tenuis, ac rara ſit aqua; quòd ſi ſpumea ſcreatio cum alijs coloribus inſigniatur unà cum aerea, & aquea ſubſtantia pituitoſa aliorum humorum permiſtionis inditium erit, nam uiridem, & ualde admodum ſpumantem ſcreationem malam eſſe prædicebat Hippoc. ſi enim color uiridis utpote atrę bilis peccantis inditium eſt, quę omnium humorum deterior cenſetur, tametſi aqueus hic humor illius temperet acuitatē, ac prauitatē, attamen non adeo præſtat is, quin partes ipſę, quæ huiuſmodi commixto uexantur humore, mediocriter afficiantur, quod quidem de alijs quoque coloribus unà cum ſpuma dicendum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 399 sur 753

©BIU Santé

censeo, ne frustra longior esse videar, at screatio spumosa cum sanguine. Si quedam in ipsa screatione sanguinis inspersio conspicitur, pulmonis superioris partis propè trachearteriam venulæ abscisæ erunt, idq; potissimum si calor in thorace copiosus vigeat, ac ibidem æger dolore haudquaquam afficiatur: si verò vnà sanies cum sanguine prospicitur, id vtique & partium corrosionem, ac vulnerationem, siue venarum fracturam præostendet: itidem si aliquid corticis, aut pulmonis frustulum, ac vnà vt lotura carnis sputum appareat, pulmonis, ac eius fistularum vlcerationem, corrosionem, ac deniq; destructionem. Cæterum signa ex expulsionis modo, ex quibus thoracis affectus noscuntur, varia quoque sunt, quandoquidem screatio alia sine sputo est, alia cum sputo, rursus hæc aut cito, promptèque, aut tarde, difficileque sputum emittit; screans quidem absque sputo in meatibus humorem adhærentem, ac impactum denuntiat, atque eo potissimum si æger absque quòd nil per palatum exeat, frequenter admodũ excreet, nam (vt inquit Gale.) contingit aliqñ frequens hmõi screatus, vbi respirationis robur externũ qdpiã attraxerit, in ipsisq; meatibus tũ adhæserit, tũ ipactũ fuerit, screatio autẽ cũ sputo plurimas habet dñas, de qbus superius abunde dictũ est; at cũ screatio hæc iuxta fortiorẽ, debilioremvè motũ diuariari quoq; soleat, quo fortior, aut ibecillior erit, eò maiorẽ humorum in thorace cõpactorum, ac cõcoctorum copiam, minoremvè denũciabit: Verũ screatio citò, prõpteq; humorẽ euacuans, quoties nec vehemens in thorace dolor infestet, nec vires deficiant, humores concoctos, ac mediocri substantia õditos ibidẽ adesse indicat, nã si viscosi forent humores, tenacius vtiq; membris adhærerent, ac excurrentes sæpenumero ob viscositatẽ pulmonis fistulis agglutinati subsisterent, si verò tenues, & aquosi, vix vt qui circiter spiritui circũfluãt, atq; tũc duabus de causis screatio èconuerso & tarda, atq; difficilis reddit, tũ ob materię vitiũ, tũ ẽt ob motiõis initiũ; siqdẽ motionis initiũ est ex facultate, quę thoracẽ mouet, ut supradictũ est, quoties. n. thorax suo valide fungat officio, & humor in pulmonis fistulis recõditus modice crassus, siue adcõgruã tẽperiẽ redactus sit, facile screatur, at si neutrũ existat difficile, ægreq; pariter quoad sputũ sanguinis spectat, si sanguis facile admodũ egreditur, in partibus oris affectionem adesse indicat, si cum screatione, affectæ sunt gutturis partes, si cũ vehementi screatione, pulmonis fistulæ, quòd si vomitu quoque sanguineum sputum emittatur, non solum earum partium, sed & ventriculi, aut hepatis affectionum inditium est. Subdit Gal. in contex. & tracheę arteriæ affectæ signa ex eisdem fermè sumere intendit, quinto

Primo prorit. 6.

nimirum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 400 sur 753

©BIU Santé

himirum ſuperaddito, quod ex vocis læſione ſumitur, hunc in modum inquiens.

Sic & aſperæ arteriæ ægritudines, difficiles anhelitus, & tuſſes, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & vocis offenſiones oſtendunt.

Difficilis quidem anhelitus aſperę arterię ægritudines prę ſefert, nam cum humores ex capite, vicinisque partibus ad aſperam arteriam defluunt, ipſam quidem implent, ac anhelitus viam obturant: pariter ſi pulmone, vicinisvè partibus, aut ipſamet trachea exulceratis multitudo puris in aſpera arteria colligatur, difficilis anhelitus neceſſariò conſequitur: vnde gignitur aſma, abſceſſus, aut viſcerum inflammatio, quæ aeris tranſitum prohibet: quòd ſi difficile ſpiret homo cum ſtertore, ac ſtrepitu, multam humorum craſſitiem indicat, atque lentorem; at ſi ſine ſtertore, ac ſtrepitu, non ſolum abſque craſſitie humorum copiam, quę viarum meatus conſtringat, ſed & aliquod durum tuberculum arteriæ adnatum oſtendet; quod quidem ab eo, quod humorum copia productum eſt, diſtingues, quippe difficilis hic anhelitus per ſanitatem quoque, & paulatim cum magna thoracis dilatatione, & modici aeris inſpiratione, & vehementi expiratione augetur: Quo quidem loco haud ſubticẽdum centeo hoc difficilis anhelitus ſigno aſperæ arterię affectionem ab ea, quæ in leuibus arterijs reperitur, non parum diſtingui, ſiquidẽ affectis leuibus arterijs atque repletis difficilis quippe anhelitus haud quaquam conſpicitur, ſed magna pulſuum inæqualitas ob validam cũ corde connexionem, ex qua cor ipſum facillime immutari, ac proinde pulſus inæqualis reddi poteſt, quemadmodum Antipatro medico contigiſſe narrat Galen. is etenim primo citra febrem pulſus habebat inęqualitatem humore nimirum liquido, craſſo, & viſcoſo in leuibus arterijs collecto, at cum mox humores è capite ad aſperam arteriam delaberentur, ibidemque colligerentur difficilem ſimul cum cordis palpitatione ſpirationem emittebat. Inſuper tuſſes vel maxime prę ſtant, quo aſperæ arterię affectus dignoſcantur; etenim licet tuſſis expultricis virtutis actio ſit, quę materias in pectore, ac pulmonis cauitatibus ſitas expellere cõtẽdit, attñ cũ eæ aſperæ arterię adhęrẽt, quidã virtutis expultricis conatus pro earũ diſcuſſione manifeſtè cõſpicitur, diſſimilis ſanè, atq; diſtinctus ab eo, dũ humores in pectore, atq; pulmonibus colliguntur, quo quidẽ ſigno ſi & alia quoq; coniũges manifeſtiſſime tibi ipſius arterię affectus apparebit. Dolor etiã in

4 de lo. af. ꝓpè calcẽ.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 401 sur 753

©BIU Santé

loco aſperę arterię morbos oſtendit, nam ꝓter q; in ea parte laborante dolor ſentitur, variæ quoque doloris differentiæ ſentiuntur, ſicuti & varij ſunt humores, atque affectus, quibus trachea ipſa moleſtari ſolet, craſſi namque dolorem potius grauatiuam efficiunt, quemadmodum acres, mordacem, ac pungitiuum, quòd ſi quis dolorem hunc ab eo, qui in affecto pulmone ſentitur, diſtinguere exoptat, is vtiq; facile intelliget hunc ex affecta trachea arteria acutiorem fore, quàm qui ex pulmone prouenire conſueuit. Quæ expuuntur pariter eundem indicant affectum, orto nãque in aſpera arteria vlcere, purulentum fit ſputum, atque in minori ſanè quantitate è thorace propellitur, quàm quod a pulmonis ulcere natum eſt; & ut ex pulmone educta particula uiſceris ipſius ulcerationem ſignificat, ita ex arteria aſpera interdum corpuſculum aliquod a ligula, interdum arteriæ portionem per ulcerationem excreari uidemus; non ſecus cum in trachea uulnus adeſt, ſanguis paucus quadam cum leui tuſſi emanat, in pectore autem uulnere exiſtente multum cum tuſſi expuitur, ac ſanguis ille niger eſt, craſſus, ac ob uiæ longitudinem coagulatus. Poſtremo uocis quoque offenſiones aſperæ arteriæ affectus denuntiant, etenim cum uox (ut eam diffinit Ariſto.) ſit aeris reſpirati percuſſio facta ad uocatam tra-
2.de an.90 cheam arteriam ab animæ uirtute in partibus reſpirantibus exiſtente, quæ uoluntariè mouetur, cum ſignificandi imaginatione, plura quidem ad ipſam efformãdam concurrunt inſtrumenta, diaphrama, uentris, ac oẽs thoracis contrahentes, intercoſtalesq; muſculi, ac hi, qui ſunt laryngis, adhæc lingua, dẽtes, labia, palatum, atq; gurgulio, inter
7.de uſ. rpat. hæc autem larynx ipſa ſumma quidem tracheæ arterię pars ex Galen. ſententia primum, ac principaliſſimum uocis eſt inſtrumentum, deinde & reliqua ipſi inſeruientia, quandoquidem cum hęc ordine ita ſe habeãt expiratio exuflatio ſine ſtrepitu, exuflatio cũ ſtrepitu, uox, atq; ſermo ipſe, in expiratione quidem uentris ac omnibus thoracẽ contrahentibus muſculis utimur, in exuflatione autem abſq; ictu non ſolum hiſce, ſed & intercoſtalibus, in exuflatione uerò cum ictu, atq; ſtrepente cum ſuperioribus his quoque, qui ſunt laringis qui proprie ſunt uocis, at in dearticulata uoce cum omnibus ꝓdictis & lingua, dentibus, palato, atq; gurgulione: ob id prioribus quidem leſis poſteriora lædi neceſſe eſt, ac non è contra, ut etiam ſuperius declaratum eſt: Vnde deſtructa, imbecillivè reddita uoce, laryngis ac aſperę arteriæ potiſſimum offenſionem oſtendimus, quippe proprium ipſius eſt inſtrumentum: cum igitur humores ibidem aut colliguntur, aut è cerebro defluunt, aut ipſamet aſpera arteria mala intemperie quapiam uexatur,

uox

©BIU Santé

vox ipſa neceſſariò mutatur, ex qua quidem mutatione diuerſos aſperę arteriæ morbos dignoſcimus, exempli gratia craſſi humores eo in loco contenti vocem raucam reddunt, itidem mala ipſius complexio humida, ob cuius quidem exceſſum & vox ipſa nonnũquã deſtruitur, tremulavè ſentitur, quòd ſi vox aſpera ſit gruum quàmſimilima, ſiccæ intemperiei, quo ad aſperam arteriam ſpectat, ſignum erit; at quæ p̃ter conſuetudinem ſentitur grauis, ipſius nimirum meatus dilatationem, relaſſationemvè, ſicuti acuta conſtrictionem, obſtructionemvè oſtendit. Proinde quoniam hoc libro tanquam reliquorum epilogo valdè ſuperfluum foret omnium reliquorum membrorum, de quibus ne vlla quidem hucuſq; facta eſt mentio; male affectorum ſigna accuratius, ac prolixius admodum diſſerere, ſiquidem hęc ipſa ex eiſdemmet fontibus, proportionevè reſpondentibus exhauriri poſſunt, propterea Gal. ne quid intactum a nobis exoptaretur, ſigna omnia in quatuor prima genera colligens, ac breuibus docens quomodo ex vnoquoque ſingilatim cuiuſq; partis ptætermiſſæ affectiones dignoſcere valemus, ſubdit.

Secvndvm verò eandem proportionem, & in aliis omnibus accidit partibus.

Nempè & quæ inſitas ſimul, & aliunde emanantes a natura potentias obtinẽt, de quibus hucuſq; non egit Gal. quales ſunt renes, ſplen, & iſtiuſmodi, & quę ex ſeipſis reguntur, vt cartilago, membrana, & id tale genus, nec non & partes eæ, quę a principibus originem ducunt, vt nerui, venæ, ac arteriæ.

Nam ex tumore, dolore, & operationum læſione, & excrementorum differentia ſumuntur indicia.

Etenim quãuis Galen primo & ſecundo de lo. affect. varia eſſe ſigna oſtendat, ex quibus partes affectæ dignoſci queunt, partis nimirum cuiuſlibet eſſentię proprietas, membri exeuntis magnitudo, ac quę in particulis continentur, inſuper affectę ſedi adhęrentia, accidentia q̃liber, ſiue ſymptomata, actiones læſæ, excrementorũ quantitas, tumores p̃ter naturã, dolores, coloris vitiũ quod ſequitur vel in vniuerſo corpore, vel in vna quapiam parte, vel duabus, idque in oculis, & lingua, arq; id tale genus, attñ ſi recte Gal. methodum animaduertimus, vt & hoc loco, ea oĩa ad quatuor p̃cipue ſignorũ genera reducere conabat; is nãq; iubebat, vt primum in quacũq; particula, ſeu parte rectè intueremur, num actio aliqua ſit læſa, quippe cum ipſa p̃prium actionis inſtrumentum affici neceſſe eſt, poſtea num tumore quopiam, aut dolo-

2 lib. de lo. af. ca. 9

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 403 sur 753

©BIU Santé

re inſectetur pars, accurate quidem cuiuslibet horum ſpecies inueſtigãtes, vt.n. varij ſunt morbi, ita & dolorum, ac tumorũ ſpecies, poſtremo per quem meatũ affectę ſedis, ſiue partis excrementa uacuentur, & nũ aliquid eſſentię ab affecta parte ſecernatur, & an omnino concocta, an medioc. iter cocta ſint, quandoquidem ex his reliqua omnia comprehendentur. In primis autem declarat Galen. ex quibus primus ſignorum fons exhauriri poſſit, ſubdens.

EXCRESCENTIAE *autem præter naturales in inflammationibus duriſque ac laxis tumoribus ac eriſipelatis, ſunt explorandæ.*

ὄγκος græce, apud nos excreſcentia, ſiue tumor ex Gal. ſentẽtia libello de tumoribus præter naturam, vnum quoddam eſt ex his, quę corporibus accidunt, quod in longum, latum, atq; profundum extenditur, ex triplicique in animalibus conſtat natura, aut.n. naturalis eſt, & à natura inſtitutus, quemadmodum in mulieribus mamillæ, aut vltra naturæ inſtitutum, non tamen præter naturam excedens, vt in his, qui ocio, aut alia quapiam de cauſa impinguantur, ac craſſiores redduntur, non tamen adeo craſſiores, vt actiones ipſę prohibeantur; quòd ſi primariò, aut per accidens utroq; n modo contingere poteſt actiones ipſę nocumentum percipient, dubiò procul tertium tumoris præter naturam genus adeſſe dicemus; etenim tumor hic non nunquã ad tantã magnitudinem attollitur, vt ob hãc ipſam magnitudinẽ, teſte Gal. functio impediatur, quãdoq; vero alia ex cauſa tollitur actio partibus nẽpè male affectis, ac morbo laborantibus, quemquidem affectum confeſtim tumor ipſe conſequitur: prima quidem tumoris generatio ex Gal. ſentẽtia morbus reuera eſt, ac cenſeri debet, ſiquidem primo, ac per ſe actiones impedit, at tumor, qui poſt affectam partem exoritur, in qua morbus primo, ac per ſe viget, ſymptomata, vel pathema potius dicetur, quemadmodum & dolor: Quam quidem diſtinctionẽ Neoterici omnes tum Arabum, tum Gal. ſectatores haudquaquã animaduerterũt, ſed quẽcunq; tumorẽ morbũ eſſe putarũt: atq; ob id nõnulli quidẽ tumorẽ p̃ter naturã ꝓpterã diffinierũt, ꝙ eſt incremẽtũ naturalẽ ſtatũ in corpore excedens & actionis læſionẽ inducens; qui.n. tumor eſt ſymptoma, actioni nõ incõmodat per ſe, ac primo vt morbus ipſe, ſed ꝓ accidẽs, & ꝓ ſequelã quãdã; alii vero aliã ipſius tumoris præter naturã aſſignare cupiẽtes diffinitionẽ, inter quos fuit Mõtanus noſtra tempeſtate clariſſimus, Gal. authoritatem gloſſare cõnati ſunt, vbi ait; ꝙ phlegmon affectus eſt p̃ter naturam, ipſa vero phlegmonis laborãtis particulæ functio

©BIU Santé

ctio morbi insigne symptoma, rubor autem tensio, & tumor qui præter naturā sit, ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatū, siue accidētiū, siue quo alio nomine appellare malit, dicētes Gale. ibi non accipere tumorē, p vt est apostema, & genus inflāmationis, sed p abscessu, quē nostri exituram nominant, qui quidē abscessus inflammationem consequi solet: Verum, pace eorum dixerim, non recte Galen. mentem possident, idem namque ibidem & alibi sentit, si quidem (quemadmodum clare eius sonant verba) tumorem pro exitura, siue abscessu non desumit, sed pro magnitudine, ac excrescentia, quę partis affectum, siue morbum consequitur, his verbis: Quòd igitur in vasis circa particulas inflammatas plus sanguinis colligatur, ex ipsarum tumoribus licet coniicere, nec minus etiā ex eo quòd venæ in illis conspiciantur, quæ antea præ illarum paruitate minus effugiebant, quæ nimirum in inflammatione nequaquam fuerūt genitæ, sed in ea, cum fuerint sanguine repletæ, in magnitudinē eo usq; fuerunt elatæ, vt iā sensiles euaserint: quod clarius? cum in hisce tumoribus magnitudinem, non autem exituram respiciat Gal. nondum enim ad suppurationem, siue exiturā apostema hoc deuenit: Quo fit, vt & hi qui morbū vti genus in eius diffinitione collocarūt, meo quidem iudicio, nō leuiter sint increpādi, tumorē namq; præter naturam absolute nulla ipsius habita distinctione diffinierunt, cū tñ Gal. nō solū alibi, verū & hoc loco inter tumores ipsos non exiguā cōstituat differentiam, alter namq; signū est, & symptoma, alter uero signatū, ac ægritudo. Cū igitur tumoris triplex hæc natura sit, Gal. p̄senti loco de tumore duntaxat p̄ter naturā uti signo ad corporis affectus dignoscēdos agere intendit, nam tumor qua naturalis est curatiuę methodo haudquaquam subiicitur, eū uero, qui nō naturalis est, & vltra naturæ limites solū transgreditur, cū omnibus iā notū sit nō tantū medicis ipsis ex carne, atque pinguedine naturę modū excedētibus, generari, ipsius vtiq; signa petēda nō sunt: ob id nō recte Leonicenū Gal. verba trāsferre mihi videtur cū ait [excrescentiæ ăt nō naturales] sed rectius iuxta veterē versionem ac codicē græcū uertēdū cēseo [excrescētiæ ăt p̄ternaturales] siquidē ex illa Leoniceni versione Gal. hos ēt tumores vltra naturę institutū, quos nō naturales appellamus, intellexisse qs suspicari possit, quod quidē secus se habet, vt cuipiam notum esse poterit. Tumores itaque siue excrescentiæ p̄ter naturam affectas partes consequentes morborum sunt inditia, siue phlegmone, siue œdemate, siue schyrro, siue erisipellate partes afficiantur, etenim cū quatuor sint humores, sāguis, f. pituita, & vtraq; bilis, itē & humores alii p̄ter naturā his p̄portione respōdētes,

1. de diffe morb. c. 2. & lib. de tu mi. præter nat. 2.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 405 sur 753

©BIU Santé

primi quidem vt & ſecũdi partes afficere, ac intumeſcere poſſunt, nã ſi ſanguinis copia ad membra defluat, nõ ſolum meatus ipſi dilatãtur, verum & ſubiacentes partes contenduntur, quò fit, vt grauata membri virtute nullæ ipſius edantur operationes, ac dolore ob violentam cõtentionem inualeſcente, membrum neceſſariò vehementius affligatur, vt tandem & ob dolorem, & ob inflãmationem maiorem ſanguinis copiam attrahat, ac tandem ad immenſam molem deueniat, quam quidem nos tumorẽ, ſicuti membri affectum, ſiue morbum phlegmonem, inflammationemvè nominamus: pariter ſi bilis abũdet, ad membrum debile decumbit, multitudine obſtruuntur partes, mala intemperie calida, & ſicca afficiuntur, ob doloremq; noua ſuccedit bilis materia, ac tandem eryſipellas nuncupatum conficitur, ſic & confluente pituita œdema à græcis vocatum, à noſtris, laxus tumor generatur, ac melancholico excedente ſucco, & ad membrũ fluente oritur ſchyrrus, quem durum tumorem, ſeu apoſtema nuncupant: itidem & cum inuicem miſcentur humores, varii partium morbi efformantur, qui & ipſi in tumores eleuantur, ac poſtmodum ab eo qui prædominat, morbi nomina ſortiuntur, vt ſanguine bili dominante, phlegmonem eryſipellatodem dicimus, ſicut ob flauam bilem prepollentem eryſipellatẽ phlegmonodem, pariter & cum nõ ſolum duo, ſed & tres, ac quatuor ſiue pari, ſiue impari numero inuicem commiſcentur humores; de quibus quidem tot in preſentia dixiſſe ſufficiat, quo quemadmodum tumores ipſi partium affectus conſequantur commoſtrauimus; at quomodo eoſdem indicẽt, reliquum eſt, vt breuibus aperiamus. nam cum tumorum alij quidem ſint interni, alij uero externi, interni quidem viſum effugiũt, tactu uero in externa quapiã parte multotiẽs ſẽtiũtur, ac quò magis à partibus ſibi ſubiectis denudantur, eo magis ſenſui tactus ſubiiciuntur; at externi uiſui & tactui ſe ſe offerunt, propterea nõ eodem modo ſemper ab his ſigna deſumuntũr, ſed ex internis quidem ſi ipſorum tactu propriam eſſentiam, & locum, in quo ſiti ſunt, atque figuram attendas; ex externis vero ſi præter hæc tria viſu quoque colorem animaduertas, nam cum ſanguinis eſſentia ſit calida & humida, ob eius copiam venas repler, ac arterias; quo fit, vt tumor pulſatilis, durus ac rubeus efficiatur; ſi autem bilis flauę eſſentia tenuis calida, ac ſicca, tumores neceſſario paruos efficit, & valde feruentes, ac acres, quibus febris continua & ardens, vt plurimum concomitari ſolet; ſin pituita frigidę ac humidę ſubſtantiæ tumores remiſſe calidos, magnoſque conſpicimus, ac multotiens laxos, doloreque uacantes: at melancholicus ſuccus duram ad tactum materiam, ac plerumque doloris penitus expertem

©BIU Santé

tem præsefert; quod itidem de aliis compositis ex propria essentia diiu dicandum videtur. locus etiam attendendus est, in quo tumor colloca tur, si namque exempli gratia in dextra præcordiorum parte adest tu mor, hepar sanè, sin in siniſtra lien ipsum affectum esse diiudicamus: præterea tumoris figura perpendenda est, nam cum membrum affectũ ob materiam, non autem formam augeatur, forma atque figura in au ctione diuariatur, quod tamen secus habet in naturali auctione siqui dem dum minimæ partes ad minimam non tam in sensibilibus, quàm sensu destituris appositio efficitur, eadem semper seruatur forma atq; figura, ob id hepate tumore affecto, lunaris figura conspicitur, sicuti bili flaua fluente diuersam quidem ipsius figuram intuemur ab ea quã do aut sanguis, aut pituita, aut melancholicus defluit humor: Quòd au tem color ipsius, quando exterius partes apostemate afficiuntur, clarissimum sit inditium, non vberiori indiget declaratione, nã sicut ex Gal. sententia corpus albius solito pituitę copiam, palidus aut flauius bilẽ, rubicundius sanguinẽ, nigrius aũt bilẽ atrã indicat: eodẽ prope modo tumor rubicundior, sanguinem; flauior, bilem flauam, niger atram, & ad albedinem, seu fuscedinem vergẽs pituitam præsefert, quod itidem de commixtis coloribus dicendum est, quandoquidem vt inuicem mi scentur, ita & variam humorum mixtionem ostendent. Subdit autem Gal. in contex. alterum signorum genus his verbis. 4. de tuẽd. ual.

DOLOR autem quẽcunque obsederit locum aut con tinuitatis so lutionem, aut subitam alterationem ostendit.

Dolor iuxta Hippo. atque Galeni dogmata bifariam accipi solet, u no quidem modo impropriè pro ipsa dispositione seu affectu corpo ris præter naturam, quemadmodum vsurpabat Hippo. dum in Crano ne antiquos dolores frigidos, hoc est frigidas dispositiones, nouos au tem calidos affuisse commemorat; altero uero propriè pro dignotio ne tristis confertim ac uiolenter factæ immutationis, sicut idem desum psit, dum inquit; Quicunque parte aliqua dolentes corporis, omnino dolorem non sentiunt, & quæ sequuntur: in prima namq; huiusce di cti parte dolorem impropriè sumens in secunda postmodum ipsum iu xta proprium significatum quodãmodo circunscribit; quem quidẽ cla rius describens Gal. eum tristem esse sensum dicebat, vti voluptatem blandum; neque enim satis est corpus aliquod affatim ac violenter im mutari, sed necesse est idipsum quoque eam sentire præter naturã im mutationem, nam quod passionibus haud obnoxium est, nequaquam dolet, cuiusmodi sunt cartilagines, ossa, & ligamenta: ob id vt dolor ef 6. apid. 2. Apho. 5. 2. de lo. af. a princ.

ficiatur

©BIU Santé

ficiatur, quatuor hæc concurrant neceſſe eſt, primo quidem vt corpus pati aptum ſit, ex atomis nãq; q̃ impaſſibilia, ac mimma ſunt; ſi corpus conſtaret, neq; ipſum corpus paſſionibus ſubijceretur, neq; vtiq; doleret, ſecundò vt tale corpus ſentiat, tertiò vt ſubitò, ac violenter mutetur, ac poſtremò vt ea alteratio p̃ter naturam ſit, aut ſaltim ſenſui inimica; quandoquidem vt Plato voluit in Timæo, dolor a voluptate diſtinguitur, propterea quòd affectus p̃ter naturam violenter, & affatim incidens dolorem excitat; cum verò ad naturalem habitũ redit, idq; rurſus affatim, delectationẽ inducit, quod verò ſenſim, paulatimq̃ fit, ſenſu non percipitur, vt in ethico febris. Quod quidem Platonis placitum, ſi ita abſolute intelligatur, non ſemper veritatem habere videtur, ſiquidem nonnũquã ſubitò, affatimq̃; qualitas aliqua membro conformis, illiq̃; naturalis occurrit, ex qua membrum ipſum non delectatione, ſed dolore confeſtim affici comprehendimus; ob id vt claram Platonis ſententiam redderemus in quarta conditione id adiecimus; q̃ ea alteratio ſi p̃ter naturam non ſit, ſenſui ſaltim inimica non ſit, etenim licet naturalis quandoque fiat immutatio ex qua voluptas conſequi deberet, modus tamen naturæ ſenſuiq̃ue inimicus eſt: qua de re natura haſce non tolerans immutationes non voluptatem percipit, ſed dolorem: quod quidem patet exemplo a Gale. deſumpto ab his, quibus hieme per niuem iter agentibus maxime digitorum extrema rigent atque frigeſcunt, qui ſi ad ignem proprius accedant, vel maxime dolent, ſiquidem a vehemẽti illo frigore tanq̃ calori inimico repentina fit immutatio; quam quidem magna cum moleſtia percipit ſenſus, ſicut econuerſo ex colore immutationem ſubitam ob alterationis modum tanq̃ ſenſui inimicum. Non eſt igitur dolor paſſio, ſeu paſſibilis qualitas, vt nonnulli ſuſpicati ſunt, non enim ſufficit in dolore corpus ipſum pati ob aliquam paſſibilem qualitatem, vti dictũ eſt, ſed opus eſt, vt paſſio ipſa, ſeu qualitas illa paſſibilis a ſenſu potiſſimũ dignoſcatur: neq; minus eſt appetitus (vt alij aſſerunt) fugiendi, vel expellendi, quod nocuum eſt, propterea quòd res prius contriſtantes percipimus, mox appetitus ipſe conſurgit, vt quæ contriſtant, expellat: Vana inſuper eſt opinio eorum, qui dolorem triſtem ſenſationẽ ſenſus interioris, non autem exterioris eſſe contendunt Auer. ſectante authoritatem; ſiquidem ſuperius, & alibi a Patre meo Auer. fuiſſe figmentum demonſtratum eſt. Sed dolor propriè eſt perceptio, ſeu dignotio immutationis affatim violenterq̃ue factæ, dum enim confertim, ac ſubitò mutatur corpora, dolent, cum verò alterationis, ſiue immutationis complementum fuerint adepta, non amplius dolent, quemadmodum

12 metho. cap. 7.

2. de an. 20

©BIU Santé

quemadmodum diuinus ſcripſit Hippo. his verbis: Dum pus cõficitur dolores, ac febres accidunt: Cuius quidem doloris ſi cauſas immedia- 2. aph. 47.
tas recte, ac propriè inuenire ſtuduerimus ynà dũtaxat erit immediata cauſa, non quidem mala temperies, aut ſoluta vnitas, vt multi crediderunt, ſed immutatio quælibet confertim, ac violenter corporibus ſenſu præditis facta; quę quidem immutatio, iuxta Galeni decretum, hoc in loco ex duabus cauſis prouenire ſolet, mala nempè temperie, ac continui diſſolutione: num verò immutatio hęc ſubita ęque ab hiſce duabus cauſis efficiatur, aliorum miſſis opinionibus, hoc loco Galeni ſententia firmam ac ſtabilem conſiderantes duas proculdubio primas eſſe cauſas, atque enarratas aſſerimus, quam quidem ſen- 1. de cauſ. ſymp. 6. &
tentiam idem vbique corroborat. nam cum in corpore noſtro duę po- 12. met. 7.
tiſſimum ſint partes, ſiue naturę, temperies, ac ipſa compoſitio, & 2. de lo.
vtrique ſeorſum naturę dolor accidere poteſt: alterata namque ſu- aff. 4. & 2.
bito, ac confertim mirum in modum temperie citra continui ſolu- de rat. uic.
tionem corpus dolore afficitur, ſicut ipſa in eundem ſtatum per- in acu. cõ-
manente, compoſitione tamen violenter ac affatim quomodocun- mẽn. 1.
que non parum diſſoluta, confeſtim oritur dolor; quod quidem exemplo ſatis aperte demonſtrari poteſt, etenim inciſa parte gladio, aut ligno contuſa dolor ſtatim inducitur, nulla tamen in tam breui temporis ſpatio praua introducta temperie; ratione quinetiã idipſum comprobatur, nam ſubita alteratio, quę dolorem facit, alterationis motu fit, continuitatis verò diſſolutio per motum localem efficitur; alterationis verò motus ab illo locali ſegregari poteſt, vt recte primo de phyſicis auſcultationibus aduerſus antiquos Ariſto. comprobat; igitur & quod ab hoc motu dependet ſeparari poteſt ab eo quod ab alio dependet; & ob id dolor qui ex alteratione qualitatum enaſcitur, ſeparari ab eo, qui ex ſolutione continui proficiſcitur, atque alter abſque altero conſiſtere poterit. Cæterum quoniam Gale. nonnulla verba ſubdit, quibus colligi uidetur malam quidem temperiem non primariò, ſed vt continuum ſoluit dolorem inferre voluiſſe, dum ait; Illud verò inquirere an ipſum, quod vehemenˉter excalefacit, aut refrigerat, diuiſionem aliquam continui efficiat, longiore fortaſſe diſputatione eget, & vtique demonſtratum eſt a nobis in Commentarijs de ſimplicibus medicam. in facultatibus; propterea nonnulli non contemnendi medici hæc & quę quar- 11. meth 7
to de ſimpli. medicamentis ab eodem ſcripta ſunt perpendentes Galen. inconſtantem fuiſſe dixerunt, ſiquidem hiſce locis, atque præcipue libr. illo de ſimpl. medic. ac libello da inæquali intemperie ex Hippoc.

©BIU Santé

Hippo. quoque ſententia hoc ipſum corroborat, qui morbos omnes eſſe ulcera dicebat; ulcus enim non ſine diſſolutione continui eſt, atq; ob id calidum & frigidum continuum ſoluere, ex qua quidem diſſolutione dolor ſtatim inducitur. Nos autem hanc tollentes inter Gal. dicta controuerſiam, dicimus duplicem eſſe doloris ſiue ſubitæ immutationis cauſam, alteram quidem externam, alteram verò internam, externa quidē eſt vtpote iſtius, fractura, cōtuſio, atq; huiſcemodi, quę extrinſecus ſenſui noſtro ſubiiciuntur: interna aūt duplex adhuc exiſtit; altera quidē ſenſui nota, qualis eſt immodica temperies, ſiue calida ſiue frigida, alterius vè qualitatis; altera vero obſcura, quæ haudquaquā ſenſu, ſed ratione tantum comprehenditur, proinde Gale. eas percipiēs doloris cauſas, quę ſenſui ſunt euidentes, duas primas eſſe conſtituit, at ſi morbos ipſos ac dolores contemplemur, vt Hippo. ipſe, ex internis, ac abſconditis cauſis productos, veriſimile quidem eſt media tandem cōtinui ſolutione fieri, quę planè cauſa rectius ratione, quàm ſenſu deprehenditur; ſenſus enim diiudicat, quòd ad tantam immoderantiam membrum deuenire poteſt, vt citra ſolutam continuitatem dolorem inferre poſſit; propterea Gal. tanquā probabile, ac veriſimile Hip. dictum ſeruat, licet enim (inquit Gal.) ſenſu percipi nequeat intemperiem omnem continui ſolutionem prorſus efficere, ratione tamen, & ipſa veritate intelligi poteſt. Quocirca Ætius Hippo. Gale que ſectator hunc in modū dolorē græce diffiniebat, ὀδύνη μέν οὖν ἐστὶν αἴφνιδία μεταβολὴ κράσεως, χαλεπὴ τὴν λύσιν σωιζομένη hoc eſt dolor quidē eſt repentina tēperāmēti mutatio, comprehenſaque cum ſolutionis continuitate, ſiquidem multotiens intelligentia ac ratione, non autem ſenſu continui ſolutionem comprehendimus, vel vt alii vertūt, futuraque cum continui ſolutione nempe manifeſta, ſiquidem ab initio ſolam ſenſu intemperiem deprehendimus. Proinde quatnor ſunt omnia, quæ vtcumque continuum diſſoluunt, ſicut & totidem quę ipſam temperiem commutant, enumerat autem Galen. quæ continuitatem diſſoluentes dolorem pariunt his verbis.

3. de frac. com. 34.

lib. 5. cap. 100.

SOLVITVR *autem continuitas inciſione, eroſione, fractione, & tentione.*

Inciſio quidem atque fractura extrinſecus factam continui ſolutionem reſpiciunt, at eroſio, & tentio non ſolum ab extrinſecis, ſed & intrinſecis cauſis productam; inciſio namque a quopiam acuto fit, ſicut fractura à graui ambobus tamen extrinſecus occurſantibus, eroſio autem & tentio licet nonnunquam ab externis cauſis producātur, ab internis

©BIU Santé

ternis tamen vt plurimum emanant: ob id cum ex inciſione, & fractura dolor ſenſibus deprehendatur, eius quoque notæ haudquaquam latebunt, is uero ex eroſione, ſi intrinſecus ab ipſo animali prouenit, vitioſum adeſſe ſuccum indicat, qui ſui acrimonia partes ipſas erodit, atque conſumit, ſin extrinſecus, autà valentibus medicamentis fieri, aut ab igni diiudicamus; at dolor ex tenſione aut flatus copiam, aut humorum abundãtiã præſefert, ſi quòd ſi flatus copia adſit, dolor utiq; abſq; grauitate percipitur, ſicut dum humores abundant, grauitatis ſenſus enaſcitur. Porrò dicet fortè quis, uerum haudquaquam videri cõtinui ſolutionem ex fractione dolorem inferre, cum oſſa, quę ſola propriè frangi cenſentur, non ſentiunt, vt ſæpius teſtatur Galen. Huic dicerem Gal. per fractionem fortè contuſionem vti quid magis generieum ſub intellexiſſe, hæc enim non ſolum oſſa, ſed membra ipſa comprehendit: oſſa namque cum franguntur, à graui prius quodam, quidquid illud ſit, contundantur neceſſe eſt: accidit aũt multotiens, vt corporis partes ſeu membra ab eodem graui contundantur, abſque quod nulla oſſium fractio conſequatur: quòd ſi quis hoc loco fractionem proprie intelligat, dicimus uos, quòd ad fractionem conſequitur dolor, non quidem oſſium ſed vicinarum partium: Et ob id Auic dicebat: [Quando fractura completur, nõ eſt poſſibile, vt remaneant duo oſſa ſecundum quòd neceſſe eſt inter ea oppoſitione ſecundum præparationem continuitatis naturalis, immo ſeparantur neceſſario in eo, quod continetur de velamine, & carne, & dolor, ad quem ſequitur apoſtema] ſiquidem partes vicinę ab oſſium aculeis compunguntur, atq; hoc eſt ſignũ quo fractionem à ſimplici diſlocatione cognoſcimus. Quicquid autem ſit, ego tutius ſub fractione, contuſionem quoque ſubintelligerem, ne quis Gal. hoc loco diminutum fuiſſe ſuſpicaretur. Subdit autem in cõtex. quę corporis temperiem commutant, dicens. lib. 4. fen. 5. tract. 2. cap. 1.

ALTERATVR *vero ſubſtantia à caliditate, frigiditate, humiditate, ſiccitate.*

Vehementes quidem dolores ex Gal. ſententia, ſiue ſola ſit intemperies, ſiue cum humorum affluxu, fiunt iuxta caliditatem, & frigiditatẽ, maxime cum inęquales exiſtant, moderati autem iuxta ſiccitatem, ad humiditatem vero quantum ad ſe ſpectat, nullus conſequitur dolor. Alterata igitur ſubſtantia ad calidum vehementiſſimus omnium, ad frigidum vero non adeo vehemens dolor conſequitur, at ſi ad ſiccitatem eadam prolabitur, miti admodum dolore infeſtatur, ſicut iuxta humiditatem affecta ſubſtantia nullum nercle dolorem ſentit homo, niſi ob eius

©BIU Santé

eius copiam distentione continuum dissoluatur, aut ob aliam sibi an nexam qualitatem sentiatur dolor. Quocirc a Gal. in contex. licet quatuor alterationis causas constituat, non tamen omnes vt simplices in corpore reperiri existimauit, quibus dolor produci possit, sibi nanq; alibi sæpius contradiceret, sed humiditatem quidem ipsam (uti declaratum est) aut vnà cum copia, aut alia quapiam qualitate: & quemadmodum de simplicibus dictum est qualitatibus, eodem propè modo & de compositis dicendum videtur, etenim iuxta varium qualitatum cõnexionis excessum dolor quoq; & mitior, & acrior percipitur. Quod si intemperiei ac solutæ vnitatis causæ vnà coniungantur, quò vehemẽtiores erunt, atque validiores, eò acutiores dolores inferent, quemadmodum declarant hi, qui per vehementem hiemem profecti manus assatim calefacere tentant, non solum ob repẽtinam intemperiem, verũ & solutam vnionem intolerabilem nimirum sentiunt dolorem, & quidem maxime in vnguium radice, vt Gal. de seipso obtestabatur, qui dolore vehementissimo affligebatur, vt sibi in intimo uentre terebro perforari videretur ob humorem sanè vitreum à Praxora nuncupatũ, qui ipsum non solum excedenti frigore, sed & extensione mirum in modũ molestabat. Diuisis duobus prioribus, ex quibus aliarum omnium corporis partium ægritudines sumuntur, vtpote tumore, atque dolore, Gal. tertium quoque nempè operationem distinguendam aggreditur, inquiens.

1. de com. med secũdum loca.

2 de lo af. cap. 4.

LAEDITVR *autem operatio tripliciter, aut quia debiliter, aut quia vitiosè, aut quia nullo modo fit.*

Exempli gratia incessus, qui motiuæ operationis est nonnunquam imbecillus fit, quandoque deprauatus dum homo ipse nunc quidem incedere, nunc autem à motu desistere videtur, ac nonnunquam ex toto deficit, iuxta quas operationum læsiones hominis crura aut quid tale à naturali statu ad prẽter naturam dilabitur. Sed dices, si morbus est affectus prẽter naturam prohibens operationem, non igitur ex imbecillitate operationum signa ęgrotantium partium, sed neutrorum potius corporum desumi debent. Huic quidem satisfaciens hęsitationi, dico, quòd & si imbecilla actionis læsio sub neutro corpore vt plurimũ cadit, nonnunquam tamen & ægrum corpus in principio saltim commõstrat: Vt autem læsionum perfecta notio haberetur, distinctionem aggressus est, non autem vt eas omnes sub ægro corpore semper comprehendi suspicarentur: subdit autem Gale. postremò quarti signorum generis ex his, quę exeernuntur desumpti distinctionem, inquiens.

Quę-

Quæcunq; aũt excernuntur, nonnulla quidem ſunt veluti partes patientiũ locorũ, nonnulla verò tanquã excremẽta, quæ uerò in ipſis naturaliter cõtinẽtur, ſingula propriã facient iudicationẽ.

Triplicia ſiquidem genere ſunt, quæ excernuntur, verum omnia nõ eandem obtinent diiudicationem, affectarum quidem ſedium, ſiue locorum (vtroq; enim nomine libris de locis affectis corporis partes nominat) particulę ſiue portiones bifariam excernuntur, aut cum ipſorum eſſentia ab eis defluit (eſſentia namq; ipſius eſt portio) exempli gratia humiditates, quę à mẽbris diſſolutæ & excretæ febris infixæ indiuia exiſtunt, aut cum ipſorum portio quędam ab eis diuellitur, vt inteſtinorum cortices, quæ diſſenterícum affectum ſignificant, ac corpus illud cartilaginoſum, quod græce Bronchion appellant, aſperę nẽpè arteriæ. Verum tamen hoc ſigno non ſolum exeuntes eſſentiæ proprietas eſt adnotanda (vt nos rectè docet Gal.) verum & ipſius magnitudo, quippè licet ex exeuntes eſſentiæ proprietate, quæ excernuntur locũ affectũ ab altero diſtinguant, quẽadmodum docebat Hipp. his verbis. Quibus in vrina craſſa exiſtente caruncułę paruæ, ac veluti capilli vnà exeunt, his à renibus excernitur, & rurſus. Si ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquamulas, & grauis odor adſit, veſicæ exulcerationem ſignificat; attamen ex magnitudine partis exeuntis affectus vehementiam, prauitatem, ac ipſummet præciſe locum facillime dignoſcimus, cartilago namque cum tuſſi reiecta vlceratum pulmonem præſefert, quæ ſi parua ſit, exiguum vlcus, ſin magna, magnum adeſſe indicat: ſic & cum inteſtini corticem inſpicias, ſitque illa & valde lata ac magna, non ab re in craſſis inteſtinis conſiſtere vlcus idque magnum eſſe coiicies, ſicut econuerſo in tenuibus, idq; paruum, dum & tenuem ac exiguam eam intuebere. Quæ autem tanquam excrementa è corpore truduntur, ſunt quæcunq; ex Gal. ſententia morboſas inſequuntur diſpoſitiones aut ſolas aut ſemper, aut magna ex parte, ſolas quidem, ut in ſuppuratione proprie dicta puris copia manifeſta, & fluctuationis cuiuſdam ſonitus, dum ruptus eſt abſcęſſus, ac pus inter thoracem ac pulmonem effuſum, aut ſemper, quemadmodum egeſtio mactatę carnis conſimilis: hæc enim deprauatam iecoris coctionem ſemper inſequitur, aut magna ex parte, vt in lateris dolore ſanguinis, alteriuſve humoris expuitio, ſiquidem non ſemper, ſed magna ex parte tale ſignum conſpicitur. Eſt prętereà tertium excrementorum genus, quod his verbis explicuit Galen. [Quæ verò in ipſis naturaliter continentur, propriam facient iudicationem:] Fuere

4. Aph. 76 & 81.

3. de lo. affe. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 413 sur 753

©BIU Santé

nonnulli, qui contextum deprauatũ habentes non ſolum in hac, ſed ſuperiori contextus parte dixere, Gal. duo duntaxat excrementorũ genera ſtatuere, quibus partes affectę dignoſci queant, primum quidem ex partibus affectorum locorum, ſecundum verò ex his, quę in ipſis partibus continẽtur. Verum cum Gal. excrementa hoc loco clariſſime tri-
3. de lo. affe. 3. fariam diuidat, quemadmodum & alibi falſam proculdubiò eorum eſſe interpretationem diiudicamus, idque potiſſimum cum neſciant hi interpretari quomodo ea, quæ in partibus ſecundum naturam continentur ægritudinum ſint ſigna, atque ob id illud ſecundum naturam
2. de lo. aff. ab ipſo contextu euellant. Hos autem trifariam excrementa Galenum dinidere exiſtimantes ipſius mentẽ per ipſummet interpretabimur, q̃ duobus ſuperius ſtatutis excrementorum generibus, è quibus affectuũ indicia dignoſcuntur, ſubdit hæc in parte naturalia quoque excrementa, quæ in ipſis partibus continentur, propriam quandam à ſuperioribus habere indicationem: nam ſi quis vulneretur circa pubem, & è vulnere profluat vrina, tametſi vrina naturale ſit excrementum, locum tamen affectum nempè veſicam indicat, quemadmodũ ubi ſtercus per vulnus excernitur, inteſtinorum alicui vulnus illatum eſſe nulli dubiũ eſt: Poſſumus etiam Galenum hoc loco non tantum de ipſis excremẽtis, quæ euacuantur, intelligere, verum & de aliis naturalibus humoribus in partibus detentis, qui ob aliquem locum affectum euacuantur: & ob id non propriè excrementa ſunt, niſi quatenus excernuntur; quẽ admodum (inquit Gal.) cibus, dum è vulnere egreditur, indicat namque in ventriculo manifeſtè vulnus adeſſe, ſicut è vulnere inter ſpirandum ſpiritus ipſe efflatus, membranam coſtas ſuccingentem, ac ſanguis ſaliendo eiectus ipſam arteriam. De his autem omnibus inquit Gal. ſe lib. de lo aff. plenius diſſeruiſſe his verbis.

Dictum eſt autem de hiſce omnibus plenius in tractatu de membris paſsis, quem nullus ante nos aut in artem redegit, aut ad abſolutam perfectionem deduxit: quemadmodum & in omnibus alijs euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis eſt datum, non tamen abſolutum eſt opus.

Iactat autẽ ſe Galenus, vt ſæpius facere ſolitus eſt, & ad libros illos nos remittit ſubdens, atque concludens.

Aegrotantium itaque corporum ex tractatu illo inditia ſunt ſumenda.

Hoc

Hoc enim libro per compendium duntaxat hæc tradere proposuerat, vt & superius satis superque dictum est: Quæ autem deinceps ex ordine agere intendat subiungit.

Eorum autem qui in ægritudinem lapsuri sunt, & qui sanitati restituendi præsens doctrina complectitur.

Hoc est de signis corporum neutrorum vt nunc, quæ media sunt transitus.

Signa futuræ ægritudinis. Cap. 82.

CTVRVS Gal. de signis corporũ neutrorũ vt nunc, quæ media sunt transitus, quoniã hæc duplicia sunt, nonnulla quidem decidentiæ, alia verò conualescentiæ, in primis quidem de signis deserit, quę corporum neutrorum vt nunc ex decidentia dicuntur, siquidem futuram indicant ęgritudinem, mox autem & de aliis, vt nos tandem perfectam de signis omnibus neutris vt nunc doctrinam obtineamus. Primùm autem Gal. conclusionem statuit, eamque vel optimè comprobat dicens.

Eorum igitur inditia, quibus ægritudinis periculum imminet, media formam habent inter ea, quæ sanis & ægrotantibus euenium: siquidem sanis omnia secundum naturam insunt, præter naturam verò ægrotantibus, quatenus ægrotant, in confinio autem horum ea, quæ sunt corporum neutrorum inditia.

Exempli gratia actiones perfectæ sanorum sunt signa, quæ vero adeò læsæ sunt, vt homo à consuetis exercitiis, utpote ædificatione, nauigatione, venatione, & id genus conquiescere coactus sit, ægrotantium omnino corporum inditia: at actiones non adeo læsæ, vt homo à solitis prorsus operibus quiescat, corporum neutrorum signa. Duo autem (ne erremus) antequam ad vlteriora procedamus, adnotanda esse puto, alterum quidem, quòd cum in sanis operationes perfectas, in ęgris uerò ablatas esse dicimus, de propriis duntaxat actionibus, circa quæ sani versabantur, utpote venatione, nauigatione, publica professione, & huiusmodi intelligendum est: nutritur enim æger, sentit, & loquitur, quibus quidem actionibus haudquaquam de-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 415 sur 753

ſtituitur, niſi propè mortis ſtatum reperiatur, aut vehemẽtiſſimis ſymptomatibus, malignove morbo affligatur: alterum autem, q̃ ſigna hæc neutra in medio horum ſunt, ſi ipſa ad idem corpus, non autẽ ad diuerſa comparemus: cum enim ad diuerſa corpora fit comparatio (vt recte ex Galeno colligitur) quod vnius reſpectu ſignũ neutrum exiſtit, alterius ratione ægruni eſſe poteſt. ſubdit deinde Gal.

1. de dieb. crit.

Quorum nonnulla quidem ſunt ex eorum genere, quæ ſecundum naturam, ſed vel qualitatibus, vel quantitatibus, vel temporibus permutata.

Quemadmodum corpora neutra vt nunc triplicia ſunt, nempè iuxta tria ipſorum ſignificata, vt à principio docuit Gal. aut enim neutrũ contrariorum participant, aut vtrunq; eodem tempore, idque biſariã vel æque, vel quandoq; quidem plus, quandoque verò minus, aut aliquando hoc, nonnunquã autem illud diuerſis nempè temporibus, ita & tria ſunt ſignorũ genera, quę unũquodq; iſtorũ corporum neutrorum vt nũc ſeiunctim nobis repreſentant. Signa itaq; neutra ut nunc iuxta primũ ſignificatum ea ſunt, quę neutram indicant diſpoſitionẽ: ſunt etenim ex eorum genere, q̃ ſecundũ naturã, ſed vel qualitatibus vel quantitatibus, vel tẽporibus permutata, exẽpli gratia, cũ ſecũdum naturã appetimus, ſi cibum & potum quantitate, qualitate, ac tẽpore congruo deſumimus, id vtiq; perfectæ ſanitatis inditium eſt: at cum quãtitate, aut qualitate, aut tempore varietur, ſi vel plus minusve, vel à noſtra natura diſſimile quid, aut indecẽti tẽpore cibaria deuoramus, hęc vtiq; ſigna omnia neutræ ſunt vt nũc in corpore affectionis, ſiquidem non minus ſanitatẽ, q̃ ægritudinem præſeferunt: imminet namq; periculum, ne ad vtramuis partem huiuſmodi corpora prolabantur: ſigna autem neutra ut nunc iuxta ſecundum ſignificatum ſunt ea, quę præter naturam, de quibus his verbis, loquitur Gal.

Quædam autem ex his, quæ præter naturam, & minora his, quæ ægritudinibus adſunt.

Nam ſicut corpora neutra vt nunc ſecundi ſignificati aut æquè, aut non æquè utranq; contrariorum participant naturã, ſic & ſigna huiuſmodi utranq; naturalem, ſ. atq; præter naturã indicãt diſpoſitionẽ: deſumũtur. n. ex his, q̃ præter naturã, minoribus tñ his, quæ ægritudinibus adſunt, vtpote exiguo quodã capitis, ventriſve doloreris etenim vtriuſq; ſanitatis ſcilicet, atq; morbi particeps exiſtit, ſanitatis quidẽ, quoniam nondum corpus ceſſat ab opere, ægritudinis aũt propterea q̃ imminet periculũ, ne corpus citiſſime ægrotet. Proinde ex his quæ circa

©BIU Santé

ca neutrius vt nunc signa iuxta primum & secundum significatũ à Gal. sunt enucleata, duo corrolaria colligit, quorum primum tale est.

ATQVE *idcirco hæ quidem corporum dispositiones, quæ in ægritudinem casura monstraui, sunt ex neutrorum genere, atque vnà ea, quæ ipsa indicant signa.*

Sicut. n. dispositiones neutrius participes sunt naturę, sanitatis scilicet, & ęgritudinis, sic & signa, cuius rationem reddit dicens.

PRIMO *enim hæc sanitatem ostendunt, secundo autẽ ægritudinẽ*

Iuxta quidem grecam scripturam, Leonicenique versionem, cum. n in corpore in egritudinem casuro sanitas licet non integra seruetur, sicut actiones perfectæ integram sanitatem præseferunt, sic & actiones imperfectæ imperfectam primo sanitatem, mox ægritudinem indicat: clarius tamen antiqua versio habet ex vetustissimo fortè, græco codice desumpta: primo enim hæc neutralitatem designant, secundo vero ęgritudinem: sunt enim signa, quæ neutram præsentem indicant dispositionem, ac futuram prænuntiant, vt ex loquutionis ordine facillime colligi potest: secundum autem corrolarium subdit inquiens.

FIT *sunt eadem signa secundum ad aliquid habitudinem neutra & insalubria, quæ quidem neutram dispositionem ostendunt, neutra, quæ vero præmonstrant, insalubria.*

Exempli causa capitis dolor præsentem neutrum affectum indicat; atque ob id neutrum signum dicitur: at si quatenus futurum morbum præsagit, respiciamus, insalubre dici promeretur. Subdit autem in contex. Gal. tertium adhuc ex dictis corrolarium, vt ex eo signum neutrum vt nunc iuxta tertiũ significatũ colligat, quod quidẽ declarãdũ superat.

EADEM *vero ratione, & quæcunque ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futuram sanitatẽ ostẽdũt, dicentur etiã ægra quatenus præsentẽ ostendũt ægritudinẽ: Neq; in ambiguo est quòd quæ sunt utrorumq; ĩdicatiua, neutra dicẽtur secũdũ vnũ quoddã neutri vocabuli significatũ.*

Nempè tertium, sicut & corpus neutrum tale existit, vt dicebat Gal. in primo huius libri, qm aliquando huius, hoc est sanitatis, quãdoq; illius, ideſt ęgritudinis particeps est. Signum itaq; neutrum tertii significati corpus actu indicat ægrotare, sed futuro tempore sanum fore, & ob id neutrum est toto eo tempore, quod & præsens, & futurum complectitur, ut in pleuritide sputum, quod coctum exputitur, primo quidẽ præsentem significat ęgritudinem, secundo vero futuram sanitatem, neq;. n. futuram sanitatem præseferret, nisi prius ostẽderet, quomodo

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 417 sur 753

©BIU Santé

præsens se habeat morbus. Verum aduersus hæc quis forte obiiciat, verum non videri, quòd neutra signa sint & salubria, atque insalubria, huic respondet obiecto Galenus his verbis.

NEQVE verò mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quæ & salubria, & ægra, & neutra dicantur.

Litera ex se clara est, exemplo tamen illustretur, coctio siquidem in vrina, & sputo, vt præteritam indicat ægritudinem, signum est ægrum, vt verò futuram sanitatem ostendit, salubre signum, ut autem præsentem mediam dispositionem cõnotat, inter sanitatem, & ægritudinem neutrum signum. Postquam autem de signis neutris vt nunc decidentiæ egit Gal. subdit mox de signis eisdem conualescentiæ, inquiens.

SECVNDVM verò alterum significatum quæcunque his, qui à morbo referuntur, insunt, signa neutra appellamus, neque in alio significato accipiunt ea, quæ senibus insunt.

Qui hucusque hæc Gal. verbá sunt interpretati, dixere signa, ex quibus conualescentium corpora dignoscuntur, esse neutra secundum alterũ significatum, hoc est primum, siquidem nondum conualescentes ad pristinam sanitatem integre restituti sunt, sed neutram habent dispositionem, quę media est inter sanitatem, & morbum qualitate adhuc, quantitate, & tempore à naturali statu labẽtem. atque ob id Gal. dixit, secundum verò alterum significatum, hoc est ab immediate dicto nempè tertio, quod quidem primum neutrius est significatum neutrã indicans dispositionem. Verum cum Gal. signa corporum neutrorum vt nunc ex decidentia ab his, quæ sunt conualescentium seiungat, haudquaquam dicendum censeo signa conualescentium esse eadem cum his, quæ sunt neutrorum vt nunc ex decidentia iuxta primum significatum: præterea dicit Galen. in contex. secundum verò alterum significatum, quæ his, quæ à morbo referuntur, signa neutra appellamus, ergò non tantum primum, sed & secundum intelligendum foret significatum, siquidem duo illa significata à tertio nuper enarrato altera, seu diuersa sunt. Quòd si quis dicat de secundo significato palàm Galen. non intelligere, quoniam signa conualescentium solum de genere eorum sunt, quę secundum naturam mutata qualitate, aut quantitate, aut tempore, non autem de eorum genere, quæ præter naturam, qualia sunt ea, quæ in corporibus ex decidẽtia reperiuntur, huic vtique apertissime obstare possumus exemplo à

conua-

SBIU Santé

conualescente ex lapide in vesica, aut ex soluta continuitate sumpto, talis namque ea adhuc signa habere potest, quæ de genere sunt præter naturam, vtpote paruus lapillus, & parua soluta continuitas, quæ de genere sunt præter naturam, ut satis aperte constat. Rectius igitur, ac clarius dicerem hoc loco Galenuum secundum alterum significatum intelligere alterum quoddam à tribus prioribus distinctũ: cum enim ex eiusdem sententia quatuor ordine sint dispositiones, dum corpus ab ægritudine lapsum ad perfectam deuenit sanitatem: in primis qui dem ægrotantium, cum actionum noxas habent, proximè his conualescentium, cum hi emaciati, consumptique, & ad actiones ita imbecilles sunt, vt aliis ipsos ferentibus egeant, ac his medela nõ opus est, sed refectione, & viribus, ut valide ad naturales obeundas actiones, & externas iniurias perferendas illæsi efficiantur, post has sunt corporũ, quę sanitatem in habitu possident, cum affectio mendosa, & inutilis esse desiit, ita ut pro vitę commodis satis exerceri queat, nec facile iniurijs violetur, nondum tamen bonus est habitus, postremò sunt dispositiones corporum, quæ cum robur insigne susceperint, firmiores edunt operationes, ac boni, firmatique habitus nomen promerentur, sicut dispositio ordine secunda conualescentium altera est, atq; seiuncta ab ea, quę morbum antecedit, quam Galen. neutram vt nunc ex decidentia nuncupat; siquidem hæc ad morbum tendit, illa verò sanitati est proxima, ita & signa vtriusque distincta esse debent: quę enim corporum neutrorum ex decidentia sunt morbum potius, quàm sanitatem respiciunt, siue neutram, siue vtranque, siue modo hanc, modo illam participent naturam: at quę sunt conualescentium sanitatem potissimum respiciunt: & ob id talium constitutiones ex his potissimum secundum naturam, quæ in sanitate secundum habitũ deficiunt, colliguntur, vtpote bonorum humorum quantitate, cõgrua spirituum copia, & debita carnosæ substantię portione, quandoquidẽ ex Gal. sententia virium substantia, quam quidem in cõualescentibus exoptamus, ex tribus hisce potissimum perficitur: iuxta quod quidẽ significatum & senibus hęc adsunt indicia, quos & neutros quo ad hũc intellectum nominamus: neque enim perfecta fruuntur sanitate, neque integra laborant ęgritudine, sed ex ętate consumpti exãgues sunt, interne mirũ in modum exiccati, ac spiritibus orbati. Hoc igitur modo Gal. contextum exponerem, aliorũ missis expositionibus: hi enim dum perperam interpretantur, non solũ eas, quas supra recensuimus, instantias euitare, verum & quomodo senes neutra sint corpora declarare nequeunt: quo fit, ut in aliud tempus dubium hoc discutiendum

Lib. ad Traſſ. an. med. & c. cap. 7.

11. meth. 3

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 419 sur 753

©BIU Santé

protrahant, quod tamen neque ab his vnquam diſcuſſum, neque alibi tactum fuit. Subdit aũt Gal. in contexiuxta Galeni verſionem, q̃ hęc quidem conualeſcentium, ac ſanũ ſigna, ut priora neutrorum vt nunc ex decidentia diuerſas habent relationes, quæ verò ægrorum & ſanorum minime, dicens.

Hæc quidẽ omnia pluribus conceptibus & rationibus ſubȳciũtur, quę uerò his, qui integra ſanitate fruuntur inter ſalubria tantũmodo cõputãtur, & quæcunq; ægrotãtibus inſunt, neq; futurã prænũtiant ſanitatẽ ſoli & hæc ægrorũ conceptui ſubȳciuntur.

Eſt ea alia verſio ac fortè melior iuxta codicem græcũ, qui habet, ταῦτα μ' οὖν ἅπαντα πλείοσιν ὑπόκειται νοήμασι τε καὶ λόγοις, hoc eſt, Hæc igitur omnia pluribus notionibus, rationibusque ſubiacent: vt ex his, quæ hucusque de neutris omnibus, vt nunc dicta ſunt, concludat Gal. ſigna non ſolum conualeſcentiũ, ſed & eorum qui in morbũ caſuri ſunt, plures relationes, atque conceptus habere: hæc enim ſi ſanitatẽ reſpiciũt, ſalubria, ſi morbũ, inſalubria dicuntur: at quę perfectã indicant ſanitatẽ, vni tantum conceptui ſubiiciuntur, vt ſalubria duntaxat nominentur, ſicut quæcunq; in ægrotantibus viſuntur, ſolum & hæc ad vnum ægrorum conceptum relationem habent: in quam quidem ſententiam me trahunt ſubſequentia Gal. verba, quibus proponens ſpeciatim de his, quę ordine tractaturus eſt, inquit.

Sed de his quidem poſtea dicetur, nunc quæ futuram præmonſtrãt ægritudinem prius exequamur.

Hoc eſt, quæ neutra ſunt, vt nunc ex decidentia, quippe quæ multiplicem habent reſpectum, & ad præſens, & pręteritum, atque futurum: Verum cum eorũ natura duplex potiſſimum ſit, vti ſuperius declaratũ eſt, ſubdit Gal. de quibus primũ agere intendat, dicens.

Cum verò ſit eorũ differentia duplex, prius ea pertractemus, quæ quantitatibus, vel qualitatibus, vel temporibus, non aũt propȳs ſpeciebus ab eo, quod ſecundum naturam euariant.

Dictum eſt in tractatione de ſignis optimæ conſtitutionis, ex tribus potiſſimum fontibus ſigna naturalis habitudinis exhauriri nẽpè ex ſubſtantialiter inhærentibus, operationibus, ac ipſis caſibus, quę & naturalia accidentia nominantur, Galenus hoc loco declarare cõtendens, quomodo ſigna hæc quantitatẽ, aut qualitatẽ, aut tẽpore mutata neutrã indicent diſpoſitionem, exẽpla duntaxat ſtatuit ignorũ, q̃ ex operationibus, ac caſibus ſumuntur, miſſis, quæ ex ſubſtãtialiter inhæren-

tibus

tibus hariuntur: atq; nõ ſine ratione, nam ſigna ex ſubſtãtialiter inhærentibus in internis partibus ſenſibus noſtris haudquaquã ſubiiciunt, licet certa ſint, atq; ſtabilia: quæ verò ex caſibus, & operationibus nobis ſæpenumerò occurrunt, licet multotiens ambigua, atq; inconſtãtia, ſiquidẽ & caliditas, & frigiditas, & humiditas, ac ſiccitas, necnon inſtrumentorũ quantitas, numerus, ſitus, & huiuſmodi adaucta, ſeu alterata nobis vt plurimum latent, at ciborũ, & potuum appetentia, excrementa, & huiuſmodi, quãuis ambiguum quid cõnotent, noſtris tamẽ ſubeunt ſenſibus: malam enim in ventriculo coctionẽ nõ tantũ ipſius imbecillitate, ſed & ciborũ uitio fieri exiſtimamus: Gal. exẽpla tradẽs, non aũt rem ad vnguem diſcutiens, quæ nobis ſe offerunt ad neutrum affectũ diiudicandũ, apponere curauit, vt nos valde occulatos eſſe cõmoneret, ut dum hiſce corporibus huiuſmodi ſignis neutram obtinẽtibus affectionem occurrimus, vnà cum ipſis & ſubſtantialiter inhærẽtia certa, ac firma, ſi fieri poteſt, ſigna coniungamus, ac poſtmodum rectam, ac exquiſitam cauſam obtinentes huic congruis auxiliis obuiemus. Primum aũt quod ſumit exemplũ, eſt ex ſignis, quæ ex appetitu aut quantitate, aut qualitate, aut tempore cõmutato proueniunt.

Veluti ciborũ appetentia intenta, uel diſſoluta, aut quę non ſeruet tempus conſuetum, aut quę ad edulia non uſitata feratur.

Declaratum alibi eſt ex Gal. ſententia corpus noſtrũ reparatione indigere, quandoquidem corporis partes per cutim inaniuntur, ut cibum ex vicinis partibus ad ſeſe alliciant, atque hæ ex alijs ſibi proximis, donec celeri tractu tãdem quæ ventriculo ſunt magis vicinę, ab eo exhauriant, qui cum aliunde cibum haurire non poſſit, nouum appetit cibum: in qua quidem periodo quinque ordine conſequuntur accidentia, partium omnium inanitio, earundem inanitarum naturalis appetentia, ut & in plantis, per venas tandem ventriculi exſuctio, ſuctionis ſenſus, ac poſtremò animalis appetentia, quæ quidem quantitate, qualitateve, aut tempore ad prędictorum diuariationem commutatur; quantitate quidem maior fit tum ob corpus immodice diſſipatũ, quod aſſidua indiget nutricatione, tum ob oris uentriculi refrigeratiõnẽ: rurſus corpus multifariã immodicè inanitur, aut aucta ui caloris innati, qua totius corporis ſubſtãtia diſſipat, aut expultrice facultate facta validiore, retentrice verò imbecilliore, aut nimia cutis raritate, eorumq; tenuitate, ꝙ per hanc cuacuantur, aut poſtremò immodica alui delectione: pariter & os uẽtriculi refrigerat aut ab humoribus frigidis, & acidis, aut à ſola mala frigida intẽperie, refrigeratio nãq; roſionẽ inducit, ꝙ ſuctioni pportionẽ tãdens appetẽtia excitat pinde ac na- 4. de acci. & mor. 7.

turalis

©BIU Santé

turalis affectus: ex maiori itaq; appetẽtia neutrã ventriculi diſpoſitionem cognoſcimus, nec non ipſius cauſam (quamuis diſpoſitio hæc ex pluribus, vt declaratum eſt, cauſis exoriatur) ſi alia quæcunque ſigna haberi queũt, ex caſibus vnà cõiũgamus, exẽpli gratia, ſi nulla precedẽte cauſa, nec exiſtẽte euacuatione immodica nec per aluũ, nec per mẽſes, nec per hæmorroidas citius, & frequẽtius ſolito appetat, & minime nutriatur corpus, cum præſertim balnea calida, aer calidus, & id genus alia, quę extrinſecus occurrẽtia cutis meatus latos efficiũt, præceſſerint, appetẽtiã vtiq; ex euacuatione, quæ fit per halitũ ſubſtãtiæ corporis maiorẽ factã eſſe dignoſcimus, ſicuti eã ex frigore, ſiquis in ventre frigus, acidum vè ructum percipiatur, vſuſque cibarijs ſit frigidis, animium ventrem repleuerit; Ex hac etenim repletione venter infrigidatus non ex ſui natura, ſed acquiſititia inſurgit ad appetendum: Exigua proinde fit appetentia, eamvè aboleri cõtingit, ſi ſuctionis ſenſus pereat, vel quaſi pereat, aut ſuctio ipſa non efficiatur, aut corpus ſiue corporis partes non inaniantur, perijt autem ſenſus, ſi calida intemperies adſit, vel ſola, vel cum calidis humoribus, aut ex frigore ventriculi ſenſus exſe hebes ſit; at ſuctio non efficitur, aut quoniam corpus plenum non attrahit à ventriculo, nec ſi attraheret, illud admitteret, quod ob plenitudinem foret attractum, aut propterea quòd in ambientem aerem pabulum non diſſipatur, aut ob caloris imbecillitatem, aut cutis denſitatẽ, aut eiuſdem craſſitiem, aut imbecillam expultricem inanitarumvè partium attractricem: quas quidem cauſas eodẽ modo, vt ſupra diximus, diſtinguẽtes locum affectum facilime dignoſcemus: appetentia poſtremò non vſitata gignitur vel ſola mala intemperie, vel etiam cum humoribus ipſis, quæ varia quidem eſt ob humorum varietatem in tunicis ventriculi infarctis: appetũt. n. hi quandoque acida, & acerba nõ nunquam acria, interdum vel cimoliam terram, vel teſtas, extinctosvè carbones, & iſtiuſmodi abſurda cibaria, atque hæc mulieribus potiſſimum grauidis contingit, vocatur affectus hic citta, ideſt pica, ſiue malacia: Verum & huius cauſam ex eiſdem propè modũ percipimus. Subdit autem Gale. in contex. alterum exemplum ſumptum ex caſibus, qui eiuſmodi conſequuntur operationes inquiens.

AVT excretiones cibi ſuperfluitatum, quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut ſiccio res exiſtunt.

Cùm enim ventriculus primum in cibariis laborem ſubit, ea in chylum conuertit, purgat autem ex his, quod harenoſum, atque inutile eſt vt præparandi tritici periti, ſiquid terræ, aut lapidum, aut ſylueſtrium ſeminum admixtum ſit, quæ pernitioſa corporibus eſſe ſolent, atq; id totum

SBIU Santé

totum inferne per ſeceſſum euacuatur, tale vtique excrementũ ex Hip. 2.prog.13
ſententia ſi molle, conſtansque ſit, & eo tempore excretum, quo homo ipſe aſſueuit, atque copia exingeſti cibi ratione, inferior vẽter bene valet, nempè ventriculus ipſe (vt declarat Gal. in com.) item ieiunum ſimul cum inteſtino omni; at ſi venter hic, ſiue ventriculus tantum, ſiue ſola inteſtina, ſiue vtraque iunctim male afficiantur, fæces hæ quandoque aut quantitate, aut qualitate, aut tempore, aut quandoque in omnibus ſimul diuariabuntur. Proinde cum membra ventris huiuſce, vt & reliqua naturalia quatuor conſtent virtutibus attractiua, contentiua, digeſtiua, ſeu alteratrice, atque expulſiua, quarum vnaquæq; ad ſuã perficiendam actionem à quapiam ex primis qualitatibus adiuuatur, 2.de po.na.
vt recte diffuſius docebat Galenus, ſi contingat, vt ex his qualitas quæpiam, quę virtutem aliquam adiuuat ad operandum alteretur, neceſſario & ipſius mutabitur actio, & quæcunque actionem cõſequuntur accidentia, in morboſis quidem multum, in neutris verò diſpoſitionibus nonnihil: etenim cum digeſtiua ventriculi, ac inteſtinorum vis à calidi tate proueniat (vt ibidem concludebat Gal.) contentiua verò à ſiccitate modum non excedẽte, pariter & attractiua ac expulſiua, ſi partes hæ aut excedenti calore, aut ſuperfluua humiditate, frigidavè præpolenti qualitate opprimantur; neceſſario variabuntur cibi ſuperfluitatum egeſtiones; in calidis namque alterationibus conſumptis è cibo humiditatibus ac ipſamet cibi deperdita ſubſtantia excrementa & ſicciora reddentur atque pauciora, in frigidioribus vero ſolito plura, liquidiora, & tempore inſueto, & in humidioribus ob partium relaxationem ſolito prius complura, & molliora. Porro ſolent huiuſmodi diſcraſię ex cibis aut qualitate, aut quantitate, aut tempore ſiue ordine peccantibus vtplurimum exoriri: etenim nonnunquam cibi aſſumpti multitudo aggrauans imbecillam contẽtiuam reddere ſolet, interdum acrimonia vẽtriculum, ac inteſtina ad caliditatem alterare, expulſiuamque ad expellendum prorritare, ſiue peruerſus ciborum ordo, non tantum retentricem, ſed & reliquas virtutes peruertere, cibis nonnuuquam in uentre aceſcentibus, quandoque nidorem, aut aliud quippiam vitium cõtrahentibus; quorum quidem omnium ſigna ſi recte animaduertas, & cũ his, quæ ex cibi ſuperfluitatum egeſtionibus connectas, certiſſimũ neutræ totius ventris inferioris, ac ipſius etiam corporis diſpoſitionis notitiam poſſidebit. Subdit Gal. in contextu aliud exemplum.

Sic humidiorum excrementorum vel defectus, vel ſuperabundãtia præter conſuetudinem naturalem aut in colore, aut in conſi-

ſtentia

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 423 sur 753

©BIU Santé

Sentia varietas aliqua, aut in tempore excretionis.

Cùm duo sint excrementa, quæ in prima & secunda coctione generantur, crassum quidem alterum & fæculentum, alterum verò tenue, atque aquosum, de primo quidem, quod per secessum euacuatur, dictũ est, nunc de secundo in hepate potissimum genito, ex quo neutræ dispositiones signa depromi possint, verba facit Gal. atq; vrina nominatur; siquidem cum natura ea amplius non egeat aquositate, hæc ipsa tunc tẽporis ab hepatis substantia ad renes, & à renibus ad vesicam, & tandem à vesica extra corpus transmittitur, cum hac tamen excrementi quoq; sanguineæ massę portio quædam, natura namque excrementa hæc à sanguine seiungit, quinimmo (vt recte inquit Ætius) quandoque ex substantia, nonnunquam ex humoris ichore quippiam admiscetur, vt alias fortè clarius explicabimus: atque ob id vrina diuersimode colorata vtplurimum conspicitur. De quo quidem excremento, licet Hippo. & Gal. libris progn. & alibi sepius vberius differant, non grauabimur tamen quoad nostrum propositum attinet nõnihil de eo in medium proponere, vt facile cuipiam esse queat ex urina quoque signa neutræ dispositionis assumi possit, quæ ex quinque potissimum consistunt, vrinæ substantia, quantitate, colore, sedimento, atque meiendi tempore. Si igitur quoad substantiam spectat, crassius sit humidum hoc excrementum, calorem auctum indicat, qui resolutis partibus tenuioribus, residuum crassum dereliquit; potest quinetiam calorem esse imminutum præseferre, qui materiam crassam attenuare, separareque non potuit: Et ob id vrina reddatur crassa, quæ postmodum in ipsa matula adhuc permanet crassa; si vero tenuius caloris imminutionem demõstrat, qui tenues partes dissoluere non potuit, aut viarum obstructionẽ, per quas vrina permeat: iuxta autem quantitatem si copiosior sit vrina, renũ calorem à quibus humores serosi trahuntur, adauctũ esse significat, quod etiam ex potus excessu fieri potest, vt ex Galen. colligitur, vbi ait: At q̃ totum id, quod bibimus, vrina fit, nisi siquid cum aluo exiit, aut in sudorem, aut per inuisibilẽ perspiratũ abiit, ostendit planè eius, quod quotidie meiimus, copia, hieme autem maximè id intelligere licet in iis, qui in ocio degunt, & vitio ampliter indulgent, potissimum si vinũ tenue, ac penetrabile sit; meiunt enim hi celeriter tantum paulo minus quàm bibunt: Quocirca hoc signo distinguenda est hæc affectio ab ea superiori, quę ex renum calore generatur, vt cuique manifesto esse potest: si autem à consuetudine deficiat vrina, præter pauci potus in vtre sumpti inditium, vt & de multitudine dictum est, quæ sanè dispositio neutra proprie dici non meretur, renum calorem imminutum esse significat,

lib. 12. cap. 18.

1. de pot. nar. propè calcem.

gnificat, qui ſeroſum humorẽ haudquaq; poteſt attrahere, ſiquidem attractio caliditate indiget, vt rectè inquit Gal. Vñ fit diarrhęa, ſi ſeroſus humor ad ventrẽ, & inteſtina tranſmittat, vel totius cutis pallor, ſi in uenis detineatur, & interdum tudor ſi ad cutim propellatur: quo verò ad qualitatem color quodammodo muratus ab eo, quod conſueuerat, neutrã & ipſe indicat diſpoſitionẽ, flauior quidẽ vel rubidior caloris adaucti, ſicuti ſolito albior caloris imminuti ſignum eſt, niſi ex cibis, medicamẽtis, inedia, ac huiuſmodi cõtingat. A ſedimẽto quoq; ſumuntur indicia, vt ſi multũ multa eſſe excrementa in venis ſignificat, q̃ aut febrem, aut reumatiſmum, aut aliam ex plenitudine ęgritudinem prænuntiant, ſi paucũ, paucas in venis apparere ſuperfluitates ex frigore, aut viarum obſtructione detentas, hæ namq; morbos prænuntiãt, quę ex illarum detentione cõtingere ſolent: poſtremò à tempore emiſſionis præſtat deſumere ſigno, vtpote ſi citius, & frequentius vrina emittatur, humori ſeroſi copiam manifeſtat, vel eius acrimoniam, vel vtrunque, vel ſenſum particulæ ualidum; ſin tardius, & rarius contrarium oſtẽdit paucitatem nempè humoris, vel carere acrimonia humores, vel utrũque aut renum imbecillitatem, ſenſumve, nec non humorem per alias corporis partes euacuari, aut aliunde tranſmitti aſſuetum. ſubdit Gal. in contextu aliud exemplum.

6. de acci. & mor. 3.

Vigiliæ quoq; plures, ac ſomnus, aut non conſueto tempore.

Superius dictum eſt ex Gal. ſentẽtia, ſomnũ ex humiditate fieri atq; frigiditate, vigilias verò caliditate, & ſiccitate, q. ſi frigiditas primum augeat, mox aũt & humiditas quãtitate maior ſomnus efficit, ac interdũ tẽpore inſueto, ſicut vigilię dũ caliditas aut ſiccitas, aut vtraq; qualitas ſimul adaugeat. ſubdit quinetiã Gal. ſigna ex appetitu humidorũ, & frigidorũ, q. appriè ſitis eſt, ut ex Gal. ſnĩa abũde ſuperius ſcriptũ eſt.

4. de acci. & mor. 3. & 3. de loc. aff. 4.

4. de acci. & mor. 7. & 1. de ſimpli. med.

Eodem modo potus pluris, aut paucioris calidi, aut frigidi inſolens appetitus.

Dictum eſt ſitim naturalẽ eſſe appetitum frigidi & humidi, illã uerò prẽter naturã, aut frigidi, aut humidi, ſiquidẽ manente in uentriculo humido rorido, alterato tamẽ ad calidũ uirtus inſurgit appetitiua, vt frigiditate contrarium propellat, qui ſanè appetitus eò magis increſcit, quo magis ventriculus, aut alia quępiam circumuicina pars a caliditate opprimatur: quòd ſi caliditas illa in humido rorido, aliove quopiam humore detenta ſubſtantiale humidum validiſſime conſumat, tunc temporis non ſolũ homo frigida, verum & humida ſummoperè appetet. Verũ ſi fortè uẽtriculus à quapiã externa, internave cauſa

non

©BIU Santé

non mediocriter refrigeretur, per accidens quodammodo insueta calidi potus appetentia affligetur, quę planè futurę ęgritudinis inditium existit. Addit & aliud exemplum ex venereis desumptum,

Sicvt & circa rerum venerearum vsum immodica, aut intempestiua concupiscentia.

Superius cum de signis temperaturarum testium ageretur, de coitu multa dicta sunt, atque potissimum ex Gal. sententia, quòd exuberans 6. de tuen. gal. venus ex sanguinis, & seminis ex eo geniti copia prouenit, eius vero desiderium ex humorum acredine: insuper ꝙ venus ipsa inimicissima est omnibus, qui sicca cõstant temperie, sed potissimum his, qui supra siccitatem temperaturam quoque frigidam habent, econuerso vero innocua est his, qui calido & humido constant tempetamento, quandoquidem ex natura copiosiori semine abundant. Si igitur exuberans venus adsit, plenitudinis adest inditium, quam quidem multæ ac uariæ ęgritudines concomitari solent; si autem desiderium humorum acrimoniam indicat in calidis quidem naturis à caloris excessu genitam, in frigidis vero ex obstructione, aut calido humore præter naturam conflatam; ex quibus quidem venarum ruptio, inflammatio, febris, cacochymia, spirituum resolutio in natura potissimum frigida, & huiusmodi contingere solent. Subdit & aliud.

Et plures, aut pauciores, sudores his, qui sint opportuni.

Sudorem Gal non solum hoc loco, sed & alibi sæpius à toto genere præter naturam non esse dijudicauit, sed naturale quandoque excremẽtum alimenti membrorum, quod eius transmittendi vehiculum fuit, 10. de simp. medi. cap. proprio. quod confertim per cutis meatus statuto quodam tempore euacuatur: qui quidem sudor, vt ipse asserit, licet eandem habeat naturam, quã vrina, eundemque generationis modum (nam vtrique ex bibito humore constat generatio excalefacto in corpore, & bilioſæ nonnihil substantię adepto) plus tamen est elaboratus, vtpote qui ad cutim vsque per meatis omnibus, quæ intersunt, partibus prouenit, neque prius materia ista hoc nomine insignitur, quàm tenuis ac liquida existens violento motu extrudatur, aeriq̃ue frigido, vtpote membris nostris calidis comparato obuians condensetur, & ad aquæ formam conuertatur. At Dioclis Galeni præceptor, atque in medicina grauissimus hercle vir sudorem ex toto genere præternaturam esse tutatus est, cuius quidem diuer 3. apho. 14 sis in locis duo Gal. tetigit fundamenta, alterum quidem est, quòd si natura nil est aliud, quàm calor innatus, siue hoc calidum iuxta Hip. sententiam, ꝙ non solũ appetit, atque conficit, agglutinatq̃ue singulis partibus propriũ natura alimẽtũ, sed & huius dissoluit superfluitates, quãto

fortius

fortius erit calidũ innatũ, tãto magis ſenſum effugiet; q̃ ſi calor innatus eſt imbecillus cũ alimẽta neq; recte cõcoquat, neq; agglutinet, tũc ſenſibilis humor p̃ cutim excernitur; alterũ vero q̃m cũ calor ſit imbecillus qui cibũ impfecte cõcoquẽs cõplura generat excremẽta, neceſſario virtus cõſurgit, quæ violẽto quodã motu ac ſymptomatice ſupfluitates illas è corpore propellere cõtẽdit: quo fit, vt quod antea tenuis vapor erat, tũc tẽporis craſſum ac magis aqueũ exeat, motu illo corpus ipſum mirũ in modũ cõcutiẽs, ac vires cõturbãs. Quæ ſanè fundamẽta licet Gale. nõ deſtruat, quinimmo eis potius fauere videatur; attamẽ ſi recte Gale. mẽtẽ ſciſcitabimur, cũ loci hi proprij nõ forẽt, in quibus dubiũ hoc diſſolueret, ea ibidẽ neq; p̃bat, neq; reprobat: quod itidẽ dubium alibi ptingit, durum omnino & inefficax Dioclis de ſudore dogma eſſe inquiens, quàmuis quoad fieri p̃t, maxime p̃babilibus ab eo fulciatur argumẽtis, quæ quidẽ alibi diſſoluere pollicetur. Verũ tñ quod p̃miſerat Gal. nõ omnino eſt aſſequutus, ſi quidẽ nullibi (quod ſciam) eius rationes diſſoluit. Et licet libris de ſym. cauſis nõnulla de ſudore p̃nuntiet, id quidẽ meo iuditio facit, vt ibidẽ & hoc loco ſuam apiat ſentẽtiã, non ãt vt maxime probabiles Dioclis diluat rationes, quemadmodũ nõnulli ſuſpicati ſunt. Quid igitur in hac ardua difficultate, atque inter hos grauiſſimos viros cõtrouerſia dicẽdũ? putarẽ quidẽ ego vtriuſq; tutari poſſe ſentẽtias, nã licet ſudor abſolute, & reſpectu corporis tẽperati naturalis nõ ſit, reſpectu tñ corporũ a ſupradicto labẽtiũ, & excremẽta agglomerantium, quæ apta ſunt, vt p̃ ſudorẽ euacuẽtur, naturalis hoc eſt naturę corporis cõueniẽs, atq; opportunus eſſe p̃t. Et licet abſq; incitãte cauſa naturalis abſolute nõ exiſtat, attamẽ ſi a cauſa vtpote virtute, expulſiua in exercitio temperato p̃ritetur, naturalis atq; cõueniens: Neq; obid aduertus Gal. Dioclis militant rationes, nã cũ ampla corporum ſanorum latitudo ſit, licet in intemperatis nõ adeo perfectę ſint vires, ut opus impfectũ quodãmodo exercere videantur, ac ipſum plerumque pro ſymptomate vſurpemus, attamen nec ſymptoma eſt, nec impfectum opus, ſed corpori, in quo reperitur cõgruum, ac vi & prouidentia naturę conflatum: propterea ſanguis per nares, vel per ani venas, vel per vterum, inſuper profluuium, vomitus, & huiuſmodi naturalia quodammodo dicenda ſunt, vbi opportune fiant; & corpori moleſtiam non inferant: ſingulum enim horum quoniam cum vtilitate ſit nocumentum operationis dici non meretur, neque ſymptoma, ſiquidem nullam conſequitur manifeſtum operationum læſionem: Neq; minus ratio altera valet, quòd virtus expulſiua cõſurgit, quò motu violento, ac ſymptomatice craſſam excrementorum copiam protrudat,

1. de tuen. uale.

Lib. de diff. ſymp. prope calcem.

6. de acc. & morb.

nam

©BIU Santé

nam ex ea agitatione nullum corpori sequitur nocumentum, sed alleuiatio potius, neque hoc dissolutam annuntiat naturam, sed ipsam robustam potius portendit repurgato nimirum ab excremento sis superfluitatibus corpore, quæ ipsi nonihil imbecillitatis afferre possint. Sudor igitur interdum ex his est, quę secundum naturam sunt, quemadmodum à nobis fuit ostensum, qui quidē si, quàm propriæ corporis naturæ conueniat, aut quātitate, aut qualitate, aut tempore mutetur, morbum futurum prænuntiat: sudor quidem solito copiosior aut excremēti abundantia m, aut eius tenuitatem, aut imbecillitatem retentiuę, expulsiuæque fortitudinem, corporisvè raritatem indicat: Excrementi quidem abundantia ex pluri cibi assumptione, aut humorum in totius ambitu conficitur copia: Propterea dicebat Hip. sudor multus ex somno factus absque causa manifesta corpus vti pluri cibo significat, si vero cibum non accipienti hoc accidat scire oportet, quòd euacuatione indiget corpus; etenim sudoris multitudo (vt Gale. in com. subdit) altera duarum causarum fit, vel propter ciborum nuper assumptorum immoderantiam, aut ob illorum copiam, qui ante fuerunt assumpti, quarum quidem causarum alteri prohibitione, siue inedia, alteri vero obuiamus euacuatione: tenuitas autem excrementi cum à caloris excessu proueniat, qui humores non tantum malos, sed & bonos colliquat, non solum febrem, verum & alios huiusmodi morbos futuros portēdit: retentiuæ vero imbecillitas vnà cum expulsiuæ robore copiosos sudores generat, etenim qui à contentiua relinquuntur humores, facile ab expulsiua porrigata per cutim extra corpus propelluntur: quod quidem potissimum efficitur, dum acres atque mordaces in ambitu totius humores reperiuntur: Verum quàm faciat corporis raritas ad sudorē propagandum nemo est, qui ignorat, concurrit attamen & virium robur, absque quo copiosus sudor accidere nō posset. Proinde sudor paucis ex contrariis causis ortum habens contrarios quoque indicat affectus: ob id si crassum quidem sit excrementum frigidam corpori affuturam ęgritudinem denuntiabit, si vero meatuum obstructio adsit, & constipatio, cum humorum excrementa euacuari nequeant, intenduntur, inflammanturque, & sicut eorum est natura, ita & varios morbos necessario generant. Perpendenda adhæc est non solum sudoris quantitas mutata, verum & eiusdem qualitas, quidam enim acidus, alius salsus est, alter vero veluti lutum aut uirus planè olet, sæpe etiam amarus apparet, qualis vtique morbo regio laborantibus emittitur, aut eiusmodi insignitus qualitatibus; quarum quidem dignotio bifariam haberi potest aut colore ipso, quod quidem nobis facile est inditium, aut

4. Aph. 41.

gustu,

guſtu, qđ tamen difficile admodum, ſed certum ſignum exiſtit; ſiquidem ſudor plerũq; guſtanti ſtomacum, ac nauſeam inducit, quamuis coacte ipſum nonnũquam deguſtare cogamur, dum ex fronte, & eius partibus in os ſæpe delabitur. Itidem & de temporis, quo ſudor euenire ſolet, mutatione dicendum videtur, ſi. n. ſudor exit, quando non exire deberet, aut ob excrementi tenuitatem, aut virtutis expulſiuę robur vnà cum corporis raritate, aut huiuſmodi cauſas fit; ex quibus quidẽ omnibus quiſnam affectus p̃ter naturam affuturus ſit ex dictis facile quiſq; dignoſcere poterit, vt tandem ad id, quod ex hoc capite, vel hiſce exemplis ſupereſt, interpretandum condeſcendamus.

Et ad motus torpor, aut ſi mouere tentauerint granitas, aut vehemens exolutio.

Cum in motu, ſiue motione animali quippe voluntaria operatione, quæ per muſculos perficitur, duo potiſſimum neceſſaria ſint, & accomodatũ organum, in quo tãquam in arce virtus ipſa reſideat, cerebrũ ſcilicet, ac virtutis expãſio, quę per neruos fit, quip vniuersã muſculi, & cuiuſq; alterius ſubſtantiam diſſeminantur, ſi contingat cerebrũ tanquam motionis inſtrumentum primarium ab humorum craſſitie, aut copia nonnihil vexari, cum virtus ipſa ab hiſce opprimatur, neceſſariò ad motus ignauus, ac pigrus efficitur homo, ſiquidem virtute debile admodum tranſmiſſa, ſignos quoque & ſecordes corporis partes conficiuntur: at ſi partes neruęæ ab earum quapiam cauſa vexentur, tametſi cerebri virtus inferius demandetur, in motione ipſa grauabũtur, ac laſſitudinem quandam percipient, diuerſam tamen iuxta cauſarum quę illis ſolent occurrere, varietatem, nam ſi corpus ſanguinis copia redundet, tenſionis ſenſus, ac laſſitudo percipitur, ſi humorum acrium plenitudo, vlceroſa laſſitudo conſequitur, ſin ambotum exuberantia, quidam veluti inflammationis ſenſus: atque hæ ex Hippo. ſententia morbos prænuntiant, ſiquidem non ex motionibus imoderatis efficiuntur, ſed ſponte ex humorum copia in animalium corporibus adueniunt. Quòd ſi virtutis organũ atq; principiũ in motu deficiat, & neruęæ partes ab ipſa virtute è cerebro tranſmiſſa deſtituantur, totum corpus mirum in modum exoluitur, ac animi deliquium conſequitur; in quem quidem affectum ſi quis incidat, non ſolum periculum eſt, ne in morbum facile dilabatur, verum & in mortem ipſam, quemadmodum diuine protulit Hippoc. his verbis; Qui frequenter, ac fortiter abſq; cauſa manifeſta exoluuntur, de repẽte moriuntur, etenim (vt Gale. ait in com.) non omnes, qui exoluuntur, de repente moriũtur, ſed ſi tres habuerint conditiones nẽpè q̃ ſæpius hoc patiantur, fortiter, ac ſi-

1. aphо. 5.

2. adho. 42

©BIU Santé

ne manifesta cā; qui aūt solā hanc hñt ꝙ sine cā manifesta exoluuntur, ac leuiter; & si nō leuiter, sed vehemēter, rarò tñ piculū subeūt, ne incidāt in morbū, virtutis nāq; aīalis initiū ex internorū humorū copia grauatū indicat, qđ quidē malū, & euacuatione, & debito victus regimine haud difficile reparari pōt: ꝙsi & sępius, ac forriter fiat exolutio, hi ꝓculdubiò ob virtutis aīalis, ac ēt vitalis imbecillitatē hoc patiūtur, quēadmodū erat ille (vt recitat Gal.) cui dū exolueret, cor fortiter palpitabat, & tūc đ repēte mortuus ē nō aliter, q̄ illi, q̄ acutissimis cordis affectibus, quos syncopas vocāt, arrepti subitò interēū tde q̄bus q̄dē vt supradictū est, hoc loco Gal. agere non intēdit. subdit, in cōtex. aliud exēplū.

MENSTRVORVM occultatio vel immodica, aut diminuta euacuatio.

6. de sym. cau. 4. Mēsiū suppressiōes, atq; ꝓfluuia teste eodē bifariā euenire pñt, aut ob cās a principio gñationis cōtractas, siq̄dē nonnunq̄ aut vteri corpus ex natura nimis solidū, ac durū existit, aut idē ab origine nimis humidū, ac laxū, qđ demū dū mēses fluere incipiūt, laxius ac humidius redditur (& de his Gal. hoc loco nō meminit, q̄ñq̄dē neq; pñtē mediā idicāt affectionē, neq; futurā ꝓmōstrāt, quēadmodū neq; de his, q̄ praua, ac lōga consuetudine siue ad suppressionē, siue ad ꝓfluuiū habitū cōtraxerūt, et.n. cū supioribus fermè reponi pñt, vt satis liq̄do cōstat) aut ob cās, q̄ nup eueniāt, quarū q̄dē duplex ē natura, aliq̄ nāq; adeo mēses supprimūt, aut ꝓfluere sinūt, vt tādē mulieris corpus in morbū traducāt, aliæ verò aut nūq̄ aut rarissime: de primis q̄dē hisce ꝓcipuus ē hic Gal. sermo, q̄ñq̄dē si mēses suppriimunt, necesse ē aut multā, crassā, viscosamvè materiā nō solum in partibus vteri, sed in totius ambitu cōgregari, ex cuius crassitie nō solum stipātur partes, sed & totum corpus (hinc febres oriunt, tumores ꝓter naturā, reumatismi, articulorū dolores, & hmōi, aut humorū copiā adeē, q̄ sui copia ad vteri vasa ꝓrūpētes ea claudūt, atq; cōstipāt: hinc ſuba vteri solidior, durior, crassior, ac piguior redditur, itidē & meatus oēs q̄ ad vterū descēdūt, cōstipātur: quo fit, vt supfluitates, q̄ ibidē expurgari cōsueuerant, regurgitēt, ac postmodum diuersos in mulieribus morbos pariāt, ꝓut & varii sunt humores, qui ex vterò purgari ꝓmerebant: at si ob exercitationes, victum tenuē, & virtutis robur, q̄ ad alias partes sanguinē ꝓpellit, occultent mēses, nūq̄ aut rarissime morbus cōsequt, ꝓpea ꝙ exercitatio supfluos humores vt plurimū deficcat, & insensibilitet euacuat; victus aut̄ tenuis eosdē cōsumit; q̄ vero aliūde irrunt, siue p nares, siue p hęmorrhoidas, siue p os, aliāvè quāpiā regionē ferant, tādē euacuātur, et si nō ex toto vacuētur, illius partis potius inditia sunt, q̄ mēsium suppressionis. Minus aut̄ mulier excernit, q̄ iusto conueniat respectu ætatis, cōsuetudinis, ac naturalis tēperiei easdē ob cās, sed remissiores, quas quidem repetere non est opus, siquidem humores paulo admodū

adaucti

adaucti, quàm prius crassiusculi minus quoque menſium purgationes detinent, quàm ſi & copia augeantur, & ad magnam craſſitiem redacti ſint: e contrario verò menſes in maiori copia, quàm pro naturali conſuetudine profluunt, tum quia humores tenues, ac copioſi in corpore vigent, qui ad vterum tanquam locum expurgationi paratum irruunt, tum etiam quoniam non ſolum vterus magis laxus, & apertus factus eſt, verum & venarum ora, quæ ad ipſum vterum pertinguntadhæc diuturnum ocium, ac victus opiparus in cauſa ſunt, vt mẽſes plus ſolito profluant, quæ & ipſa morbum prænuntiant, ſicut dũ contentiuæ uirtus imbecilla, ac expulſiuæ robuſta eſt: inditium namque eſt aut in toto corpore, aut in ipſamet matrice morbum citò affuturum. Menſes præterea qualitate immutantur, ſiquidem rubrum modo quid excernitur, modo album, modo pallidum, ac modo prauis aliis quibuſdam inſignitum coloribus, talem autem ſemper refert ſpeciem id, quod excernitur, quale eſt id, quod in animante redundat, quippe rubrum excrementum ſanguinis ſaniem declarat, album pituitam, pallidum uerò bilem amaram; ſicuti quòd colore prauum eſt, praui humoris exceſſum: quæ quidem omnia affectus poſtmodum, qui in corpore oriri poſſunt, prænuntiant: pariter & tempore menſium purgationes diuariant, ac futuram affectionem præoſtendunt, vt in grauida muliere, cui menſes profluant, etenim non ſolum profluuium in vtero neutram illi adeſſe affectionem, ſed & fœtum non ualere iudicat: ppea dicebat Hippo. ſi mulieri vtero gerẽti purgationes eant, fieri non poteſt, ut fœtus recte valeat: quippe hac ratione fœtui ſuum detrahitur alimentum. ſubdit demum. 5.apho.60

Sic & quæ per ora venarum (græci hæmorrhoidas appellant) ſit ſanguinis effuſio.

Cum natura vaſorum ſedis venam ſępenumero recludit, ac atrum quendam ſanguiniq́ue permixtum humorem excernit, teſte Galeno libello de atra bile, Græci hoc ſymptoma, ſiue accidens, hæmorrhoidas nominant, naturale quidem proinde ac ſudor, & menſtruorum profluuium, quemadmodum ſuperius à nobis ex Gelen. ſententia declaratum eſt; quibuſdam enim hominibus ſtatis temporibus hæc ita naturalis euacuatio eſſe videtur, ſicuti fœminis menſium, vt ſi hac ipſa ſupprimãtur, aut venarum ora mirum in modum aperiantur, eædẽ vt in mulieribus ægritudines exoriantur: ob id dicebat Gal. q̃ hęc euacuatio in aſſuetis tãtãvim habet, vt qui ſoliti ſunt p eam partem euacuari, ſi totam excretionem cohibere velint, atque ita vt ne vna quidem hæmorrhois apta ſeruetur, periculũ ſubeant, ne poſtea multos lib.de hume.ſec. 3.com.26.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 431 sur 753

©BIU Santé

insanabilesq; morbos, pſertim aquã inter cũtim, ac tabem patiantur,
6. aph.12. iuxta illud Hipp. A diuturnis ſanato hæmorroidibus, ſi vna non ſeruatur, periculũ eſt aquã inter cutẽ, aut tabẽ aduenire; etenim vt Gal. inqt in com. ſi quapiã ex cauſa hoc iter intercludatur vnà & durities in hepate fit, & multitudine, ac craſſitiæ calor natiuus extinguitur. nã cum aſſueta ſanguinis melancholici euacuatio non efficiatur, multitudine natiuũ hepatis calorẽ ſuffocat, quẽadmodũ multa ligna flãmis ſuperingeſta ſtrangulant ignẽ: extincto aũt natiuo calore, ſanguis nõ amplius generatur, ſed affectio, q̃ inter cutẽ nominatur: q̃ ſi hepatis robur multitudinẽ aut ad pulmonis venas, aut alias corporis partes ꝓpellat, tũc vaſe aliquo rupto tabidi, aut alijs hmõi partiũ ægritudinibus oppreſſi hoĩes viſuntur. Proinde apertis hęmorrhoidibus, & ſanguine, plus q̃ conueniat, euacuato, non ſolũ patientes hi pñtẽ neutrã hñt diſpõnẽ, verũ & affectio hæc (vt teſtatur Aetius) malorũ plurimorũ cauſa hoĩbus
lib.14.c.3. exiſtit; deformitatẽ nãq; & miſerã vitã inducit, tũ ob coloris totius corporis vitiationẽ ex euacuatione ſuccedentem, tũ etiã ob corporis imbecillitatem; ꝓnitioſos quinetiã morbos, ac tandem mortem ipſam, cum ob excedentem euacuationem non ſolũ hepar refrigeratũ aquam inter cutim gignat, verũ & alijs partibus imbecillis admodũ redditis innumerabiles, ac inſanabiles morbi fiant, vtpote apoplexia, ſubeth, vertigo, tabes, maraſmus, & iſtiuſmodi, q̃ tandem vita hoĩes priuant: obid Aetius tantũ hnius euacuationis exceſſus valde ptimeſcens conſulebat, vt non ſolum in non aſſuetis, ſed & in his, qui euacuari ſoliti ſunt, ne vna qdem ſeruata (vt Gal. iuxta Hipp. doctrinam conſulit) omnes cõfeſtim ſupprimantur, ac penitus extirpentur. Sed qm̃ aduerſus hanc propriã poſitionem extabat Hipp. ſnia q̃ nõ oẽs cõprimendas eſſe, ſed vnã ſeruari cenſet, locũ illũ gloſſare nixus eſt, Hipp. nẽpè ſnia nõ ꝓtuliſſe (vt qdã volunt, & Gal. intelligit) ſi vna non fuerit ſeruata ad ſanguinis excretionẽ, ſed dixit, ſi non adſeruetur, hoc eſt, ſi non conuenienti dięta vtatur, in his. n q̃ praua victus rõne vtũtur, piculoſum eſt venas oẽs exſiccare, atq; conſtringere, nõ aũt cũ debita ſit ſex rerũ non naturaliũ adminiſtratio: qđ qdẽ corroborat Aetius ex ipſiuſmet Hipp. loquutione, qñq; dẽ ait; A diuturnis ſanato hęmorrhoidibus, nẽpè pfecta ſanatione, hęc. n. liberatio eſt, & legitima curatio; q̃ qdem non foret, ſi vna ſeruaretur hæmorrhois. Verũ cũ clare appareat nõ eo mõ ſcripſiſſe Hipp. ſed ſi vna non ſeruetur, hoc eſt, ſi vna apta non relinquatur, piculũ eſt aquã inter cutẽ, aut tabẽ aduenire, palã quoq; eſt Hipp. hãc, quã Aetius ſubſcribit, ſnĩam nõ extitiſſe, ſed eã, quã Gal. in com. aperuit: qđ quidẽ clare indicat Hipp. loquutio, cum ait; A diuturnis ſanato hęmorrhoidibus, quæ enim nuper fluunt non valde in hoc piculũ incurrũt, ſed quę

per

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 432 sur 753

p multũ tpis ſpatium, quippe cũ natura ad illũ locũ hmõi humores trãſ mittere ſoleat; q̃ verò Hipp. conſuetudinẽ faciat, nõ eſt, vt eius innitar authoritate, qñquidẽ id ſæpius admonet, eãq; ſumꝛ ope ſeruãdã iubet: vna quinetiã eſt Ætii corroboratio, nã etſi vna ſeruet vena, vnũvè vas, alia tñ vaſcula, q̃ ſanguiné ꝓfundunt, pfecte & ſanamus, atq; curamus. Verũ de his ſatis, opportunior nãq; alibi fortaſſe dabit occaſio. Subdit autẽ in contex Gal ſigna pariter ex naturali in cibo & potu voluptate ſumpta, q̃tate tñ, qualitate, ac tpe pmutata breuibus hũc ĩ modũ dicẽs

SED *non eadem, quæ prius in cibo & potu voluptas ſunt futurę in ditia ægritudinis.*

Cum. n. ventriculus, vt antea dictum eſt, dum de ſignis ventriculi ageretur, cibos & potus ꝓ ſe, & ꝓ alijs familiares appetat, hunc autem p̃cedat linguæ iuditium, vt recte teſtatur Gal. ipſa. n. his potiſſimũ dele ctatur ſuccis, quibus ventriculus indigere vꝛ, cũq; in hoc iuditio duo, q̃ guſtus inſtrum cõficiunt, p̃cipue cõcurrãt, linguę tenuis, ſpõgioſaq; ſubſtantia, ac ipſa tunica inueſtiẽs, in qua neruus inſeritur nõ exiguus; ſubſtantia nãq; tenui, ſpongioſaq; ſapores ſuſcipimus, atq; diſcernimus, tunica verò neruea, q̃ ventriculo continua eſt, circa ipſos oblecta mur; ſi vitiũ quidpiã contraxerit guſtus inſtrum, ſiue quoad neruũ, ſiue quoad ipſam mẽbranã, non eandẽ vt prius percipiet homo ex eiſdem cibarijs voluptatem, quippe aut humorũ copia imbuitur lingua, & tũc tenſus guſtus obtunditur, aut praua eorundẽ qualitate, & tunc oĩa guſtanti iuxta eã, quã lingua poſſidet, qualitatẽ apparent, ſi. n. flaua bilis adſit, amara vꝛ oĩa, ſi ſalſa pituita, ſalſa, ſi acida, acida: Et ob id hmõi ſaporibus ĩbutã eſſe linguã dijudicabit homo, & ex conſequenti nõ eam, q̃ prius in cibariorum exhibitione ſentiet voluptatem: itidem ſi lingua humore deficiat, qui eius ſubſtantię ſpongioſæ conuenit, in potu maiorem p̃cipiet voluptatem, quẽadmodum dũ copioſa dulci pituita ĩbuta eſt, minorẽ: ceſſat pariter in cibo & potu voluptas, aut maior excreſcit, ſi ventriculus, aut totum deniq; corpus ob continuitatẽ atq; cõicantiã vitium quoddam contraxit, vbi. n. mẽbra affectu quodã vexantur, tunc ſucci contrarij (vt Gal inquit) ijs, qui affectum excitarunt, delectare videntur, ita vt craſſis opponãtur tenues, tenuibus craſſi, lentis ij, qui ſecandi vim habeant, exaſperantibus leuigantes, frigidis calidi, calidis frigidi, ſiccis humentes, & humentes aridi, quorum quidẽ omnium (vt dictum eſt) iudex eſt lingua, ſubdit Gale. 4. de ſym. cauſ. 6.

HEBETVDOQVE *animi non naturalis, aut obliuio quædam incõſueta, aut ſomni, qui pluribus imaginationibus abũdãt, quàm prius, auditus, et odoratus, viſuſvè hebetiores, aut turbulẽtiores.*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 433 sur 753

©BIU Santé

Gal. in hiſce enarrandis ſignis, ordinē non ſeruat, ſed ea breuibus nullo ſeruato ordine recenſet, nam poſteaquàm de ſignis, quæ ex delectatione in cibo & potu ſumuntur, verba fecit, p̄ſenti parte veluti per exemplum ea tradit, quæ ex virtutibus principatum obtinentibus hauriuntur, vtpote imaginatiua, cogitatiua, atq; memoratiua. Dicito itaq;, q̄ hebetudo animi (quem græce δυσνοιαν, nominat Gale. nos autem rectius cogitatiuam, ſiue diſcurſum nuncupamus) non naturalis hoc eſt non ex natura contracta, ſed quodammodo naturæ limites trāſgrediens neutrę diſpoſitionis ſignum eſt, & morbum p̄nuntiat, qm̄ qui natura hebetis ſunt, tardiq; ingenij, quales qui frigidi ſunt, humidiq; cerebri, vt aliàs declaratū eſt, futurā ęgritudinē haudquaquā indicāt, ſed q̄cūq; ad p̄ter naturā quodāmō mutātur, dū mala tēperies cerebri frigida & humida ſine materia, aut cū materia, p̄ſertim craſſa illis adaugetur: ex qua quidem intemperie cōplures ęgritudines vtpote læthargus, coma, apoplexia, paralyſis, & hmōi contingere ſolēt: obliuio quinetiā, q̄ memoratiuę virtutis defectus eſt, ſi hominem p̄ter cōſuetudinem occupet, non tm̄ p̄ſentē diſpoſitionem, ſed & futurum morbum indicat, qm̄quidem ex eiſdem ſuperioribus cauſis ortum ducit: in ſup imaginationes inſomnis magis q̄ prius, & ex conſuetudine ſuperuenientes idipſum p̄nuntiant, fiunt etenim ex prauorum p̄mixtione vaporum, qui è praua eleuantur materia, cuius quidem iuxta varietatem diuerſos quoq; morbos fieri poſſe dijudicamus. ſenſuum p̄terea, q̄particulares rerum ſpecies ſuſcipientes ad virtutem imaginatiuam, q̄ ex Gal. ſententia, cōis eſt ſenſus, tanq̄ lineę varię ad centrū tādem recurrunt, habetudo, & turbulentia futuram ægritudinem ſignificant iuxta uaporum, humorumq́; naturam, a quibus hebetudo, ac turbulē tia talis efficitur, aut meatuum obſtructionē, p̄quos virtus & ſpiritus pro operatione neceſſarij tranſmittuntur: & quoniam Gal. hęc vti exemp la eſſe intendebat: ob id ſubdit.

lib. de diff. ſymp. 4

Et vt ſimpliciter dicam, quæcumq; ſecundum naturam, ineranr, hæc quidem augumentata, hæc verò comminuta, hæc verò temporibus quibuſdam, aut qualitatibus immutata.

Hoc ē hucuſq; tradita, tradendaq́;, q̄ quę ſub ſilētio inuoluentur.

Siqvidem & ipſius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubea, quēadmodū liuidior, aut nigrior.

Hęc autē ſigna non ſolum ex toto corporis, ſed & partium habitu exhauriūtur, qm̄quidem partium augumentatio, diminutioq́; totū corpus mole aut maius aut minus reddit; augentur autem partes vel ob materię vti[illegible]opiā, aut qm̄ facultas valida exiſtit; minuuntur autē ęādē ob con-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 434 sur 753

©BIU Santé

ob contrarias cauſas: porrò vtraq; diſpoſitio periculo non caret, altera. n. plectorię ſubijcitur, ac ſanguinis abundantiæ, quã quidẽ Hippo. exẽplo gymnaſtarũ valde piculoſam, ſi in extremo cõſtiterint, enũtiat; piculum nãq; eſt (vt Gal. ſubdit in com.) ne qui talem obtinent diſpõnẽ diſrũpantur, aut natiuus calor ſtranguletur, extinguaturvè, altera aũt innutritioni, ac tabi ſubijcitur, qñquidẽ impedita cibi coctione, diſtributioneq; corpus non modo alitione priuatur, verum & cõtinuò cõſumptis humoribus extabeſcit: pariter & pars q̃piã aut maior, aut minor mole eſſe poteſt, quẽadmodũ ex Gal. ſnia quotiens inſtri cuiuſpiam pars vel reſecta, vel vſta, vel putrefacta, vel ſub nimio frigore demortua ita perit, vt ea q̃ reliqua fuerit mutila, mancaq; reddatur; tunc. n. de ipſius partis ſtatu p̃dicere poſſumus futurum eſſe, vt citò in deterrimã decidat affectionem, ſicuti ſi partem craſſiorem cõſpiciamus, magis vtilem humorum copiam, aut attractricis virtutis robur ibidem, q̃ alijs in partibus vigere, pnuntiabimus: colores ẽt totũ & corporis ptes reſpiciũt, albior. n. ſolito pituitæ abũdantiã indicat, rubidior verò ſanguinẽ liuidior craſſos humores, qui è gñe ſunt pituitę, & nigrior bilam atrã: qđ itidẽ de alijs intermedijs coloribus dicẽdũ eſt, quẽadmodũ Gal. diffuſius ſcriptum reliquit: etenim colores hi futuros morbos p̃mõſtrãt, color. n. albus aquam inter cutẽ, ędemata, febres quotidianas, & hmõi, rubeus aũt ſynochũ ſine putredine, atq; cũ putredine, inflãmationẽ, & id genus, niger verò febres quartanas, cãcros, carbones, elephãtiaſin, & id tale genus: ſubdit & aliud exemplũ aut plura hũc in modũ ſcribens.

1. apho. 3.

2 de nec. & morb. 9

4. de tuẽ ual. 2. prima aph. 2.

Rvctvsqve ac ſternutamenta, & flatus plures, aut pauciores his, qui ſecundum naturam.

Ructus, & flatus (vt ſentit Gal.) ex vaporoſo ſpiritu in ventriculi ſpatijs, ac ipſis ẽt inteſtinis oriri ſolẽt, cũ vel pituita ibidem contẽta aliuſvè quiſpiam talis humor, vel cibi in vapores ab ĩbecilli calore reſoluũtur; ſicut. n. in externis, neq; a frigidiſſima, neq; calidiſſima aeris conſtitutione, ſed media generantur nebulæ, ita & calor nec per extremã ĩmbecillitatem, nec cũ validiſſimus eſt, ſed medius flatus generat, qui ſi p os reijcitur, ructum efficit, ſi verò per inferiorem, extremamq; ſedem demittitur, flatum reddit interim ſtrepentem, ĩterim ſine ſtrepitu; cum verò per neutram partium defertur inflationem facit, ſympto-ma nimirum ventriculi, ob imbecillitatẽ nequeuntis ſpiritum, tum redundantem, tum nebuloſum expellere. Cum igitur calor imbecillus tum ex humoribus, tum ex cibis flatum, ructusq; pariẽs homini adſit, ipſeq; ſolito plures flatus, vt ructus emittat, ſignum eſt, ſi cibum ingeſſerit, virtutem ibecilliorẽ redditã eſſe; quã quidẽ imbecillitatẽ qui mor

6. de ſym. cauſ. 2. idem ſup.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 435 sur 753

©BIU Santé

bi conſequi ſoleant, ſatis ſuperq; ſuperius dictum eſt, ſi autem abſque hoc, q̃ cibum aſſumat, non ſolum virtutem ibecilliorem, ſed & humorum abundantiam, qui in vapores conuerti apti ſunt, ex quo p̃nitioſiores morbi ſolent oriri: q̃ ſi pauciores his, qui ſecundum naturam, flatus, ſiue ructus emittuntur, non ſolum ſignum eſt expultricis infirmæ, verum & viarum obſtructionis: hinc inflãmationes, vertigines, dolores, & hmõi cõſequuntur: ex ſternutamento quoq; neutram iudicare poſſumus diſpõnẽ, quod quidẽ naturę opus eſt, vt voluit Gal. quemadmodum oſcitatio, tuſſis, pandiculatio, ſingultus, & id tale genus, inuentum quidem, vt meatus reſpirationis nempè nares ipſæ expurgentur; ſpiritus namq; vehementer admodum motus meatus ipſarum expurgat, tibicinum exemplo tibias, fiſtulasq; purgantium; qui quidem impetus cũ in ſternutatione validior ſit, q̃ in tuſſi, non ſolum è naribus, ſed & non nihil ex prioribus cerebri vẽtriculis mucoſum excremẽtũ emittit: hæc ãt purgatio a cerebro efficit, vt id excremẽtũ depellat, qđ nares, & cerebri vẽtriculos infeſtat, & tunc vtroq; meatu expirationis vtit, altero quidẽ, quẽ ipſum p̃ ſe fecit, altero verò neruis veluti lõgis quibuſdã manibus in thoracẽ demiſſis: qua de re ſternutamẽta, niſi ob deſtillationẽ eueniãt, haud mediocre capiti quoq; vaporibus oppleto p̃ſidiũ afferũt: ſi itaq; cõtingat, q̃ ſternutamẽta plura ſint, & validiora ſolito, neq; a cauſa p̃cathartica fiãt, vtpote vapore, vel puluere mordaci, qualis ẽ piperis, aloes, & iſtiuſmodi, vel teſtucis, vel ſole, vel re quapiã exterius, calefaciẽte, ſignũ ẽ, humidũ ſuperfluũ adeſſe, qđ ſolutũ in vberiorẽ vaporẽ, q̃ p̃ cutis meatus expirare poſſit, ſternutamẽtum efficit, vt caſtaneis ſub prunis, & cineribus ſepultis euenit. quo fit, vt humidæ plerũq; ęgritudines cõſequant: ſi verò ſternutamãta ſolitò pauciora ſint, nõ ſolũ caloris & ſiccitatis vehemẽtis, q̃ quidẽ materiã abſumũt, vt & in ructu & flatu, ſignũ erit, verũ & virtutis expulſiuæ debilis, cuius quidẽ ibecillitatẽ varij morbi cõcomitari cõſueuerũt: Adhæc ſunt & excremẽta q̃cũq; è cerebro purgant, non parum attendenda, vt ſubdit Gal. his verbis.

5. de ſym. cauſ. a principio.

Sic & quæcunque per nares, vel palatum, vel aures, per quos meatus cerebrum expurgatur vel temporibus, vel quantitatibus, vel qualitatibus immutata.

Indicãt. n. futurã ęgritudinẽ, & p̃ntẽ diſpõnẽ cõnotãt, copioſior nãq; ſolito pituita è naribus, aut palato defluẽs cerebri neutrã frigidã & humidã affectionẽ ſignificat, futurũ verò morbũ p̃monſtrat, ſicut eadẽ imminuta, craſſiorq; virtutis ibecillitatẽ, q̃ materiã craſsã è partibus illis extra corpus p̃pellere nõ põt. Eſtãt aũaduertẽdũ, q̃ cõis ẽ opinio tenẽtiũ oẽs tres cerebri ſuperfluitates, pituitoſas qdẽ, q̃ multę ſunt p̃ palatũ, ac nares

res, colericas ãt p aures; melãcholicas vero p oculos euacuari. Verũ hæc nõ ẽ ad Gal. mẽtẽ, si qdẽ idẽ ait, q cũ plures forẽt ĩ cerebro supfluitates, q̃ repurgari mererent, natura meatus decliues cõstituit, qbus crassę, graues & sui natura deorsum repẽtes repurgarent, nẽpè palatũ, ac nares, p̃ pur gãdis ãt fumosis excremẽtis sui natura surſum tẽdentibus supmã cranei parte rarã, & syringosam, suturasq; ipsas, nulla facta de auribus & oculis mẽtione: aures igit & oculi a natura p̃ cerebri excremẽtorũ purgatione minime geniti sunt, q nimo idẽ p̃dixerat, q neq; ẽt nares a natura p̃ expurgãdis supfluitatibus p̃creatæ sunt, dũ cerebrũ ĩculpate sanũ existit, sed p̃cipua nariũ foraminũ vtilitas ẽ odorũ dignotio, atq; hac adhuc antiquior, & ad ipsam vitã necessaria ipsę in cerebrũ inspiratio: in sup pituitã in oculis nutrimẽti eorũdẽ supfluitatẽ eẽ asserit, & experiẽtia cõstat nõnũq colericũ excremẽtũ p nares expelli: adhęc Aris. quoq; inquit sordẽ aurium sudorẽ esse putridũ, putridũ ãt amarũ, ergo hæc fermè cõis opinio vera nõ ẽ, & q p̃ aures colerica, & p oculos melãcholica euacuet supfluitas, licet verũ sit, q cũ hmõi excedunt recrementa, natura ẽt naribus abuti soleat. Quamobrem decipiuntur medici, qui interdum p̃ nares superfluitates non expurgari intuentes, id semper ex narium obstructione contingere autumant, & nulla habita distinctione plerunq; nares frustra aperire contendunt, non animaduertentes id fortè ex recta victus ratione multotiens accidere. Postremò concludit Galen.

9. de us. par. a principio.

8. de us. par. 6.

primo progn. 13.

32. par. prob. 4.

HAEC igitur omnia ex genere eorũ sunt, quæ secundum naturam.

Vt quę dicta sunt ab his ex toto genere prætẽr naturam, quæ dicẽda sunt, segreget, eum ait.

MORSVS quoq; vẽtris vel ĩore vẽtriculi, vel ĩ aliquo intestinorũ, aut cũ alvus subducitur, aut ad vomitus excitatur, aut cũ mingẽtur, siue aliquis alius dolor moderatus ex genere quidẽ existit eorũ, q̃ p̃ter naturã, nõ tamẽ q ita se habẽt, ægrotare dicuntur, sicut neq; q capite grauãtur, aut dolẽt [aut vigilãt] cũ nõdũ in cõsuetis ĩpediũtur operationibus, hic. n. in huiuscemodi dispõnibus terminus est: atq; idcirco in eo, q ad aliquid eandem dispositionem ægrã, atq; neutrã appellabimus; nam pro vigore potentiæ, q̃ vel facile sustinet, vel vincitur, vnaquę que ex his, quas antea diximus, vel morbus est, vel neutra dispositio.

Hunc in modũ legit Leonicenus. Verũ qm̃ Gal. mẽs ẽ tradere signa ex his tm̃ q̃ p̃ter naturam, minora tn̄ q̃ q̃ in corporibus ægris reperiuntur, ppea rectius legendũ existimo, vt in Laurentiani versione, ac iuxta ipsos codi-

©BIU Santé

sos codices græcos, nō. n. illud [aut vigilāt] legit, qđ qđē fuit in cā, vt interpres varie sensisse videātur. Quòd si qs forte obstinate verbū illud apponere cōtēdat, dicere possumus, Gal. intētionē esse, q sicut illa secūdū naturam quantitate, aut qualitate, aut tempore non adeo mutantur, vt noceant operationibus, ita & hæc præter naturam ad hunc usque terminum ptingunt, propterea quòd vtraque dum consuetas phibent operationes, inter ęgritudinis signa potius connumerari promerētur. Morsus itaq; siue dolor in ventriculo, aut in eiusdē ore, intestinorūvè quopiam aut acrimoniæ humoris erodentis inditium existit, aut frigidi humoris adstringentis, aut multitudinis materierum, flatuūvè partes illas conuellentium, vt voluit Gal. cum de dolore colico loquitur; Mordicatio quidem, quæ ab humore calido nempè amaro, salso, & acri fit, ex Aui. sententia, cum inflammatione sentitur, quæ autem ab acetoso, ac frigido inflammationis vestigium non affert; at illa cū grauitate humorum multitudinem p̄sefert, sicut cum tentione quàm plurimam flatuum copiam: porrò in vomitu quoq; aut alui deiectione, aut mictione si molestia labor, morsus, ac dolor p̄cipitur, signū est aut humorem corruptum esse, aut quid secum commixtum adesse, quod dolorem infert, atque molestiam, quemadmodum flauam bilem ex hepate, venisq; transmissam, quæ quidem si dolorem siue morsum ex Auic. sententia interpollatum affert, febrem effemeram aduenturā demonstrat, at si firmum ac stabilem, febrem tertianam inseparabilem, & lateris dextri dolorem cum membranę hepatis inflammatione. Hęc igitur neutram indicant dispositionem (inquit Gal.) si homo nundū in consuetis impediatur operationibus, quemadmodum etsi cuipiam capite grauetur, aut doleat, propria tamen munia exerceat; grauitas enim humorum copiam ostendit, atque crassitiem, dolor verò eorūdem acutiem: atque hic terminus nempè vt actiones siue negotia propria hominis prohibeantur, distinguit corpus neutrū vt nunc ab ipso corpore ęgrotante: Vnde & particula hæc in ægritudinis diffinitione a Gal. lib. de mor. differ. non immerito collocatur. Verum cum diuersa sint hominum corpora, quippe nonnulli robusti sunt, ac affectionibus minime obnoxij, alij uerò imbecilli, ac minimam quáq; affectionem ęgre ferentes, propterea non semper (vt & supra a Gal. scriptum est) in omnibus corporibus eædem descriptæ p̄ter naturam affectiones sub neutrius significato collocantur, neutrorumq; corporū signa censentur, sed modo quidem neutra dicentur, si validis, modo autē ægra, si imbecillis occurrant corporibus; quandoquidem qui vires imbecillas habent, si ex leui dolore, capitisvè grauitate, aut istiusmodi p̄ter naturā offendantur, proptijs confestim desistunt operibus, at qui eas robustas

12. met. med.

lib. 3. fen. 13 tract. 2. cap. 2.

robuſtas poſſident, ſi ab eiſdem ferme affligantur, ſolita probè opera exercere valent: ſubdit autem Galen. hoc idem ex his, quæ ex toto genere p̃ter natur̃ in ſenſibus quibuſq; reperiuntur nobis apertens.

Sic & quæcunque in ſenſibus non in eo quòd magis & minus inuicem differunt, ſed toto genere ſunt præter naturam: & hæc ſunt ſigna morborum, donec modica fuerint, & nondum hominẽ a conſuetis operibus ſufficiunt ammouere.

Exempli gratia cum lingua, quę guſtus eſt inſtrumentum, humida ſit, atque ſpongioſa, non tamen adeo humida, vt ab obiecto proprio humefieri non poſſit, quemadmodum erat Ariſto. ſententia, ſi humiditas illa in lingua (q̃ illi naturalis eſt) quantitate augeatur, debilem vtique guſtum efficiet, vt homo ſapores haud recte percipiat, & tunc quod ex natura eſt, non p̃ter naturam mutabitur: at ſi ſalſum quid, aut amarum linguę occurrat, id quidem ex toto genere p̃ter naturam erit, inſtrumentoque guſtus valde moleſtum: quod itidem de alijs quoq; q̃ in ſenſibus p̃ter naturam reperiuntur, dicendum eſt, donec modica ſint, & nondum hominem a proprijs exercitijs ammoueant: Hęc autem declarat Gal. exordio a guſtu deſumpto. 2. de ani. 104.

TALIA *autem ſunt in guſtu quidem cum vel ſalſæ, vel amaræ vel alicuius alterius qualitatis ſapor nobis indicatur, ſiue in omnibus quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quòd aliquid aſſumatur, ſaliua talis ſentiatur.*

Etenim tum intus aliquod p̃ter naturam reperiatur, quod organũ afficit, tametſi q̃ eduntur, ac bibuntur ſapore extraneo deſtituta ſint, attamen in hiſce eundem ſaporem p̃ter naturam ſentimus, vtpote ſalſum, amarum, & id tale genus: tale autem indicat, q̃ cum qualitas hæc p̃ter naturam aut a ventriculo, qui ob membranam & neruos linguæ continuus eſt, aut a toto corpore ibidem confluat, non niſi morbus ex humoris abundantia ꝓueniet, ſi guſtando amaritudinem ſentiet ſaliua vtique bilis aderit, q̃ in ipſo guſtus inſtrumentum manifeſtatur, & ex conſequenti aut febrem tertianam, aut talem quempiam morbũ affuturum indicabit, ſicut ſi ſalſedinem, pituita ſalſa, ex qua cauſon gignitur: quod itidem conſequitur, ſi quis cibum aut potum non aſſumat, ſaliua tamen tales ſapores percipiat, nam cum ſaliua ex Gal. ſentẽtia, a linguę glandulis generetur, & vt nimia linguæ & oris exiccatio prohibeatur, & vt ſaporibus expers eos recipiat, & ſi coctione mutationeque egeant, commutet, ſi ipſa ſaporibus, ac humoribus p̃ter naturam adimpleantur, hos vtiq; ſentiet, atque percipiet, q̃ ſicut in maiori, mi- 3. de alim. 5. 12. de uſ. par. 10.

©BIU Santé

ri, minorivè, aderunt quantitate, ita & guſtus inſtrumentum afficient. proinde ſi quis q̃rat a nobis, qd nã ex his ſignum certius ſit, num, ſ. cũ cibum aut potum aſſumimus, an cum ſola ſaliua abſque quòd edamus aut bibamus, qualitates illas percipimus, huic vtique dicemus, acutius quidem qualitates ipſas p̃ter naturam in comeſtione ſentiri, quàm ſi ſola ſaliua deguſtentur: quòd ſi forte id falſum eſſe contendat, etenim ſi contrarium cum reliquo permixtum alterum remittere ſolet exemplo aquæ calidiſſimæ, q̃ frigidiſſimę permixta ipſam contemperat, atque remittit, dulcis planè ſapor, vt pote vinum dulce, & id tale genus, ſi ori amaro tanquam contrarium apponatur, ipſum amarorem remittit, huic quidẽ ex experientia reſpondebimus oppoſitum apparere, qui enim linguam amaram habent, ſi vinum dulce, aut contrarium quidpiam exhaurirent non ſolum vt prius, verum & multo magis amaritudinem ſentiunt: cuius quidem rei ſi hiſce a me rationem petat, dicã ego quietem ipſam eſſe in cauſa, q̃ in ſapore illo, qui in ſaliua eſt, reperitur, tunc enim quietus ac ſtabilis non valde ſenſum ferit, at cũ quidpiam ſiue vinum, ſiue quid aliud guſtui apponitur, quod interius eſt ab externo ſapore concitatur, ac guſtum acutius quàm prius feriens, vehementius ſenſum commouet: quòd ſi amoror ille internus continuò de loco ad locum transfereretur, vino dulci non exhibito magis ſenſum redderet, quàm ſi ipſum vinum guſtui apponeremus, dulcor enim vini amarorem in ſaliua repoſitum refrãgeret, atque contunderet. Declarat poſtmodum Gal. in ſenſu odoratus dicens.

In odoratu autem, quando alicuius vnius qualitatis ſenſum habemus nullo odore præſente, aut cum plura differentia naribus admouemus, omnia veluti ſimilia ſentimus; ſæpius verò nihil ſentimus, aut aliquid fætens, etiam ſi nihil adſit, quod fæteat.

Pro intelligentia eorum, q̃ de ſignis ex odoratu ſumptis a Galeno hoc loco ſcribuntur, quid ipſius ſit organum prius dicendum cenſeo, qñquidem de eo inter Ariſto. Galenum, alioſq; grauiſſimos hercle viros non parua lis eſt. Ariſtoteles namque poſtquam dubium ſuperius ab eo ꝓpoſitũ diſſoluit, ꝙ aialia oĩa tã quæ reſpirãt, q̃ q̃ nõ reſpirant, olfactum habent, quòdque idem de olfactus organo iudiciũ eſt, ſicut & de ipſo viſus, tandem concludit, odoratiuum ſiue odoratus inſtrumentum potentia tale eſſe, quale eſt actu odorabile: nec aliud qd amplius eo loco, ac lib. de ſenſ. & ſenſibili, quo etiam loco idem dubium proponit, ac ſoluit: qua quidem de cauſa motus Gal. libello qui de olfactus organo inſcriptus eſt, ipſum reprehendit, quòd obſcure admodum

2. lib. de ani. 100.

modum ipſum diſtinxit, vt quid ipſum ſit, quouè in loco ne vaticinari quidem poſſimus, anſamque compluribus, qui ipſum interpretari conati ſunt, tribuerit, vt in varios ſcopos dilaberentur, inter quos fuit Auer. qui naſum odoratus organum, ſenſumque in duobus meatibus, qui intus naſum ſunt, fieri autumat, animalibus quidem olfactilibus non ſine attractione, in non olfactilibus autem abſque attractione; qđ nil aliud ex his intendit Auer. q̃ quod dixerat Ariſt. in quibuſdam quidem animalibus quę reſpirant, operculum quoddam periri, quo quidem reſerato inſpiratione odor ſentitur, in alijs verò, quę non reſpirant; id non adeſſe operculum, & tunc in his odoratus inſtrumentum promptum eſſe, atque expoſitum. Quam ſanè interpretationum non ſolum ex Ariſto. verbis elicit Auertois, verum & eandem ratione corroborat; libris nãque de hiſt. anim hæc habet Philoſophus: Tum etiam ſpiritum trahi in pectus, & idem reddi neceſſe eſt, quod fieri non poteſt niſi naribus ſpiremus: & paucis quibuſdam interiectis ſubdit: Olfactus quoque ideſt ſenſus odoris hac eadem parte ſubminiſtratur, nempè naribus, vt eiſdem ſuperius nos reſpirare dixerat; libris verò de partibus anim. ait: Gemina. n. ſedes quæque ſenſoria eſt propter duplicem corporis partem, ſcilicet dextram & ſiniſtram, & hoc in tact. incertum eſt, propterea quòd primum ſenſorium non caro, non pars eiuſmodi aliqua eſt, ſed aliquid internum: at ſi nares geminę ſunt ob ſeptum illud interſectum, ergò olfactus expreſſe ſunt inſtrumenta: ratione quinetiam id comprobat Auer. propterea quòd occluſis naribus ſpiritum quidem adducimus, odorem verò nullum ſentimus, at ſi reſeratis naribus ſpiritũ attrahimus, odor vtiq; a nobis protinus ſentitur. Verũ hæc opinio non ſolũ Ariſt placitis, ſed & experiẽtię vel maxime aduerſatur, Ariſ. quidem, qm̃ ſi ipſius eſt ſententia, q̃ ſenſibili ſupra ſenſorium poſito nulla fit ſenſatio, quo nã pactò introcluſis in naſo corpuſculis odor ſentiri poterit: inſuper habet Ariſ. ſic ſanè olfactus inſtrumentum, ſicut & vitus, in aliquibus nullo operculo tectum eſt, in illis verò, quæ aerem introducunt, operculo non caret, quod ſubinde dum reſpirat animal venis atque meatibus inde dilatatis reſeratur, ergò ſecundum Ariſto. odoratus inſtrumentum non in ſumma & externa naſi parte, ſed multò interius collocatum eſt, ita tamen vt foramina quędam ad ipſum pertinentia habeat, quæ nõ ſemper adaperta ſint, ſed operculis quibuſdam membranoſis, & tenuibus contegantur, quę poſtmodum opercula, dũ ſpiritus influens attrahitur, ab ipſo reſerantur, vt ad eam particulam, in qua vis odoris dignoſcendi fita eſt, proprium eius ſenſibili permeniat; quod itidem lib. de ſenſ. & ſenſili ſenſiſſe videtur, dum idem dubium diſſoluere cõtendit.

7. colli. 7

primo de hiſt. anim. cap. 1.

2 de part. anim cap. 10

2. de anim. 100.

©BIU Santé

tendit: experientiæ quoque vel maxime aduerſatur, nullum etenim odoris ſenſum, niſi ſpiritu naribus attracto, moueri videmus, quàm qua nares ipſe vapore etiam olente repletæ ſint: Vnde ſiquis in anguſto cubiculo bitumen, caſſiam ligneam, mirrham, & id tale odorabile ſuffiat, ita vt aer domicilij odore vehementi repleatur, mox eundem naribus excipiat, is vtique nullum odoris ſenſum percipiet, at ſi ſpiritus valide trahatur, & ad cerebri cauitates odor perueniat, ipſum planè ſentiet. Neque obid Auer. rationes quicquam aduerſus prædicta militant, etenim vt & Galen. ex nonnullorum ſententia ſentit, naſus ſemita, ac odorationis principium exiſtit, non tamen proprium inſtrumentum, in eo namque primum odor recipitur, demandatur autem per attractum ad internum, ac proprium organum, vt oculus primum quidem colores recipit, non tamen proprie opticus eſt; quod quidem nec ipſe negaret Galenus in hoc cum Ariſto. concors. Proinde Galen. propriam de olfactu ſententiam proferens libello ſuperius citato odoratus inſtrumentum vaporis quid ſimile eſſe, odorisque ſenſum in anterioribus cerebri partibus moueri ait, & alibi poſtquam de neruo auditorio dixerat, quòd ad patiendi difficultatem potius quàm ad ſentiendi promptitudinem ob memoratas cauſas fuit comparatus, ſubdit; reliquum autem adhuc nobis olfactus ſenſorium ex omnibus intra cranium extitit, in ipſis cerebri anterioribus, qui etiam vaporoſum per quẽdam ſpiritum continent. Quæ quidem Galen. verba perinde ac Ariſtote. non exigua egent interpretatione, nam quid (quæſo) aliud voluit Galen. cum ait odoratus inſtrumentum vaporis quid ſimile, quàm quod dixit Ariſto. odoratiuum potentia ſenſitiuum eſſe quale eſt odorabile? nonne & Ariſto. intrinſecum eſſe ipſius organum (quicquid dicant Auer. & alii) vt & Galen. aſſeruit, cum ex venarum, porrorumque dilatatione odorabile in ſenſorio recipi determinauit? Cæterum vt diſcordiam inter Galen. & Ariſto. oſtendamus, germanam Galen. ſententiã, qua hæc ſcribere promoti ſumus, breuibus enucleabimus. Naſus itaque ex Galen. in ſe ſeptum quoddam cartilagineum per media loca deductum habet, quod duo narium foramina intercipit ſatis conſpicua, quorum vtrũque ſuper media naſi loca in duas partes diuiſum eſt, ſecundum alteram quidem partem ad os ipſum vtrinque deſcendẽs, ſecundum verò alteram, ſicut ferri cęperat, vtrinque ad cerebrum aſcendens, etenim horum exortus oblongi, & caui ibidem ſunt, qui ex anterioribus cerebri ventriculis originem habent, & in eam caluariæ partem, qua naſus oritur deſcendunt: quo loco oſſa coli ſimilia, quaſi colatoria dicas, poſita ſunt, admodum

8. de uſ. par. cap. 6.

lib. de olfactu.

dum foraminulenta, & cauernoſa, quæ anatomicis à cribri ſimilitudine ἐθμοειδῆ, vel potius à ſpongię ſimilitudine σπογγώδη vocantur, quibus etiam membrana quædam craſſa, qua parte hęc ipſa oſſa attingit, ſubſternitur exilibus quibuſdam & ipſa foraminibus pertuſa, ex cuius, oſſiumque prędictorum craſſiora quæque excrementa percolantur, ſiquidem quæ vapori ſimilia ſunt per caluariæ futuras elata euacuantur. His ita conſtitutis olfactus inſtrumentum in anterioribus cerebri ventriculis ſitum erit, à quo ſenſus principium habet, & licet in capite quatuor ſenſoria reperiantur, cerebroque ſimilia appareãt, attamen omnibus ineſt quædam ſecundum ſpeciem diſſimilitudo non modo in ipſis ſentiendi facultatibus, ſed & in ipſis corporibus, per quæ facultates ipſæ feruntur; nam ſicut alia facultas eſt, quę ſapores, alia quę ſonos, alia quæ colores, alia quæ odores dijudicat, ita & corpora, per quæ talis tranſmittitur, virtus diuerſa ſunt: Vnde qualia ſunt obiecta, quę inſtrumenta ſenſus mouere debent, talia & organa ipſa à natura ſunt conſtituta, odor quidem qui ex Platonis ſententia in Timeo ex aere, & humoroſa conſtat ſubſtantia (de hoc enim pręcipue agere intendimus) in tenuitate. quodammodo, atque craſſitie medium obtinet locum, aere enim quodam modo craſſior eſt, ſed aqua tenuior, ita & ipſius ſenſorium uaporoſum eſſe debebat, quo odores facile ſuſciperet, ac ab ipſis immutaretur: quod idem autem & alijs ſenſorijs euenit, ſplendidum namque ac luminoſum, quod viſus eſt inſtrumentum, à coloribus, aereum à ſonis, & denique ſimile à ſimili alteratur, immutaturque. igitur cum vaporoſum odoratus inſtrumentum eſſet futurum, natura productionẽ illam prælongam, quę fert odores à naribus ad vtrumque cerebri ventriculum, machinata eſt nihil fermè ab ipſis ventriculis diſcrepans, in quibus vaporoſus quidam ſpiritus contineretur, cuius medio ſenſibile ibidem receptum cerebri portionem alteraret, ipſiusque ſenſationem inferret. circumiecit quinetiam ſenſorio cooperimentum illud, vt id ipſum cuſtodiret, cõſeruaretq;, qđ & rarũ eſſe voluit, vt trãſitũ ipſorũ ſenſibiliũ interea non impediret. Ariſ. autẽ, quippe q cerebrũ non eſſe ſenſus principiũ, neq; vllã ex ſe habere ſenſationẽ, ſed quãcũq; à corde ſuſcipere arbitratus ẽ, inter illa cribroſa mẽbranea oſſa, in q̃ nerui inſerũtur, ſenſationẽ fieri voluit; ſiqdẽ reſeratis mẽbranis illis poroſis, aut neruels, q̃ à corde virtutẽ ſuſcipiũt, odor in illis poroſitatibus ingrediẽs odoratus inſtrm alterat, ac ſenſationẽ pmouet: vnde ꝯd eſt inſtrumentũ odoratus concludens dicebat, ſenſoriũ potentia eſſe, vt ſenſibile actu, tale aũt actu reddi ampliaris poris, & venis: quæ quidem verba ex Græcis Io. Grammaticus dilucidiſſimus interpres exponit per venas, neruos,

ſiue

©BIU Santé

siue neruèas membranas ossibus substratas, quæ aeris attractu (vt antea dictum est) referantur. Verum hęc satis esse censeo, quandoquidem præsenti loco nostrum non est institutum vtriusque sententias examinare; sed eas tantum, vt quid inter se dissentiant, commonstrare, vt rectam præsentium neutrorum signorum notitiam ex Galen. mente possideamus. Quocirca si absque rei odoratę præsentia qualitas aliqua sentitur, signum est cerebrum qualitate quapiam præter naturam affectum esse, quæ cum sui copia ad cerebri ventriculos peruenit, medium nempè vaporosum spiritum ibi contentum alterat, ex qua quidem alteratione sensorium quoque ipsum immutatur perinde, ac si ab odoribus violenter per nares attractis immutaretur: quòd si quis complura diuersa naribus obiecta admouent, ac omnia veluti similia sentiat, signum est, aut malam in cerebro absque materia adesse temperiem, aut prauum in sensorio humorem reperiri, qui, cum crassus sit, alios odores ingredi prohibet: & tunc quicquid odoratui offertur, idem ac simile nobis apparet. Quibus quidem ex causis ac consimilibus idem accidens occurrit, cum quis prauos, ac putridos; sentit odores, qui tamen boni sensui representantur; etenim nonnulli reperiuntur, qui aromatica vti stercora abhorrent, si ipsorum sensibus offerantur, quemadmodum alij immundities odorant, ac si sensui gratissima represententur. contingit quinetiam sæpius foramina illa, per quæ odor traducitur, aut operculum illud obstrui, aut resolui, lassativè incidentibus alijs super alia his, quę circum meatus sunt, corporibus, & tunc homo haudquaquā odores persentiet; plura autem cum sint, quæ obstruant, nempè polypus, inflammatio, humores, excrementa crassa, & huiusmodi non solum ex odoratus sensatione; verum & alijs, quæ nos ad abditarum in rebus causarum cognitionem rapiunt, petenda sunt, vt non solum præsentem neutram partialis membri & totius corporis constitutionem agnoscemus verum & futura longè introspiciamus. Cæterum dicet forte quis, φ signa hęc a Galen. tradita neutra dici non merentur, nam cum odores non sentimus aut praue admodum, actione quoque priuamur, aut eadem vtimur deprauata, quę quidem actionis priuatio, aut deprauatio terminus est, quo quempiam ęgrotantem a neutro distingui non solum nos, verum & Gal. asseruit. Rūdeas velim, φ ex Gal. neutrum vt nunc secundi significati tale est, quoniam vel parte in vna hæc quidem salubria sunt, illa verò insalubria, vel indifferentibus ita afficitur partibus; & licet hoc signum ex odoratu desumptum ęgram quodammodo partem illam ostendat, & insalubre sit signum, in toto tamen corpore neutram indicabit affectionem, & illius ratione neutrum

vocabitur

vocabitur: Et hęc de odoratu ſufficiant, quæ ex auditu ſigna hauriuntur, ſubiungit

QVANTVM *uerò ad auditum ſoni & ſtrepitus adid, quod præter naturam, pertinent.*

Etenim cum hominis auditus affici ſoleat, aut ob auris partem aliquã, aut ob neruum à cerebro deſcendentem, aut ob cerebrum ipſum ſi ea in parte vnde neruus oritur, fuerit offenſum, qualis eſt affectio, tales etiam in corpore humores, qui morbum gignere valeant, illi ad portionem reſpondebunt: nonnunquam.n. ſonitus graues, acutiue, & ſtiuſmodi abſque vlla extrinſecus re aduenient e pcipiuntur, cum in cerebro multi flatus exiſtunt, qui quidem ut in craſſitie, aut acutie reperiũtur, eodem modo & ſonitum grauiorem, aut acutiorem reddere ſolent: adhæc maiorem quoq; aut minorem, & longiori breuiorive tempore ſonum efficient, vt & anguſtior, aut ſtrictior eſt uia, qua flatus hi uiolenter ex auribus, aliisve partibus propelluntur. Quòd ſi uiolento motu foras non expellantur, intus autem uehementius agitentur non ſolum ſoni, ſed murmuria, qualia ex aquarum ductibus, apparent: qđ quidẽ accidens multotiens experiuntur hi, qui ex ebrietate, aut ob nimiũ cibum ex partium infernarũ ſuccenſione uexãtur: ſiquidem non exiguum ſonitum, aut murmur, aut ſibillum in auribus pcipiunt, ſonitum qdem, dum craſſus eſt flatus, ac amplior meatus: murmur autem, cum nullo pacto flatus ipſe diffletur: ſibillum uero, dũ & anguſtior eſt uia, ac minus craſſus uapor, ſed uelociter impulſus: pariter ſi humoribus auditorium infeſtet, quales erunt humores, q uias auditus aut inſtrumentum ipſum obſtruent, tales & ſonitus, ac ſtrepitus pcipientur. Quę qdem ſigna ſunt ex his, q̃ ex toto gñe p̃ter naturã: de his.n. quę ſecundum naturã, quãtitate tñ & qualitate mutata, ſuperius abunde declaratum eſt: ſubdit aũt Gal. de ſignis ex viſu hunc in modum, ſcribẽs,

QVEMADMODVM *in uiſu quacunque ante oculos apparere creduntur nigra, & atra, & cærulea, & ruffa, & flaua, & nonnulla rotunda, nonnulla autem oblonga, quædam gracilia, quædam craſſa oculis prætendi uidentur.*

Non erit ab re, cum de ſignis in ſenſu uiſus omnium pręſtantiſſimi agatur, ut ex anatome (ut q̃ dicturi ſumus clarius eluceſcãt) ipſius partes oẽs breuibus recenſeant. Oculus itaq; uiſus inſtrumentũ multis cõſtat ſimplicibus particulis, utpote muſculis, neruis, uenis, arteriis, tunicis, atq; humoribus, et.n. ad ipſius cõſtitutionẽ in primis neruus eſt opticus, q̃ ab anteriori cerebri p̃te enaſcit, ut uiſui ſenſum impartiat,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 445 sur 753

©BIU Santé

postmodum septem sunt musculi, quibus nerui inseruntur à secundo neruorum pari oborti in varias partes oculum trahentes, vnus quidē supernus, alter verò infernus, duo ex lateribus, duo positu obliqui, ac postremus magnus circa palpebrarum radicem, qui neruum opticum constringit, ac munit: omnes autem hi musculi tunica adnata, seu coniunctiua ex pericranio extrinsecus originem ducente, operiuntur. Proinde ex nerui optici substantia dissoluta progreditur, siue enascitur tunica quædam reti similis, quę posteriori parte, hoc nomine vocatur, sed anteriori araneæ similis existens, tenuior tamen ac albior, Arachnoides nominatur: in huius quidem posteriori parte vitreus humor, in priori vero crystallinus continetur: Et licet complures Anatomici eam vere tunicam esse asserant, attamen Gal. sub tunicæ nomine reponere neglexit, propterea quòd in superficie seu anterius tanto subtilior est, vt visu vix percipi possit, posterius autem neq; colore, neq; substantia tunica videtur: vsus planè istius est, quòd cum uenis & arteriis sit repleta primum vitreo humori, vitreus autem crystallino alimentū suppeditet. Cum autem cerebrum duplici, dura scilicet molliq; meninge operiatur, ex molli quidem, quæ interius est è neruo statim progrediente, alia tunica originem trahit, quæ posterius secundina ob similitudinem cum secundinę fœtus, anterius vero vuea siue rhagoides nuncupatur acino vuę nigræ colore & forma quàm similis, siquidem posteriori parte multas & venas & arterias intersectas habet, vt corneæ, & retinæ, siue arachnoidi nutrimentum deferat: ante vero perforata est, qua duntaxat parte pupillam constituit, nullo existente medio inter corneam, ac crystallinum humorem, hoc pactò à natura constituta, vt visa ad crystallinum facillimę penetrari queant, duriuscula quinetiam in externa parte, ne facile lædatur, mollior vero interne instar spongiæ, ne contactu suo humorem crystallinum lędat, nigra vt splendorē colligat, atque ad pupillam transmittat, pertusa, ut quem transmittit splendorem, foras emittat; inter hanc autem tunicæ partem, & crystallinum humorem, ac corneam alteram tunicam externam, de qua mox dicemus, humor albugineus, substantia, & colore albo oui similis continetur, non modo ut spatium repleat, verum ne humor crystallinus, ac portio interna vueæ exiccetur: à dura autem meninge alia etiam tunica ortum habet, posterius quidem schlirotica, antea verò cornea dicitur, in posteriori quidem parte tutum ab offensis oculū reddit, ante verò cornibus admodum extenuatis perfimilis splēdida, alba, dura, opportunissimum crystallini humoris propugnaculū, & vt splendores transmittat: postremò vero in oculo vbi album nigro

congiun

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 446 sur 753

©BIU Santé

coniungitur, ſeptem circuli reperiuntur, craſſitie tamen ac colore di ſcrepantes, & ſibiipſis cohęrentes, qui varii colore cum ſint, ad cęleſtis iridis figuram, hoc iridis nomine inſigniuntur. Sunt igitur humores tres, vitreus quidem in poſteriori, albugineus autē in anteriori, & cryſtallinus in media parte collocati, quem quidē cryſtallinum primum viſus eſſe inſtrumentum, non tamen ſolum, ſed vnà cum Archnoide voluit Gal. etenim medius eſt omnium, ac cæteræ partes, vt ipſi inſeruiant, ita ſunt diſtributę. Huic autem omnes octo intemperies ſolent contingere, vt & aliis partibus, obſtructio quinetiam, conſtrictio, tumores præter naturam, & huiuſmodi. Albugineus autem vbi deficit, corneam corrugat, & tunc læditur viſus, quemadmodum in ſenibus, morbo conſumptis: his enim ob humiditatis defectum tunica corrugatur, quæ extenſa acutam efficit viſionem, at ſi pellucidus cum ſit, humore quopiam prętet naturam efficiatur, non ſolum obſcurus fit, verum & viſa eodem modo apparēt, qualia ſunt humores, vaporeſve, qui ipſum infeſtant: hinc ſi vapores ſint nigri, viſa nigra apparent, ſi rubri, rubra, ſi flaui, flaua, & ſic de alijs iſtiuſmodi: Vitreus vero humor, qui pabulum eſt cryſtallino, ſi deficit, nullum cryſtallino, & pupillæ alimoniam præbet, niſi reficiatur humor, quemadmodum narrabat Gal. de puero, qui cum iuxta pupillam ſtillo pungeretur, effluente protinus aquoſo humore imminuta eſt pupilla, & ceratoides, hoc eſt cornea tunica videbatur omnino corrugata, qui mox curatus viſum recuperauit, inſtaurato ſcilicet paulatim humore, qui ante effluxerat: vbi vero craſſior euaſerit, craſſiorem quoque cryſtallinum efficiet, ex quo exacta cernendi acies obtuſior redditur, imminetque periculum, ne plurimum in craſſitudine adauctus viſum perhibeat: at vbi humidior, ac denſior euadat, non ſolum obtuſum ſenſum reddit: verum & res quaſi per tenebras, aut nebulas, aut fumum, caliginem ve intueri facit: ſi vero foramen non totum à contento ibi craſſo corpore obtenebretur, ſed pars aliqua pura delinquatur, per illam vtique puram res plures externę videbuntur, ac ſi vna duntaxat ſint, & qualis eſt partis purę, talis etiam figuræ res ipſę conſpiciuntur: atque ob id nonnullis alia triangulata, alia quadrangulata, alia rotunda, & alia oblonga, alteriuſve figuræ conſpiciuntur: ſi verò quod in medio pupillæ craſſum, partes autem circumiacētes purę permaneant, quæ vna res eſt, plures apparebunt: quòd ſi iuxta prædictum humorem craſſa corpuſcula diuulſa, inter ſeque non continua ſint, viſa quædam oculis obuerſabuntur, ac ſi in exteriori aere culices circumferri viderentur, nonnunquam & quædam ſimulacra ob craſſorum humorum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 447 sur 753

©BIU Santé

morum copiam: quod quidem ſæpenumero contingit his, qui expergiſcuntur, pueris, ebriis, & iſtiuſmodi, qui capite replentur. Proinde eiuſmodi humores ſeu vapores cum aut ex ventriculo, alioue mẽbro, aut toto corpore ſurſum petãt, autĩ ipſo cerebro gignãtur, ſumma diligentia, quid nam ſit horum perſcrutandum erit, vt cuinam auxilium præſtandũ ſit, rectiſſime intelliganus; nec minus cum tunicę, q̃ oculũ efformant, afficiuntur, quemadmodum & de primo viſus inſtrumẽto, & de aliis humoribus abunde dictũ eſt, prænidendum erit, ne in morbos dilabantur, parui namq; affectus, vt functioni nõ incõmodant, ſi plurimum a naturali habitu recellerint, actionẽ funditus abolent, & morbos gignũt, de quibus quidẽ morbis cũ Gal. hoc loco agere nõ intẽdat, ſed de his copioſius ab eo alibi ſcriptũ ſit, ne vt alij a Gal. mẽte diſcedamus, hæc ſatis ſint, put ex his tanq̃ ſignis in neutrorũ corporũ vt nunc cognitionẽ puenire valeamus. ſubdit poſtremo de tactu inquiẽs.

4. de Symp. cauſ.

IN ſenſu autem tactus cum inæqualitas aliqua, vel ſpiſſitudo, vel grauitas, vel tentio, uel torpida, uel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur, ſic & in ſingulis partibus uel tentio, uel cõpreſſio, vel morſus, uel grauitas, quando modicæ fuerint, ac minime firmæ, neutram quidem diſpoſitionem adeſſe demonſtrant, futuram uerò ægritudinem prænuntiant.

Cum tactus in his mẽbris reperiatur, ad q̃ nerui perueniunt, ſiquidem virtus ſenſitiua, atq; motiua è cerebro ꝓueniens ꝓ ipſos ad membra diffunditur: vnde oſſa, licet alantur, tactum non habent, præter dẽtes ex Gal. ſententia, propterea ꝙ ad ipſa nerui nõ deriuantur, quot ſanè modis afficientur nerui totidem & mẽbra lęſionem ſuſcipere neceſſe eſt. Tactus igitur ex Galeni ſententia tripliciter lædi poteſt, vt & virtus ſenſitiua & motiua, diminute, ablate, atq; corrupte; diminute quidem, vt in ſtupore, qui affectus compoſitus eſt ex mouendi, ſentiendiq́ue difficultate: cum enim neruoſa corpora (miſſo ſtupore, qui ex torpedinis marini animalis contactu prouenit, vtpote qui ex quadam proprietate homini occurrit) aut refrigerantur, aut comprimuntur, virtus ipſa ſenſitiua, atq; motiua ad ea imbecille admodum tranſmittitur, atque eò magis ſi vitæ ignauia, vel ciborum multitudo, vel craſſities, lentorve eorundem, vel ſolitę excretionis ſuppreſſio præceſſerint, ſiue nerui ipſi (quẽadmodum ſubdubiò loquitur Gal.) meatu aliquo præditi ſint, ut oculis uideri licet, ſiue meatum non habeãt, & per eos veluti ſolis radij per aquam, aeremve facultas permeet: quic quid n. ſit, ſiue habeãt meatũ obſtructione, aut cõpreſſione, ſiue careãt meatu,

4. de ſymp. cauſ. cap. 5

©BIU Santé

meatu, constrictione, refrigerationeve prohibebitur virtus, nerui etenim ad immodicam crassitiem permutati, ac duriores facti, cum crassis uiscidisque humoribus vescantur, aut violento frigore constricti, facultatis transitum, quemadmodum nebula, fumus, aut nubes in aere constituta, cœnum vero, aut limus in aqua sincerum solis splendorem prohibent: quod itidem fit, si nerui ab aliquo corpore duro extrinsecus cõprimantur, primo namq; stupidè fiunt corporis partes, mox aucto malo sensum & motum amittunt; ꝙ si sensus & motus amissio totum occupet corpus, tandem ad mortem hominem perducit, vt in forti apoplexia, de qua testantur Hip. atque Gale. si autem spinæ principium lædatur, solæ capitis partes sentient motu ac sensu reliquis orbatis; si uero spina inferius sub neruorum propagine, quibus thorax attollitur, afficiatur, omnes inferiores partes (si vehemens sit affectus) sentiendi, mouendique facultate priuantur, si vero non vehemens, stuporem inducet: at quibus quinta spinæ vertebra affecta est, eorũ manus sensum & motum amittunt, sicut quibus sexta, his non in totum sentiẽdi, mouendique facultas periit, quippe primæ brachii partes illæsæ seruãtur, idque multo magis fiet, si septima afficiatur, vt perexiguam noxam manibus efficit octauæ offensio, ac nullam prorsus, si inferiores spinæ vertebræ patiantur. quòd si cuipiam ea spinę pars, quę est in ceruice afficitur, vox ei confestim perit, ac tandem neruo læso, qui vtramque virtutem defert, vtriusque facultatis operatio læditur, sicut si vtramque non deferat, vna sola lædi potest altera non offensa, vt in lingua, oculis, & huiusmodi: corrumpitur autem tactus, si virtus sensitiua, ac motiua quæ in neruis reperitur, corrumpatur, res namque secus ac sunt, percipit, vtpote quod frigidum est, calidum, ac quod calidum, frigidum esse diiudicans; talis autem corruptio, cum ex primarum qualitatum potissimum alteratione in corporibus neutris ut nunc efficiatur, siquidẽ actionibus non commodat, quandoque etiam ex modica solutionis vnitate, vt in his, qui spontanis vexantur lassitudinibus, sub quibusdam symptomatibus à Galeno reducitur, prout etiam ex diuersis humoribus dissimiles quoque enascũtur affectus, in toto quidem inæqualitas, grauitas, tensio, & vlcerosa dispositio, in vnaquaque vero corporis parte tensio, compressio, morsus, & grauitas nominantur: inæqualitas quidem sentitur cum totum corpus inæqualiter afficitur, quotiẽs enim quis copiosis excrementis repletus, motu vehementi eos excitet, concussionem quandam, aut horrorem, aut rigorem, aut inæqualitatẽ, seu vlcerosum quẽdã sensum iuxta tamen maiorẽ minorẽve agitationẽ inter se differẽtes cõsequi necesse est. etenim vt declarat Gal. concussio

2. aph. 42.

10. met. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 449 sur 753

©BIU Santé

quidem acrigor ſuccedat propter eorum excrementorum, quæ foras feruntur, tum copiam, tum acrimoniam, impetuſq; celeritatẽ, ac laborantis virium infirmitatem; horror verò vbi & qualitas eorum & impetus velocitas remiſſa eſt, tum etiã copia minor; at ſi iam dicta largius remittuntur, nõ horror quidem fiet, ſed vel vlceroſus quidam ſenſus, ſi humores ſint acres, vel tantum inæqualitas, quæ quidem ſi remouere nõ tẽtanbis, ſed vel in motu vehementi, vt prius, continues, vel cibum aſſumere non derelinquas, non ſolum hæc inęqualitas vel vlceroſus ſenſus non ceſſabit, verũ etiam aucto malo, quę dicta ſunt, conſequẽtur omnia, ac febris, & deniq; mors ipſa. Quòd ſi humores copia abundent, quieti tamen in corpore degant, ſi ſui craſſitie aut copia cutis meatus, aut & ipſius carnis occupent, dẽſitatem, ſeu ſpiſſitudinem inducunt, ob quam cum corpus diffiari non poſſit, facillime periculũ imminet, ne in morbũ dilabatur: ꝙ ſi craſſitie internas occupent partes, grauitatem inferrent, & ad motum ſegnitiem, ſicut ob eorum abũdantiam tenſione, quæ multotiens quoque ex immodica efficitur inanitione, ut ſuperius exẽplo cordarũ à nobis abunde declaratum eſt: ſic & in ſingulis partibus ob eaſdem cauſas tenſio accidit, cõpreſſio, mordicatio, aut grauitas, ob humorum quidem copiã tenſio, ob eorundem verò frigiditatem compreſſio, ſicuti ſui acredine mordicatio, ac craſſitie grauitas ipſa, quæ quidem ſymptomata ſi in modica ſint quantitate, ac minime firmata, neutram affectionem præſeferunt, futuram verò ægritudinem prænuntiant. Et hæc de ſignis quæ neutrum corpus vt nunc indicant, ſat dicta ſint.

Signa corporum ægrotantium. Cap. 83.

Ax quæ iam in ægrotantibus ſigna videntur, ex quibus nonnulla ſalutẽ, nõnulla mortẽ portẽdunt, prima quidẽ ſalubria, altera uerò genere quidẽ inſalubria, ſecũdũ ſpeciẽ ãt pernicioſa dicũtur.

CONNECTVNT caput hoc cum precedenti nonnulli Moderni, qui librum hunc interpretantur, ꝙ de reliquo neutrorum ſignorum genere hoc loco agat Galenus, quę in ægris apparentia futuram indicant ſalutẽ, ſanitatemve, eiuſmodi autem ſunt, quæ (vt paulòante dixit) tres ſuſcipiunt denominationes: etenim inſalubria quidem indicatiua nominantur, quoniam preſentem morbum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 450 sur 753

©BIU Santé

ſignificant, ſalubria autem prognoſtica, propterea q; ſanitatem præmõ ſtrant, ac neutra per quandã participationem, eo q; appellationem ſubeunt ſalubrium, & inſalubrium, & vtranq; oſtendunt diſpoſitionẽ, vnã quidẽ preſentem, futuram verò alteram: Verum hoc quod dicunt hi, neq; ad Galeni mentẽ eſt, neq; contextui reſpõdet, ſiquidẽ Gal. præcedenti cap. poſt tractationẽ de neutris ſignis pollicitus eſt ſe de ſignis, quæ ęgritudinibus inſunt, neq; futurã prænuntiant ſanitatẽ, verba facturũ, atq; hæc neutra nequaq̃ ſunt (vt idem eo loco aſſerebat) cũ ſoli ęgrorũ cõceptui ſubiiciantur: quod quidẽ principio capitis cõfeſtim eſt aſſequutus: ſigna. n. in ægrotantibus bifariã diuidit, quorũ alterũ ſalutẽ, alterũ verò mortẽ portendit, primũ quidem ſalubre nũcupãs, ſicut ſecundũ inſalubre, nulla ibidẽ de neutra diſpoſitione mentione facta. Quòd ſi quis dicat, Gal. poſtmodũ de his neutris ſignis verba facere, ac quicquid de reliquis omnibus egit, ob hæc ipſa ab eo cõſcriptũ fuiſſe, huic vtique dicemus, falſum id eſſe, quinimmo de neutris hoc quoq; loco peregiſſe non primaria quidẽ intentione, ſed vt ſub aliis cõprehẽduntur, q̃ ęgritudinibus ineſſe ſolent. Hos aũt rectius dicamus Gal. hoc loco de quibuſq; ſignis agere, q̃ in ægrotãtibus reperiunt, quẽ admodũ præcedenti cap. promiſerat, ut quę vere ac non uere ꝓgnoſtica ſint, nobis aperiat. Et licet ſuperius ca. 75. de ſignis huiuſmodi ſcriptum ſit, non tñ ſub hac planè contemplatione: idq; nõ abſq; ratione, vt ſermo de ſignis prognoſticis continuatim abſolueretur: ſubticuit autem de ſignis prognoſticis, quæ futurã indicantia ſanitatem in cõualeſcentibus apparent, propterea q; vulgò nota erant, artifex aũt ex eiuſdẽ ſententia libello ad Traſſib. an med. &c. ac alibi ſæpius, quæ eiuſmodi ſunt, minime contẽplatur, eaq; pro nihilo habet, ſigna itaq;, quæ ęgrotantibus inſunt non ſolum hoc loco, ſed clarius alibi triplicia ſunt, nonnulla quidem ſalutis, aut mortis, alia coctionis & cruditatis, atq; alia critica nuncupantur; prima quidem ſalutis, & mortis nomina ſibi vendicant, quoniam cum ex operationum potiſſimum virtute, ac uitiis depromãtur; operationes aũt partiũ affectiones, ut vmbra corpus neceſſariò conſequantur, in partiũ verò ſanitate ac ęgritudine vigeat ſalus, ac mors, ſicut partes erunt diſpoſitę, ita & operationes, quæ ab ipſis prodeunt, contemplandę nobis ſe offerent, ex quarum diſpoſitione de ſalute aut morte non ſine ratione prędicere valemus, nam cum mente conſtare, atq; ad ea quę offeruntur, bene ſe gerere, cerebrum rectius, quàm in morbis ſolet contingere, & ventriculum pariter cibum non abhorrere, ſed quodammodo appetere indicent, meritò de hominis ſalute, ac uita prænonſtrant, quemadmodum oppoſita de eiuſdem

1. de criſ. 14.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 451 sur 753

©BIU Santé

pernitie; atque interitu. Proinde signa hæc in vniuersum ex quibusque operationibus depromuntur, siue hę naturales sint, siue animales, siue vitales, partiatim autem ex singularũ corporis partium actionum virtute ac vitio, quarũ quatuor esse genera, siue differentias superius sta-
Cap. 9. tuit Gal. easq; hoc loco breuibus inferius repetit. Prima quidem, quæ salutem prędicunt, salubria dicũtur, quę verò mortem, insalubria quidem genere, speciatim verò pernitiosa nominantur, insalubre namque veluti genus est ad malum, pernitiosum, pessimum, & id tale genus, quandoquidem omne pernitiosum insalubre est, non autem omne insalubre pernitiosum, ut satis superq; manifestum est: ob id Hippo. nõ solum in prognosticis, sed & alibi sæpius hæc quidẽ mala, hæc autem valde mala, illa verò pessima esse pronuntiat, vt specialẽ signorum differentiam connotet: Neque hoc loco meo quidẽ iuditio probandus est Argenterius, qui Gal. increpat dicentem, q̃ inter signa, quæ salutẽ portendunt, salubria dicuntur, quæ verò mortem, ægra secundum genus; nam ægra (inquit ipse) re vera sunt, vulgoq; id omnibus palàm est, rectius autem scripsisset, si Hippo. loquendi modum sectatus esset hunc in modum scribens, quæ verò mortem, mala quidem secũdum genus, speciatim verò læthalia nuncupantur. Sed non aduertit ipse, quòd per sistit Galenus in prima signorum, corporum, & causarum distinctione ostendens, quæ nam ex his salubria, quæve insalubria signa nominari debent: & ob id ait, altera secundum genus, hoc est insalubria: etè nim à principio libri admonuerat nõ sibi curæ fore, si quis hec, siue hoc est insalubria, siue morbosa nuncupet: Non igitur iuxta omnes fermè versiones ægra intelligit Gal. sed insalubria, quę sint; ut ad reliqua genus, quemadmodum declaratum est: neq; minus quic quam habet Argenterius aduersus Galenum, cum illum reprehendit; quòd dicat, quæ salutem portendunt, salubria esse, rectius namque diceret primo vocari ægra, mox & salubria: hoc n. multotiens falsum esse quisq; coniiciet constare: n. mente, bene se habere ad oblationes, & bonus accubitus in ægris salutis sunt signa, attamen hæc ipsa ægra dici non metentur, siquidem & sanis corporibus inesse possunt, non igitur primò sunt ægra, sed vere salubria, ut dictum est. Declarans autem ex quibus hæc signa desumuntur, subdit.

SVMVNTVR *aut, vt vniuersaliter dicamus, ex operationum virtute, at uitijs, secundum partem verò ex particularium operationibus, quarum genera antea diximus: primum quidem eorum, quæ principia existunt, secundũ verò illorũ, quæ à princi-*

pijs

©BIU Santé

piis ortum habent, & tertium eorum, quæ ex ſeipſis gubernantur, à principijs autem quaſdam deriuationes habẽt, quartum ſiquidem genus eorum, quæ tũc diximus, ex ſe quidẽ ad aliquid prænoſcẽdum inutile eſt, ſecundum accidens autem et ex his aliquando præcognitiones erunt: quemadmodum & ex excremẽtis, ſemper ex his quidem compatiendi ratione, ex excremẽtis autem, quoniam coctionis, et incoctionis ſigna continent.

Nã cum ex his, quæ cap. 9. ſcribũtur, quatuor ſint humani corporis partium genera, ſeu dñiæ, nempè quę principem locũ tenẽr, quæ à principiis ortũ ducunt, quęq; innatã, & influentem uirtutẽ habent, ac quæ innatã duntaxat obtinent, hęc qdem eodem ordine repetit, vt quę nam potiorem in pſentione locum poſſideant, internoſcamus: Etenim ſigna, quę ex mẽbris pręcipuis immediate deſumuntur, inter cætera maximã ad prænoſcendum vim obtinent, offenſis nãque cerebri, aut hepatis, aut cordis mirum in modum actionibus, nõ parum periculũ imminet, ne paulopoſt vita hominis cadat. Exemplũ quidẽ de cerebri operationibus eſt, cum totum corpus non ſolũ ſenſu & motu deſtituit, uerũ & thorax ipſum anhelitu, tunc ex his tanq; ſignis immediate à cerebro pueníentibus nõ niſi mortem pnuntiamus: propterea Hipp. ſcripſit, Soluere morbum, quẽ apoplexiã vocant, fortẽ, impoſſibile, debilẽ verò non facile: exemplum aũt de hepatis actionibus eſt, cum nõnullis ad carnem uſque hepatis corruptio pertingit, eiusq; actio ex toto ammouetur, & amurcã et eo fluere conſpicimus, hoiem neceſſariò periturũ pdicimus: ob id Hippo. diuinum id oraculũ potuit. Quibus hepar ſuppuratũ aduritur, ſi pus purũ fluxerit, & albũ, euadunt: in tunica. n. his pus continet: ſi verò qualis amurca fluat, pereunt: Exẽplũ verò de cordis actionibus eſt, cum ſuffocãtur ſpiritus, natiuusque calor, & cũ cordis vſus neceſſarius fruſtratur: vñ Hipp. inquit: Strãgulati, ac diſſoluti nondũ mortui, non referũtur, quibus ſpuma circa os fuerit, ſuffocatis quippe ſpiritibus, ac vitali calore ferme extincto, & alibi: Quicunq; corde vulnerantur, morientur. Signa autem operationum, quæ à principiis originem trahunt, vtpote nerui ſunt, uenę ac arteriæ, paulò quidem minus de ſalute, ac morte prænuntiant, ut cum quis neruis contractis, aut diſtentis iacet, aut pulſu omnino deſtituitur, aut pectus admodum, prauumve ſanguinem in venis continet. Signa vero actionum, quæ ab his influunt, quæ ex ſeipſis gubernantur, à principiis aũt quaſdã deriuationes habẽt, inter q̃ vẽtriculus, & pulmo collocant, nõ parũ & ipſa faciũt ad pdictionẽ: cum n. pulmonis meatus obſtruũtur, è

2. Aph. 42.

7. Aph. 45

2. Aph 44

6. Aph. 18.

pulmone

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 453 sur 753

©BIU Santé

pulmone fumoſæ exhalationes haudquaq; euaporát, his aũt retẽtis neceſſariò ſuffocat calor, ac tandẽ mors ipſa cõſequit; pariter ſi vẽtriculus cibum abhorret deſtituta ab opere nutritione, ac reliquis naturalibus actionibus temporis ſpatio homo vita priuatur: at ex his quę innatam tantum virtutem habent, qualis eſt cartilago, oſſa, ligamẽta, mẽbranę, adenes, caro glandoſa, & caro ſimplex, ex ſe quidem ſigna non deſumũtur, ſed ſecundum accidens quandoque, quemadmodum & ex excrementis quorum ſigna ſecundum accidens ſemper habentur: verum vtraque inter ſeſe quo ad ipſam prædictionem diſtinguuntur, quoniam ex partibus innatam tãtum virtutẽ habentibus ſigna per accidens, hoc eſt ratione compatiẽdi ſumuntur, cum enim hepar patitur, & eius mẽbrana, carovè ſimplex compatiuntur, pariter cum muſculus afficitur, & ligamẽta, & oſſa, quæ ipſi connectuntur, vnà perpetiuntur: at ex excrementis per accidens ſemper, propterea quòd in ſe coctionis, aut incoctionis continent ſigna. Verum dicet fortè quis, non videri hoc verũ eſſe, nam quod per accidens eſt, non ſemper tale dicitur, accidit.n. homini, vt nauiget, nõ ob id ſemper eum nauigare aſſerimus: ſi igitur excrementa ſecundum accidens prædicunt, non ergò ſemper prædicent: huic quidem dicerem bifariam ſecundum accidens nominari, vno quidem modo vt per ſe opponitur, altero vero vt immediate contra diſtinguitur, iuxta quod quidem poſtremum ſignificatum hoc loco excrementa ſecundum accidẽs, hoc eſt per medium operationum ſalutis, & mortis ſigna eſſe voluit Gal. ſi enim vires ſint validæ, humores concoquuntur, maliq́ue à bonis ſeiuncti tandem è ventre protruduntur, in cuius ſequeſtratione excrementa concocta conſpiciuntur, totumq́ue corpus ad ſanitatem ſalutemvè perduci vel optimum eſt inditium, ſicut cum è contrario res ipſas prodere intuemur, contrarium quoque euentum ſuccedere diiudicamus. Hoc autem concludere intẽdẽs Galenus, quot modis natura agat in materiam declarare contendit.

QVARE fieri non poteſt, quin omnino ſignificent aut naturam materiei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari.

Atque ob id ſemper ſiue omnino quicpiam indicant, per accidens autem mediantibus naturæ actionibus, quæ in materiam agit. Si quis autem à me petat, cur ſigna hæc ſalutis etiam ac mortis non nominantur, ſicuti & priora, ſed coctionis & cruditatis nomine potius inſigniantur, huic quidem dicerem, quòd cum immediate coctionem aut cruditatem repreſentent, ſicuti priora ſalutem & mortem, propterea hæc quidem à proprio & immediato fine nominibus deſumptis coctionis

©BIU Santé

ctionis & cruditatis, ſicut & alia de quibus antea à nobis ſermo habitus eſt, ſalutis & mortis ſigna veteres nominarunt. Cum igitur fieri nõ poſſit, quin vnum ex tribus materiei facienti morbum occurrat, neceſſario conſequitur, vt quę ex excrementis ſigna prodeunt, altero ex tribus nomine inſigniantur, ait namque.

SALVBRIA *quidem ſigna dicentur natura ſuperante, inſalubria vero ſuperata, neutra vero, quę pugnas habent æquales.* 1. de crit cap. 18.

Verum quoniam vt declarabat idem, triplex in morbis eſt coctio debilis, ſeu occulta, manifeſta, atq; perfecta, cruditas vero ſimplex, ac vnica, propterea vt non quęque concoctionẽ monſtrantia ſalubria proprie vocari oſtendat, ſubdit.

SED *quæ quidem manifeſtam indicant coctionẽ ex ſalubribus ſunt, ſicut quæ cruditatem, inſalubria.*

Nam quæ debilem coctionem pręſeferunt, cruditatis ſignis magis adhęrent, quæ uero perfectã oſtendunt coctionem, nemini dubium eſt ſub ſalubribus collocari, ſicut quæ cruditatem, ſub inſalubribus (hoc enim modo vertendum eſt, vt & ſuperius adnotauimus) nõ autem ſub ęgris, quę vero neque coctionem, neque cruditatem manifeſte oſtendunt, ex neutrorum ſunt natura, qualia ſunt, quę debilem coctionem ſignificant, hæc enim medium ſtatum ſeruant. Cæterum circa hęc cruditatis ſigna nonnihil Galenus ſibiipſi contrarius videtur, nam prima aphoriſ. particula ſigna cruditatis neutra eſſe putat, non autem inſalubria, vt hoc loco, inquantum enim in ipſis eſt (ait ipſe) neque moritu rum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt: Dicendum meo quidem iuditio cenſeo ipſummet Gal. ſolutionem vtrobique innuiſſe, quòd ſi ad cruditatem tantummodo reſpiciamus nullo habito ad virtutem reſpectu, neutra ex ea ſigna quodammodo dici promerentur, quãdoquidem neque bonam neque prauam coctionem pręſeferunt, prænuntiantvè, nondum enim natura materiam aggreſſa eſt, ſed dubiam, atque incertã pugnã expectamus, at ſi vt hoc loco cruditatis ſigna percipiamus reſpectu naturæ quæ materiam aggreſſa, aut dominãs, aut dominata, aut nec dominans nec dominata reperitur, ea vtiq; inſalubria merito dicuntur, ſicut coctionis ſalubria, ac quæ neque coctionem, neque incoctionem oſtendunt neutra. Et quoniam ſigna ſalutis & mortis, de quibus prius agere inſtituerat, coactè vero ſermonem interpoſuerat tres habent nomenclaturas, vt ſalubria, inſalubria, & neutra vocentur, quemadmodum coctionis, ac cruditatis ſigna, propterea cum declaraſſet, quæ nam ex his ſalubria, & quę inſalubria nominẽtur, quę neu

aphoriſ. 12.

tra.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 455 sur 753

©BIU Santé

tra ſalutem vel mortem portendentia ſint, ſubiungit.

SVNT vero & neutra, quæcunque nunc quidem hoc, nunc uero cõtrariũ ſignificant veluti digiti denigrati. Talia ſunt etiam critica, ideſt decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris de criſi dictum eſt, ſicut etiam de his, quæ ad vnamquamque attinẽt operationem, in his libris in quibus de cauſis accidentium agitur. Quare omnium horum ſingulorum materiam ex eiſdem libris colligere oportet. Ego vero prolixitati parcens hic ſermoni de ſignis finem faciam, trãſgrediar autem ad illũ, qui de cauſis.

Siquidem modo bonum, modo malum, & rurſus nunc quidem, vnũ nunc vero aliud oſtendunt, vt eſt propoſitum exemplum de digitorum nigredine; nõnunquam enim digiti denigrati caloris innati extinctionem indicant, quandoque vero bilem atram à natura eam ſuperãte ad partes extimas ac præcipue manus extremitates tranſmitti: inter quæ & decretoria ſigna collocantur, quæ cum duplicia ſint, alia quidẽ quæ imminentẽ criſim duntaxat, ac paulopoſt futuram cõmoſtrant, vt ſunt tenebræ oculis obortæ, vertigines, capitis dolor, inuoluntarius lachrimarum effluxus, & huiuſmodi, alia uero, quæ nõ tantũ criſim mõſtrãt, ſed & eius ſunt cauſæ, vt vomitus, alui excrementa, vrinarum multitudo, ſudores, fluxus ſanguinis, parotides, & conſimilia, Gale. ea eſſe neutra ſigna voluit, quæ accidentia potiſſimum ſunt, non autem criſis cauſę, hæc etenim inter coctionis & cruditatis ſigna multotiẽs reponimerentur, & ſalubria ac inſalubria potius nominantur: hęc igitur decretoria accidẽtia, de quibus exẽpla tulimus, modo ſalutẽ, modo mortẽ portẽdunt de his autẽ libris de criſibus, ſicut & de attinetibus ad quamcunq; operationem libris de cauſis ſymptomatum ſe diffuſius tractaſſe aſſeriit, ad quos quidem libros nos remittens tractationi de ſignis finem imponit. Explicata uerborum ſerie quò omnia quæ a Gal. & à nobis dicta ſunt, clariora efficiantur, duo potiſſimũ peragẽda eſſe exiſtimaui, alterũ quidem quo in morbi tempore horum ſingula appareant, aut non appareant ſigna, alterum uero quoad certam infidamvè prędictionẽ quomodo adinuicem diſtinguantur: Quoad primum quidem attinet, ſigna decretoria (vt ab his exordium deſumam) in primo morbi inſultu, & vniuerſali declinatione nunquam apparent, qninimmo nec etiam in morbi quandoque principio, quod à Gal. aut ex trium dierum curriculo circunſcribitur, aut à reliquis morbi tẽporibus ſeiungitur, ſed morbis augeſcentibus, aut iam in ſuo vigore conſiſtentibus; ſigna autẽ manifeſtę coctionis (de hac enim in contex. loquutus eſt Gal.) propè ſta-

tum

©BIU Santé

tum in morbi augumẽto ſicut quæ occultæ ſunt coctionis propè initij finem, ac quæ perfectę coctionis in ipſomet ſtatu nobis ſe offerunt contemplanda; cruditatis vero ſigna in primo ægritudinis inſultu ſemper ac per totum eius periodum, nunquam vero poſterius viſuntur: at ſigna, quæ mortẽ portendunt ex facie hyppocratica, virtutum operationibus, oculis, & toto corpore, retractione teſtium & huiuſmodi ſumpta, quibuſque aliis temporibus ſola ſecluſa vniuerſali declinatione (dicant alii quicquid velint) apparere ſolent; ſigna vero ſalutis in morbi vigore rarò, ſed in eiuſdem prȩcipue declinatione conſpiciuntur, cũ in ea morboſæ cauſæ à natura iam concoctæ ſint, ac ſuperatæ, quinimmo apparentibus ſignis coctionis cum quibuſdam etiam timoroſis, vt pote mentis alienatione, ac corporis inquietudine nullo pacto nos, vti vulgares, & imperiti medici extimeſcere debemus, cum eo tempore natura victoriam conſequuta ægrum liberiorem reddere intendat. Proinde tria hęc ſignorum genera, quo ad certam infidamvè præſentionem (quod erat ſecundum diſcutiendum) adinuicem diſtinguũtur, quoniam ſigna decretoria omnino infida ſunt, cum ex ſe nullã habeant certitudinem, quandoquidem eadem met ſigna, quę bonam criſim, malam etiam oſtendunt, vtpote capitis dolor, ventriculi morſus, inferioris labii tremor, quæ tam bonum, quàm malum vomitum antecedunt: ſigna autem coctionis, & cruditatis certiſſima ſunt, atque fidelia, quorum altera quidem bonum, altera vero malum ſemper oſtendunt, ſiue ſint in morbis venoſi generis vrinę, ſiue in morbis thoracis ſputa, ſiue in morbis inteſtinorum, ac ventris deiectiones: medium vero occupant locum ſigna ſalutis vel mortis, quę parem cum ſignis coctionis certitudinem non habent, neque perinde ac decretoria infida ſunt, nam licet bona ex eis, vt conſtare mente, bene ſe habere ad oblationes, & bonus accubitus ſemper ſint bona, quæque his contraria ſunt, ſemper indicent malum, argumentum tamen quod ex his ſumitur, nonnunquã incertum eſt, ac fallax. His ita conſtitutis duas ex dictis veriſſimas concluſiones elicimus, quarum prima eſt: Dari ſignum aliquod certũ prædictionis ſalutis & mortis, dummodo morbus ſit quietus ac placitus, non autem ex materia turgente conflatus, talis namque materia cũ certium locum non habeat, facillime ad nobiliorem partem decumbere poteſt, ac ſecundo morbus ſimplex ſit, non autem compoſitus, fieri .n. poteſt, vt ex vno ſigna quidem certa cõſpiciantur, vtpote vrinę coctio, ſi in venoſo ſit genere, ex altero uero quę prius occulta ſigna erant, mox praua, aut incerta admodum inſurgant, atque prioribus contraria, & tertio quatuor illa ab Hippocra. ad vnguem obſeruentur nimi- 1. Apho. 1.

rum

©BIU Santé

tum vt medicus doctus, & in praxi potissimum exercitatus opportuna præstet, æger, & assidentes ipsi pareant, ac extranei casus quàm maxime euitentur, medicus enim ex præsentibus futura præuidens, quę fortuito occurrunt tãquam absentia prospicere non valet. Quam quidem conclusionem licet hi negent, qui sinceram, ac candidam antiquorũ medicinam negligunt, neque enim signa quæ secundum rationem ab his, quę præter rationem eueniunt, distinxere, attamen hos quodãmodo reprehendit Hippo. inquiens; His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quę prętер rationẽ, plurima enim talia stabilia non sunt, neque durare, & permanere consueuere: coctiones namque crisis celeritatem (vt idem alibi scripsit) celeritatem, salubremque securitatem, siue certam salutem præseferunt, sicut cruda, & incócocta, & cõuersa in abscessus crisiũ defectus, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones. Secunda autem conclusio est, ꝙ signa coctionis & cruditatis sola de salute, & morte aliquid semper certi, reliqua vero neque semper, neque fit me prenuntiant. Quam quidem conclusionem ex Gale. verbis hoc loco colligimus, nam signa, quę ex principiorum actionibus sumuntur, in vno quidem maxima apparent, in alio vero perexigua existunt, tum ob naturalem corporis temperiem, tum ob principalium partium robur; vnde dicebat Gal. & si nares acutę, oculi concaui, collapsa tempora, & huiusmodi cętera, quę virtutum principalium destructionem, priuatio nemque præseferunt, maximam vim habeant ad præsagiendum, attamen quilque in his aberrare potest, qui aut acutas nares, oculos concauos, & collapsa tempora ex naturali sua corporis cõformatione habẽt, aut membrorum principalium, vtpote cordis, ac hepatis temperiem validam obtinent, horum etenim morbi, si alia signa sint salutaria, ob alterutrũ horum contrarium sortiuntur finem: quæ autem ex secundo sunt ordine, signa cum à principibus ortum ducant. si priora incerta sunt & dubia, multo magis & hæc infirma nobis apparebunt, ac dubia, pulsus enim quæ in corde sunt, affectiones ostendit, virtutis vero fortitudinem imbecillitatem vè potissimum ob quam celeriùs, tardiusvè æger moritur, aut è morbo leuatur, propterea Hipp. in hanc sententiam prorumpente: si quis pleuriticus 7. die sputum biliosum, aut sanioſum emittat, decimoquarto vtique morietur, nisi quędam laudabilia cõspiciantur, subdit Gal. in com. quòd hic vtique citò morietur, sed nũ 14. an post diem illum, an ante ex virtutis robore, ac imbecillitate colligere licet. At vrina licet affectus, qui in hepate vigent, repræsentet, attamen naturæ potissimum pugnam aduersus materiam commostrat: &

2. aph. 27.

1. epid. sec. 2. cont. 44.

Principio lib. qui in med. trin. Hippo.

2. prog. 55

ob

©BIU Santé

ob id ſignum certiſſimum eſt ad præſagiendum, quod & de aliis excrementis dicendum eſt, in quibus coctio ac cruditas ſpectantur, vt & nos docebat Galenus his verbis: Naturę robur ex propriis illius actionibus comprehendes, in primis autem ex pulſu, ſiquidem is eſt vitalis facultatis opus, morbi vero magnitudinem ex ſuis ſymptomatibus: at quatenus alterum altero pręualeat, concoctio, cruditasvè monſtrat, quas ſubinde ex propriis agnoſces excrementis, quę enim in ventriculo conficiuntur, deiectiones monſtrant, quę in vaſis lotia, quę in toto corpore ſudores ſunt igitur certa coctionis & cruditatis ſigna, atq; certiora his, quæ ex pulſibus ac reliquis virtutibus, nã quemadmodum ibidem exẽplo luctatorum declarat Gal. ſint duo luctatores naturæ & morbo reſpõdentes ex propriis eorum actionibus ſeorſum vtpote ſi ipſorũ corpus, ac alias animi dotes intuearis quis nã robuſtus ſit, imbecillusvè deprehendes; at niſi inuicem colucte tur, nondum certus es, quis nam eorum luctę victoriam adipiſcatur; cognoſces autem quis nam horum robuſtior ſit, ac victoriam conſequatur, dum in conflictu eos ſpectes; ſic & in morbo, & natura, naturæ quidem robur ſuum à morbo ſeorſum oſtendit, morbus, vero an magnus, parnusvè ſit, ſua indicant accidentia; at cum alterum aduerſus alterum luctatur, victoriam, hoc eſt ſalutem aut mortem ex alterutra parte; vt boni ſpectatores certiſſimis coctionis & cruditatis ſignis prouidemus. Quocirca meo quidem iudicio, lõge aberrarunt hi, qui virtutis ſigna; atque potiſſimum quę ex pulſibus habentur, certiora eſſe, quàm quę ex vrina, putarunt nonnullis non tãtum Gal. ſed & aliorum male intellectis authoritatibus decepti, nam licet Haliabas, & Auer. cum de vrina & pulſu agere intendant, dicant de pulſu prius tanquam magis vtili agendum eſt, non tamen conſequitur, ergo pulſus magis certum eſt ſignum; quàm vero ridiculum ſit argumentum ex his authoritatibus deſumptum; non eſt, vt longo innitar ſermone: inſuper addunt hi Aui. hanc ſtatuiſſe ſententiam, nimirum ſolam virtutis fortitudinẽ cum aliis ſignis malis ſpem medicis inducere, quam quidem corroborant ex ſubſequenti placito, vbi ait; Et non iudices per ea iterum, dum non vides virtutem cadere, caſus enim virtutis ſolus ſignum malum eſt, ergo virtus, quæ pulſibus perficitur, reliqua ſuperat ſigna, certiſſimumque ſignum exiſtit: Verum decipiuntur hi, neque enim valet, ſpem medicis inducit, ergo certum ſignum eſt, neq; minus quicquam contra nos habent, dum de virtutis caſu ſententiã propriam corroborant; malum namque ſignum eſt, propterea quod virtus (vt dictum eſt) celerius tardiusvè moriturum ægrum indicat, non autem ſimpliciter num moriturus, euaſurusvè ſit, hoc enim ex coctionis

libello de cõſt. art. 18

1. ſuæ The. 4. coll. lib.

2. 4. tract. 1. ca. 25. & 26.

©BIU Santé

1. Aph. 12. nis, cruditatisve signis petendum est. Præterea dicunt hi, quid dices ad id, quod habet Gal. dicens; signum cruditatis nec salutem, nec mortē indicare, sed cum virtute imbecilla mortem, cum vero forti salutem? 1. de crisi. 12. facilis vtiq; responsio est, si ex eodem tria hæc, quæ in urina conspiciū tur, bona coctio, quæ eius hypostheſi potissimum cognoscitur, mala, deprauataq; coctio, atque ipsa cruditas, siue indigestio distinguantur, bona quidem coctio sola salutem portendit, deprauata autem, vtpote cum vrina nigra est, atque huiusmodi prauis insignita coloribus, mortem significat, at cruditas, cum nec bona, nec praua coctio sit, nihil certè ex se prænuntiat, quemadmodum nec virtus ipsa sola si absque vrina spectetur; at si cruditatē cum virtute imbecilla contempleris, mortem quidem prædices, quoniam magnam humorum aduersus virtutē resistentiam conspicies, atque propendes; atque ob id ex cruditate in vrina resistentiam hanc præsentiens, non autem ex pulsu egrum moriturum diiudicabis: si autem virtus in materiam agat, illamque superet, spem dubiō procul de eo vel optimam concipies: ex parte igitur materię cum virtute luctantis, quæ coctionem aut cruditatem indicat, tota salus ac mors consistit, non autem ex sola virtute, quæ dubium plerunque ob varias, quibus subiicitur, occasiones, euentum prænuntiat. Possem si uellem alias nonnullas eorum rationes atque male intellectas authoritates in medium afferre, quæ cum ex his, quæ à nobis dicta sunt, quàm facile dissolui queant, silentio inuoluam, vt tandem ad tractationem de causis condescendamus.

DE

© BIU Santé

De cauſis ſalubribus, inſalubribus, ac neutris, Cap. 84.

Quod eſt libri tertij iuxta Latinorum ſectionem principium.

QVONIAM vero & harum hæ quidem ſalubres, hæ autem inſalubres, hæ vero neutræ, primum de cauſis ſalubribus erit ſermo. Quia vero & nonnullæ conſeruatrices, nonnullæ verò effectrices, ſunt autem & tempore, & dignitate priores conſeruatrices, incipiendum eſt à conſeruatricibus.

PRIORI libro corpora in medicinæ diffinitione poſita, ſecundo vero ſigna, quibus corpora dignoſcuntur, Gal. aperuit, reliquũ eſt, vt hoc tertio de cauſis ſermonem agat tãquã in ea diffinitione poſtremo loco poſitis. In primis aũt cauſarũ diuiſionẽ repetit, mox de qua ab ipſo prius agendum ſit, nõ ſolum proponit, verum & ordinis cauſam aſſignat. Quoniam igitur cauſæ, vt & corpora & ſigna, triplices ſunt, ſalubres, ĩſalubres, & neutræ, primũ de ſalubribus quidẽ diſſerere proponit; & rurſus qm̃ harũ hæ quidẽ ſanitatẽ conſeruant, quędã vero efficiunt, de cõſeruatricibus quidem prius agere intendit, ꝓptereaq; hę & tẽpore & dignitate aliis priores exiſtunt. Neq; meo quidẽ iudicio haud reprehendẽdi ſunt hi, vt Argẽterius autumat, q cauſas in materiales, formales, & efficiẽtes diſtinguũt, inquirentes ẽt, num detur in morbis cauſa finalis, nã etſi Gal. præcipuè de cauſis agat, vt remedia ſunt, in parte quidẽ ſanatiua, vt ſanitatẽ conſeruant, morbũ uero prohibeant, in curatiua verò, ut morbũ ꝓpellunt, ac ſanitatem introducunt, attamẽ vt tutius ex diffinitione diuiſionis cõpleta habeatur doctrina, & cauſas conſeruãtes, & efficiẽtes ægritudinẽ, ac neutralitatẽ contẽplat, nõ quidẽ primaria, ſed ſecundaria intẽtione; q̃ quidẽ nullo pactò remedia quiſq; ſanæ mẽtis eſſe putabit, ſed potius ægritudinis cauſę, atq; humani corporis pernities, aliæ quidem vt materiales, alię vero vt formales, atque aliæ vt efficiẽtes: quòd autem & de his agere intendat Gal. ex ipſius verbis facilimẽ colligi poteſt, ſiquidẽ propoſita cauſarũ diſtinctione ait, primũ de ſalubrib. diſſeremus, ergo & poſtmodũ, ſiue ſecũdariò, atq; ꝓ viã ſequelę

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 461 sur 753

©BIU Santé

de insalubribus, & neutris, quæ rursus & conseruantes sunt, atq; efficientes primus igitur, ac præcipuus Galeni scopus est, vt hoc tertio causas, quæ sanitatem vel conseruant, vel efficiunt vt auxilia constituat; secundariò autem & eas ægritudinis, seu neutralitatis conseruatrices, effectricesvè, vt ipsas, seu ammouere, seu prohibere valeamus. Reprehendit quinetiam Argenterius ordinis causam a Galeno assignatam, nam si ex ipsius sententia libello ad Trass. medicinæ pars, quæ ęgris præest, prius inuenta est, quàm quę sanitatem conseruat, ergò pars curatiua conseruatricem tempore p̃cedit: quod & ratione & authoritatibus corroborat; ratione quidem, p̃tereaq; maxime vrgebat, vt vulneribus ac alijs imminentibus malis oportet: si oppitularentur homines, quàm vt hi, qui delitijs dediti erant a morbis auocarentur; authoritatibus vero ex historiarum monumentis desumptis; q̃ medicinæ originem tradentes curatiuam partem primum locum occupasse testantur. Est & pars hęc dignitate p̃stantior (inquit ipse) nam si dubium est, num pars sanitatis conseruatrix ad medicum pertineat, qua ratione dignior, & p̃stantior esse potest propria, ac p̃cipua medicinę parte? nulla sanè: adde, q̃ nullus medicus ad hominem sanum, vt illi consulat, accersitur, siquidem tunc temporis medico non opus est, sicut & Galen. ipse fatetur, qui præcepta artis tradenda esse ait de difficilioribus quidem rebus, & artis medicinæ subiectis, non autem de his, quæ a natura solum commode fieri possunt, rustici namque, natur duce, seipsos sanos conseruant: propterea Galen. lib. de cibis boni, malive succi homines solum a cibis malis tanquam p̃ceptis salubribus, coercet: Celsus aũt damnat eos, q̃ medicorum regulis in sanitate subijciuntur: adhæc idipsum Principis exemplo comprobat, qui non in populorum, qui sibi subijciuntur conseruatione, sed in alienorum acquisitione suam vel maxime dignitatem, atque p̃stantiam p̃seferunt. Verum vt & in alijs complu-ribus bonis hic vir Galeni mentem non percipit, neque enim adeo immemor est Galen. vt ei, quod ex Platonis quoque sententia eo libro ad Trassib. scripsit, apertissime aduersetur, sed eius fuit intentio, vt comparet sanitatem & ęgritudinem in ipsis individuis ex natura vt plurimum repertas, nam sicut postquam homo in lucẽ editus est, prius sanitas p̃cedit ægritudinẽ, ita & eius causę prius p̃cedere debent: quare & priores, nec non digniores, propterea quòd sanitas ægritudine prætiosior est, ac dignior. Quid igitur indigemus ratione ex medicinæ partibus? fatetur namque Galenus id ipsum, neque hoc illi obstat, vt iam dictum est. neque minus

verum

verum est, medicum nunquam sanitatis conseruationi consulere: quã doquidem mox & ipse veritate coactus contrarium asserit; q̃ si foret, vt ipse prius aiebat, frustra vtique libros de tuend. sanit. Gal. composuisset, totque in parte illa præcepta conspicerentur. Sed hæc viri natura est, vt cum Galeno semper digladietur, propterea hæc satis sint, vt Lectores saltim animaduertamus, ipsum nequaquam Galeni mentem habuisse, atque in cortice dũtaxat verba interpretatum fuisse, vt tandẽ in hoc inciderit naufraugium. Cæterum dicet fortè quis Gale. causas conseruantes aggredi contendit, sed est ne causa quępiam conseruans? nulla. n. censetur duabus ex rationibus; quoniam cum causa ex Auic. causarum p̃cedat causæ verò conseruantes re, quę conseruatur, priores non sint, ergò hoc nomine iure non censentur; insuper non sunt materiales, neque formales, neque finales, neque efficiẽtes, siquidem ab eis distinguuntur, ergò nequaquam causæ, nullum enim præter has causarum genus admittitur. His quidem rationibus aliàs respondere solitus erat Excellens pater meus, q̃ omnis causa, vt causa, natura saltim suo prior est causato, prius namque natura est esse causam, q̃ q̃ ab ea causatum producatur: secundæ verò rõni, q̃ causę conseruantes ad genus pertinent causæ efficientis, nã (vt Gal testatur), q̃ sanitatẽ cõseruat, paruũ ꝓlapsum corrigit, cã autem, quæ vtcũq; corrigit, efficiẽs est, vt liquidò patet: Et licet causa conseruans causa non sit essendi, est tñ more essendi causa, vt manifestum est. Sed si forte idem insteꝛ, q̃ cibus, & potus non conseruant, q̃nquidem nil ãgunt, sed potius patiuntur, ac ab anima alterantur, vt tandem membrorum partes efficiãtur: item somnus & quies sunt animæ operationes, a qua conseruantur, non ergò conseruatrices causę: amplius somnus & quies sunt priuationes, quæ efficiendi facultatem non habent, ergò a Galeno inferius causæ conseruatrices statuende non sunt. His quidem rursus respondet Pater excellens, primæ quidem, q̃ cibus & potus conseruant, quatenus loca replent, quæ ex resolutione fuerunt euacuata; q̃d quidẽ est quodammodo efficere siue quædam factio, id tñ facere nequeunt, ni prius eandem alterationem ab anima susciꝑiant: secundæ autem, quòd somnus & vigilia, & huiusmodi, quæ animæ, & sanitatis sunt actiones, sicut si quoad mensuram, ac modum incongruefiant causæ sunt, vt sanitas corrumpatur, ita si dicenti proportione fiant cõseruatrices sanitatis erunt, quatenus prohibent, ne quid tollatur, q̃d decẽterin corpore reperitur, quidpiamvè introducatur. quod inconcinne admodum adsit: neque hoc inconuenit, vt palàm est vt effectus sit causa, dummodo ad diuersa referatur: tertiæ verò inquit

2. prim.

li. ad Trasi. cap. 20. & hoc loco ca. seq.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 463 sur 753

©BIU Santé

ipſe; q̃ ſomnus & quies cauſę non ſunt cõſeruatrices, qua priuationes, ſed qua in illis calor cogitur; quo fit, vt non ita reſoluatur, maiorq̃ue fiat. Conſtat igitur ex dictis, q̃ cauſæ dantur cõſeruatrices, & quomõdo conſeruent, ſiquidem non in eadem exacta, ac punctuali diſpoſitione conſeruãt, ſed in eadẽ ſanitatis latitudine iuxta ſpecificam denominationem. Proinde quoniam cauſæ conſeruantes plures ſunt, huius primum cauſam aſſignat, vt demum quo ordine de his agendum ſit, concludat: Dicit autem in primis.

CVM *igitur non vnum tantum ſit ſanum corpus, ſed plura, vt ſupra definiuimus, in eorum ſingulis propria erit cauſa conſeruatrix, ſiquidem omnis cauſa in eo quod ad aliquid exiſtit.*

Formatur autem ratio hunc in modum, tot ſunt cauſæ conſeruatrices, quot ſunt corpora conſeruanda, ſed corpora huiuſmodi plura ſunt, atque diſtincta, ergo & cauſæ conſeruatrices, maiorem quidem huiuſce rationis confirmat Gal. ſiquidem quot erunt ea, ad quæ cauſa refertur, tot & cauſæ, at ea, ad quæ cauſæ relationem habent, ſunt corpora, ergò quot corpora, totidem & cauſę. Deinde concludit Gal. quo ordine de his cauſis aget.

HIC *igitur denuò ſumendum initium ab optima conſtitutione, ac quæ ei ſalubria ſint conſiderandum.*

Appoſuit autem iure illud [denuò] quoniam primo libro de corpore ſalubri egit, quod optimam habet conſtitutionem, poſtea ſecundo eiuſdem de ipſius ſignis, eadem autem ratione & præſenti libro de cauſis aget, quæ corpus optimę conſtitutionis conſeruant. At qui Gal. tradens methodum, qua cauſæ corporis optimæ temperiei conſeruatrices indagãdę ſunt, vnà & quoddam prœoccupat obiectum, quis nãque credet, q̃ corpus hoc nullo eget præſidio, cõſeruationeve, propterea q̃ optimã obtinet temperiẽ, partiumq̃; conſtitutionem, inquiens.

EORVM *autẽ inuentionem ipſius rei natura inſinuat; ſi enim impatibile, & inalterabile eſſet corpus, ſemper optima conſtitutio perduraret, neque artis præſidio indigeret: quoniam verò alteratur, corrumpitur, & vertitur, neque eundem ſeruat prioris ſtatus tenorem, ea ratione auxilium deſiderat.*

Hæc quidem Galen ratio tendere videtur à deſtructione antecedẽtis ad cõſequentis deſtructionem (vt excellens Pater meus recte interpretari ſolitus erat) quę quidẽ de forma nõ valet, ſed de materia in terminis conuertibilibus, vel qñ antecedẽs in plus ſe habet, q̃ conſequẽs: ſic & intelligenda eſt Ariſt. ratio deſumpta, cum ait, ſi quidem igitur

1. de ani. cõ tex. 13.

eſt

©BIU Santé

eſt aliquod animę operum, aut paſſionum proprium, contingit utiq; ipſam ſeparari, ſi vero nullum ipſius eſt proprium, non vtique ſeparabilis eſt, illud namque antecedens, ſi anima opus habet proprium in plus ſe habet, quàm conſequens, quod eſt, contingit ipſam ſeparari, etenim contingit & eam non ſeparari, nam dato, quòd anima opus proprium obtineat, quod licet ab organo corporeo non dependeat, a virtute tamen in corpore exiſtente dependeat, eam ſeparari non continget, quòd ſi opus animę proprium, & ab organo corporeo, & à corporis virtute ſeiunctum foret, tunc animam ſeparari contingeret: atq; idē pariter eſt, ac ſi quis dicat (vt & Themiſtius ait) ſi Dion nauigat, contingit ipſum bene nauigare, ſi non nauigat, non contingit pro eo tempore eum bene nauigare, clarum namque eſt, quòd ſi nauigat, contingit eum male, beneve nauigare: quare antecedens in plus ſe habet, quàm conſequens: at cum antecedens in minus ſe habet, quàm conſequens, tunc à deſtructione conſequentis ad antecedentis deſtructionem ratio, ſiue argumentum valet, ut recte docet Ariſto. Dixit autem Gal. ad contex. calcem, quòd ea ratione corpus hoc auxilium deſiderat, non vt in eodem ſeruetur ſtatu, neque vt à morte tutum reddatur, id namque ęternum foret, atque immortale, quod quidem nonnulli miſeri pręſtare poſſe pollicebantur, ſed ut à putredine, citaq; humidi conſumptione prohibeatur, dum curam habemus, ut ſex potiſſimum res non naturales recte adminiſtrentur. 2. Topicorum ca. 22

Quot modis noſtrum corpus alteretur. Cap. 85.

SECVNDVM *quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc eſt cauſarum conſeruatricum genera habebit, quas ex his, quæ dicta ſunt, liquet eſſe ex correctiuarum genere.*

CVM corpus optimæ ſanitatis alterationi, mutationiq; ſubiiciatur, ut ipſum conſeruemus, neceſſum eſt, at cū methodus, qua cauſæ conſeruatrices inueſtigantur, à natura rei ſumantur, propterea ex ipſa rei ſubſtantia ac natura Gal. præſenti contextu cauſarum conſeruantium genera inquirit, quæ ſanè totidem erunt, quot etiam modis huiuſmodi corpora alterabuntur. Proinde tales cauſas auxilia iure nuncupat, propterea quòd non prohibent, quin corpus ex ſex rebus non naturalibus alteretur (id enim fieri non

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 465 sur 753

©BIU Santé

poteſt, vt dictum eſt) ſed ne in eo excedens admodum alteratio efficiatur. Cæterum quoniam quis iure obiiciat, quòd ſi auxilia ſunt, preſeruantes potius, quàm conſeruantes cauſæ dicantur, ab inſtanti namque malo præſeruant, Gale. hoc quidem præoccupat dubium, atque diſſoluit his verbis.

SED quia paulatim correctiones faciunt, antequā omnis ingruat noxa non præſeruantes à futuro malo, ſed præſentis ſtatus conſeruatrices medici appellant.

Libr. ad Traſi. ca. 20.

Quod quidem Gal. eleganti admodum declarat exemplo duorum vaſoru pluribus foraminibus perforatorū: ſint etenim vaſa hæc aqua repleta, & alteri quidem cuſtos pręſit, qui aquam ſenſim deficere non permittat, alteri vero nequaquam pręſit, ſed aqua tandem ad ſenſum deficiente ſuperueniat quiſpiam, qui ſemel totum repleat dolium, noueq; tantum aquę adiiciat, quantum defluxerit primus quidem cōſeruare, poſtremus vero præſeruare, curareve dicetur: ſi igitur diſpoſitio præter naturam iam incepta eſt, vtpotè quæ ab agente cauſa producitur, & ſenſibilis eſt, nondum tamen prępotens, vt corpus à ſolitis operibus ammoueat, tunc cauſis præſeruantibus egemus, quibus & agens cauſa tollatur, ac corpus prohibeatur, ne in ægritudinem illabatur, ex qua conſuetę functiones deperduntur: at ſi quis diſpoſitionem naturalem, quę nullum futurum pęnitus malum pręſeferat, non quidem vt in puncto, ſed intra proprios ſibi limites continere exoptat, conſeruātibus vtetur auxiliis; hęc enim licet corrigant, inſenſibilē tamē lapſum emendant. Quoniam verò dixerat tot eſſe cauſarum cōſeruantium genera, quot ſunt modi, quibus corpus alteratur, vt alterādi modos enumeret, è quibus prædictarum cauſarum generum numerus ſortitur, eorum, quæ corpus noſtrum alterant, diſtinctionē proponit, dicens.

ALTERATVR igitur corpus à nonnullis quidem neceſſariò, à quibuſdam verò non neceſſariò. Dico autem neceſſariò, quæ nulla eſt euitandi ratio, non neceſſariò uerò reliqua: nam aerem quidem nos ambientem ſemper attingere, comedereq; ac bibere, & vigilare, & dormire eſt neceſſarium, enſibus autem, & exitialibus feris obuiare non neceſſarium.

5. Metapl. cont. 6.

Neceſſarium iuxta Ariſt. ſentētiam in quatuor partitur intellectus, in quorum primo id neceſſarium eſſe ait, ſine quo vt res ſit, aut viuat, fieri non poteſt, veluti cauſam ipſam comitante, ſicuti animantibus cibus neceſſarius eſt, ſic item reſpiratio, quandoquidem abſque his eſſe ipſum non poteſt, vtpote concauſis vt animantia conſiſtant, cauſa enim

©BIU Santé

enim viuendi anima eſt: ſecundo modo id neceſſarium intelligitur, ſi ne quo fieri nequit, vt bonum & opportunum aut ſit, aut fiat, aut malum quidpiam abiiciatur, ac extrudatur, quēadmodum pharmaci potio neceſſaria eſſe dicitur, non quidem ſimpliciter, ſed ad morbū depellendum, ſed & diſcas neceſſarium eſt, vt doctrinam conſequaris: Tertio neceſſarium ſumitur, quod vi aliquis & inuitus facit, hoc autem id eſt, quod præter appetitum, voluntatemque impedit, atque prohibet, quomodo is neceſſario quopiam ueniſſe dicitur, qui eò coniectis uinculis adactus eſt, aut ventorum impulſu deiectus: in quem quidē ſenſum & Euenus & Sophocles neceſſarium deſumebant, cum alter quidem ait, πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμα κἀνίαρον ἔφυ καὶ τὸ βίᾳ ἀνάγκης πέρι, hoc eſt omne enim neceſſarium triſte eſt, & vis neceſſitas quædam, alter uero, Ἀλλ' ἢ βία με ταῦτ' ἀναγκάζει σοι ῥέξαι, hoc, eſt ſed vi ſeua premit, fierique improba cogit: ſub quo & ea neceſſitas comprehenditur, quam Alexander Aphrodiſienſis, ſiue Epheſius à priori ſeiunxit, quæ quidem quid eſſe videtur, quod diſſuaderi non poteſt; rectè quidem; voluntatis enim ac rationis motui aduerſatur: Poſtremo id, quod aliter ſe habere non poteſt, neceſſario ſic ſe habere dicimus, & iuxta hoc neceſſarium, & cætera omnia neceſſaria quodammodo dicuntur. At in quo nam ex his neceſſarium hoc loco capit Galen. iuxta priores quidem duos potiſſimum intellectus, qui ex Auer. ſententia adinuicem diſtinguuntur, quoniam prior quidem in rebus naturalibus, ſecundus autem in voluntariis præcipuè deprehenditur, cibus quidem & potus neceſſarius eſt ſecundū primū ſignificatum, nam cū corpus humanum ex Galen. ſententia humida conſtet ſubſtantia, quę actione caloris tum naturalis, tum aeris ambientis continuè effluit, cibo vtique eget, ac potu, vt quod effluxit, reſarciatur, pariter inanitio, & repletio; ſiquidem in cibariorum confectione, aſſimilationeque cum plura gignantur excrementa, quæ quoad ſubſtantiam partibus aſſimilari nequeunt, ea è ventre protrudi, ſicuti ex his, quæ recte confecta ſunt, vacua replere neceſſarium eſt; pariter & aere, quem reſpiratione attrahimus, ut ſpiritus inſtaurentur, qui quidem aer, ex quo haud vitari poteſt, ſub tertio quoque neceſſario reponendus videtur: quandoquidem præter appetitionem, voluntatemque noſtram ipſum attrahimus: at ſomnus, & vigilia, nec non motus & quies ſub ſecundo cadunt, vt bona ac opportuna ad animalis vitam, conſeruationemque: adhęc & animę affectus: nonnulla enim ad morbum propulſandum adeo neceſſaria ſunt, vt ſi hæc aſſequaris, mortem neceſſariò effugias, quorū oppoſita non ſolum morbum pariunt, ſed & totius animantis perditionem.

1. Aph. 14. & primo de tuend. ual.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 467 sur 753

©BIU Santé

tionem. Proinde cum causarum duo potissimum sint genera, quibus corpus nostrum alteratur, alterum quidem internum, ac nobis ab ortu naturæ congenitum, alterum verò externum, duplexq; adhuc, unũ quidem necessariò corpori occurrens, ac postremum quod ipsum non necessariò afficit, Gal. presenti loco non de primo immediate loquitur genere: id enim calor naturalis est, qui euitari, corrigique non potest, sed continuò humidum dissoluens nostri interitus est causa: neque de alterius postremo, quod nos non necessariò afficit: id enim arte non indiget, solius autem est curæ atque custodiæ; sed de his tantum uerba facit, quæ sub genere cadunt, quod necessariò nobis occurrit, atque nonnaturale dicitur, vt exemplis monstrauimus. At qui duplices & hæ causę necessariæ externæ sunt, quædam enim quę ad libitum uoluntatis nostræ corpori nostro bene, maleve appropinquari nequeũt, vt celestes influentiæ nos necessariò afficientes, ut fusius testatur Gal. & Aui. fortè cum de aere loquens ait: Neque eius frigiditas peruenit ad nos in terris habitatis tanta, cum aliquo modo resoluat, immo in omnibus resoluit propter illud, quod in eo existit de virtute solis, & stellarum, atque hæ partihuic conseruatrici minime deseruiunt: quædam sunt humanum corpus inalterantes, & sub nostra potestate constitutæ, & hæ arti medicæ subiiciuntur, ut ab ea moderentur, atq; contemperentur: Verum tñ huiusmodi causæ, quæ ad artem spectant, vt particulares accipiẽdæ non sunt: nullus. n. aer singularis necessariò corpori occurrit, neque cibus, neq; motus, neq; aliud quid singulare, sed iuxta cõmunẽ cuiusq; naturam: necesse namq; est nos in aere degere, sed non in hoc aere, itẽ cibũ assumere, sed non hunc. Hęc igitur vt naturã cõem respiciunt, corpus nostrum necessario afficientes arti conseruatrici subiiciuntur, dummodo ipsius limites, contemplationemq; non transgrediantur: propterea Gal. subdit, concludens.

3. de dieb. crit. 2. primi doct. 2. c. 3

QVARE circa primum causarum genus uersatur ars corporis conseruatrix, circa secundum autem minime.

Cuius ratio assignari potest, quòd ars est eorum, quæ per se, & finita sunt, non autem eorum, quę per accidens & infinita: quæ enim non necessariò occurrunt, per accidens euenire dicuntur, vt quòd ense quis vulneretur, aut feris immanibus dilanietur, quę vero particularia infinita propè modum sunt, atque incomprehensibilia. Deinceps Gal. ostendit, vnde causarum conseruantium numerus assumatur, subdens.

QVOT igitur numero sint ea quæ ex necessitate corpus alterant distinguentes proprium in singulis eorum causarum salubrium

genus

©BIU Santé

genus inueniemus. Ineſt igitur unum quidem ex ambientis aeris adhæſu: alterum uero ex motu, & quiete, & totius corporis, & partiũ ſingularũ: tertiũ ex ſomno & uigilia: quartũ ex his, q̃ aſſumuntur: quintũ ex his, quæ excernũtur, et retinentur: ſextũ ex animæ affectibus; ex his neceſſe eſt aliquo modo affici corpus.

Tot. n. erunt genera cauſarũ ſanitatẽ cõſeruantium, quot ſunt cauſarũ q̃ corpus noſtrũ neceſſario afficiũt: ſiquidẽ ut infra dicet Gal. q̃ ex neceſſitate nos alterãt, ſalubriũ cauſarũ materiæ ſunt, q̃ vſu opportuno adhibito cauſæ fiunt cõſeruatrices, atq; ſalubres: ubi uero à modo deliquerint, inſalubres reddunt. Proinde hæc cauſarũ gña hęc res non naturales dicunt, qñquidẽ corpus noſtrũ moderate, immoderateve afficere pñt, mediæq́; ſunt inter res naturales, atq; præternaturã: naturalia namque ſunt ſex numero miſſis elementis vt remotiſſimis, humores nimirum, temperies, mẽbra, ſpiritus, virtutes, ac operationes, ad quæ nonnaturalia priora coordinãtur, vt quæ naturalia ſunt, & corpori humano interna, ab externis hiſce integra ſeruentur, cuſtodianturque: quo fit, vt humores cibo & potu, temperies inanitione, atq; repletione, ſpiritus aere, membra ſolida motu, & quiete, uirtutes ſomno & vigilia, & operationes animę affectibus potiſſimum regulentur, tametſi alterum quidpiam ex his altero quoque multotiens egeat ut adminiculo. Neque cuipiam dubium efficiet Galeni decretum libr. ad Traſſ. qui ea quatuor tantum connumerat, nempè quæ aſſumuntur, vt cibus & potus, quæ extrinſecus occurrũt, qualis eſt aer, quę euacuantur, ſub quibus & replẽtio concluditur, & quæ fiunt, ſiquidem ſub his, quę fiunt, animi affectus, ſomnus & vigiliæ, motus & quies recluduntur. Minus etiam ſciſcitabitur quis, quòd complura naturalia ſub nonnaturalibus, vt humores, & membra, quatenus comeduntur, ſub cibis comprehendantur, nec non quòd accidentia inter naturales operationes enumerentur: ſunt etenim virtutes appetitiuę, autiraſcibilis, aut cognoſcitiuę actiones; item quòd eadem res nonnaturalis, naturalis, & præter naturam eſſe poſſit, vt ſanguis quatenus humor, naturalis eſt, qui ſi ingeſtus fuerit, cibus, & res nonnaturalis, ſi verò præter id ventriculum lędat, ita ut eum ægrotare faciat, cauſa morbi, & præter naturam: adhęc quòd multa ſint, quæ ſub illis ſex generibus non comprehendantur, quę tamen iure non naturalia dici promerentur, utpote regio, influxus cęleſtes, ſol, ſtellę, ignis, aqua, ætates, & mores. Horum etenim facilis eſt ſolutio, quandoquidem res eadem diuerſimodè & ſumpta, &

corpori

©BIU Santé

corpori administrata, modo quidem naturalis, modo autem nõnatura
lis, & modo præter naturam esse potest, humores enim dicuntur res nõ
naturales, quoniam vt cibi necessario nobis occurrunt iuuantes, nocẽ
tes vè, quòd si vt partes corporis contemplentur, naturales vtique sunt
sicut quatenus excedenti qualitate, aut quantitate morbum efficiunt,
præter naturam censentur: De regione verò, cœlestibus influẽtiis, & hu
iusmodi dicendum est, quòd ex his complura per medium aerem agũt,
quare sub aere vt nonnaturali comprehẽduntur, qui immediate in nos
agere videtur: at aqua ex his non censentur, cum quibus necessariò uer
samur, terra vero nos non circundat, vt aer, eiusque actio exigui mo-
menti est, nisi per medium aerem actiones proprias imprimat: ætates
uero nostrum non inalterant corpus; sed mensura sunt internæ corpo
ris alterationis ex calido & humido in frigidum ac siccum; ad quam
quidem alterationem ita se habent ætates, vt ad motum tempus; nã si-
s primi cut tẽpus à motu seiungi non potest, ita & ætates absq; alteratione illa
esse nõ possunt: Et licet Aui. agẽs de subiectis med. ætates nonmeret in-
ter causas effectrices sanitatis, aut ęgritudinis, attamen inter sex res nõ
naturales nequaquam numerandæ sunt, impropriè namque sunt cau-
sę, sicut & sexus; rectius autem ratione temperiei, aut alterationis, quę
ætatibus contingit, ac sexibus, sub naturalibus concludi queunt. Proin
de artes, & mores, seu consuetudines. vt corpus exercitio quodam cor-
poreo aut animum mente fatigant ad motum, & quietem, siue ad ani-
mi accidentia referuntur; quæ uero artes per ignem aut aquam perficiũ
tur, vt fabrilis ars, atque fullonum (si inter necessario alterantia nume-
rentur) ob inspirationem præcipue ad aerem, cuius medio alterantur,
corpora relationem habent. Non sunt igitur præter sex res non natura
les genere, quorum quidem determinatum numerum, atque præfixum
nonnulli ratione comprobare nixi sunt, siquidem tot sunt, quæ virtu-
tes in corpore custodiunt, quæ cum tres sint, vitàlis, animalis, ac natu
ralis, vitalis quidem duas sub se partiales continens facultates, alteram
quidem, qua spiritum gignat, caloremque innatum conseruet, alteram
vero qua animus redditur constans, ac firmus, duobus eget extrinsecis
auxiliis; aere quidem, quo non solum spiritus instaurãtur, verũ & calor
innatus ob inspirationem & exspirationem ustodiãtur, ac animi acci
dentibus: etenim si animi constantia mediocritatem seruat, vtpote quo
ad audaciam, & timiditatem, aut gaudium, & tristitiam, & huiusmodi,
eisdem extrinsecis obuiandum est accidentibus, quæ in hac ipsum me-
diocritate conseruent, quo vero declinet animus, per contrarios casus
ducendus est, vt tandem animi constantia neque excessu, neque defectu

cor-

©BIU Santé

corpus oblędat: animalis autem virtus ſub qua & motiua & cognoſcitiua interior, & exterior collocatur, motu quidem, atq; quiete, ac ſomno & vigiliis, vt propriis auxiliis conſeruatur; nam quæque animalis virtus ſiue cognoſcitiua, ſiue motiua cieri quidem debet, non tamen ſemper, alioqui deperderetur; quiete igitur quandoque indiget, ſi vero quieta ſemper foret, veluti mortua iaceret; inſuper & ſomno & vigilia ob eandem cauſam: naturalis vero virtus duas & ipſa facultates habet, generatiuam alteram, alteram vero nutritiuam, cibo & potu nutritiua reparamus, generatiuam uero inanitione atque repletione, in feminis namque emiſſione cura habenda eſt, vt ne quid nimis excernatur, & in eius retentione ne corpus ipſum plectoricum maxime conſurgat: cum igitur neque plures ſint virtutes neque pauciores, ergo neq; etiam plura erunt auxilia, neque pauciora, quibus hiſce virtutibus oppitulemur. Quod ſi cui pia hæc ratio minus placet, propterea quòd quomodo ſeruentur temperies & alia naturalia, nec non quomodo alia excrementa à ſemine euacuentur, non edocet, tametſi ex facultatibus optime ſe habentibus reliqua omnia commenſurata facillime colligantur, is vtique alteram, quam ſupra tetigimus, ex naturalibus rebus deſumptam tutius eligat, tot enim naturalia non naturalibus reſpondere diximus, vt nec plura ſint, nec pauciora: at quòd nonnulli præter ſex elementa quo que inter naturalia collocent, nequaquam numerum adaugent, remota enim ſunt, & à philoſophis potiſſimum cõtemplabilia ex quibus humores proprie medicis ſenſibilia elementa conficiuntur. Vt autẽ Gale. ſingillatim declaret, quomodo ab vno quoque ſex dictorum non naturalium corpus neceſſario alteretur, ab aere exordium ſumit.

Ab aere quidem ambiente, quia aut calefit, aut frigeſit, aut exiccatur, aut humectatur, vel ſecundum horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur ſubſtantia.

Locus hic, qui duo continet capita, duas iuxta vtrumque caput patitur expoſitiones, in primo quidem ſecundum nonnullorum interpretationem ait Gal. quòd corpus noſtrum ab aere alteratur, à quo calefit, aut infrigidatur, aut humectatur, aut exiccatur, aut ſecundum horum afficitur coniugationem: id autem ob temporum, atque religionũ varietatem euenit, corpus namque æſtate calefit, hieme vero infrigidatur tum quidem contactu, tum etiam inſpiratione, ac arteriarum dilatatione, etenim hieme aer frigidus (vt recte conſentit Gale.) quàm fieri poteſt, penitiſſime in corpus & ſe inſinuat, internaſque partes refrigerat, inſuper inſtrumenta reſpirationi deſeruientia ex frigiditate oblędũ-

1. de natur. hum. 36.

3. Aph 23.

tur,

©BIU Santé

tur, cum cætera quidem ita recte obtegere possumus, vt nihil ambientis frigoris, aut minimum sentiant, anhelitum vero nequaquam, nullus enim alius respirandi modus facultati conceditur. Haly vero grauissimus hercle interpres exponit, q̃ aer in se cõtinens alterabiles qualitates nempe cal. frig. hum. & sicc. necessario corpus nostrũ alterat: Exmotu enim solis tum diurno, tum in circulo Zodiaco aeris dispositiones immutantur. Proinde vtraque expositio ad Galeni mentem esse potest, & si quis eas recte percipiet, tandem ad idem tendere facile intelliget: necesse enim est, quòd aer aariam susciplat alterationem, hæc autẽ (vt dictum est) aut secundum primam aut alteram interpretationem cõsistet. Verum huic Galeni placito quòd aer nonnunquam corporũ nostrum humectet nõ solum Aui. verum & Aui. sibi met aduersarius est: etenim ait: Neque eius frigiditas peruenit apud nos in terris habitatis tanta, qui aliquomodo resoluat; immo in omnibus resoluit dispositionibus propter illud quod in eo existit de virture Solis & stellarum. huius autem oppositum habet inquiens: Aer uero humidus cutem lenit, & corpus humectat, cui quidem Gal. hoc loco subscribit: clarum autem est; quòd aeris humectatio maior exiccatione esse potest, & tũc exiccatio prohiberi potest; quod tamen superiori capite ob solis ac stellarum virtutem negauerat Aui. Respondent quidam, quòd Auic. non ait aerem corpora dissoluere, sed vapores, qui cum aere commiscẽtur. Aduersus hos est instantia satis manifesta, qua Excellens pater meus vtebatur, si aer vapores secum commixtos potest dissoluere, ergo & uapores in corpore existens, atque ob id exiccare. Propterea rectius tollẽda est contradictio, vt & ipse soluebat, quòd secũdũ Aui. in aere aliqua semper est causa quę exiccat modo quidem plus, modo vero minus: virtus enim quantumcunque debilis sui actione aliquem semper producit effectum: Vnde aer non quidem interne, sed externe, ac madefactiue humectare potest ob vapores aqueos ibidem existentes; aut quoniã eius spissitudo ad aquosi vaporis naturam conuersa est vt proprio vtamur Auicennæ uocabulo, at non prohibet quin aer saltim exiccet Solis, stellarumque virtute, quæ quidem quamcunque humectationis causam exiccat, atq; conuincit, cum præsertim humectatio extrinseca sit, atque madefactiua, exiccatio uero interna adde: quòd ab eodem agẽte corpus qualitatiue humectari, quantitatiue vero & substãtifice exiccari potest: aqua enim calida corpori nostro adhibita qualitatiue humectat, quantitatiue autem, & substantifice exiccat; propterea quòd dissoluit, & vapores è corpore exhalare permittit. In secundo vero præsentis loci capite addit Gal. quòd aer aut in tota alteratur substantia;

2. primi de ctr. 2. ca 3.

ibidem? c. 6.

quæ

©BIU Santé

quæ quidem verba, vt & priora duplicem habent interpretationē, Haly. namque priorem ſuam inſequens expoſitionem, ait, quod aer in tota alterari poteſt ſubſtantia, cum ſcilicet putreſcit, aut ob vapores corporum mortuorum qui ad ſpatium eleuati, & aliquam aeris partē occupantes ipſam quoque inficiunt, aut quòd in vno loco coarctatus, & à motu deſtitutus eſt, cuius, quidē ex cauſa corpus putreſcat neceſſum eſt: neque credendum eſt, quòd aer ſimplex putreſcat, ſed vapores qui cum aere ſimplici cōmiſcentur corpus hoc quodammodo mixtū conficientes. Eſt & altera expoſitio, quòd ab aere corpus non ſolis qualitatibus, ſed & tota ſubſtantia alteretur; etenim Gal. de medicamentis verba faciens inquit, medicamentorum quædam ſunt, quæ ſumpto initio a corpore illud recalefaciunt, vel alia qualitate afficiunt, nil tamen aliud mali afferunt, quædam vero ſunt, quæ cum talia permanent, qualia fuerunt aſſumpta, ad eundem modū corpus immutant, quo id corpus cibos; atq; hęc uenena, & naturę animalis corruptiua ſunt, vel ſumpto initio a corpore putreſcunt, & corrupūtur, deinde corpus vnà corrumpunt, atque in putredinē vertunt; pariter de aere dicendum eſt, ꝙ nunc quidem ſolis qualitatibus corpus immutat, nunc vero totā ſubſtantiam corrumpit iuxta id quo aer affectus eſt; etenim patet ex Hip. & Gal. quòd quęcunque aeris conſtitutio apta eſt, vt morbos producat qui illi conſtitutioni proportione reſpondent: quo fit, vt citra etiā corruptionem, & aliquod malū aer corporis ſubſtātiam immutare poſſit: ſicut enim plantæ mutata regione, & nutrimento, tractu temporis naturam & ſubſtantiam ab eo immutant, vt aptę fiāt ad nutriendum, cū prius inter venena connumerarentur, qualis eſt arbor illa ex Perſia ad nos adſportata, & ſicut ex longa aſſuetudine cibus, ita corpus, quod alitur, alterat, vt eius naturam immutet, quemadmodum fuſius libello de aſſuetud. ita & longa in aere conſuetudo quæ oppoſitam corporis temperiei conſtitutionem obtineat, corpus adeo immutare poteſt, vt nouum acquirat temperamentum, quod natura eſt, & corporis ſubſtātia, vt frequentius ſtatuit Gal. oſtendit autem ſecundo loco, quomodo corpus noſtrum a motu, & quiete alterationem ſuſcipiat, dicens.

3 de tēp. a.

3. Aphoriſ. part. 2.

Ex motu vero et quiete cum vtraque modum exceſſerint aut cale factam, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatū, aut aliquid ſecundum horum pariens coniugationem.

Motus duplicitèr fit, aut a corpore, eius vè partibus ex ſe motis, qualis eſt deābulatio, luctatio, ludus parue pillę. terræ foſſio, quæ totius ſunt corporis, vociferatio vero, & huiuſmodi alię exercitationes diuerſarum partium, aut ab aliquo extrinſeco, qualis eſt equitatio, nauigatio.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 473 sur 753

©BIU Santé

gatio, vectio curru, lectica, & huiuſmodi, ac denique fricti o, de quibus omnibus diffuſius libris de tuend. valet. ſermonem habet Gal. Quocũque igitur modo motus efficiatur, hoc loco inquit ipſe, corpus alterat, cum modum exceſſerit, motus namque per ſe calefacit, & humiditates diſſoluendo exiccat: quo fit, vt per accidens eadem met ratione infrigidet, dum innatum calorem diſſoluit, vt teſtatur Aui. amplius cũ calor naturalis imminutus eſt, & per accidens frigiditas viget: deinde per accidẽs quoq; gigni poteſt humiditas, cũ cibi haud recte coquũtur, excrementa vero indebite protruduntur, ut ſenibus accidit, quibus hęc adeſt humiditas retenta, proinde quies ex Auic. ſententia ſemper infrigidat ob priuationẽ viuificationis caloris, & cõſtrictionem, quę ſuffocat & humectat propter ſuperfluitatum retolutionis defectum: quies etiã per accidens caloris putredinalis cauſa eſſe poteſt prohibendo ex ſuperfluitatum copia congruam caloris, & humoris euentationem, ad quam quidem & ſiccitas ipſa conſequitur. Quod ſi quis obiiciat non videri uerum, quòd motus calorem excitet, propterea quòd aquæ currentes ſub ſolaribus etiã radiis, quàm nõ currẽtes frigidiores appareãt: item aqua frigida ab alto ad embrocæ modum magis infrigidat, quàm ſi corpus vel membrum in ea quietum moretur: huic reſpondebimus, quòd in mixtis, quę partes habent calidas, motus illas excitat, quę ſuo calore validius agunt, qui & nobis magis apparet: ob id ex ferro & lapide ſimul percuſſis ignis conſpicitur, id tamẽ non eo modo accidit aquę, quæ frigidum eſt elementum nullius particeps caliditatis, ex motu namque frigiditas augetur, atque potiſſimum dum pura eſt: Quare rationes adductæ nullæ ſunt, quæ vtique tenerent, ſi de quopiam mixto partes calidas obtinente concluderent illi, etenim per ſe ineſt, vt à motu incaleſcat. Gal. itaque ex motu, & quiete, cum vtraque modum exceſſerint, concludit, ergò neceſſario corpus alterant: aduerſus quam concluſionem vti ab eo non probatam obijciunt quidã ꝙ neceſſarium non eſt, vt corpus noſtrũ moueatur, aut quieſcat, ita vt modum excedat; Verum obiectio hæc nulla eſt, ac rectè eam non probauit Gale. motus namque moderatus corpus noſtrum etiam calidum reddit, ac proinde illud alterat, vt inquit Galen. atque hoc cuilibet motui ineſt, nempè vt calefaciat, ſicuti & cuilibet lumini, ſed his æquiuoce ineſt, ac illis, qui caliditate excalefaciunt. Verum licet motus omnis calorem inducat, non tamen infrigidat, aut humectat, aut exiccat, vt de immoderato dictum eſt: Et ob id Galenus de immoderato mentionem facit, vt omnia prædicta ab eo prouenire demonſtraret. cum autem ex dictis ab immoderato vſu ſola excalefactio per ſe producatur, reliqua vero

per

1 primi do Ar. 2. c 12.

1 & 2. de tu end. val.

©BIU Santé

per accidens, consequitur, quòd omnis motus per se incalescere facit, quod enim per se ineſt vni individuo vnius speciei, cuilibet etiã individuo eiusdem speciei per se ineſt, at quies cum motui contraria sit, oppositum producit effectum: Quare motus & quies corpus humanum necessario alterant. Deinde Galen. ex somno, & vigilia, quę tertio sunt ordine, vt ex prioribus idem declarat.

Sic & ex somno & vigilia ipsum pati est necessarium secundum eandem rationem.

Arist & Galenus licet de ortu atque principio sensus & motus inter se differiãt, consentiunt tamen in hoc, quòd somnus est ligamentum & quies sensuum, cum ipsi, siue calor natiuus ad intima retrahitur, è cõuerso vero illorũ exolutio, relaxatioque vigilię, nam, vt inquit Auer. cum quis dormit, ne maximum quidem sensitiuum sibi oblatum sentit: Vnde nonnulli apertis oculis dormiunt, quibus si res visibilis offeratur, non vident; virtus enim quę huiusmodi administrabat operationem ad intima reccurrit, membraque illa extima destituit, cuius etiam inditium est, quòd in somno exteriores partes refrigerari cõsueuerũt, sed ad quam partẽ calor recurrat, & quæ nam sit huiusce recursus causa Arist. & Gal. discordes extitere: Arist. quidem quippe qui principiũ neruorum cor esse putauit, & cum eo solertissimus Auer. sustinent calorẽ naturalẽ ad cor tanquam ad proprium principium retrahi, at Gal. cuius opinio est, vt cerebrum, & nucha neruorum principium existat: virtutem sensitiuam ad proprium principium, vtpote ad illa duo retrocedere duxit. Arist. quinetiam huiusce recursus causam reddẽs inquit quod cum in corpore animalis alimentum sumitur, tunc illius alimenti, siue sanguinis alentis multa humiditas, & corpulẽta sursum fertur, & à cerebro refrigeratur, ob quod & alias causas caput grauatur; descendens autem humiditas ob sui grauitatem calorem naturalẽ fugat, qui tandem ad ima cum sanguine ad cor ipsum subterfugit, collectaq; caloris copia in loco inferiori somnũ naturalem facit, & erigendi corporis facultatem aufert ab his animalibus, quę quidem erecta incedere natura voluit, neque prius à somno expergiscitur, quàm vapores illi concocti, dissolutiue sint; tunc enim calor iterum ad partes illas reuertitur, & vigilia efficitur. Galenus autem aliam huiusce recursus causam assignat, quòd calor naturalis longis vigiliis defaticatus, exiccatusque ad proprium principium cerebrum scilicet & nucham retrahitur, vt humectetur, atque refocilletur, & tunc somno animalia premũtur: cum autem validior effectus est, humiditatemque recuperarit; iterum

3 coll. c. de somno.

lib. de som. & vig.

2. de part. anim. 7.

4. de acc. & mor. pr. p. finem. & 3. de cau. puls. 10.

©BIU Santé

expanditus,& tunc expergiſcuntur homines,ac vigilant: Quamobrē (inquit Gal.)profundius dormire videntur, quicūque multo fuerunt exercitio defatigati, vtpote quibus inter exercitandum plurimum facultatis à principe parte defluxit, & ob id cerebrum & requie, & virium inſtauratione magis indiget, tum ob facultatis, quam tranſmiſit, inanitionē, tum ob labores, quibus per multas functiones iā defatigatum eſt; & licet Galen. hanc aliam ſomni cauſam aſſignet, nō negauit tamen illam Ariſto. quamuis ab ipſo in ea deſcribenda ob principatum neruorum, retractionemque caloris quodammodo diſſentiat, eamque veterni potius, quàm naturalis ſomni cauſam putet, quē admodum ex eius verbis cuique manifeſtum eſſe poteſt. Habemus itaque ſomnum, & vigilias fieri ſecundum innati caloris motiones; collectus enim calor ad interiora ſomnum facit, rediens vero ad exteriora, vigilias; non tamen putandum eſt, vt quidam falsò ſunt opinati, ꝙ ſomnus ſit ille animalis facultatis ad ſuum principium reditus, eſſet nāq; motus, & ex cōſequenti qualitas, ſed quies eſt, & ſenſuum vinculum contractum ex hac caloris naturalis motione, ſicut vigiliæ ex eius oppoſita cauſa, vt ex Ariſto. Galen. & Auer. ſuperius declaratum eſt. Ex his igitur duobus & frigidum & calidū redditur corpus, in vigilante namque partes extimæ ſunt calidiores, interne verò frigidiores, ſicut in dormiente econuerſo, vt Hipp. & Galen. conſentiunt, quod quidem ex eo apparet, ꝙ dormiente cum pluribus ſtragulis, & veſtibus, tum etiam capiti egent tegumento, ſi frigidus, vt hiberno tempore, quo circunfunduntur, aer ſit; atqui interdiu vigilantes, hæc non requirunt, cum & maior inſpiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum eſſe teſtatur: addebat quinetiam Auicen. ꝙ cum ſomnus materiam inuenit digeſtioni, maturationiq; concinnam, illam ad ſanguinis naturam conuertit; quæ quidem excalefacta calorem rurſus naturalem adauget; ꝙ ſi ſomnus humores ibidē colericos reperit, ſi longus ſit, calore extraneo corpus accendit: ſubdit quinetiam, ꝙ ſi tunc temporis vacuum ſit corpus, ipſum ob hoc infrigidabit, aut quod reſiduum diſſoluet, aut humorem, qui virtuti concoctrici ſubiectus erat, expandet, vigiliæ vero huius totius contrarium efficiunt: proinde vigiliæ diuturnæ ad ſiccum cerebri temperiem cōuertunt, ipſumque imbecillum reddunt, rationem conturbāt, humores adurunt, & ægritudines acutas pariunt; ſomnus vero longus contrarios effectus producit; virtutes namque animales obtundit, caput grauat, & morbos frigidos parit: inſuper cum ſomnus concoquat, quæ in ventriculo, hepate, & toto corpore continentur, ex qua

6. Epi. ſec. 4 text. 12. ſe & 1. 5. 30.

2 pri. doc. 2 cap. 13.

©BIU Santé

ex qua quidem coctione vapores geniti, & ad cerebrum delati refrigerantur, incrassantur, & innatum calorem obruunt, hac quidem ratione iuxta tamẽ breuitatem, longitudinemve somni corpus & humecta tur, & refrigeratur; vigiliæ uerò calorem exterius attrahunt, & resoluunt, & in operationibus sensitiuis, atque motiuis in maiori, minorive copia spiritus absumũt, sicut & vigiliæ aut breuiores aut diuturniores sunt. Patet igitur ex dictis, quorum somnus & vigilię causæ per se sint, quorumve per accidens: & ob hoc fortè dixit Galen. quòd somnus & vigiliæ sunt causæ, quòd ipsum corpus secundum eandem rationem necessariò afficiatur partim nimirũ per se, partim vero per accidens, vt de motu & quiete dictum est: Vel dicatur, quòd Gal. scripsit secundum eandem rationem, quoniam vigiliæ motui, somnus verò quieti proportione respondent: vel secundum eandem rationem hoc est necessariò, vt & reliqua prius enarrata. Plura hic consultò omittimus examinanda, quę extra propositum ab expositoribus agitari consueuere, vtpote num operationes naturales per somnum temperatum validiores efficiantur, & an somnus cordis vias, & arteriarũ humectet, & num alias vacuationes excepto sudore detineat, ac postremò omnesnè lassitudinis species amoueat; hæc etenim ad aliud opportunius tempus differimus. Deinceps Gal. prosequitur in contex. vt quòd & ex animi affectibus corpus alteretur, ostendat, dicens.

Et ex animæ affectibus.

Nimirum animæ concupiscibilis, quæ in hepate, irascibilis, quæ in corde, & rationalis, quę in cerebro principatum obtinet, etenim vt recte declarat Auic. omnia animę accidentia fiunt, cum spiritus, & sanguis aut interius aut exterius, idque aut paulatim, aut subitò agitantur, atque mouentur, quòd si exterius dimouentur, frigidę quidem corporis interiores partes euadunt, nõnunquam verò & exteriores simul, cum & vehemens, & repentina spirituum fit agitatio, resolutioque, ex qua & syncopis & mors vtplurimum consequuntur: at si spiritus interius concentrantur, exteriores corporis partes frigent, interiores uerò calent: & si uehemens adsit angustia, tunc temporis interiores, ac exteriores partes frigent syncopi, aut morte concomitante: mouentur igitur subitò extrinsecus sanguis & spiritus in ira, leuiter autem ac paulatim in delitiis, ac moderato gaudio, sicut interius, atque repente in timore, ac leuiter, & paulatim in ipso dolore, siue tristitia: at nisi in his animi affectibus spiritus subito moueantur, nunquàm animal suffocatur, atque resoluitur; qui verò

2. primi de ca. 2. ca. 14.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 477 sur 753

©BIU Santé

tales affectus leuiter, ac ſenſim occurrunt, ordinate etiam, ac ſenſim ſuffocant, aut corpus diſſoluunt; præterea contingit nonnunquàm vt eodem tempore duo motus contrarij ſpirituum ac ſanguinis efficiantur, vt in triſtitia, ſeu faſtidio de imminenti periculo, quod quidē ex timore, ac ſpe compoſitus eſt affectus; ſicut & in verecundia cum primum ſpiritus ad interna mouentur, mox vero ratione præpollente ijdem exterius egrediuntur, ac dilatantur corpori, ac faciei potiſſimum rubicundiorem, quàm prius colorem reddentes: adhęc quàm corpus ab animalibus illis imaginationibus afficiatur, firma ratio ex infantium productione afferri poteſt, quandoquidem ſi tempore coitus quiſpiam formam alicuius mente concipiat, puer, qui ex eo producetur ei, quem in mentem habebat, ſimilis erit, ſanguis enim qui mouetur, obiecti, quod in mente eſt generantis, impreſſionem ſuſcipiet: atque ob eandem rationem cuipiam dentes obſtupeſcent, propterea quòd cum id alteri acrem ſaporem deguſtante contigiſſe intelligat, ſic & ſibi accidiſſe mente concipiet, pariter alteri relatum eſt conſocium membri cuiuſpiam dolore affici, is vtique tale quid, quale ipſum, ſe perpeti imaginatur, quemadmodum & accidit ei, qui cum de re quapiam quæ timorem inducat, excogitet, ac ſi ei impreſentiarum occurrat, mirum in modum expaueſcit; in hoc etenim temperies immutatur, ac ſpiritus non modicum exagitantur. Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quomodo ex animæ affectibus corpus nunc quidem calefieri contingit, nunc vero frigefieri, aut ſubitò, aut ſenſim, aut interius, aut exterius, aut vtroque modo iuxta varios ſpirituum, ac ſanguinis motiones; atque ob id dixit Galen. & ex animæ affectibus, quaſi inferat, vt in ſomno, & vigilia, ita ex animæ affectibus ſpirituum, & caloris motione corpus alteratur. Mitto complura, quæ à nonnullis tanguntur, propterea quòd præſenti non admodum deſeruiunt contemplationi, quale eſt illud, num ſpiritus, qui ſecundum animæ paſſionum exigentiam variis agitatur motionibus, varios alterationis influxus recipiat, an verò ſpiritus, vt inſtrumentum naturale animæ ſubordinatum vnica ſubordinatione naturali ad ipſam animam iuxta eius appetituum, ac phantaſmatum diuariationem vario modo moueatur, vt aer à principio interno vacui neceſſitate: item an ſpecies caliditatis, & eius imaginatio ſit productiua caliditatis, & ſpecies frigiditatis ſit productiua frigiditatis, ſicut lumen eſt calefactiuū; necnon an ſimilitudo rei humores tranſmutandi vim habeat tum locali, tum alterationis motu, vt imago pulchra tempore coitus a muliere mente concepta ſperma mouet, ac ſanguinem menſtruum,

quo

©BIU Santé

quo fœtus imagini quoad lineamenta, & colore ſimilis producatur, & vt fortis imaginatio, ac contemplatio rerum rubearum ſanguinem mouet, vt morbillis, ac variolis in eorum principio euenit: adhæc num valida imaginatio fluxui aſtrorum coniuncta humorem ad ſuſcipiendum influxum, qui vel ad bonum, vel malum diſponit, paratiorem reddere poſſit, vt aſſerunt Aſtronomi, qui & multa de imaginibus, & faſcinationibus diſſerunt: poſtremò vehementiſnè imaginatio, & cupiditas non modo in corpus proprium, ſed & in alienum, ſeu animatum, ſeu inanimatum agere valeat, cum anima nobilis ſit, & ex principiorum ſubſtantia, quibus huius mundi materia ex natura pro formis ſuſcipiẽdis ab illis intentis ſubordinatur, ob quã quidem ſubordinationem totius mundi materia magis obedit animę, quàm contrarijs trãſmutãtibus: quare hac ſubordinatione valida imaginatio realem corporis animati, ſeu inanimati nullo alio agente concurrẽte mutationem efficiet, vt Aui. ſenſiſſe videtur. Verum hiſce miſſis ad magis neceſſaria condeſcendemus: ſubdit itaq; Gal. quartum ex ſex nonnaturalibus nempè cibum & potum, ut & hęc corpus noſtrum alterare indicet. 6. nat. part. 4. 4. & 10. metaphy.

Et ex his, quæ aſſumuntur.

Quæ aſſumuntur cum varia ſint, vario quoq; modo corpus noſtrũ alterare poſſunt, etenim alia cibi ſunt, alia potus, & alia medicamenta; cibus quidẽ, ſeu nutrimentum proprie teſte Gal. eſt id quod à corpore mutatur, eiq; aſſimilatur, vnitur, ac eius ſubſtantiã adauget; talis vtiq; cibus, vtpote oua ſorbilia, & huiuſmodi, cum à corpore alterationem potius ſuſcipiat, dum in alimentũ conuertitur, appoſitus poſtmodum corpus afficiet, propterea quòd ex eo maior ſanguinis, ac humorum copia eſt adaucta, ob quorum calorem totum ipſum calidius redditur: at cibus, qui aliquem in ſe cuiuſpiam qualitatis exceſſum habet, licet à corpore mutetur, ob qualitatem tamen excedentem in corpus reagit, vt lactuca quidem ob eius frigiditatem, & alleum ob illius caliditatẽ: potus quinetiam, qui & ipſi duplices ſunt, alij quidem ſimplices, & hi vt deperditum inſtaurant, quodãmodo corpus calidius reddunt: alij verò qualitatibus excedentibus mixti ipſum ad eã, qua ſuperant, qualitatẽ immutãt; vinũ etenim ĩ corpore caliditatẽ adauget, ſicut aqua, ſeu hordei aqua frigiditatẽ: adhæc cibi & potus non ſolũ per ſe aut calefaciunt, aut infrigidant, aut humectant, aut exiccãt, verum & ex accidẽti in corpore huiuſmodi moliuntur alterationes; aqua namq; frigida interius aſſumpta qñque ex accidẽti excalefacit, cũ calorẽ quapiã in parte contrahit, quæ poſthac magis calidior redditur, vinũ aũt quandoq; 3. de tẽp. 2 & 1. de ſimpli. med. à principio.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 479 sur 753

©BIU Santé

adeo prepotens ſumitur, vt humores ac ſpiritus diſſipet, qui è corpore exhalantes, aut euacuati vtpote per nares, & aliam quampiam regionem corpus frigidius deſelinquunt. Medicamenta etiam corpus manifeſtiſſime alterant, miſſis namque duobus prioribus eorum ſpeciebus, vtpote his, quę ſicut aſſumuntur, ita & eiuſmodi permanentia vincunt, corpusque immutant ad eundē modum, quo id cibos, ac his, quæ mutationis initium ab animalis corpore conſequuta deinceps iā putreſcunt, & corrumpuntur, mox quoque corpus vnà corrumpunt, & putrefaciunt, ſiquidem omnia hæc venena ſunt, & naturę humanæ corruptricia à Gal. vocantur, tertia medicamentorū ſpecies ex eius ſen
3. de ſp. 2. tentia corpus recalfacit quidem, mali tamen nihil affert, & quarta eorum ſpecies agit, & patitur aliquid, ſed ſpatio vincitur, planeq; aſſimilatur, atq; hæc non tā medicamenta ſunt, q̄ nutrimenta, vt lactuca nō ſolum qualitatibus corpus afficit, verum ſanguinē adaugens poſtmodum calidius deſerit. Quodcunq; igitur in corpore aſſumitur, vel alteratur à calore ſecundū ſubſtantiā tantum, & eſt cibus, vel ſecundū qualitatem tantū, & eſt medicina, vel partim alterat, & partim alteratur, & eſt cibus medicinalis, uel alteratur quidem, ſed non vincitur, immo vincit, & eſt venenum calidum, vel non alteratur, & vincit, & eſt venenum frigidum. ſubdit poſtremò Galen.

AVT excernuntur, aut retinentur.

Quod ſextum ex rebus nonnaturalibus ſuperius eſſe diximus inanitionem atque repletionem, non ſolū Gal. hoc loco, ſed paulò ſuperius excrementa, ac retenta nominat. Neque ob id (vt falsò putat Argenterius) idem ſunt inanitio, atq; repletio cum cibo & potu, nam (vt diximus) inanitio & repletio vel ad virtutem gignitiuam, vel ad corporis temperiem habent relationem, cibus vero & potus ad virtutem nutritiuam, ſiue humores ipſos, ergo diuerſa ſunt: præterea cum quę retinentur, repleant, quæ vero euacuant, inaniant, iure ab expoſitoribus inter ſex res nonnaturales inanitio loco excretionis, ac repletio vice retentionis connumerantur. cum igitur tres in corpore humano prȩcipuę celebrentur coctiones, neceſſarium eſt, vt in earum quaque vnum ſequeſtretur excrementum, in prima quidem, quę eſt ventriculi, dum ipſe primum in cibarijs laborem ſubiens, ea in chylum conuertit, purgatur ex ipſis quod arenoſum, atque inutile eſt, vt ex ipſo tritico, ſi quid terrę, aut lapidum, aut ſylueſtrium ſeminū admixtū ſit, quæ pernitioſa corporibus eſſe ſolent, atq; id totum infernè propellit, quod tandem per inteſtina euacuatur: cum autē hoc excrementum nonnunquam calidius ſit, quandoq; frigidius, aliquādo mollius,

& ple

©BIU Santé

& plerũque durius, quemadmodum & ventriculi, & inteſtinorum fue rit temperies quæ chylum confecit, retentum quidem corpus ipſum eadem, qua excrementum pollet, qualitate inalterabit, ſiue euacuatum ad contrarium habitum immutabit: Vnde multotiens ex earum ſuperfluitatum retentione non ſolum febris, ſed & epilepſia, paraly ſis, conuulſiones, & huiuſmodi exoriuntur. In ſecunda aũt coctione cum ex ſanguinea maſſa ſequeſtretur ſeroſa illa aquoſitas, quę tenuior ad hepar deſcenderat, vt ſanguini per viam in anguſtis illis meatibus tranſitum moliretur, nec non bilioſum ſit, ac melancholicum excrementum, ſicut euacuatis hiſce ſuperfluitatibus corpus in caliditate, ſiccitate, aut humiditate moderatur, ita dum hæ retinentur modo quidem calidius, modo vero humidius, ſicciuſvè, aut frigidius percipitur, aquoſus namque humor hydropem gignere ſolet, melancholicus vero corpus infrigidat, ac exiccat, ac bilioſus non ſolum arquatos homines, verum & febrientes efficit. In tertia vero coctione cum non ſolum per inſenſibilem diffiationem ſubtiles vapores, ſeu ſuperfluitates diffluentur, verum & craſſiuſculi per ſudorem, ſi detineantur, proprios corporis humotes accendunt; ſin euacuentur, non ſolum temperati redduntur, ſed & corpus ipſum fluidum, atque difflabile: itidem & de menſtruorum, hæmorrhoidum, ac conſimilium, aut ex natura, aut ex conſuetudine ſuperfluitatum retentione, aut euacuatione dicendum eſt, quorum quidem omnium reddens rationem Gale. ſubdit.

Haec ſiquidẽ omnia partim quidẽ euidẽter, partim vero per alias cauſas medias alterãt corpus, et ſanitatẽ corrũpũt, et dehorũ ſingulis ſeorſum ſcripſimus in tractatu, q̃ de ſalubribus cõſcribitur.

Cauſæ quę corpus alterant, ex Galeni ſententia, duę ſunt præcipuę primitiuę & antecedentes, & ſi coniunctas his addas in nonnullis quidem, non autem in omnibus non errabis, ſed in quibuſnã caſibus inferius explicabimus, antecedentes quidem & coniunctę interę multotiens nobis ignotæ ſunt, quę vero procathartice occaſiones duntaxãt, vt antecedentes alterentur, ex quibus deinceps immediate corpus afficitur, ac ſanitas ipſa deſtruitur, at cum nonnunquam abſque aliis mediis id preſtent, quod & antecedentes, in eorum naturam tranſeunt, homenque primitiuarum deperdunt: propterea ſex hęc nonnaturalia, quoniam externa ſunt (excrementorum namque euacuatio, atq; retentio licet interna videantur, pariter ſomnus & vigilię, & animę affectus, attamen excrementa corporis partes non ſunt, ſomnus vero & vigiliæ, & animæ accidentia extrinſecus corpori adueniunt, ac ſenſibus noſtris ſubiiciuntur) occaſiones vt plurimum,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 481 sur 753

©BIU Santé

sunt, ex quibus aliæ causę internæ adnascũtur, quæ corpus alterant, & sanitatem corrumpunt, quandoque vero exte satis sunt, ex quibus & corpus afficitur, & sanitas deperditur, quinimmo eadem res non naturalis non aliquam quidem ex se, ac nullo medio, quandoq; vero per medias causas agit in corpus, cibus namque & potus ob qualitates vtpote calidas seu frigidas, quę in ipsis reperiuntur, corpus calidũ, aut frigidum immediate alterãt, aer vero frigidus per medias causas ipsum afficit, & morbum generat: siquidẽ cum aer meatus corporis obturet, vapores in corpore concludit, qui calorẽ in eo adaugent, accenso verò in corde extraneo calore, necessario naturales læduntur actiones, ac proinde morbus tandem enascitur; aer quinetiã corpus cõfestim exca lefacit, refrigerat, humectat, ac exiccat, sicut & cibus seu nutrimentum crassius dum meatus claudit, transpirationem impedit, vnde putredo exoritur, ex putredine uero febris: sed de his se Libris de uenda sanit. diffusius scripsisse asserit: concludens autem inquit.

OMNIA *igitur nunc dicta genera, materię quædam sunt salubrium causarum, at vsu opportuno adhibito, causę fiunt conseruatrices, atq. salubres, sed vbi à modo deliquerint, insalubres reddũtur.*

Verba hæc vel maxime fauent eorũ opinioni, qui asserunt hoc loco Gal. non solum de causis agere, vt auxilia sunt, verũ & de causis vt materiales, formales, ac efficientes: etenim inquit Gal. materiæ quędam sunt salubrium causarũ, cibus namq; & potus absolute causa materialis est, quæ demum vsu opportuno adhibito conseruatrix sit, atq; salubris; vbi verò à modo delinquat, insalubris redditur. Male igitur hi ab Argenterio initio huius reprehenduntur, quippe qui Gal. verba apertissime interpretentur: subdit autem ex dictis corrolarium.

VNDE *etiam liquet ex his nullam harum rerum exteriorum aut salubrem, aut insalubrem, à nobis existimari oportere, ac eas dẽ potius quandoq; quidẽ salubres, quandoq; uero insalubres in eo quod ad aliquid esse: nã vbi motũ corpus desiderat, exercitatio quidẽ salubris, ociũ vero insalubre: cum vero eget quiete, ocium quidem salubre, exercitatio verò insalubris, eodẽ modo de cibis & potibus, & de alijs omnibus statuendum: horum enim singula quando ni necessitas corporis exigit, cũ mensura ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt, at cum citra omnem necessitatem, ac præter modum afferuntur, insalubria.*

Aer

©BIU Santé

Aer namque in ſe ſumptus, neque ſalubris, neque inſalubris eſt, ſed vt ad corpus habet relationem, quemadmodum & reliqua nonnatura lia, de quibus tantummodo hoc loco Gal. ſermonem habet, non autē de his, quæ non neceſſariò corpus afficiunt, vt antea dictum eſt: proin de relatio hęc ad corpus duplex eſſe pōt, aut res hę nonnaturales ad di uerſa referuntur corpora, in eodē tn tempore, ut exēpli gratia aer eo-dem tempore uni quidē ſanus, ſiue ſalubris eſt, alteri vero inſalubris, aut cum ad idem corpus, diuerſis tamē temporibus cōparantur, ut po tus quidem calidus Socrati habenti crudos humores in ventriculo ſa-lubris quidem erit, at ſi contingat ex malo victus regimine in eius ven triculo biliosos humores aggregari, inſalubris. Tacuit autem Gal. de neutro non quidē vt eius immemor, ſed breuitati ſtudens, quandoqui dem ex duobus extremis medium facile comprehenditur. Cęterū hęc quidem relatio, denominatioque ſalubris, & inſalubris ad corpus rela ta in duobus (ait Gal.) conſiſtit, ſalubria namq; fiunt, quando ut cor poris neceſſitas exigit & menſura, & qualitate opportuna adminiſtran tur, ſicut inſalubria, cum citra omnem neceſſitatem, & prēter modum afferuntur. Verum quis ambiget non duas, ſed tres à Galeno poni con ditiones, ſiquidem corporis neceſſitatem eius, quod ſibi offertur, quā titatem, & qualitatem ſtatuit. Quòd ſi reſpondeas, vt & Truſ. corpo-ris indigentiam tertiam non eſſe conditionē, quæ in cauſis animaduer tatur, licet ad corpus ipſum ſpectet, huic forte opponet idem, q̄ Gal. memorans, quæ inſalubria efficiuntur, inquit, at cum citra omnem ne ceſſitatem, ac prēter modum afferuntur, ergo neceſſitas inter cauſarū conditiones reponenda eſt. Ego igitur rectius dicerem, q̄ per neceſſita tem Gal. nil aliud intelligit, quàm quātitatem, ac qualitatem, quæ cor pori deficiunt, quæ quidem conditiones ſicuti in cauſis adeſſe debēt, ita in corpore deficiunt, ſi ipſum conſeruandū eſt; diximus namq; con ſeruationē ipſam lapſus inſenſibilis eſſe correctionē: propterea declā-rans quę fiant inſalubria, dixit, cum citra omnem neceſſitatem, ac prēter modum afferuntur, ut nō ſolū conditiones duas in cauſis exiſtē tes, ſed & quę in corpore deficiunt, connotaret, atq; hac interpretatio ne facilime tollitur ratio atq; reſponſionis obiectum: neceſſitas enim tertia conditio nō eſt, ſed in ſe duos corporis defectus nempè quanti tatem, ac qualitatem, quibus indiget, concludit: atq; ob id ſubdit.

Atqui hæ duæ ſunt circa ſalubre, & inſalubre intentiones, rei ſcilicet, quæ adhibetur, qualitas ac quantitas: neq; n. eſt ratio-ni conſentaneum etiā temporis occaſionem, quę in his, quæ dicta

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 483 sur 753

©BIU Santé

ſunt, cõtinetur, veluti tertium aliquod ab eiſdẽ diuerſum, introducere: ſi enim tali & tanta re allata egeat corpus, nemini dubium, quin etiam in tempore opportuno afferatur, ſiquidẽ occaſioni inde eſt ortus, quoniam fluxibile, ac facile mutabile eſt mortale corpus, ac pro tranſmutationis modo alijs alio tempore eget auxilijs: Quare non eſt tertium aliquod præter ea, quæ dicta ſunt, occaſio, ſæpius autem eo tanquã tertio quodam ob eã, quam diximus, cauſam ad docendum uti conſueuimus.

Dubitant interpretes, num duæ tantum ſint conſeruantium cauſarum, quæ ex ſex rebus nonnaturalibus ſumuntur, indicationes, ſeu intentiones, nam licet Gal. dubitet de tempore, ſoluatque tempus, ſeu temporis occaſionem ex corporis tranſmutatione, quæ in quanto, aut quali fit, ortum habere; & ob id tertium præter dicta ſtatuendum nõ eſſe, ſed ad docendum duntaxat; attamen eſt & alia ratio, quam cũ Argenterius validiſſimam putet, aduerſus Gal. (ut ſui moris eſt) infenſe admodum inuehitur: etenim ſi apud Galenum (inquit ipſe) ſcopi ſemper diſtincti ſtatuendi ſunt, vt & illos indicantia reuerà diſtinguuntur, qualitatem quidem, & quãtitatem remediorũ, affectus qualitas & quantitas indicant, occaſionem vero præſentia eorum, quæ remedia expoſcunt, & abſentia illorum, quæ ea impedire poſſunt, vt teſtatur Gal. ergo temporis occaſio à qualitate, & quantitate diuerſa ſtatuenda eſt indicatio: præterea ipſemet Gal. lib. ad Glau. à principio non ſolum remedia qualitate, & quantitate perfici exiſtimat, verum & eorundem vſus modo, necnon ex temporis occaſione, quæ præ omnibus cognitu difficilima eſt. Vnde ab Hippo. non ſine ratione ſcriptum eſt, eã eſſe præcipitem, quippe q̃ plerunq; nõ vulgares, ſed & p̃excellẽtes medicos aberrare facit: vlterius non ſolum hęc in remediorum vſu indicare videntur, ſed & ſubſtãtia ipſa rei offerendæ an ſcilicet, conueniat alterans, aut euacuans, aut replens, aut aliud efficiens remedium; aer namque quandoq; qualitate ac quantitate conueniet, at in ſubſtãtia indecens erit, quoniam putridus eſt, atq; corruptus: pariter nõnulli ſunt potus, qui quoad qualitatem ac quantitatẽ corpori conueniẽt, at cum ex tota ſubſtantia (vt inquit Meſues ex Gal. quoq; ſententia) corpus ſoluãt, ꝓptereaq; lubricum corpus eſt, minime cõpetẽt: poſtremò ordo quoq; in rebus exhibendis vt ſcopus alter hiſce addẽdus eſt; in ipſis n. multotiens cõmutatus ordo corpus ex ſalubri inſalubre reddit, vt nõ minimi apud medicos momenti eſſe videat. Verũ hæc oĩa obiecta aduerſus Gal. placitũ nulla ſunt, ſi rectè quis ſit ſcopus, ſeu intentio

Lib. de opt. ſect. ca. 35.

1. part. aph. primo.

©BIU Santé

tentio, ac indicatio, percipiamus; neq; n. mihi aliorũ reſponſiones ſatisfaciunt, nam etſi hoc loco de corpore conſeruãdo loquatur Gal. intentiones tamẽ has circa ſalubre, & inſalubre corpus adeſſe cenſet, ut non ſolũ in parte conſeruatiua, uerum & in curatiua aſſumãtur; item Gal. eas à curatiuis indicationibus ex Hippo. ſententia penitus auſert, inferius uero inter conſeruatrices dũ de uenereis verba facit, ſtatuere videtur. Intentio itaque quem σκοπὸν græci nominant (vt alibi à Patre meo determinatum eſt) eſt res in potentia in ſuis latitans cauſis, & finalis cauſa dicitur, quæ cæteras cauſas ad agendum excitat, ut quod eſt in potentia actu exiſtens fiat; vt exempli gratia auari ſcopus eſt, decem mille aureos lucrari, hoc quidem in potentia eſt, cæterasq; cauſas mouet, vt tandem ad actum producatur: etenim tunc ille merces parat, eas per mare tranſmittit, ac huiuſmodi operatur, ut tandem ſcopum hunc attingere poſſit; indicatio vero ex Galeni placitis eſt σημεῖον, ſiue expreſſio, aut repreſentatio eius, quod conſequitur, repreſentatur nãque nobis quicquid conſequens, faciendumve ſit; vt deficit in corpore quantitas, hæc utique quicquid conſequens, faciendumve ſit, repreſentat, nempè alterum quid in quantitate ei ſuplendum eſſe: Videamus modo ſi tempus rei, quæ adhibetur, corpori humano ſcopus, indicatiove eſſe poſſit, ſcopus quidem non, ſeu intentio, quoniam tempus non eſt res in corpore poteſtate exiſtens, quę cęteras cauſas ad agẽdum moueat, ut actu fiat, ſed qualitas & quantitas in corpore deficientes tãtummodo cauſæ ſunt, quæ præcipuè mouent qualitatem ac quãtitatem rei offerendæ, ut actu perficiantur; neq; minus ob eãdem cauſam rei offerendæ vſus, & ordo intentiones erunt, quippe qui in corpore res in potentia tales non ſunt, quę actum exoptent, quemadmodum antea declaratum eſt: indicationes quinetiã non ſunt, pariter & temporis occaſio, neq; ab aliis indicãtur, qm̃ neq; conſequũtur, neq; fiunt, ut quãtitas aut qualitas in corpore deficientes, cũ reficiendæ exoptent, à qualitate. n. & quantitate rei exhibendę pficiuntur, at tẽporis occaſio neq; conſequitur, neq; fit à p̃ſentia eorũ, q̃ remedia expoſcũt, & abſentia illorum, q̃ ea impedire poſſunt, ut Argenterius arbitratur, ſed ſicut tempus eſt quid rebus, q̃ adhiberi debent, extrinſecũ, ita & p̃ſentia, & abſentia rebus extrinſecæ ſunt: neq; valet illius rõ, quam ex Gal. efformauit, ibidem namq; & morborũ, & auxiliorũ tempora declarabat Gal. poſtq̃ prĩcipio capitis duas eẽ tpum apud medicos dĩas ſtatuerat: aliqua. n. morborũ tẽpora, aliqua vero auxiliorũ, dicẽs, q̃ medici illi cauſarũ motiones, morbi tpa dixere, vtpote initiũ, incremẽtũ, ſtatũ, & inclinationẽ, at auxiliorũ tpa ea q̃ ad ipſorũ adhibitionẽ idonea

4. Metho. med. ca. 5.

ſunt,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 485 sur 753

©BIU Santé

ſunt, quando ſcilicet remedium poſtulantia adſunt, prohibens vero nullum; declaratio itaque auxiliorum temporis ea eſt, non autem ꝙ vnum indicet alterum: idem enim ſecundum idem ſeipſum indicaret, quod quidem abſurdiſſimum cuipiam eſſe poteſt: neque minus remediorum vſus modus, aut ordo ob eandem rationem indicant, aut indicantur, quoniam nec quid indicent, certum eſt, nec a quo indicẽtur: Sed quid ad Galen. prim. ad Glau. dicimus nos, ꝙ eo loco non ſolum quæ per ſe indicant, deſcripſit, verum & quę per accidens in morbis ſpectantur, quę veluti principalium intentionum ſunt circunſtantię; nam ꝙ quis clyſtere nõ accipiat, cogimur nos glandibus, aut leui pharmacia compluries vti; ſic dũ virtus eſt imbecilla, licet pharmaci adhibendi ſit tempus, ob eam tamen ipſum dimittimus: atque hoc eſt, quod intendebat Galen. temporis affectus notitiam ad curationẽ quidem non facere, vt inter curatrices indicationes connumeretur, ſed ad cognitionem tantum affectus curandi, vel maxime conferre: pariter cibariorum ordo attenditur, non quidem vt ordo indicet, ſed quoniam eius accidit qualitati, vt cum hic quidem cibus craſſior, hic vero tenuior ſit, modo tardius, modo citius conficiatur: de ſubſtãtia vero a Galen. prętermiſſa, vt maxima in rebus exhibendis intentione quid dicemus? facilis vtique eſt ſolutio, ſi recte contẽplabimur ſubſtantiã ex qualitatibus agere, ſiue hę manifeſtę ſint, ſiue occultę; aer namque corruptus ex tota ſubſtantia, dum putrefacit, ob prauas in ſe qualitates, quæ totam eius corrumpunt ſubſtantiam, operatur; medicina etiam a tota ſubſtantia purgat non quidem vt ſubſtãtia, ſed vtali temperie prædita, (quicquid dicant nonnulli) quam ſanè qualitatis proprietatem eſſe voluit Gal. Meſues vero cœleſtem virtutem, ſeu formam ſpecificam, ſeu occultam qualitatem: Qua quidem in re valde increpandus eſt Argenterius, qui quidem quandoque ſubſtantiæ ſubſtãtiam contrariam non eſſe, interdum vero eam quoq; agere pfert: verũ hæc ſat ſint, aliàs fortè de his diffuſius agemus, vt autem in his duabus intentionibus cauſas omnes ſalubres contineri, demonſtret, ſubiungens poſtmodum Galen. concludit his verbis.

4. met. 5.

QVONIAM vero in his ipſis intentionibus & aliæ cauſę ſalubres, & id, quod ꝓpoſitũ eſt genus cõtinetur, rurſus caſdẽ repetamus.

Contextus hic duas habet expõnes, altera qdẽ eſt. Qm̃ in his duabus intentionibus (quantitate, ac qualitate nõ ſolũ añdictę cãę nẽpè aer ambiẽs, cibus & potus, ſomnus & vigiliæ, q̃ euacuãtur, ac retinẽtur, & alię accidẽtia, cõtinẽtur, verũ & cõplura alia, q̃ inter ea, q̃ ex neceſſitate nõ

alterant

©BIU Santé

alterãt, collocant; exẽpli gratia medicina, & hmõi; hęc.n. & ipſa rõnem hũc cauſarũ conſeruãtiũ ſiue ſalubriũ, pinde ac aliæ, ſi cõmode adminiſtrent; ſin incõmode, inſalubriũ, rurſus eas repetamus nõ q̃dem eodem modo vt ſupra in genere, ſed ſpeciatim; quandoquidem ex Ariſtotel. operationes non ſunt uniuerſalium, ſed ſingularium, non enim homo ſanatur aut ſeruatur, ſed Callias, particularis vè alius homo. Hęc utiq; expoſitio licet pro parte quodammodo poſſit conſiſtere, attamen quo ad alteram ẽ partem duas patitur inſtantias: primum quidem quoniam ſi Gal. ſuperius has cauſas non neceſſario occurretes explosit, cur hoc loco rurſus has vt cauſas ſalubres enumerat? ſecundo ſi & hæ cauſę ſalubres ſunt, cur de his mẽtionem non facit, ſicut eas proponit: dicẽt fortè hi, quòd de venereis differit, quæ ex non neceſſariò euenientibus ſunt. Verum falluntur, vt enim prius dictum eſt inanitio, & repletio, ſubſignificatiua facultate cadunt; neque etiam verum eſt exemplum de medicina, quam iſti inter res non neceſſario alterantes collocant, nam ſub cibo, & potu ſuperius a nobis repoſita eſt, cuius cauſam ibidem aſſignauimus. Altera autem eſt interpretatio, quam tutiorem eſſe putamus, quòd Gal. colligat ex dictis; Quoniã in his duabus intentionibus cauſæ omnes ſalubres ſunt tã propoſiti modo generis, quæ ſanitatem optimam habent, quàm eius generis tenent, quæ lapſa, rurſus eas repetamus, quemadmodum alij poſtmodum exponunt; ita vt per propoſitũ genus optimam corporis temperiem intelligat; cum autem ait in his duabus intentionibus alię cauſæ ſalubres continentur, aliam inferat tẽperiem, quæ ab optima dilabitur, de qua in ſequenti cap. ſermo eſt habiturus; Quo quidem poſito concludit.

2. ethi. 1.

Optimæ igitur corporis conſtitutioni, cum circunfuſus aer fuerit in temperie poſitus, earum rerum, de quibus nuper dixi mus, quietis ſcilicet ac motus, ſomni, vigiliæ, & eorum quæ aſſumuntur, atque excernuntur, quãtitas moderata conuenit; cum vero aer à temperie receſſerit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura receſſus.

Prima quidem huius cõtextus pars ſatis aperta eſt, quòd in optima corporis conſtitutione non ſolum aer temperatus requiritur, ſed & reliqua alia commemorata, tum quoad qualitatẽ, tũ etiã quoad quantitatem, vtpote motus & quies, ſomnus & vigiliæ, quę aſſumuntur, quęq; excernuntur: ſimilia namque exquiſite ſimilibus ad vnguem ſeruãtur. cur autem animę affectus ſubticeat Gal. uariæ ſunt ſententiæ; alij enim dicunt, quòd ex aliis intelliguntur; alij quòd cum hic in noſtra nõ ſint

poteſta-

©BIU Santé

poteſtate, ſed nunc quidem magis, nunc vero minus alterẽt quàm conueniat, a Gal. prætermiſſi ſunt: Verum vterque eorum falſa eſt opinio, priorum quidem quoniam uno pro exemplo propoſito reliqua etiã intelligete poterat, ſed cur hos duntaxat omittit? Erant quinetiam grauſſime poſtremi, qui hoc fatuum repreſentant animi accidentia a nobis reprimi nequaquam poſſe: quòd ſi hæc in noſtra nõ ſunt poteſtate, fruſtra aerem emendabimus: ſiquidem animi affectus non minus quam aer & reliqua quatuor non ſolum auxilium expoſcunt, ſed & contraoperantur. Nec minus eos increpo, qui Galeni mẽtem haudquaquam ſcrutantes, hoc quidem in lectoris animo indiſcuſſum deſerunt. Hos itaque rectius dicamus ſex omnia præſenti loco eſſe a Galeno comprehenſa; nam cum motus alius ſit animæ & alius corporis, anima quidẽ turbata mouetur, vt ſuperius demonſtratum eſt, tuncque noxam interdum corpori, interdum uero præſidium infert, de motu uero corporis non eſt, ut quid a nobis dicatur: Gal per motus non ſolum corporeos, ſed & animæ intellexit: At ſi dicat quis, motus & ſomnus nequaquam temperati eſſe poſſunt, motus enim magis vel minus ſemper calidum, ſicut ſomnus humidum corpus reddunt: dicendum eſt, quòd motus ſolus aut ſomnus non ſunt temperati, ſed cum quiete, ac vigiliis cõmixti temperiem efficiunt: atque ob id ſomnum cum vigiliis, ac motũ cum quiete ſemper recenſemus. In ſecunda huius contextus particula quid ſentiat Gal. diſſentiunt expoſitores, nonnulli namque volunt, inter quos eſt Argenterius, quòd cum ſupra dicat Gal. quòd optimę conſtitutioni conueniunt aer, ſomnus, & quies, ac reliqua enarrata, vt inquali, & quanto exquiſitã ſeruent mediocritatem, ſubdit, quòd ſi ab optima conſtitutione corpus recedat non ſolum aer, ſed & cætera omnia tantum ab ea temperie mediocri recedere debẽt, vt exẽpli gratia Socrates ad frigidum & humidum à temperie dilabitur, vt corpus hoc ſeruetur, tantum & aer & motus & quies, & reliqua alia ad frigidũ & humidum euariari debent: ſtatus namq; hi omnes a rebus ſimilibus iuxta qualitatem aut quantitatem adhibitis conſeruantur. Verum hæc expoſitio falſa penitus eſt, nam aer quomodo in ſanis poterit ad frigidum & humidum contrahi? neque enim in noſtra eſt poteſtate aerem, vt & reliqua, quandocunque volumus, alterare: ob id dicebat Gal quòd reliquas materias tum deligere, tum fugere licet, quam vero ambiens præſtat, ſiue ea ſit ad calidũ & humidum intemperies, ſiue ad frigidum & humidum, ſiue ad quaſvis qualitates fugere non licet, ſed præſenti cœli ſtatu nos vti neceſſe eſt, quinimmo in morbis ipſis cum ægrotantes in cubiculo reſident, ambiens, circumfuſusque aer cubiculi alterari

9. met. 14.

©BIU Santé

ri vix poteſt: quod ſi in morbis hoc valde difficile eſt, in ſanis vtiq; hominibus, qui aeri extra proprios lares plerunque ſe exponunt, non ſolum difficillimum, verum & impoſſibile: præterea Gal. hoc loco de optima loquitur conſtitutione, non autem de ea, quæ ab optima recedit, vt ex eius verborum tum ſequentium, tum præcedentium ſerie apertiſſime patet; quandoquidem primum proponit, optimo corporis ſtatui quænam auxilia præſtanda ſint, in ſequenti verò capite de eo agit, qui ab optimo deficit, cum ait. At ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, & quæ ſequuntur: ergò has duas tractationes confundere non debebat, alioquin & eadem bis incaſſum, confuſeque repeteret: item de ſtatu hoc ab optimo recedente mentionem non facit Gal. ſed ſolum de aere intemperato, ergò nana eſt eorum expoſitio; Alii autem, ut & Haly, exponunt, quòd propoſita prima ſententia nẽ pè optimæ corporis conſtiturioni pro eius tutela ſingula ſex nonnaturalia tum quantitate tum qualitate competere, hac parte ſubdit Gal. canones tradens, quonã pactò hęc ipſa immutentur, cum à ſymmetria deflexerint, vt corpus ipſum optime conſtitutum conſeruetur exemplo ab aere ſumpto, etenim ſicut cum aer intemperatus exiſtit, tanto reliqua omnia ad contrarium commutanda ſunt, quanto aeris uitiata temperies eſt, ſic & unumquodque ex aliis non naturalibus, ut pote cibus, & potus, motus, & huiuſmodi ſi ad aliquam qualitatum intemperiem accedunt, reliqua ex his omnia ad eandem contrariam qualitatem euariari conueniet, hoc nãq; mõ, vt in æquilibrio ſymmetriam corporis ſeruabimus. Hęc quoq; expoſitio, neq; vera eſt, neq; ad Galeni mentem, nã ſi reliqua oĩa p̃ter aerem medicus aut ipſemet temperatus ad ſui libitũ euariare poteſt, cur vnum aliis eget, uti æquilibrio ad ipſum contemperandũ? cibũ nãq; & potũ maiori minorive ĩ q̃titate, atq; hac illa vè qualitate p̃ditos corpori apponere, euacuationẽ ẽt, & retẽtionẽ, ſomnũ & vigilias, ac deniq; animi accidẽtia. qñcũq; volumus, contẽperare poſſumus: amplius non eodẽ mõ oĩa contẽperant, ergo aer oĩum exẽplũ eſſe non pót, aut ſaltẽ qũo cõtẽperent, Gal. debebat exponere. Sunt & alij non cõtẽnẽdi interp̃tes, inter quos eſt Truſianus, qui ſentiunt Cale. alteram proponere ſententiam circa aerem, quãdo intemperatus optime conſtituto corpori occurrit, nã ſi aer a tẽperamẽto declinat, nõ licet reliqua oĩa quãdoq; moderata, ſed in oppoſitum pari cum aere lapſu uergentia adminiſtrare: quod quidẽ aliis minime contingit, ſiquidẽ reliqua noſtræ ſubiiciũtur poteſtati, & quandocunque uolumus contemperantur: at aer (ut dictũ eſt) a ſuperioribus dependet; & ſupra artem eſt, idque potiſſimum in ſanis, ſecus

©BIU Santé

secus namque dicendum est de aere totius, ac de eo, qui in domiciliis nostris continetur: propterea in tuenda ualetudine ad duo hæc potissimum respicimus, vtpote aeris & corporis temperiem, sicut in curatiua ad tertium quoque morbum nempè ipsum: & quemadmodum Gal. tres ex his in morbis præcipuas indicationes elegit, non quidem perpetuò, sed cum aer morbo reluctatur, ita in sanitate conseruanda duę quoque præcipuę eligendę sunt, cum aer corpori temperato aduersatur, ita vt aer non solum auxilium sit, & corporis causa cõseruãs, verum & ipsum auxilio indigeat; vt si contemperari non possit, ne corpori noceat, alia saltim sibi opponantur, quibus corpus aeri obsistat. Verum hęc interpretatio licet aliis melior sit, nonnullas tamẽ patitur oppositiones, quandoquidem hieme aer ad frigidum vergit, & humidum, non tamen ei omnia per contrariam qualitatem adhibentur, si quidem hieme somni sunt longissimi, uigiliæ uerò quàm breues, somnus verò corpus humidum, sicut uigilię siccum reddunt: insuper cibo & potu validissime corpus afficitur, ergò sat est vnum aeri contrario resistere, non autem omnia quinque: quinimmo si uidemus multotiẽs cibum & potum magis quàm aerem corporis temperiem immutare, quanto magis si quinque simul aeri oppositа iuxta parem lapsum aduersus corpus temperatum reluctabuntur? Quod si is dicat qui hanc sustnet expositionem, quòd cum aer temporis diuturnitate ualidius corpus afficiat, qnàm reliqua omnia, sicut diuturnis morbis variablanda adhibentur auxilia, quæ tempore quoque morbos depellant, sic aeri hęc quinque opponimus non quidem in excessu, sed mediocriter contraria, ut eius damno paulatim obsistamus: contra hæc ipsa in eo gradu per contraria sunt admouenda, ut censet Gal. ergo non mediocriter oppositа; insuper accidentia animi continua citius quàm aer hominem ad senectutem perducunt, ergò aer præ aliis sui diuturnitate corpus non afficiet. Quocirca locus hic rectius à nobis interpretãdus est tum ad Gal. mentem, tum etiam secundum rei ueritatem, quòd si in corpore optime constituto aer intemperatus sit, aut ipsummet aerem, si fieri potest, tanto a mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura recessus, aut si aer immutari non potest (quod quidem ob rationes superius enarratas ut plurimum euenit) emendãdus est cũ aliis quibusuis tantundẽ à mediocritate per cõtrariũ euariantibus, si n. nnũ satis est ad aerẽ cõtemperãdum, id etiam solum ad oppositum ducendum erit, sinautem id nequaquam sufficiat, altero etiã vtendum erit, donec oppositо aeri obsistamus; in reliquis uerò ex his mediocritas seruetur, ne sui excessu temperatum corpns afficiatur: pro

prima aph. par. 15.

pterea

©BIU Santé

pterea Gal. indefinite hoc non loquutus est, ne quis putet omnia aduersus aerem opponenda esse, ut alii censebant, quandoquidem si tot iunctim pari lapsu à mediocritate in oppositum cum aere recederent, dubiò procul corpus ipsum ab hisce magis afficeretur, quàm ab aere, cuius quidem nostrum non est intentũ, neque hoc cõsentiret Gal. quam quidem sententiam ex duobus Galen. locis confirmamus; altero quidem ubi de aere loquens, dum corpus calido & sicco morbo laborat, ait; ubi igitur cum medendi indicationibus consonat, pro gratia habẽdum est, si cubi aduersatur, inhibenda eius noxa est, scilicet reliquorũ auxiliorum humiditate, ac frigore intensis, adauctisque; dixit autem non omnium auxiliorum, sed absolute reliquorum, utpote quæ apta sint, oppositas qualitates corrigere; insuper subdẽs aerẽ ipsum corrigere edocet, cum ait; Sedulò igitur agendum est, ut ambientem quoad fieri potest, qualem esse expedit, præpares, scilicet humidiores, frigidioresque domus tum deligens, tum præparans; altera uerò dum Gal. docet, quomodo aeri intemperato obuiandum sit, licet de intemperatis corporibus ibidem loquatur; etenim & de temperatis sermo esse potest, nam, inquit ipse, si humidus & frigidus sit aer, calefacienda corpora sunt, maxime frigidiora, & humidiora exercitationibus plurimis, vinc modicum calido, prout opus erit, non autem omnibus, vt alij sunt arbitrati. Num vero eodem pactò de aliorum quibusuis, dum excedunt, vice versa eorum quippiam per oppositum trahere debeamus, vt exempli gratia cum in corpore temperato cibaria in frigiditate & siccitate excedunt, somno longiori, qui tantundem calefaciat, ac humectet; corrigenda sint, quòdq; Gal. aerem pro exemplo reliquorum statuat; dicere possumus, hanc quoque Gal. mentem esse potuisse; verum quòd omnia simul necessariò concurrant, vt illi ponebant, minime uerum esse censeo ob eam, quam supra tetigimus, rationem. Vt autem declaret, quomodo mediocritatem in his inuenire valeamus, ab aere primum exordium desumit.

5. meth. 14.

1. Epid. sec. 2. com. 7.

Hi verè sunt mediocritatis termini: in aere quidem ambiente, vt neque horreat propter frigus, neque sudet propter æstum.

Quemadmodum corpora temperata latitudinem quãdam habent, quam præterire nequeunt, ita & auxilia in quadam latitudine mediocrem seruant temperiem, vltra quam non amplius talia dicuntur; atque hi mediocritatis termini nuncupantur; neque enim intentio Gale. est de ea exquisita temperie verba facere, quæ aut cerni non potuit, aut ictu oculi pertransiuit. Ab aere uero exordiens ex eius affectu

©BIU Santé

ctu moderatam temperiem colligit; talis autem affectus est, quem ex Xenocrate desumpsit Gale. vt in aere corpus ipsum neque horreat, neque sudet, vtpote quòd alterum quidem ex frigore, alterum vero ex æstu proueniat. Circa quem, ut quæ ab eo scribuntur, rectius intelligãtur, nonnihil discurrendum censeo: aer itaque temperatus (ut dictum est) non in puncto, sed in non modica quadam primarum qualitatum latitudine consistit, vltra quam pertransiens insignem corpori temperato noxam relinquit: nam si in frigore excedit, cum frigiditatis proprium sit, vt humores ad intima propellat, in huiusmodi reuulsione horror quidam percipitur: & licet ex aeris frigiditate corpus frigidum in primis reddatur, mox horror consequatur, Gal. tamẽ ex horrore, non autem ex frigore metam aeris intemperati constituit, propterea quòd voluit ipse corpus temperatum non adeo angustis præsidiis conseruari, sed talibus, quæ illi manifestam saltim noxam non inferãt; nam etsi corpus frigore afficitur; frigus tamen apertam illi molestiam non infert, quemadmodum horror, etenim sicut hi, qui in manifestam patiuntur naturalium actionum læsionem, nondum ęgri, sed neutri dicuntur, ita aer hic, qui corpus quodammodo refrigerat, nondum ad intemperiem peruenisse dicetur, nisi ex frigore ipsum corpus exhorrescat: ob id eorum nequaquam approbo uersionem, quę habet [ut neque rigeat propter frigus] tum quia græcus codex non eo modo iacet, tum etiam quoniam nullam inter horrorem ac rigorem non solum in sanis, uerum & in ipsis ægrotantibus differentiam constituunt, in quẽ quidẽ errorem grauissimi hercle uiri elapsi sunt, ut libro de tremore, rigore, & palp. scripsit Gal. ac quod peius est, Galeni quoque interpretes, qui de frigore, horrore, ac rigore ipsum diuersimode loquentem animaduertentes, pugnantia scripsisse putarunt, quem quidem cum a liis saluare cupiant, & ipsi à Galeni mente, ac ueritate uel maxime aberrarunt, alii namque rigorem esse cum tremore refrigerationem existimarunt, alii autem ut Plato in Thimeo, ac post ipsum Atheneus Attalus rigorem & tremorem idem esse putantes in reluctatione, quassationeque frigoris passionem, nonnulli uerò rigorem sensilem refrigerationem, & alii non sensilem frigiditatem, sed dolorosam, qui uerò horrorem & rigorem adinuicem distinxerunt, horrorem cutis, cutiq; uicinarum partium, rigorem uerò uniuersi corporis affectum statuerunt. Qua de re Gal horum posteriorum sententiam recensens libro præcitato, neque eam palam increpans, ut fermè illi fauere uideatur, interpretibus occasionem dedit, ut ipsum sibi ipsi aduersari crediderint, libro namque secundo de sympt. caus. horrorẽ à rigore secundum

magis

©BIU Santé

magis & minus duntaxt, nõ autem ratione partium distinxit; materia etenim quæ immodice mouetur, horrorem generat, at si vehemẽtius exagitetur, ac magis acuta sit, ac mordax, rigorem. Nos autem missis, quæ aduersus vereres, & præcipue Platonem, ac Atheneum à Galeno conscribuntur, veram rigoris, & horroris & in sanis, & in egrotantibus distinctionem aperiemus, neque enim idem est in sanis horror, qui & in ægris, atque hoc est illud, quod ipsos aberrare coegit. In sanis itaque horror & rigor penès loca distinguuntur, nam frigiditas aeris feriens cutim, humores primum circa ipsam existentes fugat, ex qua quidem partes illę horrent, siquidem non admodum vehemẽs est motus, at si profundius, ac vehementius retrahantur. rigor hic nuncupatur: propterea Gal. illos nec ꝓbat, nec reprobat, qui huiusmodi sentẽtiã sustinuerũt, sed in hoc eos vitupat, ꝙ absq; distinctione loquuti sunt: Vnde subdit cõfestim; Cæterũ sana hominũ corpora alio, diuersoq; mõ rigore affici dicimus, nec modũ hũc ad omnẽ dolorosã frigiditatẽ extẽdimus; supius namq; veterũ posuerat opinionẽ, qui nulla adhibita distinctione rigorẽ & horrorẽ tum in sanis, tũ in ægris descripserũt, nẽpè ꝙ rigor & horror & sẽsilis sit refrigeratio, & dolorosa, & cutis, & vniuersi corpis affectus. In ægris ãt corpibus cũ rigor & horror nõ ab externa ꝓueniat cã, sed ab interna, & ꝑter nãm adiuicẽ sin magis & minus potissimũ seiũgũtur, quẽadmodũ recte docet Gal. & talis rigor, aut horror vt plurimũ dolorosa est refrigeratio, sicut, q̃ĩ sanis vr plurimũ absq; dolore: Vñ Gal. Hip. authoritate hoc ipsũ corroborãs cõcludit. Illi igit q̃ morbosũ rigorẽ frigiditatẽ esse dfiniũt, nil aliud dfinire uidẽtur q̃ eũ rigorẽ, q̃ sana dũtaxat corpa ĩuadit, quãuis vniuersum rigoris genus de quo medici penitus loquũtur, ꝑ dicti viri dfinire intẽderũt; sic. n. Hip. dixisse arbitror à febre ardẽti habito rigore supueniẽte solutio: nõ igitur cũ in corpus febrientis frigidã infundes aquã, rigorẽ facere poteris, sed febriẽti rigor aduenit cũ exiterna corporis disp̃one excitat, euocaturq;, & ex eodẽ Hip. Rigores incipiũt mulieribus q̃dẽ ex lũbis magis, & ꝑ dorsũ ad caput, sed & viris pte corporis posteriore magis, q̃ anteriore: in hoc etenim aphorismo, sicut & alibi sæpius nõ rigorẽ bene valẽtibus occurrẽtẽ, sed morbosũ Hip. ꝓtulit, q̃ q̃dẽ frigefactio est dolorifica cũ quadã totius corpis inæquali quassatione. Perperã igitur trãsferũt hi [neq; rigear propter frigus] nã terminus noxę primus in temperato corpore non est rigor, sed horror, quẽadmodũ dictũ est: De causis autem rigoris & horroris hoc loco subticendũ censeo, quoniam non de his, vt in morbis, sed vt in sanis fiunt, verba facimus. Quod si aer ad calidum excedit, huius terminus sudor est, de quo altero libro fusius

lib. de tre. & p. Ipi. 6.

4. Aph. 58.

5. Aph. 69

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 493 sur 753

©BIU Santé

a nobis dictum est, id autem hoc loco tantum dixisse sufficiat, sudorẽ hunc, de quo nunc agit Gal. non ab internis prouenire causis, vt cum quis valde mouetur, sed ab ambiente dũtaxat, qui veluti cucurbita sanguinem a centro ad circunferentiam attrahit; ex quo postmodũ nõ solũ humores, verũ & crassiores per cutis foramina copiosius diffiantur vapores, qui aeri expositi condensantur, ac ad aqueã substãtiã vertũtur Proinde circa huiusmodi signũ videtur nõnulla efficere difficultatẽ, in primis quidẽ qm̃ si quis aeri tẽperato in aere nudus se exponat, nõ solũ refrigerabitur, sed & non modicũ exhorrebit: insuper non solũ corpora tẽperata in aere calido exsudant, & frigido horrent, sed & in tẽperata calida, quẽadmodũ sunt ea, quæ meatus satis apertos habent; tunc enim ob meatuũ apertionem facile aer frigidus introcluditur, ob quẽ calor ad intima percurrit, & naturalis calor vi aeris ambientis calidi excitatus humores ad exteriora propellit, & sudorem efficit, quo supra diximus modo: præterea cur est, quòd Gal. inditium non tradit, quomodo humidi ac sicci aeris excessum dignoscamus, sicuti calidi, & frigidi, ac quod magis opus erat, quantitatis ipsius? primæ quidem difficultati facillime reparamus, si huius causam intimius contemplamur: non enim homines nudi vere horrent, nisi prius vestimentis fuerint induti, horrent autem quia dum exuuntur, meatus rarefiunt, aer verò frigidus respectu caloris nostri, licet in se temperatus sit, facile penetrat, & partes sensiles confestim compungit: ob id aer manus non afficit, ac præcipue internam manus partem, quoniam & magis est temperata, neque ab vllo extrinseco rarefit; ad secundum autem dicerem, quòd licet intemperata nonnulla utrunque patiantur, non tamen æquè, vt ea, quæ moderatam habent temperiem, per se namque ob temperiem ipsam quæcunque optimo constant habitu, vtrunque aeris excessum percipiunt, at intemperata ex accidenti ob meatuum apertionem æque & sudorem & horrorem compatiuntur; quod quidem non negat Galen. qui effectum hunc ut exemplum ad aeris potissimum temperiem demonstrandam descripsit: ob id tertio quæsito à nobis proposito respondendum est, non quidem ut alii, quòd sub hoc effectu aeris humiditatem & siccitatem connotat, sed rectius quòd hoc ut exemplo reliquas aeris intemperies comprehendit: parirer & aeris quantitatem, quam iuxta exiguam, aut longam in eo moram metimur, etenim quantitatem moderatam in aere æstiuo ex pauca admodum mora ante sudoris initiũ sicut hiberno tempore ante inchoatum horrorem censemus: q̃ si quis æstate aeri diutius se exponat, & sudet,

©BIU Santé

det, illum aeris moderatã quãtitatẽ pertranſiiſſe dicemus: ſubdit mox exemplum quoad moderatam motionem atque quietem, dicens.

In exercitijs autem cum primum laſſari cœperit corpus, confeſtim quieſcere.

Dixit autem in exercitijs, ne quis ut ſupra animi quoq; motus intelligeret, & qm̃ exẽplũ in motionibus tradere propoſuerat; quod quidem nõ generis eſſe dẽt, ſed ipſorũ ſub eo particulariũ: Vt nunc quæ de exercitii moderate notis in corpore tẽperato à Gal. ſcribuntur, exquiſitiſſime poſſideamus, in primis quid ſit exercitiũ, quotq́ue eius dr̃iæ inueſtigabimus, mox quo tempore, & quãtũ & quale efficiatur, poſtremò eius maximũ uſum oſtẽdemus, ex quo noſtrę tẽpeſtatis hominum ignauia cõprehendetur, qui tam neceſſariis ad uitam humanã neglectis ocio torpentes à ueteribus inſtitutis mirũ in modũ deflectuntur; inſequemur aũt Gal. potiſſimũ quęcunque ab eo hinc inde libris de tuend. valet. ſcripta ſunt, colligẽtes, addẽtes quinetiã quæ ab alijs cõcinne ad modum literis mandata ſunt. Motus itaque corporis ab exercitatione, ut genus à ſpecie diſtinguitur, non. n. quilibet motus eſt exercitiũ, ſed uehementior, cuius quidem uehementiæ terminus anhelitus eſt alteratio; in quibus nãq; anhelitus nõ alteratur nõdũ exercitiũ hoc nũcupamus: ob id motus quidã uni exercitiũ, alteri uerò motus dũtaxat eſſe p̃t: exercitationis aũt duę ſunt ſpecies, quædã exercitia tãtũ, alię uerò exercitia & opa; exercitationes tãtũ modo ſunt lucta, pugillatus, curſus, ſaltus, diſci, ſeu palli iactus, pillę ludus. ac huiuſmodi; at quę exercitia & opera, ut fodere, remigare, arare, uites putare, geſtare onera, uenari, piſcari, domos ędificare, naues conficere, & id tale genus: inſuper exercitiorum alia quidem unam magis, quam alteram partem fatigant, alia uerò totum ęque corpus; remigare namque diſciq́ue iactus magis brachia, quàm reliquas corporis partes fatigant, pillę uerò ac potiſſimum paruę ludus uniuerſum æque corpus. Proinde exercitij tempus eſt, ex Gale. ſententia, cum corpus & à primę, ſecundęque digeſtionis ſuperfluitatibus, necnõ a prauis, crudisq́ue humoribus mundum exiſtit. nam cum cibus tres ſuſcipiat coctiones in ſtomaco, hepate, ac uenis, commodiſſime nos ipſos exercemus, cum poſt duas priores coctiones poſterior celebratur, ꝙ ſi quis exercitio utatur, aut poſterius, aut priuſquam hactenus cibus duplici coctione ſit confectus, eaq́ue agitur, quę in uenis fit, ac nouum iam cibum denuò tempus inſtar, alterum ex his conſequetur incommodum, aut homo crudis repletur humoribus, aut in eo bilis flaua augebitur; exercitatio namque

3. de tuen. ualet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 495 sur 753

©BIU Santé

ante tempus facta humores incoctos ad membra rapit, ſicuti præpoſtera eoſdem accendit, & ſubtiles ad flauam bilem conuertit: quæ verò à cibo nonnunquam fiunt exercitia ex Hippoc. Gal. Auicennaq; ſententia deambulationes tantum ſunt, ut cibus ad fundi ſtomachum facilius condeſcendat, meliusque poſtmodum conficiatur: ob id licet vulgo à medicis dici ſoleat verſus ille; Poſt prandium ſtabis, poſt cœnam mille meabis, falſus vtique eſt, & ita caſtigandus, poſt cœnam molle meabis, hoc eſt lente admodum, non enim priuſquam ad uentriculi fundum cibus deſcendat, dormitum accedendum eſt: Hinc etiam valde allucinantur, quicunque tertiam iam completam coctionem in exercitiis expectandam iubent, moti Aui. ſententia male intellecta, ſiquidem credentes Aui. iubere, vt ter duobus diebus comedamus, in primis quidem tempus inter cibum & cibū per 16. horas computant, qñquidem quadragintaocto horæ duorum dierum ſi in tres ſeccentur partes, tres complent cibationes, mox ante cibariorū exhibitionem prius corpus exercendum præcipiunt: at in eo ſpatio non ſolum duæ priores, ſed & tertia confectæ ſunt coctiones, nam vt ab eodem ſcriptum eſt, decem ad plus horæ perfectam in ventriculo coctionem complent. Verum non ſolum hæc ſententia falſa eſt, ſed & aduerſus Auicen. mentem, non enim id ſentit Auic. ſed quòd in his, qui nondum conſuetudinem aliquam in commeſtione contraxerunt, melius eſt, ut una quidem die bis comedant, altera uero ſemel tantum, cum autem bis in die, mane ſ. & veſperi cibariis veſcuntur ſex decim horæ inter alteram, & alteram commeſtionem nequaquam interponuntur, ſed decem tantum, vt conſentit Aui. neque ob id tamen quicquã de exercitio utrobiq; concludit; cur autẽ hoc pactò cõſulat, vt cibentur hoies, alibi fortè fuſius dicemus. porrò exercitationis tẽpus opportunũ ex ipſius urinæ colore facillime dignoſcet, etenim urina, q̃ aquę ſpẽm repſentat, ſuccũ à uẽtriculo cõfectũ adhuc i hepate, ac uenis crudum eſſe indicat: quæ uerò mediocriter pallida, uel ruffa eſt, perfectã ſecũdã eſſe coctionẽ; at cum intenſe admodũ ruffa eſt, ac biliosa, iam dudum ſuccum eſſe cõcoctum: Non eſt autem ex Galeni placitis ualida cõfeſtim ineunda exercitatio, ſed prius totũ cõrpus molliẽdum, ac excremẽta extenuãda, & carnis meatus laxandi, alioquin periculum imminet, ne quæ piam ex ſolidis partibus rũpatur, conuellaturve; aut ne excremẽta ui ſpiritus & caloris ex exercitatione accenſi impulſa prędictos poros obturẽt: qua de re moderata frictione uniuerſum corpus prius excalefaciẽdum eſt, adeo ut circumactus manuũ graues non ſint, ut comprimat, modiceq; celeres, atq; adeo molliendum, donec rubor

primo cano. fen. 3. doc. 2. c. 7.

13. 3. trac. 3. cap. 8.

quidam

©BIU Santé

quidam floridus totum per cutim conſpiciatur; quo quidem apparente mox oleo nudis manibus quæ medium inter molle, durumque modū ſeruēt, fricādū eſt, vt corpus mediocriter ſe habēs neq; nimis coactū conſtrictūq; ſit, neq; minus noxiū; ſed primo mollius fricādū, mox paulatim fortius, donec caro citra leſionē comprimatur; neq; diu hac validiore frictione vtendum eſt, idque potiſſimum in pueris; in cæteris nāque grandioribus quāto grādiores erūt, tāto & duriori vtemur frictione. Cæterū quoniam frictiones (vt dictū eſt) corpora ad exercitationes præparant, operepretium eſſe arbitror, nōnihil de frictionū varietate, differentiiſque earū diſſerere: varię namq; frictiones eſſe debēt tū quidē ſuperne deorſum, tū inferne ſurſum, partim in ſubrectum, quod à recto parū recedit, partiī obliquū, quod mediū eſt recti atq; obliqui, modo in obliquū, quod recto cōtrariū eſt, mō in ſubobliquū quod paululū ab obliquo ad vtramq; partē declinat; non alia ex cauſa, niſi vt ex omni parte, quoad fieri pōt, fibræ fricētur: proinde frictionū duæ ſunt differentię, altera quidē ex qualitate, dura, mollis, & mediocris, altera vero ex quātitate pauca, multa, & mediocris, dura quidē ligat, cohibet, atq; cōſtringit, mollis mēbrū reddit laxū, ac ſoluit, mediocris mediocritatē ſeruat affectus: parua neq; gracilitatē facit, neq; carnis incremētū, multa corpus gracile reddit, qm euaporare ſinit, & mediocris in quāttitate carnē adauget: Ex his ār ſimplicibus differētię compoſitæ reſulant, quā doquidē frictionis qualitas ablq; quātitate & quātitas ſine qualitate cōſiſtere non pñt: ob id dura & pauca ligat corpus, neq; gracile reddit, neque carnē adauget, dura & multa ligat corpus, & gracile reddit, dura & mediocris ligat corpus, & carnis incrementū facit; mollis & pauca corpus ſolvit, neq; corpus gracile reddit, neq; carnis incremētū, mollis & multa corpus ſolvit, & gracile reddit, mollis, & mediocris corpus ſoluit, & carnem adauget; mediocris & pauca mediocrem corporis affectum ſeruat, neque incrementum, neque decrementum carni tribuit, mediocris & multa mediocre corpus ſeruat, & gracile reddit, mediocris & mediocris mediocre corpus ſeruat, & carni incrementum exhibet. Cum itaque temperatus homo, de quo noſter eſt ſermo, ſanus ſit, & inter omnes exceſſus medius, ita vt noſtrum non ſit eum reddere neque molliorem, neque duriorem, neque graciliorem, neque craſſiorem nequaquam frictione multa vtendum eſt, quoniam extenuat, nec mediocri, quia incraſſat, nec molli, laxat enim, nec dura, propterea quòd ligat; ſed pauca & mediocri, ita vt ad exercitationem paretur: primum igitur talis frictio mollis fiat, ad finem uero, dum exercitium eſt aggreſſurus durior, hoc enim pactò

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 497 sur 753

©BIU Santé

molliet, meatus aperiet, totum corpus calefaciet, & corporis denique qualem ab initio ſuſcepit, naturam ſeruabit. Quod ſi aberrare cõtingat, id quod erratum eſt, ad durũ quàm ad molle potius ſpectet, receſſus namque à mediocritate parui in cute retinentur, nullaque pars interior alteratur: quòd autẽ tutior ſit receſſus ad durum quàm ad molle ea ratione declaratur, nam ſi denſiſſimam, duriſſimamque cutim moliamur, vt per ea facilis tranſpiratio efficiatur quanto ad duritiẽ accedet, tanto etiã facilius trãſpirabit, ſicut è cõtra cũ ad mollitiem uerget: etenim denſitate, & duritie melius eorum violentiã fert quæ foris ei propinquiora fiunt: at ꝙ melius ſit ad durius & denſius, quàm ad mollius, laxiuſque declinare, eò declaratur, quod defectus trãſpirandi exercitio reſarciri, ſed iniuriarum promptitudo ab externis haud facile corrigi poteſt; quinimmo aliud affert incommodum, quoniam non ſolum excrementum, ſed & quod bonum eſt, euaporat: at ſi contingat in quantitate aberrare tutius eſt, vt ad minus, quàm ad multum declinet: proinde fricandus eſt homo in regione temperata, quandoquidem in intemperatis temperatus non oritur homo, aut rarò, & medio vere, ac in meridie, ne naturalis temperamenti vis ab aere ambiente commutetur; eademq; ratione domus, in qua tale corpus eſt exercenduu, neque calidior, neq; frigidior, quàm totius ſit vrbis aer, eligatur; æſtate vero & hieme arte parandus, nam in calidiori cõfeſtim exudabit, in frigidiore uero neque calefiet, neque partes molles efficientur, neque floridus rubor oſtendetur, neque tandem partes (vt decet) intumeſcent; rubor namque & tumor in aere, & corpore temperato frictionis mediocris inditia ſunt, qui enim fricantur, vt eis caro augeatur, in his à frictione deſiſtendum, cum corpus intumuit, & fermè ad ſummum tumoris peruenit: his vero, qui ad exercitationes parantur, longè prius deſiſtendum, neq; ad ſummum illum tumorem deueniendum. Atqui frictionum numerus oratione definiri nequit, ſed ſi is primo die numerus ex eo, qui exercendus eſt, exacta coniectura haberi non poteſt, cum illius nondum experientiam habeamus, ſequentibus ſaltim diebus in dubia experientia comprehendetur. Cęterũ poſt frictionẽ præparatoriam tale corpus exercendũ eſt, cuius quidem exercitationis in primis menſura ſeu quantitas eſt contemplanda: mẽſura itaque eius primo die exacte haberi non poteſt, quoniam experientia corporis exercitandi prius tenenda eſt; corpus autem neque ignauum ſit inter exercendum oportet, quale id eſt, quod in ventre, aut toto corporis habitu frigidum humorem collectum obtinet, quodque plectoricum eſt, & recenter à frigore affectum, nec non natura frigi-

©BIU Santé

gidius, atque potiſſimum cum humiditate coniũctum, neque valde au dax, quàm conueniat, vt ſunt corpora, quæ calidius habent temperamentum, quæ laxis viribus adhuc exerceri audent, ſicut prædicta frigida ab exercitatione deſiſtunt integris adhuc viribus: verum de intemperatis aliàs dicetur, nunc autem de homine optime cõſtituto; cum .n. is neque calidum habeat corpus, neque frigidum, neque ſuperbus ſit, neque demiſſus, ſed mediocritatem denique teneat non ſolum in his, quæ ad corpus, ſed & ad animũ ſpectant, ſicuti tunc cibos, ſomnum, & alia id genus reſpuit, cum eis vltra non eget, pariter tunc frictiones, & exercitia renuet, cum eis amplius non indigebit, atque in huiuſmodi corpore talis eſt meta, ac terminus exercitationis: porrò quoad exercitii genus, quod quidem bifariam ſuperius diſtinximus, temperatũ corpus id eligat oportet, quod non operis, ſed exercitii tãtum efficiatur; quod enim operis eſt, quandocunque deſeri non poteſt; nec non quod totum ęque corpus, quàm partem aliquam magis fatiget, niſi quod prohibeat; nam qui aliquibus in partibus quempiam affectum facile contrahere ſunt aſſueti, eas vtique partes nequaquam exercere debent; exempli gratia ſi quis ex leui cauſa vertigines, aut comitiales morbos, aut ophtalmiã, aut aurium dolores incurrere ſit aſſuetus; his caput haud eſt exercendum, ſed partes potius inferiores, vtpote curſu, atque deambulatione; quibus vero partes infernę malis quibuſdã affectibus obnoxię ſunt, ſuperiores exercẽdę, ſicuti quibus medię alicui malo ſubiiciũtur, ſi magis fuerint ſuperiores per inferiora, ſi magis inferiores, per ſuperiora exercitationes conuenient: at quibus præciſe mediæ partes laborant, utræque & ſuperiores, & inferiores, quemadmodum recte docebat Galenus ſubdens; quod partes imbecilles ſenibus exercitandæ non ſunt, alijs vero tanto magis, quanto à ſenio remotiores ſunt, vt habenti crura gracilia ea picari, & modice fricari, & vti curſu conducet: atqui in temperato corpore (de quo præſens eſt ſermo) omnes ęque partes ſunt exercendę, quandoquidem vnà pars altera imbecillior non eſt, neque ægritudinibus magis obnoxia. Exercitationum autem variæ ſimplices ſunt qualitates, alia enim celer eſt, aut tarda, vel inter vtramque media, quædam rurſus cum robore, ſiue uehementia, aut ſine robore, aut mediocris, adhęc alia breuis, & alia longa: lenta quidem exercitatio corpus obœſum reddit, præſertim ſi & parcior exiſtat; celer autem gracilius, præſertim ſi longa & cum robore; robuſta vero durius, ſi longa potiſſimum ſit, ſicut imbecilla mollius; idque potiſſimum ſi breui tempore fiat; longa vero corpus ſiccat, breuis mollit, & mediocris in mediocri ſtatu hominem reddit: propterea cum

5. de tuẽd. ualet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 499 sur 753

©BIU Santé

hæ ſimplices qualitates adinuicem multifariam commiſceantur, exercitia quoque uariis nominibus nuncupantur: ſi enim exercitia cum robore & celeritate fiunt, uehementes dicuntur, ſicut cum robore ſine celeritate, ualētes; utpote fodere terrā, aut ſublato onere maximo uel manere, uel paululum ꝓcedere, inſup accliuis inambulatio; reliqua nā que mēbra ueluti onus ſuſtinentur ab his, quę primo mouentur: quod itidē de aliis dicendum eſt. Porrò his diuerſis in qualitate exercitationibus in varijs hominum vtimur temperaturis; calida namque & ſicca corpora lentis & exiguis exercitiis indigent, frigida & humida validioribus atque exiguis; at temperatū corpus (vt dictum eſt) in omnibus mediocritatem ſeruet oportet; ita tamen, ꝙ omnes corporis partes alterentur; ob id exercitium hoc abſque robore eſſe non debet, nā ex Gal. mēte robuſta exercitatio quæq; cum celeritate fit, quippe quæ actio eſt à voluntate proueniens; in primis muſculos, & neruos, atq; tēdones maxime fatigat, ex accidenti vero & arterias, cū quibus oſſa, venæ, carnes, ligamenta, & reliquæ deniq; partes vna cientur: nō modicū etiam confert intelligere exercitationum vſus, qui ratione corporibus apponuntur; quandoquidem aliud eſt perpetuum exercitiū aliud vero iterciſum, aliud æquale, ac aliud inæquale; ad hæc aliud cū ordine, atq; aliud citra ordinem: inſuper quo ad extrinſeca vſus quin etiam ſpectatur, alia fit exercitatio ſub dio, alia ſub tecto in vmbra, aut loco calido, vel frigido, vel medio aere, & huiuſmodi: alia præterea cum puluere exiguo, vel multo, vel ſine puluere, atque alia cum oleo multo, vel exiguo, & conſimilibus; talis autem varius exercitiorum vſus eſt adinuentus, quoniam omnes nec temperie nec viribus eiſdem conſtāt; vbi enim vires perexiguæ ſunt, raro & crebro exercendum eſt, nec non fricandum, vt in ſenibus, atque vna interciſum exercitium eſſe debet; vbi vero vires validę, perpetuum, æquale, atque cum ordine; calida quinetiam corpora in vmbra, frigida ſub ſole potius, ſicca ſine puluere, humida vero cum puluere exercitiū expoſcunt: Verum temperatum corpus mediocrē exercitii vſum requirit, loco quidem temperato, vt ſupra determinatum eſt, non interciſe, ſed cōtinuate cum ordine, atq; æqualitate. Peracto cōuenienti exercitio apotherapia hoc eſt recreatoria frictio ſequatur oportet, quę duplicem habet ſcopum, alterū cum exercitatione cōmunē, nimirū vt corpus ab excremētis purgetur, alterum vero, ꝓpriū, vt corpus tutū a laſſitudine reddat; hāc Gal. maxime Athletis cōuenire cenſet, atque aliis, qui corpus opere fatigant, vtpote qui fodiunt vel iter agunt, vel remigant, aut aliquod tale opus vitæ neceſſarium efficiunt;

1. de tuen. ual.

3. de tuen. uale.

©BIU Santé

efficiunt; his namque lassitudines præstò sunt, nisi apotherapia viten-
tur; sed cum temperatum corpus omni seruitute vacet, tantumque
sanitatis tuendæ graria exercentur, lassitudinibus non ita obnoxium
est, ut ea, quæ tota die labores subire coguntur; eaque ratione uti apo-
therapia, quemadmodum prædicta, non necessarium sibi uidetur: ue-
runtamen in hoc corpore temperato vtilis est apotherapia; tum qui-
dem excrementorum residui purgandi gratia, quod exercitatione ex-
calfactum, & extenuatum in corpore adhuc indiscussum remanet; tũ
ob errores, qui aliquando contingere solent, nam si à leni etiam lassi
tudine corpus temperatum opprimatur (à qua quidem quoad fieri po
test omnino vitandum est) apotherapia non solum id tutum reddit,
uerum ne cadat, vel maxime resistat: atque apotherapia hæc in tribus
potissimum consistit, iterata frictione, partium, quæ fricantur, tensio
ne, & spiritus cohibitione: frictio quidẽ nec dura esse debet, partes nã
que tensæ inter exercendum molles reddendæ sunt, nec mollis, siqui-
dem inefficax est, cum partes cuti proximas non pertranseat, ac excre-
menta in angustis meatibus contenta non elidit; igitur mediocris parã
da est, & cum oleo corpori largiter infuso, tum ut partes tensæ mollio
res fiant, tum ut ad frictionis velocitatem conducãt; quæ lenta esse nõ
debet, ne corpus calfactum frigescat, atque densescat: atque hac de cau
sa, vt multi sint, expedit, qui tales frictiones emoliantur, ita vt nulla
pars derelicta sit, quæ non fricetur: tensio autem partium paranda est,
dum partes ipsæ fricantur, ut quod inter cutim, ac subiectam carnem
residet, expelli possit; etenim cum cutis, & caro laxa sunt, tunc excre-
menta non magis foras, quàm intus ferri contingit, sed tensis partí-
culis foras feruntur, ac si duabus manibus altera foris, quæ fricat, alte-
ra intus, sint expressa, cum tensæ particulæ alterius unius manus uicẽ
gerant: hac quoque ratione & spiritus cohibitione indigemus, ut ex-
crementa, quæ intus retenta sunt, perfectius euacuentur: uerũ cũ spiri-
tus exhibitio multifariã efficiatur, aut cũ tẽdũtur musculi oẽs thoracis,
qui circa costas sunt, nec nõ musculi, qui sunt in abdomine, leuiter cõ-
trahũtur unà cũ septi trãsuersi tensione, qua spũs cohibitione partes in
uẽtre inferiori cõtentæ ab excremẽtis sẽ cõtẽtis expurgãtur, aut cũ tho
racis musculi tendũtur, qui verò in abdomine laxantur: quo quidem ca
su quæ sunt in abdomine, nẽpè, iecur, liẽ, nẽtriculus, & id genus attollũ
tur, & excrementa in Thorace, & pulmone contenta ad inferiores
partes protruduntur. unde & melius & facilius euacuãtur, aut cum mu
sculi abdominis uehemẽter contrahuntur septo non distento, quo qui
dem mõ excrementa potius sursum ad caput, q̃ deorsum ad uentrem
ferun-

©BIU Santé

ferun tur; vnde eo casu venas & omnes partes, quæ circa collum sunt, spiritu, & sanguine repleri cernimus: quod quidem in his aperte ostenditur, qui tibias inflant, & maximam, acutissimamque vocē emittunt; in his siquidem collum dilatatur, facies intumescit, caputque validissime repletur, in apotherapia ipsa spiritus cohibitione uti opus est, vt excrementa vacuentur, tum partium, quę sunt in thorace, tum etiam earū, quæ in ventre inferiori collocantur; atq; hæc euacuatio per partes inferiores est molienda: ob id primo quidem anhelitus cohibendus est tensis musculis thoracis, laxis vero his, qui in abdomine, & septo transuerso continentur; hunc enim in modum membra in ventre inferiori attolluntur, & excrementa in partibus thoracis cōtenta deorsum feruntur; mox vero post priorem illam spiritus cohibendus est intentis mediocriter musculis abdominis, necnon septo transuerso, ne recrementa iterum sursum ferantur, sed ex necessitate in partibus inferioribus inclusa deiiciantur. Proinde ex anhelitus cohibitione consequitur, quòd spiritus vndique compulsus, necessariò in meatus angustos se recipit, per quos veluti quadā vi expulsus pertransiens excrementa in eis contenta secum arripit; vt opificibus accidit, dum exilia instrumentorum foramina suffitu expurgare contendunt; spiritus namque vi quadam expulsus excrementa, quę sibi offeruntur, vi etiam expellit; quæ uero sunt ad latus ipso motus impetu secum trahit, ac foras educit: Vnde dicebat etiam Galen. quòd valde proficuum est inter ipsam exercitationem, anhelitus cohibitionem, & frictionem apotherapiæ congruam interponere, tum vt homo recreetur, tum ut paulatim meatus cutis repurgentur, & ad alia excrementa recipienda magis apti reddantur; hoc enim pactò purgatio magis tutè proceder; quòd si hoc ommittatur, periculum imminet, ne excrementa prædictos meatus potius obstruant, quàm repurgent, atq; præsertim vbi multa sint, crassa, & confertim acta, vt hominum multitudini euenit, qui dum è theatris confertim egredi conantur, in exitu veluti incuneantur, & viam obstruunt: porrò in his potissimum interponenda prædicta frictio est, ac anhelitus cohibitio, in quibus suspicio adest, quòd excrementa neque pauca sint, neque tenuia: at quoniam in temperato corpore hęc ipsa minime occurrunt, periculum non est, quòd huiusmodi obstructio efficiatur. Post apotherapiam verò balneo aquę dulcis vtendum est, quod quidem & multiplex est, aut mediæ temperiei, aut feruens, aut tepidum, aut frigidum; si mediæ sit temperiei, vim calidam & humidam habet; si tepidius, frigidam & humidam; si feruens, calefaciendi, sed non perinde humectandi; quoniam ex immo

3. de tuen. ual.

dico

©BIU Santé

dico calore cõtingit & corpus horrere, & meatus eius exiles contrahi: quare neque humectari poteſt corpus ab humore extrinſecus accedẽte, qui ob meatuum clauſionem interius penetrare nequit, neque excrementorum reſiduum, quod intus latitat, euacuari: cum verò balneum quod mediæ eſt temperiei, per ſe calefaciat, & humectet, ex accidenti uero humores per halitum diſcutiat, molliat, concoquat, vires aut firmet aut infirmet, hoc vtique vtendum eſt, in quibus partes duræ, & tẽſæ ſunt emolliendę, & aliquod recrementum, & putre adhuc ad cutim intus hæret, atque hæc apotherapię pars eſt: temperatus autem homo hoc balneo non eget, cum omnia rectè acta ſunt. In balneo igitur diutius immorandum non eſt (ut rem hanc abſoluamus, nec denuò de hac agere cogamur, licet de temperato corpore noſtrum ſit inſtitutũ) ſed per id ſpatij tempus, quo ſolum ſibi ſudor, ac puluis eluitur; lotus vero ad frigidam feſtinet, cum ad 25. annum peruenierit, ante vero 25. minime, ne eius augumentum prohibeatur; at cum uti frigida inchoat, æſtatis ſit principium, die vero maxime tranquillo, & calidiſſimo eius temporis ſtatu, horaque calidiſſima in loco temperato, & corpus nec diu, nec noctu alteratum: frictiones inſuper præparatorię linteis durioribus vberius factæ ſint, atque vehementiores, deinde ex conſuetudine oleo fricetur, poſtea exercitationibus celerioribus, quàm antea, exagitetur, ſed quæ multitudine ſint pares, deinde in frigidam deſcendat non ſenſim, ne horror excitetur, ſed vno tempore aqua omnibus corporis partibus circumfundatur: ob id hi in aqua celeriter mergendi ſunt, quæ neque ſit tepida, neque valde frigida, ut glaties, altera namque calorem intus corporis non cohibet, altera vero non aſſueta nimis refrigerat. proinde exiens homo aqua à compluribus miniſtris oleo fricetur, donec cutis incaleat, poſtea cibum plus conſueto ſumat, ſed minus bibat: poſt quartum diem iterum frigidã ingrediatur, tertio namque à balneo deſiſtendum eſſe approbat Gal. vt conueniens temporis ſpatium inter vtrunque exiſtat: quod quidẽ comprehenditur, ſi ex frictione poſt frigidam coloratior homo reddatur, ſi vero tardius, inditium eſt nimiam in frigida moram contraxiſſe: atque hæc de omnibus exercitij partibus ſat dicta ſint, ex quibus eius vtilitates quàm maxime eliciuntur; ſiquidem non ſolum homines, ſed & animantia omnia, niſi exercitio incumberent, dubiò procul ignauia, toto vitæ curriculo excrementis repleta, aut morboſa forent: propterea Hippo. diuine admodum ſcripſit, exercitatio ſanitatis, non ſanitas, promptitudo ad labores, nam vt ait Gal. in com- victus ſalubris hoc vnum caput eſt, vt homines minime cibo ad ſaturitatem repleantur,

3. de tuen. ual.

6. Epid. ſect. 4 con tex. 22.

©BIU Santé

pleantur, atque exercitationes non detractent: Veruntamen temporum noſtrorum calamitatem non poſſum non deplorare, quod ſpretis tam vitæ neceſſariis, ocio omnes torpeſcant; neque mirum eſt, ſi cõplures toto quidem vitę curſu ægritudinibus variis detineantur; alij verò prauis repleti ſuccis naturalem vitę periodum attingere nequeãt: ſed ipſi viderint. Supereſt autem, vt quæ hucusque à nobis dicta ſunt ad contextus huius explanationem accõmodemus, neque enim de laſſitudinibus, quas interpretes hoc loco introducunt, intelligit, ſed inquit πόνου, hoc eſt moleſtiam ſentire, nã in exercitio cum diuerſæ partes ſint, vt ſuperius declaratum eſt, in quacunq; eius parte ſiue frictio ſit præparatoria, ſiue exercitatio, ſiue apotherapia, qua tarò in temperatis corporibus vtimur, ſiue balneo nunquàm ſentire debet incommodum, atque moleſtiam; cum autem vltra exercitium procedit, non amplius temperatum eſt, atque ob id confeſtim quieſcendũ iubet Gal. ne temperati metas tranſgrediatur: atque hinc patet eorum error, qui hoc loco Gal. exercitij qualitatem duntaxat tangere exiſtimant, nam quamlibet moleſtiam tum in quantitate, tum in qualitate fiendam cõnotat, vt apertiſſimum ex noſtra declaratione cuipiam eſſe poteſt: ſubdit autem Gal. & vt ex præcedentibus in corporibus optime conſtitutis quoad cibos moderatur eorum tum in quantitate tum in qualitate inditium, ſiue terminum, inquiens.

IN cibis autem coctionis perfectio, & excrementorum modus in quali, quantoq; conueniens.

Quod quidem ſignum, ſi Ariſtotelis placita inſequamur, non tantũ in moderatis aderit corporibus, verum & in diſcraſiatis; etenim ſi coctio ex eius ſententia nil aliud eſt, quàm perfectio quędam, quę ex caloris actione habetur, qua humidum cum ſicco permiſcetur, ſiquidem calor agit, quemadmodum in coctio eſt imperfectio oppoſitorum paſſiuorum ob proprię caliditatis indigentiam, indigentia autem caliditatis frigiditas eſt; non ſolum temperata corpora, ſed & intemperata ad calidum optime acæque concoquent: ſiquidem perfectionem hanc aſſequuntur, quæ humidi cum ſicco exacta mixtio eſt, ac proinde ob inanitionis ſenſum cibum appetent, ſicut frigida eundum inquinabũt ob oppoſitã cauſam, & ſenſu inanitionis deſtituta minime appetent: Verũ cum Gal. frequentius ſtatuat naturales actiones in calidis naturis perfectiores non eſſe, quàm in temperato, atque has non à calore ſimpliciter, ſed à tali perfici; propterea iuxta ipſius ſententiam plures perfectionis gradus, non autem vnam tantum eſſe dicimus; etenim

6. de tuẽd. ual. & alibi.

cum

©BIU Santé

coctio ex Galeno sit alteratio quædam, & transmutatio eius, quod nutrit, in propriam illius, quod nutritur, qualitatem à virtute concoctrice facta, quæ naturalis est; & ex natura agens vnum duntaxat proprium munus obtinet, quod est immutare, atque assimilare, siue bonus, siue malus sit cibus; & vt corpora hac natiua concoctrice participant caliditate, ita & cibos immutant, & assimilant: cum igitur temperata corpora moderato constent calore, atque potissimum moderata virtute concoctrice, moderatam quoque in cibariis coctionis perfectionem tribuet, eoque magis si ipsa in temperie symboleitatem (vt ita dicam) quandam seruabunt, vt eam supponit Galenus: facilius namque & tutius hæc quàm alia immutantur; eorum enim quæ symbola sunt, vt & Aristotel. lib. de gener. & corrup. consentit, facilior est transitus: neque solum virtus concoctrix hæc temperata cibaria concoquit, sed & attractiua moderate attrahit, & contentiua continet, ac denique excretiua quod superfluum & qualitate & quantitate cibis assumptis proportione respondet, excernit, non in prima tantum coctione, sed & in secunda, ac tertia. Talis igitur est terminus mediocrium cibariorum in corpore, quem quidem alia non habent corpora; comprehendit autem sub postremis naturæ actionibus & medias, cum liber hic totius medicæ artis compendium sit: Quo quidem loco valde allucinatur Argenterius, qui dum Gal. de temperatis tũ corporibus tũ cibariis verba facit, ad ea, quę intẽperata cibaria ac quod peius est praui etiá succi sermonẽ dilatat; etenim licet corpus temperatũ, & illa conficere possit, non tamen ex omni parte assimilat, ac sibi vnit, sed ratione qualitatis cibariorum complures superfluitates generat, quę quidem & in quali & in quanto metam postmodum excedẽtes è ventre, aliovè loco protruduntur, ut autem completũ habeamus de corpore temperato, ac moderatis alimoniis inditium subdit Galen. 2. q pot. natn. cap. 4.

AEQVALIS *vero in his quodammodo est coctioni appetitus.*

Nã talis coctionis perfectio, de qua supra dixit, nõ excedẽs est, vt in corporibus calidis, sed moderata, & æqualis, ita vt coctioni ipsi appetitus nõ excedit, nec appetitui coctio; vẽtriculus namq; & reliqua membra veluti virtute quadam consimili vt magnes ferrum, moderata cibaria sibi similia concupiscunt, ipsaq; attracta ob sui similitudinem facilẽ me alterantur, assimilantur, atq; uniuntur: ob id nõ fine rõe concludit.

QVARE *neque præside egent, qui singulorum, quæ assumuntur, quantitatem metiatur, optima siquidem natura quantum appetit, tantum etiam concoquit:*

Præside

©BIU Santé

Præſide quidem non egent quoad qualitatem, nam vt dictum eſt, ventriculus temperatus, temperata concupiſcit: at quod difficultatem circa quantitatem quodammodo parere poterat, id quidem nihil eſſe ait Gal. quandoquidem talis optima temperies, quam naturam vocat, quantum appetit, tantum etiam concoquit, ni ab alio extrinſeco voluptuoſo decipiatur: atque ob id fortè ſuperius dixit, quòd appetitus in his coctioni quodammodo æqualis eſt. Vnde Hippo. ſententia fuit, q in ſalubri victu duo hæc potiſſimum obſeruentur, & quòd cibo homines ad ſaturitatem non repleantur, & quòd exercitia non omittantur: quę quidem ſententia non tantum in intemperatis, ſed & moderatis corporibus meo quidem iudicio veritatē habet, nam etſi vt hoc loco ſentit Gal. corpus temperatum tantum appetat, quantum poſſit concoquere, ita vt ad ſaturitatē repleri videatur; attamen quoniam animaduertit Hippo. nos plerunque alimenti oblectatione decipi, vt natiuæ ventriculi appetentię limites tranſgredi cogamur; ob id nos cōmonefacit, vt ad ſaturitatē propriam quidem cum intēperati ſumus, impropriam verò, dum temperies nobis adeſt, minime repleamur; etenim temperata hęc, quę natiuum duntaxat appetitum conſequuntur, alimenti cupiditate non alliciuntur, ſed ad ſaturitatem propriè comedunt, & cibaria ſumpta perfecte admodum concoquunt. At cur in his tanta ſit coctio, quantus appetitus, facilime reſponderi poteſt, ſi memoria teneamus, quæ ſuperioribus libris de appetitu, & coctione diffuſius ſunt explanata; etenim cum ad appetentiam quinque ordine ſequantur accidentia, partium omnium inanitio, earundem inanitarū naturalis appetentia, per venas ventriculi exſuctio, ſuctionis ſenſus, ac poſtremò animalis appetentia, in temperato vtique corpore omnia & debita quantitate, ac qualitate fiunt, ita vt fiat animalis hæc appetētia, quanta eſt partium inanitio, quæ cibum & alterarunt, & ſibi ſimilem reddiderunt, quod quidem calidis naturis minime euenit, hæ nāque melius concoquunt, quàm appetunt, reſpectu temperate, validior enim virtus eſt concoctrix, appetitus verò infirmior: calor enim humores fundit, ac multotiens actem humorem aut conficit, aut aliunde attrahit, ex quo proſternitur animalis appetentia, vt antea declaratum eſt; at frigidæ naturæ, vtpotè ventriculi econuerſo magis appetunt, quàm poſſint concoquere, quoniam vt ex Ariſto. dictum eſt, frigiditas inquinationem, ſeu incoctionem producit; appetitus vero maior eſt, quandoquidem cum frigiditas multotiens conſtringat, atque corruget, vt ventriculus vacuus eſſe videatur, animalis appetitus inanitionem, quàm par eſt, perſentiens inſurgit, vt contrario affectui obſiſtat:

6. Epid. ſect. 4. con tex. 22.

ſubdit

©BIU Santé

ſubdit autem & inditium ſomni temperati, inquiens,

Sic & ſomno modum ipſa natura præfinit his, qui optimam corporis conſtitutionem ſunt ſortiti, & tunc à ſomno excitantur, cum corpus ampliori quiete non eget.

Vt natura præſes eſt temperati alimenti adminiſtrationi, ſic & ſomno, atque vigiliis, quibus limites ſtatuit, extra quos, niſi aliquod extrin ſecum occurrat, tranſgredi minime licet: etenim ſi Ariſto. ſententiam inſequamur (de qua, vt de ea Galeni vberius antea diſeruimus) qui ſomni cauſam eſſe putat, cum aliméti, ſeu ſanguinis alentis humiditas ſurſum lata, poſtmodum ob ſui grauitatem deſcendens calorem natu ralem propellit, qui ad ima cordis cum ſanguine ſubterfugiens erigẽ di corporis vim, ac ſenſum aufert, donec vapores hi, ſiue humiditas concocta ſit, atque diſſoluta, moderatum quidem corpus cum cibis tẽ peratis veſcatur, ex ipſis humiditas ad caput euaporans, neq; admodũ craſſa erit, neq; valde tenuis, neq; copioſa, neq; in modica quantitate, ſed in qualitate, quantitateque mediocris: ob id & ſomnus mediocris erit, necnon & vigiliæ, quæ ex oppoſita ꝓueniũt cã, oppoſita namque ſunt, vt rectè libello de ſomno & vigilia ab eodẽ oſtendebatur. ſi vero Galeni opinionem ſectemur, ꝙ ſomnus fiat, cum naturalis calor lon gis vigilijs defaticatus, exiccatusq; ad cerebrum tanquam proprium principium recurrit, vt humectetur, atque refocilletur; tunc enim ho mines vigilant, cum is expanſus ſua propria exercet munia, in corpore ſanè temperato, qui victu vtitur in omnibus moderato, calor neque valde defaticatus, neque exiccatus moderatam requiret retractionem, vt & moderate humectetur, reſtaureturque: natura autem huic tem periei abſque vllo præſide (ut Gal. ait in contex.) ſomno modum præ finit. Verum aduerſus haſce cauſas ab Ariſto. Galenoque aſſignatas inſurgit Argenterius, ne à conſuetò more deuiare videatur, atque in primis Ariſto. cauſam refellere conatur, quòd ſomnus animalibus cõ ceſſus eſt ob illorum ſalutem vt & quieſcant, & humiditates illę ad ca put vaporantes concoquantur; nam ſi ſomnus ex Ariſto. ſententia priuatio quædam eſt, quomodo finem habere poteſt? priuatio enim neque differentias, neque finem obtinet: inſuper ſi ſomnus fit, cum va pores ad caput aſcendunt, ſuique grauitate deſcendentes calorem na turalem fugant, nullus vtique finis introduci poteſt, ſed mera materię neceſſitas, ex qua ut in pluuia dum eleuati vapores aſcendunt, talis ef fectus producitur: deſcendit enim pluuia non quòd finem habeat, vt proſit, vel obſit aliquibus, ſed quoniam non poteſt ob ſui grauitatem

non

©BIU Santé

non descendere: preterea si vnum habet per se proprium finem, vt ip se sentit, quomodo quies, & coctio somni fines erunt, seu causæ fina-
les? non enim somnus semper fit, cum cibos, & potus homines assum pserint, aut labor antea præcesserit: q; si corpus etiam fuerit defatica-
tum, sola quies non autem somnus illi sufficit iuxta Hippocratis apho
2. Aph. 48 rismũ: In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies statim lassi tudinem aufert: neque coctio somni finis est ob superius dictas ratio-
nes, sed quoniam vbi inedia, labor, vigilia, cogitatio, frigus externũ, & id tale genus præcesserint, nulla coctio humiditatum esse potest, quinimmo tunc coctio ipsa completa est. Et licet rationes aduersus etiam Galen. causam militent, attamen & aliis specialibus Argente-
rius eam conatur obruere, nam si somnus vigiliæ est priuatio, quid agere potest? item somnus nonnunquam contingit cum cerebrum nullo labore afflictum sit: adhæc non est substantia cerebri, quæ in vigiliis laborat, cuius imbecillitate somnus necessariò efficiatur, non enim medellam cerebro prestamus ad illius reparationem ex somno, in quo illud omnia naturæ presidia deserunt, sed calori influenti: somnus igitur si ob alicuius recreationem datur, non ob cerebri, sed influentis caloris instaurationem conceditur, quemadmodum & ip-
2. de caus. puls. se Galen. scriptum reliquit, valde enim differt, quòd cerebrum per vigiliam patiatur, & quòd ipsum innatum calidum, quo cerebrum, & omnes corporis partes ad suas actiones obeundas vtuntur. His igitur rationibus aduersus vtrunque concludit ipse non dari in som-
no finalem causam, atque vanas esse causas ab ipsis assignatas, sed cum natura calorem tanquam commune instrumentum omnibus deser-
uiens functionibus ad concoctionem reuocat: reuocatio quidem hæc ob aliquem finem fit, somnus vero per accidens contingit, qui non semper idem est, sed ex caloris contractione modo breuis, mo-
do longus, aut mediocris, variatur enim vt & calor, ac materia, quæ patitur: validior namque materiam citius concoquit, sicut im-
becillior, tardius, pariter materia crassior citius digeritur, quàm tenuis, ac moderata. Verum, pace eius dixerim, aduersus tantos vi-
ros nescit, quid scribat, non enim recte vtriusque tenet sententias, nam Aristo. libello illo de somno & vig. verum esse finem sustinet; sentire enim & sapere omnibus est finis, quæ illorum alterutrum habent, isthæc enim vel fines sunt, vel sine quibus fines esse non possunt, animalibus videlicet ratione carentibus & his, qui ratio-
nem habent: somnus vero non proprie finis est, sed cum per me-
thaphoram hominum consensu vocabulo translato quies nominetur;

non proprie

OBIU Santé

ptoprie namq; quies motionis ceſſatio dicitur, & finis cenſetur, quippe qui ſalutis, & conſeruationis gratia exiſtit, ac veluti neceſſarium quidpiam ex ſuppoſitione animalibus vtile, ac bonum: nam vt recte inquit Aui. duplex eſt finis, vnus quidem per eſſentiam, alter vero neceſſarius per accidens; finis quidem per eſſentiam cauſa eſt, quæ propter ſeipſum inquiritur; at neceſſarius per accidens eſt, quid neceſſario requiſitum, & aliquo modo adiuuans principale; exempli gratia, ferræ finis eſt ſeccare, cuius quidē ſectionis principale agens eſt ipſius ſubſtantia, at ni dura ſit, ſeccare vtique non poteſt: durities igitur non finis, aut principale agens eſt, ſed accidens neceſſario expetitum, vt ferræ ſubſtantia ſeccare poſſit: ſic & de ſomno, & vigilia dicendū eſt, vigilia quidem verus eſt finis ob eam, quam Ariſto. adducit rationem, verum cum finis hic addipiſci non poſſit, niſi & ſenſus ab opere nonnunquam deſiſtant, quod quidem quoddam neceſſariò requiſitū exiſtit, vt ſentire, & ſapere rectius homines poſſint; propterea per accidens ſomnus nimirum ſenſuum quies finis eſt: ob id prima nulla eſt aduerſarij ratio, nam ſomnus non ex Ariſt. ſententia abſolute priuatiō, ſed veluti quędam priuatio eſſe videtur; nam quemadmodū habitus & priuatio contrariantur, ſic & ſomnus & vigilia, atque animalis paſſiones ſunt, vt ſanitas & morbus, pulchritudo, & deformitas, robur & imbecillitas, & huiuſmodi; ſicut enim morbus nó abſolute priuatio eſt, ſed ſanitatis priuatio, ita ſomnus non abſolute priuatio eſt, ſed vigiliæ priuatio, ac animalis paſſio, cuius quidem finis eſt, vt ſenſus quieſcant, & humiditates è capite defluentes digerantur; non quidem proprius, ſed per accidens, vt tandem perfectius homo poſtea & ſentiat, atque intelligat. Neq; difficile eſt iuxta Ariſtotelis fundamenta ſecundę eius rationi reſpondere, nam pluuia licet ex materiæ neceſſitate producatur, dum in ſublimi ex vaporibus incraſſatur, huic tamē finis neceſſariò conſequitur, q herbę, flores, plantę, & alia id genus propagantur: ſic & humiditates illę cum non poſſint non deſcendere, dum calorem fugant, ipſum adaugent; eo vero adaucto non ſolum illæ, ſed & aliæ concoquuntur, ut poſtmodū homo perfectius intellectu, ac ſenſibus perfruatur. Vana quinetiam ac ridicula eſt ratio ex Ariſt. fundamētis male intellectis decerpta, nā ualet nè vnus eſt finis proprius, ergo alii p accidens fines eſſe nó poſſunt? minime quidē; ſuppoſitū namq; eſt ex Aui. ſentētia, & ab Ariſt. pluries & potiſſimum eo de ſom. & vig. declaratum, q vnus proprie finis eſt, ac per eſſentiam, vt vigilia in propoſito caſu, alius vero ex ſuppoſitione, & neceſſario conſequens, qui adhuc tripartitus, eſt ex Aui. placitis

6. methap. c. ultimo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 509 sur 753

©BIU Santé

citis, alius enim est quid necessario requisitum, vt finis sit causa, & aliquo modo in causando iuuat, vt de duritie serræ dictum est: alius vero necessario comitans, quod nullo modo agit, vt quòd serra fusca sit, fuscedo namque non agit, sed ferram, quę serrea est, necessario concomitatur, aut est necessario comitans, & finem seu causam finalem proprie consequens, exempli gratia filiorum generatio finis coniugij est, quam demum filiorum amor consequitur: neque enim ob filiorum amorem, sed ob eorum propagationem coniugium institutum est: sic & in somno, & vigilia, quies quidem sensuum est comitans, quod nullo modo agit; nam sicut serræ fuscedo in sectione nil agit, sic & sensuum quies nil agit, vt finis proprius consequatur, ad sensuum tamen perfectionem, quæ ex vigiliis habetur necessario comitatur; coctio vero necessario quid requisitum est, vt finis sit causa, & quodammodo principalem finem adiuuat, nisi enim humiditates coquerentur, haud dubiè neque sensuum perfectio vigeret: propterea non valet ratio, somnus non semper fit, cum cibo & potu homines repleti sunt, aut labore fuerint defaticati, quinimmo hisce sola quies, non autem somnus sufficit; nam experientiæ vel maxime aduersatur, siquidem Galen. Aristotelis etiam causæ assentiens ait: Quemadmodum enim exercitati, & promiores sunt ad somnum, & grauius dormiunt, ita illi quoque, qui cibum ingesserunt, ac eo detinentur somno, quò cibus suapte natura fuerit humidior; itidem qui plurimo se vino ingurgitauerunt, aut balneis multis, calidisque liberaliter circa caput vsi sunt, quippe huiuscemodi omnia cerebrum videntur implere humiditate, quæ alioquin non erat inutilis ei, quem multa exercitatio & laxum, & aridum reddidit. Cęterum quòd capitis repletio somnum conciliet, iam Aristot. demonstrauit, adeo vt nihil sit opus hanc nos rationem persequi: hæc Gal. Quòd si quandoque post cibi assumptionem non dormimus, id est in causa, quòd pauci vapores, siue humiditates ad caput ascendunt, & si nonnunquam sola quiete post lassitudines sumus contenti, somnus tamen & citius & tutius eas dissoluit; quem quidè non negasset Hippo. sed intentio fuit ipsius, q̃ cum contraria contrariis indigent auxiliis, si quis laborare cœperit, huic medela quies est, quę sub se continet somnum: neque verum est (vt ipse asserit) quòd vbi præcessit quæpiam inedia, vigilia, cogitatio, & id genus, completa ipsa coctione, somnus fiat; nam Aristo. Ex laboribus quibusdam, & lassitudinibus huiusmodi, non autem omnibus somnum fieri autumat, quandocunque ex illis motibus humiditates quædam, veluti cru-

4. de symp. caus.

da

da alimenta, quæ in ventris, & viſcerum receptaculis reperiuntur, liquantur, ac dimouentur, è quibus vapores, ſeu corpuſcula quædam craſſa, ac corpulenta caput petunt, ac demum condenſata denuò deſcēdunt, ac calorem innatum fugant; nam quemadmodum in mundo quamuis ſereno exhalationes ſiccę ſemper cum humidis commiſcentur, ſurſumque aſcendunt, ita in animalium corporibus quamuis coctio celebrata ſit, craſſus tamen ſemper cum tenui permiſcetur vapore. Sed quid ratiocinatur aduerſus Galenū? cū ipſius ſententiā nequaquam intelligat, aut intelligere nolit: etenim cum in cerebro duo ſint calores, alter quidem innatus, ac cerebro proprius, alter vero influēs, qui à corde emanat, non ſolum influens recreationem exoptat, ſed & innatus ipſe: quippe qui inter laborandum, exercendū, vigilandumque vterque quodammodo diſſipatus eſt, ac reparatione indiget; propterea cerebri quidem innatus ad proprium retrahitur principium, ſicut alter influens ad ipſum cor, neque cerebrum vt ſubſtantia ac materia patitur, illiq; medelam præſtamus, vt falsò ille arbitratur, ſed vt ſecum innatum habet calorē, & patitur, eiq̃ue ſomno auxiliamur: Verū hæc ſat ſint, quæ illius oppoſitionibus ſatisfaciant; quę vero ipſe arbitratur, cum ex dictis vana eſſe comprehendantur, ne longiores, quàm par ſit, videamur ſilentio inuoluemus. Verum ſi hæ ſomni iuxta hos grauiſſimos viros ſunt cauſæ, cur ſomnus omnis quocunque tempore proueniens proficuus non eſt, ac ſalutaris? medici namque diurnum ſomnum ac nocturnum longiſſimum deteſtantur; dicimus nos, quòd ſomnus omnis vtilis non eſt, quoniam diurnus vapores illos diſſoluere non poteſt; ſed ex Hippo. ſententia morbis ex plectoria originem præſtat; non enim adeo longus eſſe poteſt, vt illas exhalationes diſcutiat: ob id interruptus eſt, & omnes actiones conturbans, ſi vero longus ſit, tota die dormiendum foret, hinc homo effęminaretur, neruiq̃ue omnes emollirentur, atque potiſſimum cum interdiu meatus omnes ſint adaperti: quod quidem quàm turpius, & à fine proprio hominis alienum, iuxta etiam Ariſto. ſententiam, non eſt vt longiori vtar ſermone: at nocte dormire optimum eſt, naturęq̃ue commodiſſimum; quòd ſi ex Hippocr. placitis ad tertiam diei horam ſomnus extendatur, non offendit, ac vt Cornelio Celſo placet ad quartam etiam matutino tempore non valde malum eſt; tunc enim quouſque diſſoluantur exhalationes illæ, vt Ariſto. ſentit, ſeu quouſque ad ſaturitatem virtutes inſtaurentur, vt voluit Galen. ſomnus eſſe poteſt: atque ob id nonnulli quidem ante lucem, alij verò ante ſolis ortum, ſicuti & alii poſt ſolis ortum è ſomno ſurgunt, vt &

Lib. 3. de dieta ſeu 1at. uict. ad mediū.

2. pgnoſt. 11.

Lib. 2. c. 4.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 511 sur 753

©BIU Santé

citius, & tardius exhalationes cõcoquuntur; & vires refocillantur: Cũ itaque temperatum corpus moderatos habeat vapores, qui somnum conciliẽt, & ipsius vires moderare defaticatæ sint, non longo indiget somno, sed (vt dictũ est) natura ipsa est, q̃ terminũ illi præfinit: ex his aũt tribus potissimũ moderate adhibitis cibo & potu, motu, & quiete, somno & vigiliis in corpore tẽperato necessario quartum consequi, & quod nam illud sit, & cur consequatur, subiungit Gal. his verbis.

CVMQVE talem victus rationem adhibuerint, nullum est in eorum excrementis delictum, quæ vel per ventrem, vel per vrinæ meatus, vel per totum corpus egeruntur, nam priora quidem ex modo eorum, quæ assumuntur, temperantur: totum vero corpus salubriter perflari facit exercitij vsus moderatus.

Tunc enim omnes corporis euacuationes temperatæ erunt, propterea quòd ad prædicta mediocria consequentur, ita vt nullus in eorum excremẽtis error conspiciatur cum nec ipsa aliquo modo deliquerint: hæc igitur est meta, seu inditiũ euacuationum, quæ in temperato corpore moliuntur, sicut & alię cęterorum; de quibus superius mentio facta est. Proinde quemadmodum tres in corpore coctiones conficiũtur, ita & triplex est excrementorum genus; quę. n. in ventriculo coctio celebratur, sicut prima est, ita & proprium habet excrementũ, quod per ventrem deiicitur, quę autem in hepate secunda censetur, ipsiusque excretio per vrinam est; quæ vero in venis, ac membris quibusque postrema perficitur, per vniuersum corpus insensibilem diffłationem obtinet; In prioribus quidem duobus recrementis, quæ nimirum per ventrem, atque vrinam euacuantur, delictum quidem nullum contingit, quoniam ex modo ratione, ac conuenienti quãtitate, qualitateque eorum, quę assumuntur, contemperãtur; quę vero per totum euacuãtur, vsus exercitii naturalis ea moderate uacuari facit: Subticet autem Gale. excretiones menstruorum, & per hæmorroidas, ac alias, si quę sunt, quoniam de temperatis corporibus sermonem facit: addę, quòd & sub tertio genere concludi possunt. Cęterum sententiam hanc clarius libello de opt. corp. habitu explicuit, vbi corpus temperatũ non facile à causis internis affici demõstrat, quandoquidem in eo nec multitudo, nec vlla malignitas humorũ colligi haud facile potest, cuius quidem rationẽ subdit; naturaliũ. n. interse actionũ debita cõueniẽtia, & cuiusq; earũ virtus excremẽtorũ prouẽtũ, phibet: & alibi dicebat idẽ, q̃ si tale corpus naturæ suę impetus sequatur, in oĩbus mediocritatẽ seruabit, naturęq; suę impetu directũ sibiipsi omnia inueniet; maxime si in his, quæ

2. de tuẽd. val. post medium.

ad

SBIU Santé

ad animum pertinent, rectè sit educatum; nã multi in malis moribus à pueris educáti in desidia, & intemperantia viuentes naturæ bonitatem corrumpunt, sicut contra nõnulli vitiosa corporis sortiti vitę tẽperantiã & appositis exercitiis naturæ vitia in melius cõmutarunt: propterea & de animi accidentibus subdit hunc in modum.

Licvet autem ab ipsis cauerí oportere omnes animi immodicos affectus, videlicet iræ, tristitiæ, furoris, inuidiæ: hæc enim alterant, atque à naturali statu corpus immutant.

Nonnulli ex interpretibus volunt Gal. hoc loco affectus animi immodicos præcauẽdos esse iubere, vtpote iræ, tristitiæ, furoris, inuidię, & istiusmodi, non si ira & alius consimilis affectus moderate corpus occupet, non solum ei non officit, verum & quàm maxime iuuat: quã quidem interpretationem ex ipsomet Gal. corroborant, primo namq; de tuend. val. postquam declarauit Gal. quòd pro tuenda sanitate medicus præcauere debet, ne animi mores corrumpantur, quodque hoc non solum ad philosophum, sed & ad medicum spectat (quod quidem Haly sententię aduersatur, qui hoc soli philosopho conuenire arbitratus est, vt & superius annotauimus) subdit. Quippe huic ob aliud omnino maius id muneris tribuitur nempè ad animi sanitatem; medico verò ne corpus facilius in morbos dilabatur, quando iracundia, fletus, ira, tristitia, cura immodica,, & multæ super his vigilię febres accendunt, ac grauissimis ualetudinibus initia prębent, veluti è diuerso cogitationis, mentisque segnitia, ac animus omnino deses decoloratos, atq; ex atrophia, i. nutricandi defectu graciles ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt; hunc enim calorẽ præter cętera intra sanitatis fines custodire oportet, custoditur autem modicis tum animi, tum corporis exercitiis; qui namque motus modum non seruant, si hi ex rationali, seu appetitoria, siue animosa animi parte cientur, modum nimium excesserint, bilioſum animans reddunt, si intra modum nimium subsistunt, pituitosum, frigidumque efficiunt, & quæ sequuntur: sexto autem Epid. concludens ait; His itaque putandum est cogitationes esse vtiles, quemadmodum ipse alibi docuit, excandescentias bene facere ad succos procreandos, & naturalem habitum recuperandum: addo & ego locum clariorem, dum paulò superius ait: Vtile nimirum est prędicta nosce, vt interdum iracũdia caueatur, interdum verò consultò excitetur, caueatur quidem in calidis, excitetur vero in frigidis affectibus: Verum hic sensus non est ad Galeni mentem, nã ratio, cur hæc pręcauenda sint, non ad animi affectuũ immoderantiã, sed

Sect. 5. cõ. 11.

Sect. 5. cõ. 9.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 513 sur 753

©BIU Santé

ad ipſamet accidentia accommodari poteſt, hæc enim (inquit) hoc eſt ira, triſtitia, furor, & timor, & inuidia corpus alterant, & à naturali ſtatu auertunt; quod quidem maximi facit Gal. nam etſi hęc animi accidentia in intemperatis corporibus naturalem ſtatum ad contrarium conuertunt, iuuant tamen, quoniam ad melius ea fit alteratio: at in tẽperatis tantum abeſt, vt eis proſint, vt maxime noceant: ſunt autẽ præter hos & alij animi affectus, qui moderate corpus occupantes ipſum non afficiunt, vt temperatum gaudium, moderata domeſticarum rerũ cura, manſuetudo, quam mediocritatem circa iram voluit Ariſto. eſt
2. Eth. c. 7. enim (inquit ipſe) exceſſus, defectus, & mediocritas; ſed ſunt fere innominata, medium tamen manſuetum & mediocritatem ipſam mãſuetudinem vocamus; qui vero excedit iracundus, & exceſſus ipſe iracundia, qui aũt deficit ſegnis, & defectus ipſe ſegnities appellatur: inſuper fortitudo, q̃ ex eius ſententia circa timores & audaces, ſiue feroces, furioſos, ve mediocritas eſt, ac indignatio, ſeu nemeſis media inter inuidiam, ac peruerſum gaudium, ac his ſimilia à moderato corpore non arcet Gal. propterea authoritates illæ nil comprobãt interpretationẽ, ſed ſolum de corporibus intẽperatis, quæ ab huiuſmodi affectibus modo iuuantur, modo offenduntur: de quibus hoc loco non tractat Gal. falſum quinetiam hęc atteſtantur eſſe Truſiani placitũ, quĩ omnia iſta ex toto genere humano generi pernitioſa, ac veluti venena eſſe arbitratur. Hos autem rectius Galeni contextum exponentes dicamus, q̃ iram, triſtitiam, furorem, timorem, inuidiam, vt immodicos affectus à temperato corpore vitandos eſſe præcipit; cuius quidem inditium (vt & de aliis) eſt, qm̃ corpus hoc alterant, & à naturali ſtatu auertunt; quod quidem pręcauendum eſt, nam conſeruandũ eſt, non autem ad melius ducendum, vt aliis accidit corporibus. Qua quidẽ in re non mediocriter reprehendẽdus eſt Argenterius, qui etſi Galeni mentẽ interpretet, attamen, vt ſui moris eſt, ad pauca reſpiciens, rationemq̃; fortaſſe, quã Gal. aſſignat, non animaduertens ab eo deuiat, probans accidentia hęc corporibus proficua eſſe, non aũt deteſtãda, vt voluit Gal: quandoquidem & ipſe Gal. id totum conſentit non ſolum præcitatis locis, ſed &
6. de acci. & mor. c. 5. alibi frequentius; verum non in temperatis corporibus vt hic, ſed in diſcraſiatis ob eas, quæ à nobis ſuperius ſunt explicatę, rationes. Subſequitur aũt cap. de venereis inſcriptũ, quod quidem prauè & inſcriptũ eſt, & ab ipſis initium deſumpſit, nã cũ minor pars ſit de ipſis venereis, maior uero de intemperatis corporibus, venerea quidẽ, de quibus eo capitis initio aguntur, ſunt ex his, q̃ in corpore potiſſimũ tẽperato ſpectãtur, de quo hoc capite tractat Gal. propterea rectius cõtinuandum

caput

©BIU Santé

caput esset usque ad corporum intemperatorum tractationem: verum nos, vt & in aliis, antiquam sectati sumus partitionem satis esse diiudicantes, vt hæc prudenti Lectori duntaxat animaduertantur.

De venereis. Cap. 86.

VENEREORVM verò iuxta Epicuri sententiam, nullus est vsus, reuera autem confert, si tantum interualli in eorum vsu adhibeatur, vt neque resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodammodo leuior factus, ac melius spirare videatur.

EXPOSITIS sex causis nonnaturalibus, quæ necessariò corpori temperato occurrunt, quonam pacto ipsi administrandæ sint, vt metam non excedant, Gal. hoc loco de venereis agere intendit; huius autē tractationis causam inquirunt expositores, nec oēs vnā, eandemq; sed diuersam assignant: quidam n. aiunt, q cum venus sit effrænata libido, atq; voluptas, & ob id in actu illo complura deformia efficiantur, siquidem plerique furore etiam correpti sunt, sub animi accidentibus à Gal. iure reponenda erat, & cum præcedentibus adiungenda; ob id postquàm timorem, iram, furorem, & alia istiusmodi immodicos affectus à corpore temperato præcauendos esse præcepit, subdit, non sic tamen se habent venerea, quæ quidem licet Epicurus ab hominis vsu seiungat, vtilia tamen sunt, si conditiones quædam in eorum administratione seruentur: alij autem volunt, quòd venus sub inanitione, & repletione collocetur, quandoquidem corpus superfluo illo seminis humore exoneratur; cur autem huiusque de ea tractare distulit, in causa fuit, quoniam nondum constabat, an ex causis necessariis, quas solas hic prosequitur, una foret; oportebat autem & id ipsum discutere post earum, quæ indubiæ erant, tractationem. Alij verò eandem tractationis causam assignantes à prioribus discrepant, quòd sub exercitio seu motu venerea reponat, nam cum exercitium sit motus vehemens ad anhelitus vsque mutationem, ut supra ex Galeno adnotauimus, venus quidem quàm vehemens sit motus, cuipiam motum est, ergò sub exercitio collocanda est. Verum, pace omnium horū dixerim, nullus veram Gal. mentē percepit, omnesq; eorū sententiæ absolutę falsę sunt, non. n. hoc voluit Gal. sed qd artificiosius iuxtà propria fundamenta superius tradita; etenim ppositum erat corpus à nōnullis qdē necessariò, à quibusdā uero nō necessariò alterari, circa priora

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 515 sur 753

©BIU Santé

quidē artē corporis conſeruatricē verſari: ar circa poſtrema nequaquā, videbatur ât dari ambiguū, ſiue medium inter ea, quæ neceſſario, ac ea, quæ nō neceſſario corporibus occurrūr, quale eſt ipſa venus; propterea Gal. poſt ea, & hoc medium collocat, quod vtriuſque naturam ſapit, nec nō diuerſarum cauſarum nōnaturaliū, quę ſuperius deſcriptę ſunt: Neq; mirū eſt, ſi hāc veneris naturā ignorātes, iterp̄tes ac intimius Gal. mētē nō percipientes mō ſub vna, modo ſub alia ex cauſis conſernanti. bus venerē collocant; ſub tribus namq; cauſis reponi poteſt ſecundum diuerſas tamē rationes, eſtq; in nōnullis naturis proficua ac neceſſaria, in aliis vero deteſtanda, atq; non neceſſaria, vt in ſermonis noſtri progreſſu omnibus palàm erit: ob id ex antiquis philoſophis quidam eius uſum ſalubrem eſſe negabant, inter quos fuit Epicurus vnà cum Democrito, atque Pythagora: cuius quidē dogma hoc loco recitat, ac confutat Gal. ſubticens eius falſa fundamenta, quibus conceſſis neceſſario vera eſſet ipſius ſententia. Vt autem ſciamus q̄ Gal. iure Epicuri placitum confutat, non grauabitur principia eius ſtatuere, ex quibus venerē ſemper corporibus nocere concludebat: Erat igitur Epicuri fundamentum, venus ſiue formalē, ſiue materialem cauſam reſpiciat, ſemper indiuiduo nocet; ergo nullus ei ſalubris eſt vſus; quoad formalē quidē venus nil eſt aliud, quàm lenis epilepſia, quę cerebri motus eſt vehemens dum materias nocuas ad expellendum conſurgit; tunc.n. ex venere imbecilliores fiunt, atq; effœminati vt de Scythis recitat Hip. libello de aere & aqua, qui cū poſt congreſſum cū vxoribus ſe impotētes factos eſſe comp̄hendāt, primum nil ægrius cogitātes, quieſcunt, induuntq̄ue mox ſe veſte muliebri palàm ſe euiratos eſſe confitentes: Vnde & Pythagoras interrogatus, quando quis coitu vti debet, reſpondere ſolitus erat, cum ſeipſo infirmior fieri cupit: quoad materialem vero cauſam cum Epicurus atomos ſiue indiuidua corpuſcula introducens teneat (vt ſcribit author ille) materiam, quæ in coitu protruditur, eſſe animæ & corporis portionē quādā, ſi homo coeat, tunc ab eo & corporis ſemper & animæ pars quæpiam auellitur, quæ tantum abeſt, vt corpori iuuet, vt uel maxime ei officiat: concludebat igitur Epicurus ex hiſce rationibus, quę falſa erant fundamenta uenerem omnibus inutilem eſſe ac penitus deteſtandam: Vnde dicere ſolitus erat, coitum quidem non natis, ſed naſcituris ꝑdeſſe, vt & plantis accidit, quæ quo magis ſemen ac fructus emittunt, eo etiam magis ſeneſcunt, atq; intereunt, ſobolem tamen ac plantam ſibi ſimilem germinant. Verum principia hęc nō ſolum Hip. Plat. Ariſt. & Galeno aduerſantur, ſed ab ipſis multotiens validiſſimis rationibus exploduntur; nō. n. principia eſſentialia ſunt corpuſcula

lib. de phy. Hiſt. Gale. attrib. cap. de ſem.

puſcula illa; ſeu atomi, ſed materia & forma, ac priuatio, adhęc elementa quatuor, quæ aut ſecundum qualitates tantum alterantur, vt Stoici voluerunt, aut ſecundum ſubſtantias, vt ſenſit Ari. Quocirca nulla eſt Epicuri ratio, quæ quoad formam coitum homini nocuum eſſe comprobabat; nã animi affectus eſt, qui moderandus eſt, vt paulò infra dicemus, qui ſi immoderatus & vehemens ſit, vt in omnibus falſo ſuppone bat Epicurus, ſpiritus diſſipat, virtutẽ proſternit, ac homines deniq; imbecillos reddit; auertit namque corpus à naturali temperie, ipſamq; immutat: quo fit, vt iuuenum animi ab effrenata illa in amaſias voluptate ſint auertendi, quandoquidem non modicum natiuam corporis temperiem deperdunt: Quod ſi Scithæ illi adeo imbecilli reddũtur, id ratione aeris & equitationis potiſſimum fit, non autem per ſe ob coitum, vt clare ibidem cenſet Hippo. Falſa quinetiam eius eſt ratio quoad materiam deſumpta, ſemen enim non eſt pars animæ & corporis, vt putat Epicurus, ſed excrementum vtile, vt teſtatur Ariſt. nam in poſtrema coctione generatur ſanguinis copia, cuius portio mẽbra omnia nutrit, quod vero reliquum eſt ad teſtes demandatur, vt partim quidem ex eo nutriantur, partim vero quod remanet ibidem ſeruetur, & in coitu extra propellatur. Eſt igitur excrementum ratione redundantiæ, ac quantitatis, vtile vero quoad ipſius ſubſtantiam, vel excrementum quoad indiuiduum illud, à quo procedit, vtile vero ad alterius generationem. Exploſa itaq; Epicuri ſententia, vt reuera venerem non ſolum corpori temperato, ſed & nonnullis aliis, non tamen omnibus conferre (vt inquit Gal.) recte percipiamus, operępretium eſſe duxi nonnihil de eius natura diſſerere, ex qua tria hęc manifeſta nobis ſe offerent, quibus naturis hęc competat, quo tempore, & quotiẽs. Venus itaque cum in tribus cõſiſtat (vt antea dictum eſt) animi affectu, exercitio, atque inanitione, videndum in primis eſt, quis nam in coitu ſit affectus, ſeu oblectatio; nam ex hoc etiam clariſſime parebit, quibus nam conueniat naturis: affectus ſeu oblectationis tres potiſſimũ cauſæ concurrunt, materia, quæ in vaſis, & teſtibus præparatur, ſubita illa ſeminis eiaculatio, ac extrinſecum obiectum, cũ quo homo concubit; materia, quæ in vaſis ac teſtibus ex Galeni ſententia gignitur, (quicquid dicat Ariſtotel. qui teſtes, ac vaſa ſpermatica neque generationi neceſſaria eſſe, neque ſemini perfectam eſſentiam impartiri uoluit, ſed ſolum vtilitatis alicuius gratia, & vt in animantibus, quæ continentiora eſſe debebant inteſtinis, ſic & meatibus ſeminariis tot anfractus atque inuolucra reperirentur, ne vehementius, ac crebrius, quàm par ſit libidò excitetur, ſi quidem hoc

1. de ge. an. 17. & infra.

loco

©BIU Santé

loco neque eius sectamur, neque eam explodere sententiam curamus) semen uocatur, etenim cum arteriæ ac uenæ à dorso per de sem. lyia deorsum latæ ad Epididimidem illum appẽdicem, seu testium in- propè cal uoluctum tortuose quodammodo pertingant (quòd sanè teste Galen. cem. natura ordinauit, ut ad uenæ, arteriæque duritiem, ac testiculorũ mollitiem, ueluti quoddam medium sit) & ex eo multæ fistulæ seroso quodam humore repleræ ad testes per quosdam anfractus permeent, non solum sanguis, sed & spiritus ipsi demandantur, ut in transitu ab ipsis uenis & arteriis quodammodo dealbatus postmodum in testibus elaboretur, ut pro sui munitione ad sui substantiam, quæ alba est, conuertatur, quodq; testibus pro sui munitione superfluum est, ibidem coaceruetur, donec in coitu ex ipsis in uterum eiaculetur: accidit autem, ut cum quis aut imaginetur amasiam, aut uideat, aut manibus contrectet, materia illa in testibus spongiosis, ac cauernosis exagitetur, & illis in locis laxis, ac ualde sensilibus contenta, ibidemque conclusa non solum membrum calidius reddat, sed & ipsa seruentior euadat, ac spumea; quemadmodum in lebetibus fieri conspicimus, atque tunc homines non solum turgidi, sed & quodammodo furiosi ad uenerem propellũtur, pariter & cętera animantia, ut de tumentis cecinit Virgilius 3. Georg. inquiens.

Illi alter antes multa ui prælia miscent
Vulneribus crebris, lanit ater corpora sanguis,
Versaq; in obnoxios urgentur cornua uasto,
Cum gemit, roboantq; sylvæ, & magnus olympus.

Hinc Venerem ex spuma natam iocose, mystice tamen ab Hęsiodo traditum est, ut recte censet Plato in cratylo, dicta namque est ἀφροδίτη, quasi ἀφρογενὴς hoc est spuma genita, quoniam materia illa in spumam conuertitur, dum homines uenereuti concupiscunt: atque hęc prima oblectationis est causa: quòd quidem facillime experientia manifestum est in his, qui puerum, aut puellam atque potissimum delitiosam, spiritibusque ac sanguine tenuioribus repletam contractant, tunc enim in spirituum ac sanguinis commotione tanta consurgit oblectatio, ut nihil ipsis exoptabilius esse possit: Hinc rustici; ac eorum mulieres, utpote crassiori constantes sanguine, ac crassiores spiritus habentes, qui per membra eorum solida obtusiora pertranseunt, licet uenerem appetãt, parum tamẽ admodum in eorum amoribus oblectantur. Altera quinetiam delitiarum causa succedit subita spumosę illius materię eiaculatio, nam prętet quòd idem accidit in sanguinis emissione, quod & in

fœcum

©BIU Santé

facum, ac urinæ excretione uirtutem expultricem irritari, vt nocua membris expellat, tũcque in emissione illa quodammodo oblectãtur, quoniam quod affligebat, non amplius nocet, maiorem tamen voluptatem percipimus, si motus hic affatim & violẽter fiat, nã ut testatur Gal. ex Platonis sentẽtia in Tymeo pathos præter naturã violenter, & affatim incidens dolorem excitat, cum verò ad naturalem habitum redit, idque rursus affatim delectationem inducit; quo autem magis violenter res grauans e corpore eiaculatur, eo magis voluptatem efficit, propterea quòd grauantis, ac quodammodo sui copia nocentis purgatio violentior fit: unde Aristo. voluptatem diffiniens conformiter dicebat quandã esse animæ commotionem subitam cum vehementi, & manifesta propensione, inclinationeve accipiendi, perueniendique in suam cuique naturam. Aduersus quod Platonis, Aristo. Galenique placitum consurgit Trusianus id nequaquam uerum esse autumans, ita vt nec ueneris oblectamenti sit causa; primo quidem quoniam gustu dulcis sapor oblectat, non tamen vlla facta est ad præter naturam commutatio; secundo cum semen quantitate tantum superfluum sit, excrementa uerò non solum quantitate, sed & qualitate grauent, si vera est eorum sententia (inquit ipse) excrementa vtique maiorem delectationem efficerent, quàm coitus, siquidem & magis ad præter naturam uersa sunt, magisque corpus aggrauant: insuper in coitu superfluo, dũ testes, quod membris superfluum non est, attrahunt, nulla est præter naturam dispositio, ergo nec reditus ab eo quod est præter naturam, ad id quod secundum naturam: qua de re nec delitiæ consequi deberẽt quod tamen in eius materiæ euacuatione secus se habere ex perientia docet. Propterea Trusianus ex Aui. sententia lib. de anima alteram deliciarum causam assignat acquisitionem nimirum perfectionis proprie uirtuti apprehendenti, ut sensui sensibilia conuenientia, gustus enim dulcedinis perfectionem sibi apponit, eamque uirtus apprehensiua cõprehendit, sic & semen in testibus contentum, dum agitatur, à uirtute ipsa percipitur, quod quidẽ non antea percipiebatur, quoniam nondũ in sensum impressionem moliebatur; accidit autem sensui (inquit ipse) vt in reditu à non naturali ad naturalem statum huiusmodi sentiat perfectionem, siquidem sensus ille ab excrementis illis exoneratur; quod quidem sibi essentiale non est, quoniam & absque quòd hic fiat reditus à non naturali statu ad præter naturam hęc perfectionis acquisitio percipitur. Verum rationes hæ aduersus tantos uiros nullę sunt, nam loquebatur Gal. de affectibus præter naturam, non autem de naturalibus dispositionibus, dum enim affectus est præter naturam; si is affa-

4. de caus. symp. c. 6.

Primo Rhet. lib.

tim

©BIU Santé

tim & uiolenter ad naturam conuertitur, delitias mouet, atque reditus hic præcipua eſt cauſa; quoniam ſi paulatim fiat, delitiæ non conſequuntur, vt experientia manifeſtum eſt: neque negaret Gale. cauſam, quam ipſe ex Auicenna aſſignat, ſed hæc poſterior eſt, & ex prima conſequens: Fallitur itaque cum arbitratur, quòd accidit in ſenſu talẽ fieri reditum, contrarium namque potius eſt, quod tamen uerum eſt in affectibus naturalibus, qui vna ſola potiſſimum cauſa participant; ob id loquens Gal. paulò inferius de guſtabilibus ſaporibus inquit: igitur cum à naturali habitu non declinat, maximam ei uoluptatem afferunt omnes ſucci dulces pinguesque, uirtus enim apprehendit, eisque oblectatur, at in affectibus non naturalibus ut in coitu & prima & ſecunda cauſa concurrit, conuerſio nempè illa affatim & uiolenta ad naturalẽ ſtatum, quod ſeminis fit emiſſione, ac materia, quæ ſenſum mouet, quam quidem primum tetigimus. Non ualet igitur prior ipſius ratio, quoniam de naturali affectu loquitur, qui à nonnaturali diſtinguẽdus erat: neque minus ſecũda, propterea q; reditus ille ad naturalem ſtatũ, cum membra grauata euacuãtur, ex ſe delitias non infert, ſed cum confertim fit; at in emiſſione fęcum, aut urinæ cũ non confertim tanta fit euacuatio, ut in ſeminis protruſione, neque etiam tanta oblectatio conſequetur, neque dicendum eſt (vt ille) q; pruritus multus ſolus ſit, qui in ſeminis exitu propter ſpirituum complurium introcluſionem, delitiarum ſit cauſa, quoniam & nos illum in materia admittimus, quam quidem ob ſui exagitationem, atque compunctionem cauſam vnam eſſe duximus. Tertia quinetiam ratio nil contra grauiſſimos hos uiros concludit, quinimmo ad noſtri potius fauorem facere uidetur, ſiquidem ex quo materia aggrauãs non adeſt, minus etiam conſequitur oblectamentum; propterea q; naturalis tunc ſtatus adeſt, atque ob id una duntaxat cauſa concurrit, quam & Plato, & Ariſto. & Gal. nunquã negaſſent. Delitiarũ igitur duæ ſunt cauſæ materia ſpumoſa, turgida, partesque genitales valde feriens, ac ſubitus ille ſeminis eiaculatus; ad hæc & tertiam adiungimus, quam quidem in tranſcurſu ſuperius tetigimus, extrinſecam quidem, ſed ualde neceſſariam obiectum nimirum delectabile, cum homo concumbit, ut enim hoc à natura inſitum eſt, vt quiſque ſummam percipiat voluptatem, ſi quem reperiat eiſdem delectari, quibus & ipſe, exempli gratia, muſicus muſica, ſic & homo maxime oblectatur, cum amaſiam ſibi conformẽ reperiat, tunc enim vt magnes ferrum, ita mulier hominem appetet, homo uerò ipſa oblectabitur: unde non inepte loquuti ſunt, quicunque amorem ſeu Venerem ex ſanguinis quapiam uniformitate produci duxerunt, quanto

enim

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 520 sur 753

enim ſanguinis hæc vniformitas adeſt tanto etiam in coitu maiores delitiæ conſurgunt. Cęterum ex cauſis hiſce delitiarum facilime colligi poteſt, quibuſnam uenus conueniat, quibuſvē non; nam cum materia ipſius vtile ſit excrementū, hoc aūt aut quantitate, aut qualitate, aut & quantitate & qualitate, aut nec quantitate nec qualitate redundet: ſi quantitate tantum ſemen abundet, quale eſt in temperatis, ac optime conſtitutis, vel & calidis & humidis non valde à temperaměto excedentibus, hi utique ex venere vel maxime iuuāntur, & ſi abſtineant mirum in modum læduntur; quemadmodum & Gale. teſtatur: ſi autem qualitate ſemen duntaxat ſuperet, vt bilioſis, melancholicis, ac pituitoſis hominibus accidit, id vtique corrigendum potius eſt, quàm excernendum, non tamen in correctione retinendum, etenim venus nocet frigidis & humidis, quales ſunt pituitoſi (niſi ab hac intemperie non valde recedant, quoniam tunc moderata venus eis iuuat: propterea quòd imbecilles ſunt non tantum ventriculo, & cerebro, ſed & reliquis partibus, ac potiſſimum genitalibus, qui ſi venere indulgent, adhuc imbecilliores efficiuntur; & licet Hippocra. aſſerat, venus morbis, qui ex pituita procreā tur, vtilis, & Ariſto. ratione inquirat, cur venus morbis, qui contrahuntur à pituita vtilis eſt, non tamen & Hippocratis aphoriſmus. & Ariſto. problemma in frigidis ac humidis naturis veritatem dicunt, neque de his obloquebantur, cum naturæ illæ venerem non multum admittant, ſed Hippocra. de naturis his profert ſententiam, quibus virtus bene conſtans eſt: quandoquidem coitus motu ac excalfactione pituitoſum ſemen non ſolum euacuat, verum & id excalfacit, & digerit: Ariſtote. vetò quippe qui phlegma ſuperfluum eſſe primi vtilis alimenti eſſe voluit, propoſito problemmati reſpondet; an quòd ſemen genitale excrementi cuiuſdam detractio eſt, ideo naturam præſefert pituitæ; quod igitur multum pituitæ concubitus detrahit, iuuare idcirco poteſt: cauenda autem venus eſt in febribus ex pituita genitis, quoniam non ſolum adaucta putredine magis ſuccenduntur humores, ſed & ex motu virtus, quæ laxa eſt ob febrim, magis imminuitur: ob id Ariſt. idem promouens quæſitum, non abſolute ait, cur venus morbis ex pituita commoda eſt? ſed non nullis adiecit, excipit namque febrientes ex pituita, vt dictum eſt: vnde Auicen. dicebat, quod coitus doloribus confert renum repletorum, & ægritudinibus phlegmatis omnibus proprie in eo cuius caliditas innata eſt fortis, nam cum febris adeſt, uirtus non admodum fortis exiſtit: Nocet quinetiam venus frigidis ac ſiccis, qui ex natura

Lib. 6. ſec. 5. 23.

Sec. prima prob. 50.

1. de gen. a nim.

4 ſectio. proble. 16.

20. 3. c. 10

melan

©BIU Santé

melancholici sunt: verum quandoque, sed rarò eis prodest, quoniam animum exhilarat, ac spiritus illos atros, ac crassos in coitus motu ex parte discutiunt: at si melancholici sint ex humorum adustione, tales vtique libidinosi cum sint, non tantum ob flatuum redundantiam, vt voluit Argenterius, sed & ob serosum, ac acrem humorem ex materia adusta manantem, his coitus prodest; non quidem, vt ille ait, quòd flatus tantum discutiantur, sed & materia illa irritans euacuetur, uanum enim est dicere, quòd flatus illi salacitatis in his corporibus causa sint: propterea non aduertit ille, quòd melancholici duplices sunt, vt dictū est, alii quidem ex humorum adustione, qui calidum hepar valde habē tes facillime humores accendunt, & in atram bilem conuertunt; atq; hi ob excedentem calorem plurimos flatus generant, qui simul cum atro humore acri commiscentur, & pruritum ac extensionem in geni talibus faciunt; & de his loquitur Aristote. alii verò ex natura sunt fri gidi & sicci, in quibus calor est imbecillus, atque hi minime salaces sunt, neque sub Aristo. problemmate comprehenduntur: & licet melā cholici primi maxime venerem appettant, iuuenturq; nonnunquā ex creta spirituosa, acriq; materia, attamen tempore imbecilli ualde red duntur, vt eorum sanguinem, ac semen corrigere potius, quàm euacua re satius sit; itidem in colericis accidit, qui calidi sunt, & sicci; iuuātur namque ob seminis acris emissionem, veruntamen substantiæ ratione ac corporis naturæ nocumentum non exiguum perpetiuntur. Quod si qualitate, ac quantitate semen abundet, vt in calidis & humidis na turis, in quibus sanguinis copia uiget non tantum in omnibus venis, sed & testibus ipsis cum eorum semen fœcundum sit, spumeum ac co pioſum, hi vtique à venere maxime adiuuantur; quemadmodum ecō uerso si abstineant, mirum in modum afficiuntur; nam vt scripsit Gale. in mulieribus, quę multo semine abundant, id excerni postulat haud secus ac in viris, etenim vt videri licet, mulieribus contingunt rigor, frigus, deliria, vteri suffocationes, neruorum distentiones, & huiusmo di, quemadmodum mulieri viduę ex longo iam tempore, quæ cū præ ter cæteros malos affectus neruorum distentione vexaretur, & dicente obstetrice vterum contractum esse, remediis ad huiusmodi dispositio nes consuetis vti decreuisset, oborta inter curandum titillatione qua dam cum labore, ac voluptate, veluti per coitum vsu venire solet: cras sam, plurimumque semen excreuit; atque ita pristinæ sanitati restituta est; at viri capitis grauitate molestantur, cibos fastidiunt, febribus ob noxii fiunt, vlceribusque intestinorum, & genitalium, ac alius complu ribus similibus: vnde narrat Gal. Diogenem illum Cynicum philoso phum

4. Sec. pro ble. 30.

6. de lo. af fc. 4.

phum prestantissimum, ac continentissimũ, vt semen illud superfluũ expurgaret libidini interdum indulsisse, & quod cum meretrice serius ueniente efficere non potuit, manu propria vt sibi graue onus proiecit. Porrò non solum in mulieribus, sed & uiris hæc accidunt symptomata, quoniam non tantum spiritus, ac vapores in uenis & arteriis cõclusi simul retinentur, qui calorem suffocant, vt sentit Argenterius, sed uitiato semine, ac ueluti ueneni vim obtinente, quod quidem negat, nam licet substantia illa pura sit, ac elaborata, non tamen retentũ semen euadere potest, quin temporis spatio corrumpatur: & quamuis Gale. ostendat se multotiens id obseruasse cum semen corruptum per coitum eiectum est, necnon exemplo phalagij ictus cum ab exiguo veneno per minimum foramen iniecto totum corpus afficitur, & q̃ in animantibus corruptio quædam innasci potest tanta, vt veneni tũ qualitatem, tum vires æquet; hoc tamen supposuit vt manifestum, & alibi explanatum, q̃ semen ipsum hui usmodi patitur corruptionẽ, atque ad ueneni naturam conuertitur: etenim Aristot. omnia (vno igne excepto) posse putrescere scripsit; propterea q̃ omnia ipsius materia sunt, semen autem cum ex varia constet materia, licet magis pura, quã sanguis; præterea cum aliud quidem crassum, aliud verò tenue, & aliud quidem magis, aliud vero minus sit acre, purumque, cur putrescere non poterit, cum potissimum temporis spatio spiritus qui in eo continebantur, quique causa esse poterant, vt nõ putresceret, euanescãt? Quæ nam igitur est Argenterii ratio? vana equidem: sed quid circa hoc immorror, cum certò sciam, vt & in aliis ipsum aduersus grauissimos authores non nisi frigidas semper rationes promouere; idque potissimum cum nostra intentio non sit omnia in ipsius commentationibus perperàm scripta refellere, sed nonnulla duntaxat, quæ maioris sunt momenti; quandoquidem ex his & reliquorum falsitas facile innotescet. Verum si semen neque quantitate neque qualitate superet, vt in pueris, senibus, & à morbo diuturno leuatis, & huiusmodi, venus vtique his interdicenda est; pueri namque semine vacant, cum materia tota illis pro corporis est auctione; impuberes vero cum dolore semen eiiciunt, patiunturque tum ob ætatis mollitiem, tum quoniam maxime adaugentur, senes uero semine priuantur, quandoquidem calor innatus imbecillus illis satis est, vt materias pro membrorum nutritione digerat; itidem & qui à morbo leuantur. Quo uero ad ueneris motum, sub quo eam quoque collocauimus quantitas, & qualitas ipsius perpendenda est, quantitas quidem cum alia sit continua, discreta verò alia, veneris que quantitas continua in motu lon-

4. metho. contex. 5.

ga

©BIU Santé

ga, breuis, magna, & parua; ſicut diſcreta, quando coitum ab altero coitu contemplamur; motiones quidem magnæ ac longe (vt à continua coitus quantitate exordiamur) minime conueniunt, quandoquidem loca calefaciunt, multosque ſpiritus attrahunt, atque diſperdũt, vt tandem corporis laſſitudo fiat: hinc Aui. non ſolum quòd à legi-
2. 3. trac. 1. bus maſculinus concubitus, ut obſcœnus prohibetur, ipſum deteſtatur, ſed & quoniam in eo maior fit corporis dimotio, quàm in fœminarum concubitu: item ſi quis cum muliere nolente quandoque coeat, licet ſemine abundet, longa tamẽ in eo coitu motione vtitur, quæ corpus non modicè laxat: coitus quinetiam, qui debitam inter ſeſe (quod quidem ad quantitatem diſcretam ſpectat) non ſeruãt proportionem, vt noua adhuc materia apta pro ſemine aggregetur, maxime deteſtandi ſunt: quę quidem proportio haudquaquam determinanda eſt, ſed iuxta indiuiduorum naturam tam uariam, vt & Gal. principio lib. ad Glauc. clariſſime teſtatur: verun tamen communis regula præſtari poteſt, vt Gal. in contex. ait, vt neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſeipſo homo quodammodo leuior factus, ac melius ſpirare videatur: quę quidem regula tres continet conditiones, quæ licet ad totam venerem accommodari poſſit, immediate tamen ad conueniens in coitu interuallum reſpicit, ex hoc namque indebitè adminiſtrato, reliqua omnia inordinate, ac peruerſe admodum ſuccedunt: ob id nullum aliud ex Hippo. ſententia peius eſt nocumentum coitu præter rationẽ adhibito, euacuat enim ſpiritus omnes, alimentum nutritioni delegatum ammouet, oculi rarefiunt, cerebrum, & nerui compatiuntur, ventriculus fit imbecillus, & denique totum corpus exareſcit; multo enim plus vncia ſeminis eſt, quàm ſi in quadruplum ſanguis è venis copioſe profluat. Amplius coitus inanitionem reſpicit vnum ex ſex prædictis nonnaturalibus, quandoquidem quod aggrauat, veluti excrementum protruditur; vt & vrina, ac fęces; diſtinctum tamen à reliquis excrementis, propterea q; generationi vtile eſt, & accommodũ: vt aũt cõueniens hæc fiat euacuatio, ſicut & in quibuſdam fieri ſolet, tempus, ac horam congruã eligimus, nam quemadmodum in cane, & ante canem difficiles ſunt purgationes, vt cenſet Hippo. quanto magis hæc omniũ præſtantiſſima his temporibus fugiẽda eſt? pariter ſi poſt cibum corpus euacuandum, phlobotomandumq; non concedimus, minus vtique ea hora illi hanc concedemus euacuationem. Quocirca ver coitui maxime opportunum tempus exiſtit, quoniam tunc ob aeris temperiem ſemen copioſius generatur: hinc eſt, quòd tunc omnia fermè animalia (vt in catis & felibus aperte videri licet) in uenerem prorumpunt:

cumpunt ; ſecundum autem locum hiems, ac tertium æſtatis principium obtinet, quemadmodum & quartum poſt autumni medium ; peſſimum verò omnium eſt à medio æſtatis vſque ad autumni mediũ, idque potiſſimum cum ſiccius eſt tempus; minus namque nocet, ſi humidum ſit, non enim in coitu vires adeo diſſoluuntur: propterea vetus adagium maxime eſt attendendum, ne Iunii, Iulii, Auguſtiq; tẽpore veneri incumbamus; corpora etenim tunc imbecilla ſunt: ♀ ſi veneri tunc indulgebimus, ea vtique imbecilliora reddentur, ac totum denique corpus ſqualidum : hora quinetiam in coitu præeligenda eſt, cum in exceſſuum mediocritate corpus fuerit collocatum, neque admodum plenum, neque vacuum, neque in qualitatibus frigore nempè calore, humore ac ſqualore exceſſerit: hanc autem deſcripſit horam Hippo. hoc ordine, labor (inquit) cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria; poſt ſomnũ nãq; coeundũ iubet, quod circa aurorã tempus eſt, quoniam corpus peracta coctione opportune excrementis omnibus repurgatur; minus autem conueniens eſt hora ante ſomnum, vt voluit Paulus : propterea quod licet ſomnus ſuccedens vires reparet, & quiete fœmineum vterum ad conceptum paret, attamen in temperatis ac copioſo ſemine præpollentibus ſomnus is neceſſarius non eſt. Hæc ſunt, quæ de uenereis pro intelligentia eorum quæ à Gal. hoc loco ſcribuntur, nobis dicenda videntur, licet & complura alia ex Hippocra Gal. Oribaſio, ex Ruffi ſententia; Paulo, Actio, & modernis ferme omnibus adiungi poſſint. Galenus itaque in contextu, cum eius ſit intentio oſtendere, quod coitus in temperatis potiſſimum corporibus moderatus circa tria quæ in eo concludun tur, eſſe præſtat, tres etiam ipſius ſtatuit conditiones ſeu ſigna, quibus vt & in aliis ipſum metam non tranſcendere dignoſcamus : prima quidem conditio eſt, ne corporis fiat reſolutio, quę animi affectus reſpicit, nam ſicut vehemens animi affectus ſpiritus concitat, & eos ex toto corpore in coitu confluere compellit, vt teſtatur Ariſtot. vnde cauendum eſt ab amaſiis, atque potiſſimum ſalacibus; ex continua namque harum imaginatione, quę præter modum amantibus exoriri ſolet, tanta ſpirituum copia & gignitur, & ad partes genitales protruditur, ut animi affectus moderari amplius nequeant; hinc totum refrigeratur corpus, & corporis robur deperditur, & tandem totius ipſius corporis (vt inquit Galen.) fit reſolutio: ſecunda autem conditio eſt, vt leuior homo ſeipſo fiat, quæ ad motum reſpectum habere poteſt, cum enim moderatum exercitium excrementa in corpore deiiciat, ita & in coitu mode-

6. Epid. ſec. 6. contex. 5.

lib. a. c. 35.

1. de gen. anim. 17.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 525 sur 753

©BIU Santé

ratus motus leuiorem, ac ab excrementis ficciorem hominem reddet: itē quoniam ſemen quantitate & qualitate ſpiritus ſuffocabat, & corpus grauius reddebat, motu ſemine deiecto, & ſpiritus reuiuiſcunt, & corpus leuius efficitur: tertia vero conditio eſt, vt melior conſequatur inſpiratio, quod quidem non niſi euacuatione fit, nam quē admodum ad cordis tutelam fuliginoſi illi ſpiritus euacuantur, ſic in uenere ſeminales ſpiritus, atque vapores protruduntur, ex retentione autem ſeminis, vt ex fuliginoſis cordis excrementis retentis augetur reſpiratio; nam cum reſpirationis cauſæ, teſte Galeno, tres ſint, neceſſitas, inſtrumentum, & virtus; ex ſeminis quidem retentione neceſſitas augetur, quoniam eleuantur è ſemine vapores; qui ſpiritus mouentes reſpirationis inſtrumenta prohibent, viasque obturant; eadem quoque ratione inſtrumenta, vt proprio munere fungi non poſſint, impediuntur, atque tunc anhelitus diuariatur; virtus vero prioribus duobus à naturali ſtatu turbatis, reſpirationem & ipſa commutat, atque tunc crebrior, celerior, ac paruior anhelitus fit, iuxta tamen eorum immutationem. Vt igitur ab his corpus malis liberetur, ſeminis copioſi euacuatione opus eſt, qua quidem remota recta demum ac cō ueniens reſpiratio conſequitur, cęterum vt & moderatus in venere motus, & euacuatio fiat, Gal. eligit tempus, horam, & reliqua, quæ ſub duobus hiſce comprehendi diximus, ſubdens.

lib. de reſpir.

TEMPVS vero ad utendum opportunum, cum omnium in rerum circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum, tum ſcilicet neque ſupra modum plenum, neque uacuum extiterit, aut in calore, aut frigore, aut ſiccitate, aut humiditate exceſſerit corpus.

Quoad corporis tēperaturā nullus in ea ſit exceſſus, quod ſi excedat ad calidum & humidum vergat, quam nonnulli naturæ humanæ conuenientiſſimam eſſe ſuſtinuerunt, alię namque temperies minus venerem tolerant, ut ſupra declaratum eſt: quoad ætatem vero florentes (vt & alibi conſentit Gal.) veneri maxime apti ſunt; quæ n. hanc præcedunt ętates, vel ſubſequuntur, aut ſemen non effundunt, aut certè infœcundum, aut male fœcundum. moderatus inſuper corporis motus ſit veris tempore potiſſimum, quàm aliis temporibus, ob eā quam ſupra tetigimus, rationem; ac poſt ſomnum, ut iubet Hipp. quod quidem in aurora tēpus eſt: quæ quidē coitus ſunt circunſtantiæ, ut & moderatus animi affectus in mulierem, concubitus cum muliere neque nimis ſalaci, neque ualde torpida; ac ſitus, qui & ipſe animaduertendus eſt, ut

6. de tuend. nal.

ſentit

ſentit Auic. caueat enim homo, ne mulier ſibi ſuperequitet, quoniam materia quandoque venenoſa per muliebrem conum defluens, virgam exulcerat, & ouorum .i. teſtium (ſic.n. loquitur Aui.) putrefactionem inducit: ſed homo quidem ſuperius, fœmina uero inferius, iuxta naturalem ſitum iaceant. Et licet Gal. de duabus tantum circunſtantiis mentionem faciat, eas tamen ut exempla propoſuit, cũ antea corpus in omnium circunſtantium mediocritate cõſtitutum eſſe dicat; neque ſolas ſex res nõ naturales circũſtantias intelligit, ut interpretes volũt; ſed & alias omnes, quas ſupra enarrauimus. Itaque tunc uti uenere opus eſt, cum iam cibus perfectè ſit coctus tum in uentriculo, tum in hepate & iam in corpus per venas diſtribuitur: quo quidem tempore corpus neque plenum, neque uacuum exacte eſt, neque nouus cibus deſumitur: quinimmo ante cibum adhuc exercitium præcedere debet, ut ſuperius annotauimus, poſt quod cum corpus recte uacuum ſit, non uenere, ſed cibo opus eſt: inſuper corpus in calore non excedere debet, ut exercitatis accidit, neque in frigore, ut cum quis hiemis tempore loco frigido ſe exponit, neque in ſiccitate, vt ſuperflue elaboratis euenit, neque in humiditate, ut contingit his, qui ſuperfluo ocio, aut ſomno, aut crapula, aut huiuſmodi uſi ſunt. Subdit autem Gal. duo tradẽs documenta, quando quis aberrare contingit, dicens.

Quod ſi aberrare contigerit, paruus ſit error, melius autem illi calefacto magis, quàm infrigidato, & pleno, quàm uacuo, & humecto potius corpore, quàm exiccato uti uenereis.

Primum quidem documentum eſt, q; ſi quis in coitu contingat aberrare, paruus ſit error, talis enim à ſenſu diiudicatur perinde, ac non ſit; ſecundum uero, q; ſi aperte aberrat, minus malum eſt uti uenere corpore concalefacto, quàm infrigidato: interpretes hoc exponentes poſtremum documentum aiunt; quod huius ratio eſt, quoniam cum ſpirituum & ſanguinis euacuatio, ex quibus ſperma gignitur, nec non ſpirituum diſſolutio, ex exercitio in coitu corpus refrigerent; licet per accidens calor in coitu magis vigere videatur, poſt coitum tamen corpus frigidius per ſe manet, quod quidem peius eſt, quàm ſi corpus antea concalefactum eſſet. Hæc quidem expoſitio, pace ipſorum dixerim, non eſt ad Galeni mentem, nam ſi coitus, quod ſuperfluum eſt, expellit, corpus etiam leuius, ac traſpirabilius reddit, ut ſpiritus etiam facilius corpus ipſum calidum, ſeu moderatum efficiant: item aut Galen. de calore, & frigore acquiſitis, aut naturalibus uerba facit; ſi de naturalibus non hoc modo dixiſſet, ſed hunc in modum, melius

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 527 sur 753

©BIU Santé

autem est calidæ quàm frigidæ temperiei, non autem de acquisitis calore & frigore; quoniam si ante coitum corpus concalefactum est, ita & in coitu eam potest suscipere caliditatẽ, quę adest, & abest, vt & subiectum in quiete aut motu reperitur. Hinc Argenterius hanc Galeni fuisse mẽtem arbitratus non quidem aduersus interpretes tantum, sed aduersus Galenum male expositum, hoc placitum destruere conatur; nam feruente corpore ex labore (inquit ipse) aut alia ex causa calefaciente, si alius adhuc calor ex motu venereo addatur, non parum imminet periculi, vt corpus in aliquod pessimum incidat malum; quod quidem non euenit, dum corpus infrigidatum est, frigus enim ex amplexu, & corporis commotione statim mitescit, remediumque ex venere sumit; ergo melius est in frigidato corpore, quàm calefacto coire; quod tamen secus scripsit Galen. Verum sicut alij interpretes ex falso interpretationis modo reprehendendi sunt, ita iste nouus medicus ex sui inscitia, non enim hoc voluit Galen. vt illi sibi attribuunt, sed quid aliud artificiosius; nam cum homo cibum assumit ex caloris concentratione partes extimæ refrigerãtur, cum verò cibus primam compleuit coctionem, quæ est ventriculi, tunc calor expanditur, & partes incalescunt: at postquam secunda in hepate completa est coctio, tunc tempus instat, vt corpus aut venere indulgeat, aut exerceatur; post, quod quidem exercitium cibariis est nutriendum. Tempus igitur coeundi (vt & antea diximus) idoneum est post perfectam secundam coctionem, antequam homo vescatur: si autem contingat aberrare (inquit Galen.) error hic paruus sit, melius autem est, id est minus nocuum, vt quis coeat postquàm calor per partes extimas expansus est, hoc est, post primam ventriculi coctionem, quàm statim cum cibum assumit: tunc enim partes ex caloris concentratione infrigidatæ sunt; minus quinetiam nocuum est pleno corpore, quàm vacuo, non quidem vt omnes fermè interpretantur, quòd de spermatis repletione Galen. loquatur: id enim error non est, sed vt necessarium ad hoc, vt idonea sit venus, sed comparat repletionem quoad cibos ad omnimodam corporis vacuationem, quę in tertia est coctione, cum corpus neque exercitio, neque venere indiget, sed cibo, vt instauretur; quod quidem tempus veneri minime conueniens esse paulò ante diximus: propterea minor est noxa, cum fit coitus ventriculo cibis repleto, quàm quando noui cibi assumendi tempus adest, vt dictum est: postremò addit minus malum esse coitum humecto potius corpore, quàm exiccato, vt in valde exercitatis, atque his, qui non

valde

valde sint exercitati, nam post somnum Hippo. venerem statuit, atsi cõtingat, vt corpus prius exercitio sit vsus, melius est concubere, cum corpus sit humectum, quàm cum exercitio intenso fuerit exiccatum; nam licet in vtroque sit error, maior tamen est, dum corpus aridũ concumbit, quàm si corpus adhuc humectum exercitio tamẽ defaticatum concumbat. Hanc puto esse Galeni mentem, dicant alij, quicquid velint, qui in contex. subdit.

HORVM autem singulorum, quæ dicta sunt, qualitas in ipsa corporis constitutione est eligenda: Exercitij quidem, in quo totius corporis partes æquâ proportione mouentur ita, vt non aliæ quidem vltrà modum fatigentur, aliæ uerò citrà: cibi autem & potus optimam habeant temperiem, sunt enim naturæ conueniẽtiores, quæ optima fuerint prædita temperatura: Eadem in reliquis etiam est ratio adhibenda.

Nam quemadmodũ superius inditia tradidit, quibus moderata potissimum quantitas cuiusq; sex rerum non naturalium dignoscatur; licet & qualitati quodãmodo deseruiant, ita hac in parte terminos præcipuè indicat; quibus prædicta omnia quoad qualitatem non excedere percipiamus: neque Gal. hic omnia percurrit, sed duobus duntaxat quòd exemplo traditis hocidem de reliquis subintelligendum cẽset; cuius quidem causam assignamus, q̃ cum eius intentio sit per epilogum totã medicã artem cõprehendere, fat ei erat, vt duobus ad plus veluti exẽplis positis, quę eiusdẽ sunt rationis oia concluderet. De exercitio quidem tũ quoad qlitatẽ, tũ quoad qualitatẽ secundũ oẽs eius differentias longiori disputatione superius egimus, frictionem quidẽ, quę vna exercitij pars est, in tẽperatis inter excessus mediã esse statuentes; qualitate quidem neq; molliorẽ, neq; duriorẽ, neq; crassiorẽ, neque graciliorẽ, quantitate uero neq; multã, neq; perpaucã; exercitationẽ aũt loco q̃ dẽ tẽperato, non intercise, sed continuate, cũ ordine, atq; æqualitate, q̃ si apotherapia corpus hoc indigeat, hãc quoq; in quãto, ac quali moderandã concludentes. Atqui cibos & potus optimã habere tẽperiem asserimus nõ quidẽ respectu corporũ, cum hic de tẽperato verba faciamus, sed in se; q̃ quidẽ tẽperies duplex esse põt, aut in cibariis simplicibus non tantũ quoad primas qualitates, sed & quoad secũdas; nempè vt cibus sit non tm̃ in qualitatibus moderatus, utoua sorbilia, sed ut mediocriter nutriat, neque nimis crassus, neque nimis tenuis, neque viscidus, neque friabilis, de quibus Gal. lib. de alim. fac. copiosius disseruit, aut in compositis; nam ex commistione uariorũ

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 529 sur 753

©BIU Santé

ciborum vnum quoddam medium resultat, temperato quidem maxime conueniens; quemadmodum & ex simplicibus medicinis vnum cõ positum; vt recte libris de simplic. medicamen. ac eorum compos. secundum loca idem nos docuit. Eadem quoque quoad qualitatem in reliquis aliis ratio est obseruanda; de quibus non nil superius peractum est. Cæterum quibus auxiliis corpus temperatum conseruandum sit, hucusque aperuit Gal. inter quæ & venereorum locauit vsum: consequens modo est, vt quonam pacto id, quod ab optimo deficit habitu regendum sit, nos doceat; ob id subdit in contextu.

At si quod ab optima constitutione defecerit corpus, non autem vehementer, & ha, quæ ipsius conseruant, ad proportionem mutabuntur.

Cap. 4. De quonam corpore loquatur Gal. consentiunt omnes fermè interpretes, siquidem id est, quod non vehementer ab optimo habitu deficit, salubre nimirum corpus vt multum; id enim primo lib. esse dicebat, quod à constitutione optima non valde admodum deficit, sed in eius conseruatione quæ nam causæ conseruantes requirantur, cum indefinite Gal. pronuntiet, discordes admodum extitere; alij. n. dicunt, q cũ ipse asserat, quæ ipsius sanitatem conseruant ad proportionem tem periet mutari, de ea intelligat mutatione, quę temperiei similis est, inferius namque calidiora calidioris victus rationem exposcere ait, frigidiora vero frigidioris; humidioraq; humidioris, sicut sicciora siccioris: At qui non aduertunt hi, q non de solo corpore salubri vt multum in toto hoc processu verba facit, sed & de variis, atque inter se distinctis corporibus, ab optimo tamen habitu deflectentibus, cum ait; multa esse huiusmodi corpora: & ob id, quod exemplo illustrat, non est id, de quo his verbis pronuntiat, vt infra clarius ostendemus; amplius si quælibet medicinę pars tam conseruans, quàm curans ex Galeno lib. ad Trass. tota correctiua est, ergo ad similia hęc mutatio non procedet; quod enim simile est, lapsum non corrigit, sed lapsui maxime oppitulatur, vt maior euadat. Alii, inter quos est Truli. volunt, q cum regulahæc cõis sit ad omnia corpora, quæ ab optimo habitu in quocunque gradu deficiunt; ob varios vero ab ipsa mediocritate lapsus modo quidem ad contrarium, modo vero ad simile temperiei mutẽtur remedia; ob id Gal. hoc loco indistincte loquutus est, distinctius aũt paulo infra, cũ eorũ duplicem formam constituit. Expositio quidẽ hæc non est ad Galeni mentem, quandoquidem de his tantum corporibus agit, vt & ipsi asserunt, quæ non admodum ab optimo statu delabuntur

buatur, quorum quidem ſicut ſimplex eſt lapſus, vtpote ad ten. periem proximus, ita & remedia ſimplicia, non autem varia: inſuper diminutum etiam Galen. efficiunt, qui neque de corpore neutro, neque de inſalubri ſemper, & vt multum mentionem faciat, quæ quidem intra ſanitatis latitudinem libro primo ab eo poſita ſunt; cum tamen aperte ſatis de his agat, dum multa eſſe huiuſmodi corpora, quæ ab optima conſtitutione deficiunt, inquit. Hos autem rectius interpretabimur, quòd Galen. ita indiſtincte loquutus eſt, quoniam conſeruatio partim quidem à ſimili fit, dum à cauſis hæc intemperata corpora, atque potiſſimũ ſalubria vt multũ conſeruantur, partim verò à cõtrario; corrigit nãque lapſum inſenſibilẽ, qui à medico, vt artifice ſenſato ſimilis eſſe cõprehenditur, vt inferius clarius aperiemus. Verum cũ nõ tantũ corpus hoc reperiatur, ſed huiuſmodi multa, propterea ait.

Sed cũ multa ſint hmõi corpora per ſingula genera ſeorſum dicẽdũ.

Truſianus, eiusque ſequaces, ſi ſua perſiſtentes ſententia, volunt, q̃ Gal. ſubdat corpus vt multum ſalubre, quod non vehementer ab optimo deficere dictum eſt, vt multiplex eſſe: ſiquidem aliud in partibus ſimilaribus, aliud in organicis, & aliud in natura cõi delabitur; ac rurſus in partibus ſimilarib. aut ad caliditatẽ, aut frigiditatẽ, aut humiditatẽ aut ſiccitatẽ; in organicis verò aut quo ad formã, aut quãtitatẽ, aut numerum, aut ſitum, iuxta quorum ſingulum genus ſeparatim ſermo erit. Verum interpretatio hæc, vt & ſuperius à nobis exploſa eſt; Galenus etenim mancus foret, ſi de ſolo corpore parum, ſeu non valde ab optima labente conſtitutione ſermonem haberet; propterea rectius dicendum putarem, quod cum ſuperius de corpore ſalubri vt multũ agat, doceatque quibus auxiliis cõſeruãdũ ſit, ſubdit, q̃ cũ multa ẽt ſint corpora, quæ ab optimo habitu declinãt, de his quoque per ſingula eorũ genera ſeorſum dicendũ eſt, adeſt namque corpus neutrum vt multum & ſemper, & vt multũ, quod poſt corpus ſalubre ut multũ collocatur, ſicuti in ſecunda Excellentis Patris mei tabella primo libro clare videri licet, in minoribus. n. diſtãtiis neutra ſimpliciter uiſuntur, iuxta tria neutrius ſignificata, quorum neutra ſemp cũ nullã ſuſcipiãt mutationẽ, ſed verè media ſalubertimi, atque inſaluberrimi in medio latitudinis ſanitatis corporũ ſimpliciter neutrorũ repoſita sũt, vt multũ uero neutra q̃quidẽ aliquã ſuſcipiũt mutationem, aut magis verſus ſimpliciter ſalubria, aut magis verſus inſalubria, duo loca ſibi vindicant: poſt quæ in ſanitatis etiam latitudine ſimpliciter inſalubria ſunt, quorum vt multũ inſalubria, vtpote minus ab optima ſalubritate recedentia non ita in extremo locantur, inſalubria verò

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 531 sur 753

ſemper totius circunferentiæ latitudinis ſanitatis extremum locũ obti
nẽt; atqui neutra corpora, & inſalubria prædicta cũm ab optimo habi-
tu manifeſte admodum declinent; quippe quæ imbecillas actiones ædãt
in aliquo vtique ex tribus genere aberrant, vel ſimilibus partibus, vel
inſtrumentariis, aut vtriſq; ſimul; & rurſus aut primis particulis omni
bus, aut aliquibus; aut his quæ obtinent principatum; quemadmodum
vberius ibidem ſcripſit Gal. Nequ; nobis anxam faciet, quòd de neruo-
rũ, & inſalubriũ corporũ præſidiis ſeiunctim ipſe non deſerat, nã cũ cor
pora hęc modo neutra, modo inſalubria aut ſemper, aut ut multum
dicantur, prout magis minusvè ab optimo habitu declinant; præſidiis
quoque non niſi ſecundum magis & minus diuariabuntur; iure autem
per eorum genera remedia tradidit, quoniã talia genera variam etiam
conſeruationem efficiũt, nõ quidẽ vehemẽtioribus, imbecillioribusvè
auxiliiis, ſed toto genere diuerſis: alio nanq; præſidio intẽperies, & alio mala
cõpoſitio organicarũ partium ſeruata, aut ad melius reducitur, vt infra
clarius oſtẽdemus; ſiquidẽ intẽperies corporũ auxilia calidiora, frigidio-
ra & hmõi cõſeruãt: cõpoſitiones vero magnitudo, numerus, ſitus, &
id tale tale genus. Cæterũ exordiẽs ab exceſſu in temperaturis, quando
in omnibus æque partibus ab optimo habitu recedunt, exiſtentibus
quippe quoad commenſurationem inſtrumentariis ait.

*Quod igitur in temperatura euariat partium ſimilarium inſtru
mentariarum autem ſeruat commenſurationem, duplicem ha-
bet ſalubrium cauſarum formam, altera quidẽ earũ, quæ ipſum
conſeruat tẽperaturã, altera vero eã, quæ ad optimã trãsferat.*

Prima quidẽ formula vtimur potiſſimũ in his corporibus, quæ non
admodũ à tẽperata recedũt, aut ſi valde recedũt, tũc tẽporis multis di-
ſtricta ſunt occupationibus; quæ admodũ, clarius infra dicet; altera ve-
ro nobis eſt vſui, cũ corpora & valde diſtãt, & in ocio degũt, nã quę tem
perato ppè accedũt, cũ actionibus accõmoda ſatis ſint, tutius eſt in eo-
dẽ ſtatu, in quo reperiuntur, ſinere, quàm fruſtra quodãmodo ad opti
mũ ſtatũ deducere; quæ vero valde labũtur, cũ ab ortu naturæ materiã
ita cõtractã habeãt, ac cõſuetudine, viuẽdiq; ratione ſint cõfirmata, nõ
6. Epi ſec. niſi magno cũ labore, ac diuturniore tẽpore indigẽt, vt ad optimã na-
ſ. 6 tex. 1 turã uertãtur, propterea vt vacent neceſſum eſt; etenim ex Hipp. naturæ
morborũ ſunt medicatrices, quæ in ſimiliariũ partiũ cõſtitutione vigẽ
tes niſi cõquieſcãt, fruſtra auxiliũ expectãt; quin immo in qetę res inſue
tas pſentiẽtes vim patiũtur, atq; infirmãtur, & pinde corpa, q̃ ad melius
ſeu pfectius reducere ſtudemus in deterius cõtrahũtur. Quæ aũt ſint au

xi-

xili a iuxta primã formulã, duram temperaturam conseruãt, subdens ait.

QVAE *ita ipsius temperaturam conseruant, tantum à causis optime temperatæ naturæ distabunt, quantum & totius corporis temperatura ab illa euariabit: calidiora siquidem corpora calidioris victus rationem exposcunt, frigidiora autem frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris ac secũdum coniugationem calidiora & sicciora calidioris & siccioris, eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarum utetur materia, qui naturales earũ potentias agnouerit veluti quòd motus, defectus alimenti, vigiliæ, excretio, & omnes animi affectus corpus exiccant; at quæ his contraria existunt humectant: ita vero & calefacientia, et refrigerantia vitæ instituta, & ciborum, ac potuum, atque (vt simpliciter dicam) omnium, quæ corpori afferuntur materias quis noscens, atque potentias, salubribus vtetur causis similia similibus afferendo siquidem eius propositum fuerit, eandem, in qua acceperit corporis seruare temperaturam.*

Locus hic de corporum, quæ ab intemperie labuntur, conseruatione licet clarus sit, atque conformis his, quæ ab eodem tum primo de tuend. vale. conscripta sunt, nempè quæ secundum naturam se habẽt, corpora, his suum seruari statum decet; seruantur autem similibus vnũquodque, alteratur autem contrariis, tum & eiusdem, dum ait; Male affecto corpori contraria, bene autem se habenti similia adhibere oportet: Vnde Hippoc. in morbis etiam similia alimenta pro corporis temperie tuenda tradit; victus namq; humidus (inquit) febricitãtibus omnibus conuenit, & maxime pueris; atq; aliis, qui tali victu vti consueuerũt; vtpote temperamento eorum quàm similis, ac magis conformis: & Cal. idem asserit; vbi ægros duos contrario temperamento, eodem tamen morbo laborantes effingens calidiori quidem, & adbilis naturam proprius accedẽti, paulò calidiora, alteri verò frigidiori frigidiora magis exhibenda statuit; seruandi nimirum temperamenti gratia; attamen non desunt complures & loci, & rationes ab expositoribus repertæ, quę è diametro huic placito contradicere, ipsumque diluere videtur: nã cũ Hip. dicat, q morbi alii ad alia bene, vel male se habẽt, & q dã ætates ad tempora, & loca, & victus genera, Galen. in com. subdit; quòd idẽ de naturis dicendum est, frigidæ namq; ad calida melius afficiuntur, calidæ vero ad frigida, & in vniuersum contrarii ad contraria

bene

©BIU Santé

bene ſe habent, ſimiles vero ad ſimilia malè; præterquam ſi ętas, aut cõplexio temperata victui, regioni, & loco temperato comparentur; tũc enim hoc ſolo caſu ſimiles a ſimilibus bene afficientur, in cæteris vero res contrario modo ſe habet: eadem quoque fermè ſuperiori com. dixerat, licet non adeo clarius, dum ad æſtatem frigidas & humidas naturas, ad hiemem vero calidas, & ſiccas optime affici inquit: Vnde Gale. in temperatis hiſce naturis contraria dari iubet, ne à ſimilibus in morbum incidant, ait namque; in eo autem qui eſt in calido, frigidovè ad intemperantiam lapſu contraria dare ſemper expedit, cum & efficaciſſimæ eiuſmodi intemperies ſint, & (vt ita dicam) magis quàm quæ ex ſiccitate, & humiditate conſiſtunt, potentes; quippe cum facile ſimilibus nutrimentis in morboſam intemperantiam abeant: quod & 2. huius repetit, ſiquidem ſimilia ſuę temperaturæ cauſæ ſunt, vt facile intẽperies quæque ſicut modicus contrariorum vſus, vt vel maxime iuuetur: Vnde explicans ſigna, quibus ventriculi natura cognoſcitur, pulmonem natura calidiorẽ frigido aere leuari, frigidiorem vero ex frigido ſenſibilem noxam incurrere autumat: huic etiam concluſioni Hip. aſſentire videtur, dum ait: corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere conuenit; fames enim corpora ſiccat: & Ariſt. huic quoque ſubſcribit, cum quę ſunt natura frigidiore in calidis regionibus vitam longiorem ducere teſtatur, in frigidis vero breuiorem. Nonnulli locos hos, ac grauiſſimorum virorum authoritates adinuicem pugnantes conciliare conati ſunt, dicentes; q. Gale. hoc loco & alibi quandoq; de ſolis temperatis, ac temperamento proximis, quæ vt multum ſalubria dicuntur, verba facit; quę quidem ſimilibus ſeruanda iubet, at quę à temperie valde recedunt, non ſeruanda quidem ſimilibus ſunt, ſed magis contrariis corrigenda; ſiquidem prona ſunt vt in ægritudines ſuæ intemperiei ſimiles dilabantur: propterea in prædicti aphoriſmi com. à Gal. ſcriptum eſt, frigidas quidem naturas ad calida, calidas vero ad frigida, ſiccas ad humida, & humidas ad ſicca recte ſe habere, & in vniuerſum contrarias quidem ad contraria bene, ſimiles autem ad ſimilia; talia enim corpora cum extremum latitudinis ſanitatis terminum obtineant, merito ſalubria in præſenti, vel vt nunc à Galeno dicuntur; quòd ſi ipſa ſimilibus diutius vtatur, dubiò procul in ſibi ſimilem morbum facillime decidunt. Verum hæc conciliatio ad Galeni mentem nequaquam facit, nã libro illo ſexto de tuẽ. val. inquit, in eo autẽ qui eſt in calido frigidovè ad intemperantiã lapſu contraria dare ſemper expedit, ergo de quacunq; intemperãtia in diſtincte, tam quæ eſt temperamento remotiſſima, quàm quę ab ea non valde ſemo-

6. de tuen. valet.

Cap. 23.

7. aph. 59.

lib. de lon. & bre. uit.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 534 sur 753

ta eſt, loquitur; in qua quidem ſemper contrariis vtimur auxiliis; ité Gal. antea declarauit, quomodo corpora, quę modicum à temperie dilabuntur, regenda ſunt; ergò hoc loco de his non agit, ſed de neutris, ac inſalubribus; alioquin cuncta confunderet, aut bis de eiſdem in caſſum loqueretur; quod quidem hoc potiſſimum libro, vt omnium Epilogo facere non debebat: præterea inferius in intemperantiis abſolute & correctionis per contraria, ac per ſimilia cõſeruationis viciſſim apud medicos neceſſarium eſſe vſum cenſet: quandoquidem vacantes quidem ac negociis minime dediti contrariis; occupati verò circa familiaria exercitia ſimilibus vti poſſunt; ergo non de ſola modica intemperantia ſermonem facit. Alii autem, inter quos eſt Haly, prædictos conciliant locos, q in temperaturis diſcrafiatis ex Gal. intentione, quando volumus conſeruare, corpora his regenda ſunt, quæ neque temperiem adaugeant, neque diminuant; in permutatione vero vſq; quo excedens qualitas imminuatur, ac tandem ad æqualitatem corpora deducantur: tales autem effectus produci non poſſunt, niſi per contrariorum exhibitionem in conſeruatione quidem non multũ, in permutatione vero quoad contrarium præciſe gradum; exempli gratia, ſit corpus calidius, vt duo, quàm æqualis temperies exigat, ſi ipſum conſeruandum proponimus, quæ in primo refrigerant ſunt exhibenda; talia namque ſui frigiditate exigua minime ad frigiditatem corpora contrahere poſſunt; neque minus permittere, vt magis adhuc incaleſcãt; atque ob id ſimilia ſunt, quoniam minus frigidum reſpectu minus frigidi calidum dicitur, vt & ipſa temperies, licet quoad caliditatis gradus diſſimiles ſint; ſunt autem & contraria, quoniam intemperies quidem calida eſt vt duo, id vero quod adhibetur, frigidũ ordine primo: ob id Gal. hoc loco ait, calidiora corpora calidioribus indigent adiutoriis, hoc eſt his, quę intempetiem non alterent, quæ parum admodũ frigida ſunt, vt iure calida ea potius diceres: alibi vero propriè loquẽs ea contraria, & diſſimilia nuncupat, ut iam declaratum eſt: ſecus autẽ ſe habet in permutatione, nam illa tunc non ſolum quodammodo, ſed omnibus numeris contraria ſunt; vt exempli gratia in corpore per duos gradus calidiori nuper propoſito, non ſolum refrigerantibus, ſed in eodem præciſe gradu vtendum erit. Hæc quidem conciliatio vana eſt, ac multis ſcatet oppoſitionibus, primum quidem, quoniam 6. de tuend. val. reddens cauſam, cur contrariis quo ad caliditatem & frigiditatem multotiens vtimur, nõ autem quoad humiditatem ac ſiccitatem, inquit; quoniam qualitates illę efficaciſſimæ ſunt, vt facilime corpora in morboſam intemperantiam abeant; ergo in cõſeruatione

non

©BIU Santé

non oppoſitis parumper vtimur qualitatibus, idque potiſſimum dum humiditas ac ſiccitas ſuperant, ſed valde ſimilibus, quę à temperie per eundem euadient gradum: item ſi comparat Gal. conſeruationem ad permutationem, quòd in conſeruatione quidem vtimur exempli gratia minus frigidis, quę intemperiem minime alterent; in permutatione vero magis frigidis, quæ ad qualitatem traducant; cum autem qualitates facta ad æqualem temperiem cõparatione tales denominentur, ſicut magis frigidum adæquale frigidum dicitur, ita & minus frigidũ, frigidũ, non aũt calidũ nominabitur; ſiquidem vtrunq; ab æquali per frigidum declinat; alioquin & frigidum calidum, & calidum frigidũ foret; quod quidem dicere valde abſonum eſt; inſuper Hippo. inquit, Victus humidus maxime pueris expetit, & his, qui tali cibo vti conſueuerunt, ergo ſiccum in primo non exhibet, ſed præciſe ſimile quo ad ipſam humidam qualitatem: præterea verba Galeni è diametro eorum oppugnant ſententię, nam ait in contex. calidiora corpora calidioris victus rationem expoſcunt; ergo non minus frigidioris, quàm in ipſa permutatione, aliud namque eſt frigidioris ac calidioris victus ratio: Vnde dicebat ipſe. Fiunt autem & qualitatibus conuenientię vtique ſi ſeruare temperamentum ſtudes, humidis naturis humido cibo maxime quadrante, ſiccis vero eo, qui ſiccet, ſi enim alterare placet, contrariis: ſed quæ nam eſt conuenientia inter corpus calidius, & auxilium minus frigidum in gradu nimirum primo? nulla ſanè, ſed potius oppoſitio non parua: verum hæ ſufficiant rationes, licet & complures aliæ reperiantur, quæ hanc deſtruunt conciliationem. Argentarius verò poſtquam Montani diluit concordium, qui dicebat ſimilia duplicia eſſe vel in eodem vel in diuerſo gradu, corpora enim conſeruantur, & bene ſe habent à ſimilibus in eodem gradu, læduntur autẽ, etiam immutãtur ab his, quæ in exceſſu ſimilia ſunt exemplo ſenis, qui ob excedentem aeris hiberni intemperiem læditur; ſicut iuuenis ob contrarij æſtiui exceſſum eodem propè modo afficitur; propterea-quòd Gal. ſenes ſemper per calida, & humida tractandos eſſe autumat, nunquam autem per frigida & ſicca, cum nihil impediat, quin aer nõ-nunquam ſenis intemperiei maximè ſimilis exiſtat; quod quidem & de iuuene in æſtiuo tempore dicendum eſt; tandem propriam contradictionis diſſolutionẽ ponit, quòd aliud eſt conſeruari corpora, aliud uero iuuari, & bene ſe habere, ſola enim tãperata natura ſimilibus conſeruatur, & iuuatur, cęterę vero à ſimilibus cõſeruãtur, & ſimul male habent; diſſimilibus uero mutantur, meliusq; habent, nam etſi intemperies ab æqualibus ſimilibus non intendatur, tamen conſeruatur iuxta eun-

6. de tuẽd. ual.

6. de tuẽd. ual.

xta eundem lapſum, & interim cum tale corpus intemperatum eſt, male afficitur; contraria vero meliorem habitum pariunt, & iuuant, vt manifeſtè ex actionibus omnibus comprehendi poteſt; ſiquidem ventriculus frigidior melius calidiores cibos conficit, quàm frigidos, & calidus melius frigidos quàm calidos: Quòd ſi pueros uictu humido nutrimus, id vtique non eſt, vt quid melius, ſed vt quid melius conſequatur; nam cum vita humido conſeruetur, & lõgeua fiat; nobis vero inuitis ſiccitas actione innati calidi eueniat, humorẽ vtiq; hũc conſeruamus, ne citius, quàm par ſit, exiccetur, tametſi melius ſe haberet vſu exiccantium, vt qui ſuperfluo humido abundet. Verum quidnam ipſe intendat, haud recte comprehendere poſſum, nam præterq; Galeni contradictionem non tollit, & figmentũ potius quoddam ſibi ipſi efformat; cum & aduerſus Gal. ſe ſentire tandẽ profitetur, multa etiam à veritate abſurda in vnũ agglomerat; nam ſi corpus conſeruatur, quis neget ab illis, à quibus conſeruatur, non iuuari? q; ſi non iuuant adiutoria, id vtique nulla alia ex cauſa eſſe poteſt, niſi quoniam ſimilia non ſunt, atque ob id conſequatur alteratio, ac læſio, non autem conſeruatio: inſuper ex 6. de tuen. valet. contrauenie tia eſt, & ſocietas ſimilium exhibitorum cum corporibus ipſis intemperatis; ergo hęc ipſa ſimilia eis non niſi iuuare poſſunt, alioquin neque conuenientia, neque ſocietas illis adeſſet: præterea ſi talia non iuuant, ergo conſeruationis neceſſarius vſus non eſt, vt hoc loco ſentit Galen. qui duo hæc genera & conſeruatiuum, & permutatiuum medico neceſſaria eſſe conſtituit. Deterior igitur omnibus hęc conciliatio eſt, quandoquidem dum Galeni loca conciliare intendit, eius placitis aduerſatur: ob id rectius dicendum cenſeo, vt ſentit Auer. quemadmodum & ſuperius ab excellẽti Patre dictum eſt, quòd conſeruatio per ſimilia ſemper fit; at in corporibus maxime diſcraſiatis opus eſt, vt ab vteriori lapſu vnà preſeruatione vtamur, contrariis interdũ adhibitis; ſiquidem preſeruatio, & cura eiſdẽ nempè contrariis efficiũtur; dicebat namq; Gal. eandem eſſe rationẽ inſtantis laſſitudinis cauendę, & eius, quę iam occupauit, ſummouendæ: Vt autẽ hęc rectius intelligãtur, ſciendum eſt, q; corpus noſtrũ exempli gratia in caliditate excedẽs auxiliis, ſeu nutrimentis calidis augeretur vtiq;, & in qualitate illa intenſior fieret, niſi quod è corpore defluit, atq; deperditur, ei obſiſteret; quod qdẽ declarabat Gal. exẽplo illo ex duobus dolijs, deſumpto, aqua repletis, per totum tamen paruulis foraminibus pertuſis: ob id ſi quãtum deperditur, tantũ etiã reparetur, idq; quoad qualitates reſpectu ipſius corporis ſimile ſit, talis vtiq; reparatio conſeruatio dicetur, & licet

6. collig. 21.

4. de tuẽd. ual. à principio.

Lib. ad Traſſ.

©BIU Santé

licet illud ſimile à principio diſſimile ſit, quandoquidem in corpus prius quodammodo agit, vt tandem in ſui naturam conuertat, attamẽ poſterius ſibi penitus ſimile fit. Verum cum qualitates ipſę in reparatione hac nõ æque omnes actiuæ, & in agẽdo efficaces ſint, ſed altera altera magis efficax: caliditas nãq; & frigiditas efficaciſſimę ſunt, vt Gale. ſæpius teſtatur, multotiens quidem non tantum ex qualitatum virtute detrahitur, quantum eſt id, quod ex ipſis deſumitur, unde & corpus in qualitatum exceſſu magis adaugetur, vt tandem plerunque extra ſanitatis limites egrediatur: hinc eſt quòd in his qualitatibus potiſſimum, quę adeo efficaces ſunt, Gal. præſeruatione vnà quandoque vtitur, quę ex contrariis fit, vt rectè ex Auer. ſententia ſuperius annotauimus, ne in morboſam affectionem corpora dilabantur: caliditas namque & frigiditas efficaciſſimæ cum ſint, conſeruationis ordinem, ac modum pręuertunt, in his enim magis veremur, ne nimio calidorũ, aut frigidorum uſu corpora in ſimiles morbos decidant, ſimilibus autem ſemper vtimur, dum humida ac ſicca exhibemus. Facile igitur obiectis ſatisfaciemus, nam licet Gal. pronũtiet calidas ad frigida melius affici intemperies, frigidas uerò ad calida, & in uniuerſum contrarias ad contraria bene ſe habere; id tamen non ſentit, vt per hæc conſeruatio efficiatur, ſed præſeruatio; ſeu ad melius traductio, nedum cõſeruamus, nimium qualitates adaugeãtur, quæ morborũ poſtmodũ ſimilium in cauſa ſint: vnde dicebat ipſe eo in loco, quem huic oppoſitũ eſſe dicebamus. Fiunt autem & qualitatibus conuenientiæ utique ſi ſeruare temperamentum ſtudes, humidis naturis humectante cibo maxime quadrante, ſiccis uerò eo, qui ſiccet; ſin alterare placet, contrariis: de duabus enim his minus efficacibus obloquebatur, quęque magis è corpore defluunt, ob quas reparatione, ac conſeruatione indigemus, ſubdit autem, In eo autem qui eſt in calido, frigidove ad intemperantiam lapſu, contraria ſemper expedit, non quidẽ ꝙ contrariis ſolis utendum ſit; hæc enim pro preſeruatione faciunt, ſed quòd unà cũ ſimilibus contraria quoque adminiſtranda ſunt, idque magis expedit, cuius rationem aſſignat, cum & efficaciſſimæ eiuſmodi intemperies ſint, & (ut ita dicam) magis, quàm quæ ex ſiccitate & humiditate conſiſtunt potentes, quippe cum facile ſimilibus nutrimentis in morboſam intemperantiam abeãt: propterea Hip. cõſulit, ut in corporibus carnes habẽtib. humidas fame utamur, nõ qdẽ ꝓ eorũ cõſeruatione, ſed pro ꝓſeruatione, ne in ſibi ſimiles ꝓter naturã affectiones incidãt, & Ariſto. eũdẽ ſcopũ hẽt, ut clare ipſius teſtantur uerba: Taceant igitur hi, qui in conſeruationem contrariis ſemper vtendum eſſe ſuadent, nam op-

6. de tuẽ. uale.

7. aph. 59.

BIU Santé

oppositum euenire ostendimus, si sola vtimur conseruatione; at quoniam multa impediunt, ac præcipue qualitatum adauctio, propterea vnà & præseruationem commiscemus, quæ in causa fuit, vt illi vel maxime aberrarint. At si ad melius corpora reducere nostra est intentio, contrariis semper vti debemus. Vnde subdit in contextu.

QVOD *si permutare, atque ad melius traducere statuerit, alterum est hic salubrium causarum genus, his quidem, quas nuper diximus, contrarium, æqualiter vero declinans ad alteram partem à bene temperatis, & mediis, quæ optimis conuenire naturis dicebamus: calidior siquidem, ac siccior temperatura à calidioris & siccioris victus ratione ad exactissimum bonæ temperaturę habitum minime transfertur: at talium erit vsus necessarius, quæ tantum eis, quæ bene temperata existunt, frigidiora sint, atque humidiora, quantum & natura naturam in caliditate & siccitate superabat. Nam tale causarum genus insitas corrigit intemperantias, alterum vero, de quo supra diximus, temperaturam conseruat. Est autem vtriusque vicissim apud medicos vsus necessarius, nam cum plurimum suppetit ocij corrigere oportet, ac sensim ad meliora transferre, neque enim natura patitur eas, quæ subito fiunt, alterationes; hominem autem necessarijs occupationibus districtum, in eodem præstat habitu conseruare.*

Quo nam pacto ad melius corpora reducantur, atque potissimum insalubria, clarissime ostendit Gal. siquidem in ipsa reductione altero salubrium causarum vtimur genere, quod quidem alteri, de quo supra dictum est, contrarium existit; declinans vero æqualiter ad alterã partem à bene temperatis, ac mediis, vt exempli gratia calidior & siccior intemperies per duos ab optima gradus excedens ab his, quæ totidem in frigiditate ac humiditate superãt, ad temperiem traducetur: Verum aduersus hoc placitum nõnullæ rationes pugnare videntur, in primis quidem q̃ inter curationem, & reductionem nulla distinctio foret, si quidem curatio, & per contraria fit, & per parem ad oppositum recessum; opposita namque agentia, dum inter se mutuò agunt, ad medium trahuntur; quòd si vtraque æque ad se inuicem distent, æque etiam ad medium inter vtraque traducentur: insuper si reductio sit per æquale contrarium consequetur necessario, quòd senex rursus reiuenescere

©BIU Santé

re poſſit, nam cum ſenectus tẽdat ad frigidum & ſiccum, ſi temperies hæc traduci poteſt per ęquale contrarium, ſenex vtique & calidus fiet, & humidus, aut ſaltim temperatus vti prius erat: prętereа ſi verum eſt quod Ariſt. ſcripſit, nimirũ ꝙ horũ eſt aliquid mediũ, quorum alterum oppoſitum ineſſe ſuſceptibili corpori, aut ſubiecto non neceſſarium erat: non ineſt autem medium illi cui vnum ex natura ineſt, vt igni calidum & niui candidum; in his etenim determinate neceſſarium alterum ineſſe, & non vtrumuis contingit; non enim poſſibile eſt ignem frigidum eſſe, niuem verò nigram, temperies vtique in homine, nempè frigida & ſicca, quę ei naturaliter ineſt, ab eo minime ſeparari poterit: quod & idem confirmat virtutum exemplo, quippe quę nulla moralium virtus ex natura nobis ineſt: ob id earum quælibet ab homine indiſtincte comprehendi poteſt: ſi quidem nihil eorũ, quę natura ſunt, aliter aſſueſcit, veluti lapis, cuius natura eſt, vt deorſum feratur, nũquã ſurſum ferri aſſueſcet, ſi millies ipſum in altum proiicias, pariter temperies, quę alicui naturalis eſt, ſi pluries alteretur, nequaquam immutabitur, ſed ſemper ad priſtinam redibit temperiem; quemadmodum & aqua dum feruida fit, ſi naturę proprię derelinquatur dubiò procul ad priſtinam conuertetur naturam: adhęc Aui. dum quintum modum

lib. præd. cap. de op ſitis.

2. Ethic. à principio.

primo ca. no. cap. de cõplexio.

ęqualis complexionis aſſignat, inquit, quòd indiuiduum omne cõplexionem ſuam naturalem haber, quę ſibi ęqualitas eſt, ſub qua & viuum & ſanum reperitur; ergo ſi ab ea remoueatur, nec ſanum erit, nec diu viuum, ſiquidem corrumpetur; vnde & prius dixerat idem, quod vna eſt temperies, quę alicui gentium commoda eſt in comparatione ad aliquod clima, ſeu regionem quampiam, ſeu aerem: Æthiopes enim propria conſtãt temperie, qua ſani degunt, & Germani alia etiam ſibi congrua, qua ſani exiſtunt, quorum quidem alter ſi ipſum ad alterius temperamentum transferre tentes, aut ęgrotabit, aut morietur; amplius cum minus poſſit frigidum vt duo agere inualidum, quàm intemperatum, ſi quidem duobus illis gradibus temperatum facilius immutat. ergo quanto calidum à temperamento recedet, tanto etiam difficilius reſiſtet, ne in duo frigoris gradus perducatur; ſi igitur quę exhibẽtur ſecundo gradu calidiora in duos frigoris gradus poteſt temperiem perducere, non poterit vtique corpus ſecundo gradu calidius ex eiſdem adhibitis in temperiem reuocari, non igitur ex ęqualibus reductio fieri poteſt: poſtremò ſi complexio permutatur, non id naturę opera efficietur, ſed artis; Galenus tamen naturam omnium eſſe operatricem, artem uero miniſtram teſtatur, quod ſi natura reductionem non operatur, non fiet igitur unquam reductio, & ſi arte

fiat

BIU Santé

fiat, confeſtim ad priſtinam temperies naturã conuertetur: plura ſunt etiam, quę aduerſus Gal. determinationem ab expoſitoribus recenſentur, verum hæc ſat ſint, ſiquidem ex horum diſſolutione reliquarum quoque rationum facile ſolutio patebit. Proinde nonnulli antequam rationes in oppoſitum cum Galeno concilient, ſuſtinent hoc loco ipſum de complexione intemperata uerba facere, q̃ parum a modo recedens permutari poteſt, nam plurimum lapſam ſilentio prętermiſiſſe aiũt, hęc. n. temperari fortaſſis non poteſt. Verum ex ſuperioribus ſententiam hanc confutauimus, dum ſimilibus conſeruationem fieri oſtẽdimus, blacterent illi quicquid velint; Galenus namque mancus foret, ut qui inſalubria corpora negligat: inſuper non diceret, q̃ ſi permutare, & ad melius traducere ſtuduerit, ſed potius ſi permutare & ad temperiem optimam traducere ſtuduerit, quandoquidem, quę parum a temperie excedunt, ad optimam transferuntur, de quibus ſuperius dictum eſt, & quę valde ab ea recedunt, ſi ad optimam transferri non poſſunt, ad melius ſaltim, quoad fieri poteſt, permutantur, traducunturque, de quibus hac in parte potiſſimum differit. Nos igitur miſſis aliorum reſponſis iuxta ea, quæ antea à nobis determinata ſunt, dicamus ad primum quidem obiectum, q̃ non parua eſt inter curationem, atque reductionem diſtinctio, tametſi vtraq; & per contrarium fiat, atque parem ad oppoſitum receſſum, nam curatio quidem ad ſtatum ſolum præter naturã, qui habitus corporis non eſt, reſpicit, ipſumque nõ nunquã ſemel, confeſtimque remouet, atque commutat; at reductio ipſa ſiue ad melius ut in corporibus ualde intẽperatis, ſiue ad optimã temperiem, vt in his, quę parum a temperie recedunt, circa naturalẽ habitum uerſatur, quem ſemper non ſemel tantum, ſed iteratis uicib. immutat, quouſq; alius nouus habitus introducatur: Neque obid altera rõ ualet, q̃ ſenis corpus reiuuenęſceret, nã in corporibus intẽperatis duo potiſſimũ ſpectãtur cõplexio ipſa, q̃ ex qualitatũ immoderantia reſultat, ac calor ipſe naturalis, qui in humidũ cõtinuo agit; complexio quidẽ mutari põt, ut exempli gratia ſicca ad humidã, ſeu frigida & ſicca ad temperatã; at quoniam ui naturalis caloris, qui ob temporaneam & propriam ſui actionem hominis ætates deſignat, corpus noſtrum ſemper conſumitur, ac exicceſcit, hæc utique cõſumptio prohiberi; & ad contrarium permutari non poteſt: neq;. n. efficitur, quin calor cõſumat, ac exiccet, quæ quidem ipſius actio propriæ tẽperaturæ pmutatione aut imminuitur, aut retardat: Quocirca in pmutatione nõ parũ hois ætas, & caloris actio perpendenda ſunt, quæ n. ad ſenium uergit, multo difficilius permutatur, ſi quidem calor naturalis multum ex

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 541 sur 753

©BIU Santé

humido consumpsit, si verò corpus ad contrarium caloris actioni, vt pote humidum trahere nostra est intentio non solum contrariam habemus temperiem, verum & calorem ipsum, qui oppositam qualitatē introducere contendit, sicut dū ipsum ad siccum permutare studemus, calor aut nobis adminiculatur, aut saltim nequaquam obsistit. Neque minus quicquā contra Gal. efficit Aristo. placitum dum oppositorum naturam describit: verum namque est, q; dum vnum alicui ex natura inest, fieri non potest, vt alterum insit oppositum, qñcunq; id primum subsistit; at si mutetur id cui illud inest, & alterū, quod ei inest, cōmutari necesse est, vt in Aristotelis exemplo ignis caliditas inest, nunquam frigiditas inesse potest, dū ignis adest, natura mutetur ignis, cessabit & qualitas, quæ illi inest; sic in proposito mutetur quoad qualitates homo, & naturalis mutabitur temperies, quæ tamen, vt partialis hęc sibi tales qualitates abrogat, at non alias oppositas: nō igitur hæc post permutationem cum prima temperies pręcise eadem est, sed ad qualitatū diuariationem diuersa; atque ob id Aristo. dictum nequaquam Galeni placitis aduersatur, quemadmodum & id aliud ex eodē desumptum; intendebat namque eo loco Philosophus, q; animi mores non ex natura, vt Stoici asserebant, sed ex consuetudine nobis insunt, nam si virtutes à natura nobis inessent nullus vtique in contrarium assueseeret, donec natura illa eadem perseuerat, vt talis ipsius sit fnia, sicut terra, cuius propria natura est vt descendat, si millies sursum proiiciatur, nunquam sursum tendere assueseeret, dummodo eandem formam atque naturam obtineat, ita si mores ex hominis natura forent, vt rationabilitas, aut risibilitas ipsa, dubio procul manente hominis natura immutari non possent: veruntamen non negat Aristotel. dum terra in aerem transit, quin sursum tendat, siquidem aliam habet naturam: quod quidem & nos dicimus complexio namque corporis calida & sicca semper coleram generat, neque ut phlegma gignat, assuescere valet, verum si mutetur ad frigidam & humidam temperiē, pituitam quidem generabit ob sui ad contrariā mutationem: neque etiam naturalis complexio non oīno similis est naturali aquæ frigiditati, nā aqua dū incalescit, nonnihil tantummodo patitur, nō aūt naturā deperdit, cōplexio uerò reuera mutatur, & ad melius transfertur, propterea aqua denuo ad pristinā naturā reuertetur, cōplexio uerò naturā priorē abiiciēs, iterū ad eā nō ita facile trālire pōt, siquidē assuescit alteri, quā nuper suscepit: sed quid ad Arist. sententiam dicemus, cum Galeno uel maxime oppugnare videatur? si recte vtriusque mentem habeamus, non pugnabunt hercle, sed cōcordes cōsentient, naturam eas

non

BIU Santé

non pati, quę ſubito fiunt alterationes: transferras namque repente Germanum in Arabiam, ſeu Æthiopiam, aut Æthiopem in Germaniã dubio procul vterque eorũ aut ęgrotabit, aut morietur, quãdoquidẽ ad valde oppoſitas qualitates repẽtinus eſt trãſitus, q; ſi paulatim Germanum ad Æthiopum naturã aſſueſcas, non modo nõ lędes hominẽ, verũ & habitum contrarium parabis; q; ſi hoc fit in oppoſitis cõplexionibus tãto ẽt magis id quidẽ efficietur, dũ Germanum ad tẽperatã trãsferret regionẽ: Quocirca vana eſt obiectio illa, q; minus poteſt frigidum vt duo agere in calidum vt duo, quàm intemperatum, nam licet tẽperatũ corpus citius in duos caloris gradus moueri poſſit, poteſt tamen ſecundo gradu calidum corpus, quod æqualiter frigidum offertur, & tardius, & per iteratas vices in temperiem permutare: Vnde prior quidem mutatio repentina, & quodammodo corpori nocua exiſtit, poſterior vero quàm maxime ſalutaris, cum tempore afficiatur: neque ob id valet talis reductio non ęque fit, vt in priori mutatione, ergo ex contrariis æqualibus reductio minime fieri poteſt, ſiquidem hoc eſſe vanum ex dictis commoſtrauimus; contraria namque quæ adhiberi iubet Galenus ſeruato moderamine adminiſtrata ſunt, in primis quidem exigua in quantitate, mox vero in grandiori, donec natura paulatim aſſueſcat, rurſus in pari medicamento reducenti perſeuerandum; ſed ſicut intemperies in dies miteſcit, & magis temperato appropinquat, ita & auxilia varianda erunt, ac mitia ad proportionem tradenda. Neque hoc munus artis proprium eſſe volumus vt poſtremo obiiciebatur, ſed naturæ ipſius potiſſimum, medicus namque cibaria, ac aerem corpori adminiſtrat, natura vero ea eſt, quæ dum cibos in ſe conuertit; ac aerem intro reſpirat, complexionem iure merito permutat; licet enim quando in calida complexione cõſtituta eſt cui aſſueuit complexionem ſeruare contendat, vbi tamen ſæpius, ac ſæpius contraria offeruntur, paulatim, ac paulatim priorem habitum expoliat noua conſuetudine introducta: etenim natura in eodem ſtatu perſiſtere vel maxime exoptat, ſi ſalubris ſit; ſi autem ſtatus varietur, atque potiſſimum in melius hunc quidem variatum tutari etiam contẽdit: ob id nulli mirum eſt, ſi natura reſiſtit permutationi, quàm tamẽ coacte efficit ob auxiliorum exhibitionem, quę complexioni oppoſitaerant, ars uero illi miniſtra eſt eo, quo diximus modo: atque hęc ſufficiant, vt prædicta aduerſus Galen. obiecta diſſolueremus, ſi qua vero reſtant, ex dictis ſuplebit occulatiſſimus Lector, vt tandem ad ea, quę in contextu Galen. ſubſequuntur, declaranda properemus, etenim poſtquàm docuit, quo tempore & ſeruanda ſint corpora, &

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 543 sur 753

©BIU Santé

ad melius, siue ad optimã temperiẽ traducenda, quoddã circa hoc postremum auxiliorũ genus, quòd primũ in enarratione subsequenti proposuerat, dubium promouet, idq; confestim breuibus dissoluit inquiens.

Quo pacto igitur, & hoc ipsum primum causarum genus conseruatiuum appellamus? nam forte magis alteratiuũ, & curatiuum, & naturalium defectuum correctiuum vocare conueniat.

Quoniam ad vniuersum sanitatis genus refertur non ad eas, quæ secundum speciem differentias, quæcunque sanos conseruant, conseruatiua omnia vocamus siue præter id, quod sanitatem conseruant, ad melius totam traducant temperaturam, siue pristinum tantummodo habitum tueantur; at quæ deteriorẽ statum efficiunt, insalubria.

Solutio itaque dubij in hoc consistit, quòd licet modo cõseruemus, modo ad melius traducamus corpora, totum hoc opus cõseruatiuum nuncupari debet, quoniam in genere semper est sanitatis, nunquam enim eius limites transgreditur: huic accedit, quòd traductio paulatine semper efficitur, curatio vero (vt antea dictum est) confestim, ac subitò; vt prior sensum effugiens potius conseruare videatur, posterior uero sensui subiecta reuera alteret, atque corrigat lapsus: atque ob id conseruantes omnes, & salubres causę nuncupantur, siue ad melius tẽperiem traducant, siue pristinum tantũmodo habitũ tueantur; atque deteriorem statum efficiunt, ac quod magis est, ægritudinem introducunt, insalubres dicuntur. Ex quo quidem loco facile patet Argenterij error, qui Galenum causas, vt ægritudinis efficientes hoc loco nõ contemplari autumat, quemadmodum dum iuxta Modernos distinctionem causarum tuebamur, à principio huiusce libri annotauimus. Hæc igitur sunt, quæ pro eorum corporum correctione dicenda erãt, cum partes omnes simili constant intemperie; quibus autem auxiliis regenda sint ea, quæ dissimilem habent intemperiem, reassumens per conclusionem quęcunque dicta sunt, subdit.

Quæcunque igitur similem habent in omnibus corporis partibus intemperiem, eadẽ egẽt procuratione, quæ vero dissimilẽ, dissimili: nã fieri pot vt vẽtriculus frigidior sit, q̃ oporteat, caput uero calidius, atque vtrunq; propriis egeat auxilijs: ac ratione eadem singulæ aliæ partes, cum fuerint aut præter modũ humidiores, aut siccio res, aut calidiores, aut frigidiores suæ intemperiei victũ exigũt accõmodatum, neq; igitur modo eodẽ oẽs tales

corporis

BIU Santé

corporis partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quippiam agemus: plenius uero de his diximus volumine illo, quod de ſalubribus inſcribitur.

Nempè ſexto de tuen. valetu. liceat autem mihi ex Galeni placitis eo in loco aliquantulũ digredi, ut omnia, quæ hic ſummatim, ac obſcuriuſcule ſcripſit Gal. clariſſime intelligere valeamus. Triplex igitur cũ ſit corporis humano inæqualis ſtatus, quemadmodũ & triplex eiuſdẽ compoſitio, prima quidem ex primis cõſtans elementis, ex quibus partes ſunt ſimilares, quas Ariſt. homyomeras nuncupat, ſecũda uero inſtrumentalium ex ſimilaribus partiũ, quæ elementa diſſimilariũ ex eis cõſtantium dicuntur, & poſtrema totius corporis ex ipſis inſtrumẽtalibus: tertię quidẽ huius ex his cõpoſitionis ſtatus vt facile cognoſcitur, ita & facile conſeruatur, aut (ſi opus eſt) ad melius traducitur: ſecũdę vero cognitu paulò difficilior eſt, pariter & difficulter cõſeruatur, ſeu ad melius trãsfertur; at prima omnium peſſima & cognitione, ac cõſeruatione, præſeruatione, atq; permutatione eſt, ſiquidẽ facile admodũ labitur, & cõtinuò diuariatur: poſt habitis igitur duabus prioribus: vtpotè cognitu curatuq́; valde difficilibus, tertia aptius contẽplandã, cum Gal. aggrediamur quę ſtatũ inęqualẽ & cognitu, & ſeruatu facilioręm habet: ſi enim caput intemperatæ ſit naturæ, adeo vt multa generet excrementa, ex his partes inferiores, in quas procubuerint excremẽta, facilime lædi continget, prõptiſſime aũt in os, & nares, nonnunquã & oculos ac aures procumbere ſolent: ſi ad os defluat excrementũ, aut in gulã recipitur ab his, quę à capite defluũt, madefactus principio uocem raucã reddit, mox & procedente tẽpore & paruã: ꝙ ſi longius ꝓcedat, totã ẽt vocem adimit: etenim cũ larynge vnà humectatur arteria: ꝙ ſi fluxio à capite ſit acris, tunc partes illæ non ſolũ ad vocẽ fient inepte, verum & his quædã grauiſſima eroſio; vt & nonnunquam in cute citra cauſam externam contingit, qui morbus pulmonis tabes græce φθίσις dicitur: at ſi fluxio delabitur in gulam, ac ventrem, ſi frigida eſt, dictas partes in frigidam intemperiem commutat, ſi verò calida, in calidam; atque hęc temporis ſpatio etiam exulcerat; verum principio appetentię obeſt, & coctioni, ſicut frigida coctionis tarditatem inducit, cruditatem, & ructos acidos: quòd ſi fluxio corrupta ſit, alimentum etiam corrumpit: qua quidem corruptione ructus emittentur vel fumidi, vel acidi, vel alterius præter naturã qualitatis: inſuper noxa etiam inferius ſe recipere poteſt, & ieiunum, & craſſius inteſtinũ nẽpè colore, & meſenteriũ affligere: in nõnullis itẽ appetitus

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 545 sur 753

©BIU Santé

desiderium augetur; in aliis vero appetentia canina consurgit, & in alijs vitiosi cibi cupiditas; vt grauidis assolet, in quibus talis cupiditas insurgit; propterea quòd in tumicis ventris succi huiusmodi vitio si continentur, vt testatur Gal. ubi quo pacto prędicta omnia, & ex quibus nam causis contingant, copiosius disputat. Ex huiusmodi ptęterea fluxione dentium erosiones vlcera, in ore putredines, ac aliæ eiusmodi noxę prouenire possunt. Quibus quidem incommodis complures nostris etiam temporibus medici auxilijs obuiare putantes, medicamenta exhibent, quibus expui faciant, quæcunq; in pulmonē per asperam arteriam defluxerunt, alij vero ventri prospiciunt, aut dentibus, aut ori, & alijs id genus. Quod quidem quàm absurdum sit, non est, vt pluribus vtar verbis, quandoquidem ipsum mali seu fontem tollere deberēt, caput ipsum roborando; siquidē hoc cū reliquis partibus dissimili constat discrasia, aut si hoc quàm magnitudine naturalis intemperantiæ nō liceret, saltim illi prospicere ab ipsa, s. vitij specie prouidentiæ significatione semper accepta. neq; minus dum hi capitis intemperiei reparare volunt, cuiq; eius discrasiæ medicamēta calida vtpote quod ex thapsia & sinapi cōponitur, adhibenda sunt, quandoquidem si ex calida intēperie caput male habet, talia vtiq; vel maxime nocent; sed vt de alijs etiā partibus hoc loco inquit Gal. singulæ aliæ partes ratione eadem cum fuerint prēter modum humidiores, aut siccio-
6. de accid. & mor. 7. res, aut calidiores, aut frigidiores sue intemperiei victum exigunt accōmodatum, si eas conseruare volumus; sin cōmutare, contrarium, ut supra dictum est. Hi igitur qui caput in caliditate intemperatū habent, balneo aquæ potabilis fouendi sunt, vt & calidos vapores è capite euocemus, & temperamentū totum capitis melius reddamus; sulphureę namq; & bituminosæ aquæ sponte nascentes calido ex natura capiti inimicissimę sunt, quoniā calefaciūt; aluminosæ aūt, propterea q̄ meatus claudunt; dulces verò spōte natæ cū ex Gal. sentētia medicamētosæ cuiuspiā calefacientis sint facultatis, alioquin calidę nō forent, vtilissimæ sunt, & huic capiti discrasiato absq; nocumēto tute adhiberi possunt. Hinc patet error eorū qui praxim cōmuniter exercent: has etenim Thermarum aquas in calidis capitis dispositionibus administrāt, quæ quidē capitis illius calidā intemperantiā adaugent. Expedit aūt, vt illi discrasiæ oppitulemur, quemadmodū superius diximus, & Gal. ipse consentit; ipsum nimirū frequenti aquæ potabilis balneo fouentes, quo & vapores calidos in capite existentes euocemus; & totum capitis temperamentū melius reddamus. Quibus vero caput velemēter calidum est, ac æstuans his præstat perungi rosaceo ex rosis tantum sine frondi-

©BIU Santé

frondibus confecto,& (quod præstantius est)ex oleo crudo,ac sine sale: ac si ob capitis intemperiem magis frigidum ipsum exoptas (vt docuit Gal.)rosacei vas, in quo continetur, in puteo suspendes, vt aquam tangat;aut & fortius si frigidam aquam circa vas defluere pmittes:q si largius refrigerare cupis, vas rosaceo plenum niue circundabis;rosaceum namque ex Gal.sententia sui tenuitate in profundum penetrat,& leui adstrictione meatus postmodum claudit, vt tandem caput ipsum eius frigiditate;ac humiditate fotum tractu temporis ad tẽperiem traducat.Insuper quo ad huncinæqualem statum (vt recenset Gal.)sunt,qui totius corporis temperamentum bilioſius habent, & ventriculus est imbecillior, ac acuti sensus ob acutum neruorum sensum,qui à capite descendunt,& ventriculi os contexunt, nec non per reliquum uentrem disseminantur, quo sit,vt superfluitates biliosæ, quæ in corpore aceruantur, in ipsum ventriculum facile defluant, ex quibus vapores orti, & ad caput ascendentes capitis dolores gignunt,nonnunquam & suffusorum symptomata & aliquibus conuulsionem comitialem;In his quidem consulit Gal.ex prædictis fundamẽtis,vt tota victus ratio ad frigidius & humidius potius commutetur, idque agẽdum præsertim,vt prohibeatur,ne aliquid prædictorum incidat.fiet autem id commode,si priusquam biliosus humor in ventrem confluat,prohibebitur ne confluat,aut si confluxerit,statim eum expellamus:Vt autem ne confluat,prohibebitur,si statim cibum exhibeamus,qui ventrem roboret,sicut mala cotonea, pira, punica, mespila,& diacitonion, de cuius quidem compositione propè eius sexti libri de tuen.val. calcem egit Gal.quod uerò confluit, euacuandum est, aut vomitione,aut ventris solutione;interim verò quotidie stomacus cibis prędictis firmandus,priusquàm bilis ad eum defluat: quòd uero ad purgationem attinet,hi quidem ex maiore interuallo purgandi sunt absynthii coma, aut hieræ picræ compositione, si fortius medicamentum exoptas; hiera namque uim expurgandi obtinet, quęcunque se altius in uentris biliosi tunicas receperunt; quod quidem non efficit absynthium, quod ueluti detergendi ventriculi tunicarum sordes uim duntaxat possidet: unctiones insuper extrinsecus adhibendæ sunt, quæ modice quidem adstringant, mediocriter vero ventrem foueant,vt melinum oleum est, nardinum, masticinum, & alia id genus: æstate vero melinum utpote refrigerans, hieme vero nardinum calefaciens non parum, cum præsertim liberalius in eius compositione amomum ingrediatur: vere autem masticinum, quod inter melinum, & nardinum medium existit. Proinde in quibusdam

g. metho. med.c.3.

3.de simp. med.16.

6.de tuen. sani.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 547 sur 753

©BIU Santé

corporibus caput calidam ſaniem ventriculo tranſmittit calidam et temperiem obtinenti: hos quidem homines (inquit Gale) & cibo, & potione, & vnctionibus, quæ refrigerent, ſemper vti opus eſt, quę tamen refrigerantia pro temporum uarietate diuarianda ſunt, ita vt tempore frigidiore exempli gratia non valde refrigerantia, ut æſtate, adhibeantur, nunquam autem ad contraria perueniendum eſt, vt in his, qui medii ſunt temperamenti, hieme calefaciendo, æſtate vero refrigerando; Quod ſi vtraque pars frigidam habeat intemperiem nimirum caput, atque uentriculus, ita ut à capite ſanies defluat pituitoſa, opus eſt, quòd quemadmodum in prædictis intemperantiis ſemper infrigidantibus vtebamur, in his econuerſo calefacientibus cibis, potibus, & unctionibus ſemper vtamur, quę tamen omnia pro temporum ratione varie intendantur, ac remittantur; Veruntamen duę alię ſunt connexiones ex Gal. ſententia prædictis difficiliores, ac ad traducendum, ſiue improprie curandũ magis rebelles, quarũ altera eſt, cum frigida ſanies à capite defluit in calidum uentrem, altera uero cum calida fluxio in frigidum uentrem procumbit; ex his autem intemperantiis ea longè difficilior eſt, in qua frigida, & pituitoſa ſanies in calidum uentrem defluit, ſicut adhuc peſſima, cum homo & uentrem habeat, qui difficile ſoluatur, & non facile uomat; humores etenim pituitoſi ſi diu in uentriculo detinentur, corrumpuntur, ita vt facile ipſum uentriculum erodere poſſint, amplius ex eis corruptis vitioſi uapores eleuantur, qui delati ad caput multas inferunt noxas. Quocirca ex Gal. ſententia, ac recte facile ſuccurrimus his, quibus ſuccus pituitoſus, & frigidus in ventriculum etiam frigidum defluat, ubi mane aliquid eius medicamenti ſumpſerint, quod diatrionpipereon nominatur, uel aliquid diacalamithis, nec non ſolum piper in tenuem polinem cum aqua bibitum, atq; album potiſſimum vtpote ſtomaco, ſiue ori uentriculi aptius: abſynthii autem potio his ita affectis aduerſiſſima eſt: id enim cum ualidam detergendi uim non habeat humorem pituitoſum uentri potius affigit, quàm quod aliquod præſtet auxilium, cum & adſtringat: Aloes etiam his non ualde utilis eſt, cum humorem bilioſum uim trahendi obtineat, propterea excogitata eſt (ait Gal.) hiera picra compoſitio, quæ acrimonia, & calore eorum, quæ in eius compoſitione ingrediuntur, diſſecandi uim habet, & craſſos lentoſque humores detergendi: Qua quidem compoſitione in his nonnunquam vti poſſumus, non tamen aſſidue ſicut Diatrionpipereon, aut Diacalaminthes, quibus commode quotidie quis uti poteſt, dum cuipiam frigidus uentriculus à frigido humore

©BIU Santé

nore infestatur. Cæterum Diatrionpipereon Galenus duobus modis confici posse docebat; primo quidem simplicissime, dum de vnoquoque trium piperum drach. i. anisi, thimi, & gingiberis singulorum drach. viii. desumimus: at si magis simplex id mauis, detrahas etiam gingiber. altero vero modo si ex eisdem conficiatur, sed prædictæ quantitati trium piperum addantur singulo. ũ drach. xvi. vtpote anisi, thimi, & gingiberis; anisum autem sit Cretense, thimum vero aut Atticum, aut planè ex editis locis & siccis; piper præterea longum, integrum, minimeque perforatum; pariter & gingiber non perforatum, quandoquidem ambo citius perforari solent; insuper horum vnumquodque verum sit, non autem adulteratum. Diacalaminthis autem compositio talis est, sumãtur calaminthis, pulegii, petroselini, seseleos singulorum vnc. ii. seminum apii, cacuminum thimi singulorum vnc. iiii. Lybistici vnc. xvi piperis vnc. xxxxviii: sit autem piper grauis ponderis, seseli Massilienſe. petroselinum Macedonicum, calamithe, & pulegium ex Creta, aut ex editis & siccis locis, ac thymum ex Creta; proinde herbarum quicquid lignosum est, & siccum abiiciendum; accipienda vero sunt folia potissimum quæ subtilissima, & maxime viridia sunt, atque in summis herbis nata; flores item, quæque cum his sunt festucæ tenuissime, atque minutissimæ: Est autem animaduertendum, quòd si nostra est intentio, vt talia medicamenta per corpus digerantur, tuenda sunt, ac tenui cribro cribranda; at si volumus vt in ventriculo adhæreant, non ita tundenda, cribrandaque, sed crassiusçula quodammodo paranda, vt angusta venarum oscula subire nequeant; Vnde narrat Galenus de quodam, qui Diaspoliticon ad deiiciendam aluum uti volens nihil contulit, sed vrinam planè multam mouit; id enim medicamentum minutissimum polinis instar fecerat; huiusmodi porro medicamenta bifariam exhiberi possunt, aut sicca quemadmodum dictum est, aut cum melle optimo curiose despumato, administrari autem ex his aliquid potest, vel mane ante exercitationem, vel id siccum vice salis, aut piperis cum primis obsoniis, vel etiam cum mellein prima mensa cum aliquo cibo; ita vt assumenti non iniucundum existat; post cibum vero ex his nullum dandum esse iubet Galenus, qui & aliud medicamentum componebat, quod diaspoliticon vocant, bifariam his etiam intemperantiis conueniens, qui ventriculum habent frigidum, aut etiam temperatum, sed ad frigus propensiorem; verum quibus aluus erat adstricta, in eo nitrum cum cumino, rutha & piipere pari pondere imponebat; quibus vero soluta aluus

4. de tuen. ual.

©BIU Santé

aluus erat, nitri dimidium (quod ſatis erat) admiſcebat; talenamq; medicamentum & ad pituitam extenuandam, & ſpiritum flatulentũ expellendum conueniens eſt: eodem propè modo hieram picram multifariam componũt veteres; aſſumunt etenim drach. c. aloes, & vnius cuiuſque eorum ſex, quę in compoſitione admiſcentur, drach. 6. atq; hæc eſt ea, quam Galeni temporibus omnes Romæ parabant. Verum duas alias Gal. huius compoſitiones efficit; quarum vnà eſt, in qua immiſcentur aloes drach. lxxx. ſingulorum autem omnium dictorum ſex drach. 6. atque hæc magis calefacit; altera vero eſt, in qua aloes quantitatem adaugemus, vtpote ad drach. cxx. & ex dictis ſex in eadem quantitate ſumptis immiſcemus; & hæc magis ventrẽ ſubducit, ſicuti prior magis excalfacit, ſi ea vti voluerimus. Proinde de huiuſmodi hieræ picræ compoſitione agit Gal. vbi illa ſex enumerat, quæ cum aloe eam totam conſtituunt nempè cinamomum, xilobalſamum, aſarum, ſpicã nardi, crocum, & chiam maſtichen; quam etiam duobus confician̄dam modis eſſe ſtatuit, aut cum aloe elota, aut cum aloe non elota; nã cum aloe elota minus uentrem ſubducit, magis tamen ventriculum roborat, cum aloe vero non lota, vt minus roborat, ita magis ventrem ſubducit: inſuper eo vti medicamento poſſumus, aut ſicco, aut cum melle deſpumato, ſicut de diaſpolitico medicamento ſupra dictum eſt: cũ melle quidem magis ventrem ſubducit, ſed minus ipſum roborat, ſiccum autem & magis ventrem roborat & vtilius eſt vẽtris affectibus, in quibus calefactione, ſubtiliatione, & huiuſmodi indigemus. porrò maximam eius quantitatem ſtatuit Gale. duorum magnorum cochlearium (eſt autem magnum cochleare drach. 1.) cum tribus aquæ ciathis temperatæ ciathus autem eſt vnc. i. s. minima vero quantitas eſt vnius parui cochlearis: mediocris vero quãtitas duorum paruorum cochlearium: paruum autem cochleare eſt drachma ſemis: Verum quoniam Gal. dum de hiera, & eius compoſitione quaque ſit quantitate exhibẽda loquẽs, ſubdit; datur autem medicamẽti ſummum drachma vna cum aquę ciathis non magis tribus, minimum dimidia, inter vtrumque pondus alia exhibentur, quantitate pro ætate, corporis magnitudine, & conſuetudine euariata ſibiipſi pugnare videtur, atque contrarium ſentire his, quę ſuperius de eius quãtitatis exhibitione ex eius mente ſcripta ſunt; propterea dicendum, meo quidem iuditio eſt, quòd non ob id Gal. loca adinuicem pugnant, ſi recte intelligãtur; etenim quantitas mediocris eſt duorum paruorum cochlearium, quæ eſt drach. vnius: idem quoque alibi ſentit, non enim litera græca habet ſummum medicamenti datur, ſed, perfecta medicamenti quantitas eſt drach. 1. quod eſt ac ſi dixiſ-

7. met. me. cap. 11.

2. d̃ comp. med. ſecundum loc. c. de dol. ca. ex ſtomac.

7. meth. io.

2. d̃ comp. me. per lo.

©BIU Santé

xisset, mediocris quãtitas est drach. i. non autem ob id consequitur, ergo illa est summa quantitas: quòd autem hoc ita sit, literam græcam vtriusque loci in medium afferamus, illa quidem vnius loci hunc in modum habet ἔστι δὲ ἡ μὲν τελεία δόσις τοῦ φαρμάκου, ideſt, perfecta autem est quãtitas pharmaci, illa vero alterius ita iacet: τὸ γὰρ δὴ πλεῖστον, καὶ τελειότατον ἡμικοτυλίων δυοῖν, ἀλλὰ μεγάλων ἡ πόσις, ꝙ est, Plurimum enim & perfectissimũ non paruorum duorum, sed magnorum potio: & sicut primo loco perfectam dicit dosim, ita altero perfectissimam ait, quæ quidem duo cõsistere possunt, perfecta namq; dosis est drach. 1. sed perfectissima drach me duę. Forte etiam dici potest, quòd Gal. cum ipsius hierę dosim ponit, de ea dosi exhibenda loquitur, cum vitiosi humores in intimis vẽtriculi tunicis continentur, ad quorum quidem extractionẽ quantitas duorum magnorum cochlearium est perfectissima; alibi autẽ priusquam ipsius hieræ dosim constituat, de his paulo ante loquebatur, quibus venter cohibetur, deq; mulieribus, quæ non probè purgãtur, quibus quidẽ (inquit) exhibenda est hiera, in qua octuaginta aloes drachmæ, & sex croci ingrediãtur: postmodũ subdit de perfecta dosi verba illa à nobis superius recitata, ita ꝙ fortè ibidẽ de dosi eius in huiusmodi affectibus tantummodo loquitur. Si vero ventriculus sit calidus, & caput frigidum, à quo humor frigidus in ventrem defluat, hęc quidem connexio dissimilium partium intemperatarum grauis hercle est, vt difficile tractetur: quãdoquidem pituita in uentrem defluẽs, indigeat diatrion pipereõ, ac diacalaminthe, & Diaspolitico, à quibus os ventriculi facile offendetur, cum venter sit calidus, vt iam dictum est: Verum his porrigenda sunt, quæcunque pituitam dissecent, & detergeant citra calorem, quale est oximel: cuius quidem multiplicem compositionem statuit Gal. prima quidem plurimis congrua est, si vnius aceti parti mellis optimè despumati duplum admisceatur; deinde ambo lento igne coquantur, donec eorum qualitates in vnum cocant: altera vero ipsius compositio est valentior, debiliorvè, cum aut minorẽ, aut maiorem aceti portionem iniicies, iuxta patientis naturam, aut ipsius appetitum: nonnulli enim maiori minorivè acore delectantur; sicut alii paruo aut valido dulcore: propterea Gal. eandem aceti mensuram in quacunque oximellitis compositione non constituit, quemadmodum multi faciebant, qui perinde, ac illi, qui eadem semper aquę mensura vinum omnibus obtemperabant, increpãdi sunt. Vnde licet primum cõficiendi modum ponat ob pharmacopolas, qui vt plurimũ omnibus prodesse valent, attamen non sic se habet res, si ad peculiarẽ cuiusque naturam respiciamus, non enim vnus & idem componendi modus

2. d. comp. med. 7. meth.

7. meth.

2. d comp. med.

4. de ruen. ual.

©BIU Santé

prima. quarti.

modus eſt, ſed varius: & hac fortaſſe permotus ratione ex Gal. placitis deſumpta Aui. de oximelite verba faciens ingredientium doſim non ſtatuit; & Gal. conſilio illo de puero Epileptico modicam in eo aceti partem imponit, quippe qui ad puerorum naturam longè proſpexit, qui tantam in eo acerositatem non tolerant, oximel autē duobus modis coquitur, atque cōficitur; altero quidem tribus omnibus ab initio cōmixtis ad hūc modū; aceti namq; uni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum, atque hęc inſimul ad tertiam, aut quartam con coquuntur ſpuma interim detracta; altero vero modo ſi mel cum aqua in ſupradicta quantitate immiſceatur, amboq; igni apponantur, quoad ſpumare delinat, mox acetum id adiiciatur, & rurſus coquatur, donec & crudum non appareat, & cum reliquis vniatur. Quòd ſi cuipiā venter adſtrictus eſt, os autem ventris imbecillum, ac nauſeoſum, huiuſmodi quidem connexio, ac corporis inæqualis ſtatus difficilis admodum eſt: ſi enim exhibere volueris, quæ ventrem laxent, cum talia facultatem habeant ſubuertendi ſtomucum, nauſeam, ac vomitum excitabunt, aut hic haud recte cibum concoquet; quòd ſi des ea, quæ ſtomacum roborent, aluus adhuc adſtrictior reddetur: his igitur in primis danda ſunt, quæ ventrem ſubducant, ſicut olera cum oleo, & garo, & alia huiuſmodi; poſt cibum vero eorum aliquid porrigendum, quod ſtomacum roboret, qualia ſunt mala cotonea, pira, & punica, & ex his præſertim, quod iucundiſſimum ſit, ex quibus non multa quātitas ſumenda, ſed quantum ad ventrem roborandum ſat ſit; hæc etenim non tantum ventris os firmabunt, ſed & in cauſa erunt, vt aluus facilius ſoluatur: quod quidem experientia compertum eſt, ratioque ſuadet, ſiquidem ventris os firmatum deorſum trudit, quęcunque in ſummo natant, atque vnà cum his, quæ in ventre toto ſuperiori continentur: quod quidem momentum ciborum exceptum inteſtina ſeruantia, & ipſa deorſum quoque impellunt. Vis autem hęc impellendi ratione dicta non ſolum in motu naturali, ſed & eo præter naturam ſeruari videtur, cum à ſede ſurſum quid impellitur. Si autem totū corpus ſit gracile, in renibus autem calculi generentur, hæc planè inæqualis eſt connexio, quæ nulli dictarum in malitia cedit; cum renes medicamentis indigeant extenuantibus, victuque extenuante, quæ tamen gracili corpori nocua ſunt; his autem proculdubiò media victus ratione inter extenuantē, ac impinguantem vtendum eſt. Vnde ptiſſanæ cremor huic conuenit, qui vim etiam extergendi habet, ſi quæ ſuperfluitates in renibus adſunt, atque renes ipſas infrigidandi: piſces item tum ſaxatiles, tum qui in alto mari, locisque his, ad quę flumina ciui

tatem

©BIU Santé

tatem quampiam repugnantia non perueniunt, capiuntur, aues etiam paruæ montanę, perdices, attagene, sturni, merulę, turdi, columbi in turribus nidificantes, passerculi pariter, qui ibidem nidos faciunt, gallinę iuuenes; quæ quidem omnia animalia libera sint, vt exerceri queant, non autem in carceribus detenta; qualia sunt, quę caupones vendunt; humido namque excrementoso, copioso que nutrimento constant: pręterea lac asininum huic inæquali complexioni prodest, cum omnibus tenuius sit. Cætera vero vti non bona omittenda cum Galeno censemus. si quis uero crassus sit, & obęsus, & calculo laboret, audacter huic tenuem victum iniungendum esse consulimus, pariter & illis, qui articulorum morbis infestantur; si enim pingues fuerint, crassi, atque carnosi ex tenui victu nullum quippè incommodum percipient, quòd si graciles sint, mediocri potius, quàm tenui victu vti debent; siquidem ex eo tenui victu non solum totum corpus, sed & pedes, & manus exiccabuntur, etsi malè se habebant, in gratissimum statum deducentur. Est autem animaduertendum, quòd medicamenta podagricis apta magis attenuantia crassos, glutinososque humores esse debent, quàm quæ nephriticis conueniunt; magis quinetiam calefaciunt, atque exiccant: quę enim valde calefaciunt, minime his competunt, quibus in renibus calculi generantur. Proinde in quibus leui ex quaq; causa magni morbi solent contingere, nempè comitialis, vertigo, & vehemens capitis dolor; pariter & quibus caput in causa est, vt aliqua particula subiecta afficiatur, sicut dentes, gingiuæ, omnesque in summum partes, quæ in ore, ac faucibus existunt; aures item, & oculi, & ventriculi os, ac ipsemet ventriculus, partesque quibus fit inspiratio, larynx nimirum, aspera arteria, pulmo; ac thorax ipsum ex Galeni sententia his victus communis scopus est, caput ipsum ante omnia, quoad fieri potest, minus opportunum ad vitia reddere; mox vero partibus quoque afflictis prospicere; quibus tamen omnibus non eodem modo prospiciendum est; neque enim partes omnes læsæ pariter roborandæ sunt, sed earum vsus & opera perpendenda; quarum enim per magnus est vsus, vt oculorum & aurium, hæ vt roborentur vel maxime indigent: Vnde decidentibus excrementis à capite ad oculos, vel nares; hęc vrique per partes vicinas sunt deriuanda, trahendaq; ad nares, si fieri potest cum his, quæ sternutamenta cient, vt omnia acuta sunt aromata, atque cum his, quæ ipsius obstructiones reserant, qualia sunt calida tenuium partium absque adstrictione: quòd si ad nares ea excrementa deriuare non possumus, ad

os

©BIU Santé

os ſaltim trahenda ſunt cum his, quæ pituitam trahunt, quæ epophlegmatiſmata grẽce dicuntur; interim vero oculi etiam firmandi ſunt, ne facile excrementa recipiant; pariter & aures roborandę, ſi ad eas recrementa prolabantur. Et quoniam nonnunquam euenit, ꝙ magnus ad aures fluxus exulcerationem pariat, ob id vlceri medendũ erit cum his, quę vehementer ſiccant; inter agendum tamen materia ad nares, vel os, vel vtranque partem eſt auertenda. Cæterum quemadmodum diximus, quòd ex his, quę à capite defluunt, inferiores partes imbecilliores læduntur, ita & de iecinore, liene, renibus, & huiuſmodi dicendum eſt; ſæpe namque contingit, quòd aceruata in aliquo dictorum membrorum ſuperfluitate ſi validum fuerit, ad partem propinquam imbecilliorem tranſmittet; hęc autem rurſus ad aliam magis imbecillam, donec ad partem quampiam ſuperfluitas decumbat; quę adeo imbecilla ſit, vt nulla ea debilior reperiatur, ad quam poſſit tranſmittere, atque hęc iure afficietur; ad hunc autem modum complures nullam ſui victus curam habentes aliqua corporis parte aſſidue vexantur; quòd ſi debita vtantur victus ratione haudquaquam colligent ſuperfluitates, partesque licet imbecillæ fuerint, tutæ tamen manebunt; cuius quidem ſignum eſt, quòd aliqui ſex menſibus, & multo pluribus infirmis partibus laborant, reliquis vero minime: cuius quidem rei ſi ſola partis imbecillitas foret in cauſa, pars infirma, ac imbecilla ſemper laboraret, cum ei cauſa affectionis imbecillitas nempè ipſa nunquam deficeret: qua de re quod redundat aut qualitate, aut quantitate ipſius affectus erit in cauſa; quod quidem aut per totũ corpus colligitur, aut aliqua in parte, quæ obtinet principatum, ex natura tamen imbecilliore, quòd ſi qua ſit ei vicinior pars magis imbecilla, id ad eam tranſmittit: propterea Gal. illud ante omnia perpendendum, definiendumque conſulit an membrum propter ſemetipſum afficiatur; an vero propter aliud, quod prius eo affectum contraxerit, vt recte ſciamus qua ratione in his procedẽdum ſit, & nunquid noxa imbecillę parti aliqua ex cauſa extrinſeca inciderit; ex eo quòd refrigerata, aut contuſa, aut huiuſmodi paſſa ſit, vt plurimum autem euenit, ꝙ ex mala victus ratione redundantia, & vitioſus ſuccus contrahatur. Adhibita itaque victus ratione tenuiori, quàm prius, idoneaque exercitatione proſpicere oportet, ne cauſa quæpiam exterior noxam inferat; quòd ſi nec gracilis fiat, nec pars aliqua affligatur, eidem victus rationi inſiſtendum, nec eadem mutanda: ſi autem tale corpus ea ratione victus gracilius fiat, pars autem affecta ob eam leuetur, non mutata victus ratione picatione vtendum eſt; liquefacta namque pice ex

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 554 sur 753

©BIU Santé

Gal. ſententia non ſolum hæc corpora, verum & ptiſi laborantia tota oblinire ſolebant antiqui, non alia ſanè ex cauſa, niſi ut in his ad extremas partes profundus calor euocaretur, qua induſtria alioqui deplorati ex propinqua morte ſublati non pauci excitere: quam quidem unctionem qui deſicati ſunt, licet refugiant, nullum tamē eo auxilio præſtantius, quodque huic æquetur, excogitari poteſt; quemadmodum teſtatur Gal. inquiens. Quippe id ad carnē inſtaurādam egregium medicamentum eſt, adeo ſi quod ſingulare membrum hoc uitio laborat, id hoc præſidio reſtituetur: ac nobis quidē in omnibus fermē hoc unum ſatisfecerit, ſiquidem humectat, & calefacit multitudine accita. Quod ſi pars aliqua affligatur, ac tenuiori adhuc uictu utendum erit, aut certo tempore euacuatione, in nonnullis quidem ſemel ſatis eſt uere incipiente, in quibuſdā uero & autūno, molliendaq; euacuatio eſt, ſi ſanguinis quidem abundantiam contraxerint, uenæ ſectione, ſi uero uitioſum ſuccum accumulauerint, purgatione. Poſtremo alius ſtatus inæqualis grauiſſimus eſt, ſi ſint quidam, qui genitale ſemen copioſum & calidum gignant, quod eos ad expulſionem, ac proinde ad coitum concitet, ſed poſt coitum hiſce uentriculi os diſſoluatur, ipſiſque toto corpore laxentur, ac imbecilli, graciles, pallidi, cauiſque oculis efficiatur, quod ſi ceſſent à coitu, ut dicta mala euitent, in nō minora incurrant, capitis nimirum moleſtiam, ſtomaci offenſionem, faſtidia, & nocturnas imagines, à quibus non minus, quām ex concubitu oblædātur; his utique ſi talia adſint (qđ quidē non ſolum ipſi percipiunt, ſed & mulieres, cum quibus coeunt) auxilia, ſeu cauſæ conſeruantes præſto eſſe debent; in primis quidem ut à cibis abſtineant, qui ſemen augere poſſint, eis uero utantur, qui illud extinguant, nec non medicamentis illud idem præſtantibus, utendumque exercitationibus, quibus ſupernæ partes exerceantur; à balneo uero lumbi toti unctione frigida ſunt perungendi, utpote oleo roſaceo, omphacino, melino, & aliis id genus; ceratum etiam confici poteſt ex cęra, & ſucco aliquo refrigerante, ut ſemper uiui, ſolani, pſili, portulacæ, uuæ immaturæ, lactucę, & huiuſmodi talium; Lamina præterea plumbea renibus ſuperpoſita utilis eſt, qui uero ob carnis plumbi duritiem ferre nequeunt, ex prædictis herbis nonnullas ſubſternere debent, inter quas roſę ipſę quæ maxime aptę ſunt: cauendas autem eſſe conſulimus frigidas omnes unctiones, quæ ex papauere, aut mandragora conficiuntur, nec non & harum ſubſtractionem, cum in ſummo ſint uirium, ex quibus ob ſui nimiam frigiditatem uel maxime renes oblæduntur. Hęc ſunt, quę per compendium ex Gale. circa tertium compoſitionis ſtatum decerpere

6. de tuen. valet. à principio ſecūde.

14. meth. cap. 16.

©BIU Santé

cerpere nobis uiſum eſt, ſi quis autem alius inæqualis eſt ſtatus à nobis, atque Galeno derelictus non in ſolo hoc genere, verum & alijs, quorũ examinationem conſulto prętermittimus, ſuppleat (quęro) oculatiſſimus Lector, atque illi, vt & ſuperioribus congrua præſtet auxilia; quę quidem cauſæ conſeruantes à Gal. hocloco non immeritò nuncupantur; neque enim impręſentiarum ſtatus omnes inęquales adamuſſim examinare noſtra erat intẽtio, ſed ex Gal. placitis nonnullos eorum; ac magis graues tradere, vt methodi vim obtinerent ad eos indagandos; qui quidem à nobis minime ſunt explicati, idque libenter fecimus, cũ nullum hucuſque interpretem (quem viderimus) hæc explicaſſe, ſed ne quidem attigiſſe reperiamus: ſubſequitur caput de cauſis ſalubribus inſtrumentariarum partium, quod hunc in modum exorditur.

De cauſis ſalubribus partium inſtrumentariarum. Cap. 87

INSTRVMENTARIARVM *autem partium cauſæ ſalubres, quemadmodum & hic ab optima conſtitutione delinquitur, ita & inuicem diſtabunt; aliæ enim ſunt ſalubres erroribus, qui in formatione conſiſtunt, aliæ his, qui in magnitudine, uel numero, uel poſitu.*

NON iniuria quis fortè cõfeſtim ſciſcitabitur, cur actu-



rus Galenus de organicis affectionibus non eundem ſeruet ordinẽ, quem in ſimplicibus, ſeu temperiebus ſeruaſſe conſpicimus; ſiquidem ſuperius primũ cauſas tradidit, quibus tempãtũ corpus ſit conſeruãdũ, mox & eas, quibus id ſeruatur, qđ ab optima temperie delabitur, ac poſtremò illas, quæ ad melius ipſum trãſumant; at hoc loco miſſis cauſis, quibus partium organicarum optima compoſitio, ſeu ab hac delabens conſeruetur, ſtatim de his agit, quæ lapſam compoſitionem traducant, ac corrigant: & licet hę etiam conſeruatrices cauſæ iure nuncupari promereantur, nomen tamen (vt & ſuperius dictum eſt) correctiuarum propriè ſibi uindicant, ut à prioribus non cõi quidem, ſed proprio noĩe diſiungantur. Verũ is ſi recte ad unguem rem ipſam intelliget, facilimè comprehendet, eas ex arte cauſas a Galeno miſſas fuiſſe; ſiquidem nullę adſunt organicarum partium propriè conſeruatrices, quę à ſimplicibus atq; prioribus ſeiunctę ſint: neq; .n. medicus

gibbum

©BIU Santé

gibbum, aut rectum hominem conſeruat; etſi rectum quidem, illi vti-
que eadem præſidia adhibet perinde, ac ſi quoad temperiem homini
occurrat: at in lapſuum partium organicarum traductione res ſecus
ſe habet: non enim eædem ſunt cauſæ, quę intemperiem, ac quæ or-
ganicas partes permutant; ſiquidem ad calidam intemperiem frigidis
vtimur auxilijs; ad quantitatis vero exceſſum remedium expoſcimus,
quo ſuperfluũ illud abigatur. Cæterũ qm̃ ſuperiori libro dictũ eſt, or-
ganicarũ partiũ eſſentiã ex quatuor potiſſimũ cõflari, debita q̃titate de
finito numero, cõdecenti formatione, ac naturali ſitu; ſi modo cõtin-
gat, vt ex eis aliquid delinquat, cauſæ quidem quæ & conſeruãtes, ſed
rectius correctiuæ dicuntur, pro lapſus proportione euariabuntur. Vt
autem hoc declaret in quolibet ex his quatuor in primis ſubdit

*IN formatione igitur plures contingunt errores, nã & figura par-
tis, & ſi qua in ea cauitas eſt ſecundum naturam, vel meatus,
vel orificiũ, vel aſperitas, vel lenitas, quando à naturali media-
critate receſſerit, ſiquidẽ parũ hoc patiantur, ſalubriũ corporũ
retinẽt appellationẽ: ſi vero amplius inſalubriũ. Quòd ſi tantus
fuerit receſſus, ut opationi afferat detrimẽtũ, iã ægrotare dicẽtur.*

Nonnulli ex modernis expoſitoribus cauſam inquirunt; cur Gal. formationẽ, nũc quidẽ in tres, nũc verò in quinque diſecet dr̃ias; quan doquidẽ libro de differẽtiis morb. figurã, meatũ, lenitatẽ, aſperitatẽque eius tantũ differentias cõſtituit; hoc uerò loco p̃ter eas cõcauitatẽ, ac o-rificiũ; & Aui. miſſo orificio quatuor reliquas cõmemorauit: Increpata Aui. ſnĩa ſtatuunt & tres, & quinque à Galeno recte poſitas eſſe, quidem mẽbri cõformatio ex externa cõſtat dimenſione, quã ipſa figurã appellat; ex ſuperficiei cõditione, quã aſperitatẽ & lenitatẽ nũcupãt, ac ex poſtrema interna cauitate, ita ut genere numero tres; cauitas uerò cum rurſus in tres aliàs ſecetur, uẽtrẽ, meatũ, ac orificiũ, iure & quinq; eſſe poſſunt, ex quibus tamẽ orificio prætermiſſo Aui. nõ adeo bellè quatuor tm̃ admittit. Hæc quidẽ cõciliatio licet in ſe uera, ſit & oppoſita loca conciliare videatur, non tamen uideo ego, quòd Galen. de differentiis, quæ à forma ſumuntur uerba facturus tria duntaxat ſtatuat, ſed quatuor & plura, ſi recte eius placita perpendantur, cum ait. Cap. 4.

Differentię uero per ſingula genera hoc modo accipiuntur, primum (quod diximus) genus eſt, cum decens particulę forma corrumpitur aut figura, aut concauitas male quadrat, aut etiam meatus, aut horum aliquod, quod adeſſe debebat, deperditum eſt: ad hoc genus pertinent aſperitas quoque & lenitas, quando non apte inter ſe commu-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 557 sur 753

©BIU Santé

tantur: insuper Gal. hoc loco sub dubio ponens cauitatem, meatum, orificium, cum inquit; si qua in ea cauitas est secundum naturam, vel meatus vel orificium, nobis indicauit quasdam ex his differentias non necessario parti organicę semper inesse, sed aut hanc, aut illam deficere: Vnde nec Aui. adeo increpādus est, qui orificium prętermisit; siquidem id in partibus organicis non semper reperitur; vt exempli gratia in manu, quæ nullum exquisitum ac proprium orificiū habet, sed meatus, ac cauitates duntaxat. Sicut igitur in formatione plures contingunt lapsus ex variis in ea differentiis, ita & eorum causæ (vt inferādo cebit) salubres reperiuntur; quandoquidem partes organicæ aut quo ad figuram, aut quo ad cauitatem, aut meatū, orificiumvè, aut quo ad lenitatem asperitatemvè parum admodum à mediocritate labuntur, atque hæc salubrium corporum vt multum appellationem retinent: si vero maximus in his sit lapsus, insalubrium, donec tandem tantus fuerit recessus, vt incommodet actioni, atq; tūc corpora illa iam ęgrotare dicentur. Quo quidem loco eorum non approbo sententiam, qui loco insalubrium ex veteri codice translato (vt ipsi dicunt) neruorum potius legunt; etenim Gal. insalubria corpora, quę intra sunt sanitatis latitudinem omisisset. Cur autem neutra ex hac lectione omittat, Montani mihi placet opinio, Galen. vtpote breuitati studiosum ex extremis in latitudine sanitatis cōstitutis intermedia subintellexisse, quod quidē ex priori lectione minime asserere possumus: secundum subdit.

SECVNDVM *quantitatem autem excessus, atque defectus ad easdem ducit differentias.*

Hoc est, vt vnum quidem corpus secundum excessum aut defectum in magnitudine aut salubre sit, aut neutrum, aut insalubre, aut postremo ægrotans. Tertium vero quoad materiam addit Galenus, inquiens.

IN *numero vero siue vna, siue plures quæcunque ex similaribus partibus fuerint, aut deficiant, aut superabundent; ex hoc genere etiam sunt quæcunque in nobis substantiæ præter naturam consistunt.*

Siue vna sit pars organica, vt ventriculus, cor, lien, & huiusmodi, siue plures, vt digiti, duo manus, renes, crura, atque id genus quæ ex partibus similaribus constant, in numero pariter siue deficiāt, siue superabundēt prędictæ corporum differentię conspiciuntur, vt ipsa nūc quidem salubria, nunc autem insalubria, aut neutra, nunc vero ægra dicantur.

©BIU Santé

dicantur. Verum cum quæ in numero redundant, duplicia ſint; alia quidem ex genere naturali, licet præter naturę intentum gignantur, vt eſt ſextus digitus, tertius teſticulus, atque ſimilia, quæ ex materiæ abũdantia nonnullis corporibus adnaſcuntur; alia uero præter naturam, hoc eſt, ex materia quadam præter naturam corporibus ſuperuenien-te, vt pterygion in oculo, tuberculum in naribus, lumbrici in ventri-culo, ac lapis in veſica; Gale. hoc loco vult, quòd errores ſiue lapſus in numero tam quoad genus naturale, quàm præter naturam, differẽtias eaſdem corporum conſtituunt; quæ enim parum quid in numero pa-tiuntur ſiue digitus ſextus adſit, ſiue quintus deficiat, ſalubria; quãdo autem in ventre lumbrici concluduntur, inſalubria, ſicut dum mulier in ventre molam continet, neutra dicuntur, quandoquidem ipſa me-dium ſalubritatis, inſalubritatiſque ſtatum attingit; at cum aut lumbri ci hi moti ventris orificium angentes ipſius coctionẽ perturbant, aut lapis adeſt in veſica, ex quo vrina patitur ſuppreſſionem, ægrorum de-nominationem ſuſcipiunt. Ex hoc igitur genere etiam ſunt, quæcunq; in nobis ſubſtantiæ præter naturam conſiſtunt, inquit Galen. quemad-modum & ea, quæ ex naturali materia conflantur, licet præter naturæ inſtitutum conficiantur; ut enim eorum præſentia non ſolum corpus à mediocritate, verum & extra ſanitatis latitudinem dilabitur, ſic & eorum abſentia quoad materiam recte ſe habet, ac ſalubre iure nomi-natur: Quocirca Argenterii ratio quàm facile ſoluitur, qua aduerſus Gal. probare nititur, lapidem in veſica morbum nõ eſſe, ſed morbi cau ſam; propterea quòd ſicut ex lapide non fit ſanitas, ita nec morbus fie-ri debet; in his etenim (dicebat Gal.) ponitur morbus, in quibus ſa- lib. de dif. mor. à pri.
nitas ipſa conſtituta eſt; non enim lapis ipſe, ſed lapidis in veſica præ-ſentia, aut abſentia ſanitatem & morbum in corpore introducunt; nã morbus is cenſendus eſt, qui ad ſe curam attrahit: at vt lapidem ammo ueamus noſtra eſt intentio, quo quidẽ remoto ſanitas confeſtim intro-ducitur: neque obſtructio aliqua poſt lapidem, aut à lapide ſeorſum medico molienda eſt; neque minus contracta mala intemperies, ete-nim cum hęc poſtmodum ſuperuenit, alius à compoſitionis in nume ro morbo exiſtit. Verum hæc miſſa faciamus, & ad aliud commodius tempus rem hanc diſcutiendam differamus, vt ad quartum in organi-carum partium eſſentia conſtitutum genus explicandum cum Gale-no deſcendamus.

RELIQVVM *eſt aliud genus, quod ad ſitum cuiuſlibet ſimplicis attinet partis, in quo, & ipſo quatuor ſunt omnes differentiæ: prima quidem quæ optima exiſtit, ſecunda vero quæ parum eua*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 559 sur 753

©BIU Santé

riat, atque ideo ſalubre adhuc efficit corpus, & tertia, quæ inſalubre, quando amplius à modo receſſerit, & quarta, quæ iam ægrum receſſu plurimo reddit.

Repetit Gale. corporum differẽtias, quas ſupra dum de formatione ageret, mentionem fecit, addito nimirum moderato ſtatu, ſiue optima corporis conſtitutione; atque non iniuria, ſuperius namque tres tantum recenſuit, quoniam labentia à mediocritate corpora memorare intenderat; at hoc loco in ſumma quatuor eorum eſſe omnes differentias conſtituit; quod quidem Galen. dictum rectè intelligendum cenſeo, niſi vt multi, mirum in modum aberrare velimus, vt & antea connotauimus: ſimplices namque corporum conſtitutiones, ſiue differentias quatuor eſſe ſtatuit, alias tamen & medias, ac ex is compoſitas, quas neutras ſuperioribus libris nuncupat, adeſſe autumat, quas hoc loco vti non ſimplices iure ſubticuit. Quibus autem cauſis huiuſmodi corporum lapſus reparandi ſint, & an omnes inſtaurari poſſint, & quouis tempore concludens ex dictis hunc in modum ſubiungit.

QVAECVNQVE *igitur partes in figura delinquunt, veluti quæ bleſæ, varæ, & obliquæ appellantur: hæ cum nuper natus adhuc tenellus eſt formatione, atque alligatione, ad naturalem traduc untur habitum: quòd ſi iam adaucto infante ad duritiem peruenerint, emendari non poſſunt.*

Cum figura, ut rectè Mathematici ſtatuunt, ſit, quæ termino, vel terminis continetur; cuius quidem plures ſunt differentiæ, rectæ, obliquę, planæ, rotondæ, curuæ, & huiuſmodi; partes quidem organicæ aliquas ex his differentias obtinebunt, & termino, aut terminis ex natura propria continebuntur: at ſi ipſos tranſgrediantur, alias differentias deſumunt, & tunc à naturali ſtatu dilabuntur; exempli gratia in crure, quod recta conſtat figura, ſi extrorſum inflectatur, variam figuram deſumit; ex quo & homines vel eorum partes variæ ſeu bleſæ, ſicut introrſum protruſæ varæ nominãtur. Proinde ad malam hanc in figura compoſitionem, ſi auxilia adhibere volueris, conſideranda in primis pars eſt, cuius figuram permutare exoptas: nam cum in crure alijs ex partibus ſint oſſa, quę in puerulis admodũ tenella ſunt, ac mollia, vtpote generationi vel maxime proxima; in adultis vero, ac adoleſcentibus dura ac ſicca, ſiquidẽ corpus noſtrũ conti-

©BIU Santé

continuò exareſcit, ac durius euadit calore nimirum humidum conſumente, puerorum quidem ea facilime commutari poſſunt; nam quę humida ſunt, vt reſtatur Ariſt. alienos terminos facile ſuſcipiunt, quę vero adoleſcentium, ac adultorum nequaquam. Remedia igi- 4. metheo.
tur, ſeu cauſę permutantes ſunt formatio, quæ manibus efficitur, pro priè vero reconcinnatio, quę fit à medico, & multotiens ab obſtetricibus, aut nutricibus plicatione, tenſione, tractione, pulſione, & huiuſmodi, ac deligatione, quæ faſcijs perficitur, ac ferulis, quę cum ab his, quæ ſuperius non naturalia à Gal. nuncupatur, utpote aer, cibus & potus, motus, & quies, & id tale genus, diſtincta eſſe videatur, fuerunt in cauſa, vt Argenterius, ſumpta occaſione in Galen. inueheretur; ſiquidem (inquit ipſe) Galenus antea dixit cauſas omnes conſeruantes, ſeu efficientes ab his, quæ neceſſario nos afficiunt, petendas eſſe; at ligatura, & reconcinnatio neque inter prędictas concluduntur, neque nobis neceſſario occurrunt. Verum decipitur bonus hic vir, neque animaduertit, quod ſuperius dixerat, dum Gal. tutaretur, rationem reddens, cur cauſas conſeruantes partium organicarum ſtructuram omiſit; propterea quòd eiſdem auxiliis optimam tuemur compoſitionem, quibus & perfectiſſimam ſimplicium temperiē, atque tunc illi neceſſario occurrentia temperata adminiſtramus: ſecus autem eſt in organicarum partium lapſuum reparatione, qui vt à lapſibus in temperie euariant, ſic & cauſis aliis permutantibus à prioribus longe diſtinctis indigent: propterea in hoc fallitur ipſe, cum putet Gal. ſuperius aſſignaſſe cauſas conſeruantes, permutantesque vtrique temperiei ac compoſitioni communes, nempè ſex illa nonnaturalia; hæc enim cum neceſſario corpus alterent (vt Gal. ait) ſolius ſunt intemperiei remedia, vt cuipiam ſanæ mentis aperte ſatis notum eſt, quæ tamen ſi organicis partibus inſeruiant, per accidens id illis euenit. Et ob id non immeritò Gal. ea, vt à ſex illis neceſſario occurſantibus diſtincta pro organicarum partium inſtauratione recenſet, quemadmodum ex lapſibus quoad figuram clariſſime demonſtrauit: Eodē quoque modo & qui nam quoad cauitates lapſus, & quibus corrigantur, edocet ſubdens.

Sic errores quidem, qui ad cauitatem attinent, cum adhuc augeri perſeuerant, correctionem, cum autem iam ad vltimum peruenerint, nullus eſt remedio locus: cauitates igitur quiete, atque alligatione paruæ redduntur, magnæ vero partium operatione, & ſpiritus retentione.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 561 sur 753

©BIU Santé

Quoad ſuperiorem quidem lapſum pueri duntaxat, & tẽporis diuturnitate emẽdari poſſunt, at adoleſcẽtes ẽt quoad errores, qui ad cauitatẽ attinent, correctionẽ admittunt; nã poſtquã ad ætatis cõſiſtẽtiã perueniunt nequaquam reparari queunt; tunc.n membranę, ac cuiuſque membri caro ſolidior, ac ad extenſionem contumatior redditur, vt nequaquam cauitas adaugeri poſſit: proinde huius effectus externũ vnum habemus exemplum de animalis cuiuſpiam veſica, quę dum humida eſt, ac mollis, facillime extenditur, ac maiorem cauitatem acquirit, quæ ſi peratida efficiatur, maiorem non obtinet capacitatẽ. Porrò cauſæ huiuſmodi lapſum permutantes binæ quidem ſunt, quę cauitatẽ quidem magnam corrigunt, quies, & alligatio; quæ vero paruam, partium operatio, & ſpiritus retentio; cum.n. quiete calor innatus veluti ſopitus iaceat, ſed quãtum ad ſui conſeruationem attinet, tantummodo moueatur, partes ipſas minime dilatat, & ſicut à principio immodice agitatus cauitates magnas reddebat, mox ob eiuſdem caloris agentis defectum, qui tamen humidum conſumit, nec illius loco nouum aliud attrahit, partes in vnum magis coeuntes cauitatum intercapedinem minorem adipiſcuntur: & quemadmodum de corporis quiete à nobis dictum eſt pariter & de ea animi dicendum videtur; dum.n. animus agitatur, aut iraſcendo, aut triſtando membrũ aut incaleſcit, infrigidaturvè, atq; tunc pro huiuſmodi animi perturbationibus cauitates mẽbrorum maiores, minoresvè efficiuntur, vt cuiq; ſatis manifeſtũ eſt: cui quidem pſidio aliud quoq; adminiculatur, nempè deligatio ipſa, qua humores prohibentur, ne ad membrum confluant, ipſumq; latius reddant: quæ tamẽ citra dolorẽ molienda eſt, vt tãdem eius, quod ſperamus voti compotes efficiamur; dolor etenim membrum accendit, calor auctus vehementer exagitatur, ex hac autem exagitatione humores confluunt, & membri demque cauitates adaperiunt. Ex his uero, quę cauitatem dilatant, cauſis, partium in primis eſt operatio; etenim cum ex Galeni ſentẽtia operatio ſit motio affectiua, quæ ex ſe proficiſcitur, quò magis partes operantur, eo magis ea, quæ ibidem continentur, commouent, illis vero motis vt dilatent neceſſe eſt; ob id ventriculus copioſi frequentisque alimenti nutritione amplior fit; pueri namque pauco contenti ſunt cibo, qui poſtmodũ adulti adaucto ventriculo niſi plurimũ deſumantur non ſaturãtur: thorax vociferationẽ, aut in his qui continuo declamant; cerebri ventres meditatione: vnde & ſtudioſi homines in dies res magis apprehendunt, eaſque memoriæ mandant.: quod quidem innuebat Hip. dum ait: Meditatio, ſeu cura hominibus animi eſt exercitium; vterus quinetiam geſtatione, vbera

6. de dog. Hip & Pla à princip.

6. Epi. ſec. 5. aph. 2.

©BIU Santé

vbera lactando, ſeminaria vaſa vſu venereorum latiora efficiuntur; Vn de euenit, quòd mulier non adeo fecundos patitur partus, acinitio ei lac in parua copia conſpicitur; econuerſo vero poſt temporis ſpatium ac quanto quis in coitu incontinẽtior eſt, tanto minus in dies contine re ſe poteſt, ſicut quo magis ſe abſtinuerit, & minori appetitu pollet; non alia ſanè ex cauſa, niſi quòd uaſa operatione diſtenta quanto plus ſeminis ſuſcipiunt, eò magis veneri proniorem hominem reddunt; Se cundo eſt ſpiritus cohibitio præſtans & ipſa pro magnificandis cauita- tibus remedium: etenim vt in Tibicinis facile ſpectari licet, dum ſpiri- tum cohibent, genas, faciem, pectus & thorax totum dilatant, pariter in ueſicis, quę ob flatus ibidem concluſos, & ui membranas illas dila- tantes magis cauæ, quàm prius efficiũtur: porrò quonam pacto fiat; & Galen. copioſius edocuit, & nos dum de apotherapia in exercitatione loqueremur, per compendium enucleauimus; hęc etenim ſpiritus retẽ tio cum in corporis meatibus inſeritur, non tantum, vt voluit Galen. corpora purgatiora reddit, ſed & latiora quoad eas partes, quę cauita- tibus participes ſunt; ad quorum quidem dilatationem pro varia ipſo rum conſtitutione magis minusvè ſpiritum continemus, ipſumq; pro vt opus eſt, deorſum ſurſum vè protrudimus; Quoquidem loco eorum non approbo ſententiam, qui hoc omnium corporis partium pro di- latatione commune remedium à Galeno traditum eſſe putant; nam partes quædam (vt recte ex verbis Galeni annotauimus) cauitates ori ficia, ac meatus non habent, atque ob id ſpiritus cohibitione crura, & manus non adaugẽtur; minus etiam Argenterium probo, qui Gal. hoc fuiſſe placitum exiſtimans ipſum (vt ſui moris eſt) carpere contẽdit falſò quinetiam idem profert, quòd ſpiritus cohibitio nil confert ad vẽtriculi, inteſtinorum, venarum, arteriarum, & huiuſmodi cauitatẽs magnificandas; contrarium namque experientia quotidie cernimus non ſolum in ipſis Tibicinis, quorum venæ, & arteriæ frontis manife ſtiſſime intumeſcunt, & adaugẽtur, & inteſtina plerũque deſcendunt: ac flatibus repleta peritoneum & dilatant, & multotiens diſrumpunt: ſed & in pueris, qui eiſdem fermè afficiuntur, dum himium plorant, ac ſpiritus cohibent. Verum fortè quis obiiciat non recte remedia ma gnæ, paruæque cauitatis tradidiſſe Galen. nam vt paruę cauitatis reme dia ſunt partium operatio, ac ſpiritus cohibitio; ita & magnę cauita- tis præſidia eſſe deberent partium quies, & facilis, paruaque ſpiratio, non autem ligatura, ſeu earum deligatio; huic quidem facile ſatiſ- faciemus breuiloquio Galeni attendentes, quòd ſicut in vno quidem adeſt remedium vnum, in altero eius oppoſitum auxiliatur; ventricu-

6. de tuen. valet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 563 sur 753

©BIU Santé

lum namque angustum reddit parsimonia; seminaria vasa pudicitia, ac omnia vasa parua, & libera anhelatio, non cohibita, non intenta, ac magna; sicut econuerso liberus transitus absque deligatione, dum materias confluere sinit, cauitatis magnitudini fomentum præbet: neque ob id Gal est reprehendendus; siquidem ex vno contrariorum alterum subintellexit: subdit autem.

Sic & quæcunque foramina, &c.

Quæ quidem duo sub conformatione concludebantur; foramina namque ac orificia eodem modo maiora, minoraue ad moderatum statum reducuntur, quiete, ac deligatione, partium operatione, & spiritus cohibitione: Neque uerum est, quod ait Acachias, meatus, & oscula emendari, si latiora sint, adstringendo, adstrictiora vero aperiendo, & obstructa detergendo, hoc enim artis curatiuæ proprium est, non autem sanatiuæ, de qua præsenti loco sermo est: cum enim poni præter naturam clauduntur, corporis excrementa, ac fuligines nequaquam exhalare possunt; his in corpore retentis vt morbus fiat necesse est. Subdit autem Gal. quibus auxiliis magnitudinis lapsui oppitulemur, missis his, quæ leuitatem, ac asperitatem respiciunt: propterea q̃ lapsus hi potissimum membrorum intemperies consequuntur, vt quibus intemperiei succurrimus, eisdem & ipsa emendemus; aut fortè q̃ ad superiora dum bis auxiliari volumus, præsidia recurrimus, & hunc in modum scribit.

Et quidem quæ naturalẽ magnitudinẽ partes exuperãt quiete, ac modica alligatione minores redduntur; augentur autem & naturali motu & frictione moderata, & quibuscunque alijs plus sanguinis attrahere natura aptis.

Remedia planè, quæ pro magnificandis, minuendisve partibus maxima cũ diligẽtia hoc loco tradit Gal. quicquid dicat Argẽterius alter Auerrois Galeni æmulator, etenim de partibus organicis loquitur, non autem de sẽuo, seu pinguedine, quę ad nominis structuram nõ omnino necessaria est, & simplex potius pars, quàm organica, non tamen simplex, ac similaris, ut reliquæ alię, quę primario ortu ex semine generationis principium obtinuerunt: nam ut testatur Gal. corpora, quæ bene nutriuntur, ea omnia aut pinguedinem, aut adipem obtinent,

6. de sim. pls. medi. cap. 3.

obtinent, quę vero macilenta sunt, praueque nutriuntur; sępe omnino ne habere quidem, sæpe uero pauculum, idque siccum, ut ægre uti possis, apparent. Generatur autem (ut ipse ait) ex sanguinis parte pinguiore per tenues uenas effusa: affusa uero siccis corporibus, ac tenuibus; ut ipsa perpetuò pinguedine natiua humectet, quę celeriter in diuturnis inædiis, ac uehementibus exercitationibus, & caloribus immodicis exiccatur, atque indurescit. Non igitur Argenterii ratio quicquam aduersus Gale. concludit, qua in suibus quiete contrarium potius euenire probabat: nempè quod maiorem hi quiete, quàm exercitio pinguedinem, ac proinde magnitudinem partium adipiscantur: Id enim non fit, quoniam pars aliqua organica magnitudine adaugeatur; sed quoniam sanguinis portio illa pinguior cum exercitio non dissoluatur, priori in pinguedinem uersæ substantię additur, ut additamentum potius partis illius sit, quàm partis uerum augumentum: de quo præsenti loco Galen. obloquitur: propterea duæ hę propriè salubres, ac correctiuæ magnitudinis causæ sunt quies, ac modica alligatio, quies enim calorem consopitum reddit, ut membra sanguinem non attrahant, modica uero ligatura humores ad ipsa transire uetat: quo fit, ut cum quid semper è partibus ob caloris in humidum actionem dissoluatur, necessario partes ipsæ minores reddantur: sunt autem & binę alię, quæ parnitatem partium corrigunt, naturalis motus, & frictio moderata, & præter hæc quæcũque his consimilia, quæ plus sanguinis natura attrahere apta sunt, ut pote moderatum exercitium, balneum, & id tale genus; hæc enim non tantum materias ad partes compellunt, uerum & uirtutem excitant, qua humorum debita facta attractione, unione, & assimilatione partes ipsæ extendantur, ac ad maiorem molem accrescant: concurrunt quinetiam causę quęcunque intemperiei deseruiunt non quidem primario, sed secundario; ut prius quidem his à similaribus deuictis mole postmodum partes extendant, atque adaugeant, cibus namque exempli gratia primum siue ut moderatus temperiem conseruat, siue ut immoderatus sui excessu eandem alterat; postmodum dum in nutriti substantiam conuertitur, membrum magnitudine crassescit: Subdit autem in contex. qui in numero deficientes, ac excedentes lapsus sint corrigendi.

16. de usu par. c. 2.

DEFICIENTES uerò partes, quæcunque ex sanguine ortũ habuerunt, corrigi quidem non est possibile: quæ autem ex semine

prope

©BIU Santé

propè modum impoßibile exiſtit, licet tamen aliquando loco eorum alia facere, quæ vſum haud diſſimilem præſtent. Earum uero omnium natura opifex eſt, medicus autem miniſter. Quæ uero numero excedunt, his ablatio cauſa ſalubris exiſtit. Inſpicere vero oportet, in quibus id fieri poßit, nam ſi impoßibile appareat, tranſponere tentandum.

Peccatum quidem in numero licet partium ſit organicarum, nõnulli enim tribus teſtibus geniti ſunt, alij vero vno duntaxat, quidam ſex conſtant digitis, & alij quatuor tantum, attamen ſimplicium quoque partium eſſe poteſt, quæ non ſolum ex ſemine ortum habuerunt, ſed & quæ ſanguinea prædita ſunt natura, vt ſæui, adipis, carnis, & huiuſmodi, organica quidẽ pars tota ſi deficiat, nullus ei remedij eſt locus, quippè manus ipſa, vel digitus, vel aliquod conſimile organum ſi deſit, neq; natura, neque medicus hęc ipſa inſtaurare poſſunt. Et ob id Gal. non vt prius cauſas membri organici deficientis correctiuas aſſignat, ſed cum & ſimplices partes numero deficere queant; hæ autem in duplici ſint differentia, nonnullę quidem, quæ ex ſanguine menſtruo ortum ducant; aliæ vero, quæ ex ſemine ortus initium deſumãt, quænam ex his, & quomodo reparari poſſint, edocet, vt ſaltim ſciamus dum quæpiam organicę partis portio ab ea manca eſt, num inſtaurari poſſit, an vero non. Allucinatur igitur Argenterius, qui vt Gale, carpat, ipſius intentionem eſſe arbitratus hoc loco incaſſum cauſas organici in numero defectus correctiuas tradere, non enim hęc Galen. mens eſt, vt à nobis declaratum eſt; quis enim ignorat, brachium, aut digitum, aut teſtem inſtaurari non poſſe? Verum hoc illi eſt propriũ, vt cum de Gal. malè ſentiat, perperam quoque ipſius dicta interpretetur: non alia ſanè ex cauſa niſi glorię cupiditate, quam rectius adipiſceretur, ſi artis archana à Gal. tradita diligentius perſcruraretur. Quo circa minus belle Gal. interpretans hoc loco ipſum in contradictionẽ reuocat, ob quam grauius erraſſe ait, quòd dicat partes quaſdam regigni poſſe, quæ ex ſanguine ortum habuerunt, alias vero nõ poſſe, quæcunque ex ſemine genitæ ſunt; quarum tamen loco aliæ efficiuntur, quę vſum haud diſſimilem præſtant, & quòd huic contradicat libris de ſem. ac meth. med ſcribens, paruas quidem arterias, & venas regigni poſſe, maiores vero non item; etenim haud recte ipſius verba hic, & alibi percipit; quæ ita iacent. [Quæ uero ex ſemine propè modum impoſſibile exiſtit] conſona his, quę 1. de ſem. ſcriptum reliquit; nempè hanc rarò viſum eſſe venam renaſci, & paulo poſt, q. ſi in

Cpa. 13.

uena,

ſenã, q̃ ſimplicẽ hẽt, & tenuẽ tunicã regeneratio rarò cõtingit, nihil ſanè mirũ eſſe debet, ſi in arteria, quæ ſexuplo craſſior, quàm uena eſt, ea non rarò, ſed nunquam fiat, quippe cum tanta materiæ prẽparatio, quanta indiget, nullo pactò fieri poſſit: Non igitur, vt ille ait, arteriarum paruarum apud Gale. datur regeneratio, neque ſibi aduerſatur Gal. ſed vel maxime conſentit, vt clariſſime quiſque ex eius ſcriptura intelligere poteſt. Iniuſte quinetiam increpat Gal. quòd ipſe, eiusque interpretes rationes non ſolum inualidas, ſed nec probabiles promouerint, quibus partes ſpermaticas regigni non poſſe oſtendant; quandoquidem Gal. illo primo de ſem. & alibi frequentius non ſolum materiæ defectum partiumque ſimilarium frigiditatem ac ſiccitatem cauſas aſſignauit, quòd eæ nequaquam regenerari poſſint; verum & illam quam Argenterius ipſe propriam eſſe profitetur; nam poſtquam Gal. dixerat, ꝙ ſi in uena, quę ſimplicem, ac tenuem habet tunicam, generatio rarò contingit, quòdque nihil vtique mirum eſt, arteriam, quę ſexuplò craſſior reſpectu venę eſt, non rarò quidem, ſed nunquam regenerari; ſubdit cauſam primam, quippe cum tanta materię præparatio, quanta indiget, fieri nullo pacto poteſt; partes enim ſolidæ frigidæ cũ ſint, ſiccæ, ac duræ faciunt, vt in illis confeſtim abſciſſi regenerario ceſſet; quod quidem alibi declarat Gale. exemplo ex oſſe confracto, cuius partes quoniam propter naturalem eius ſiccitatem non poſſunt perinde vt caro ſimul coaleſcere, callo quodã circa oras fracti oſſis oborto, qui tanquam partium copula eſt, coniunguntur: ſubiungit autem ſecundam inquiens, ſimili modo abundantis materiæ inopia efficitur, vt reliqua omnia, quæ è ſemine gignuntur, renaſci nequeant; huius autem cauſam reddere cupiens Gal. tertiam, quam Argenterius ſuam eſſe iactat, cauſam recenſet his uerbis ſubdens: nulli enim tantam ſeminis copiam ſimul collectam inuenire eſt, quanta ad uniuſcuiuſque, quod interiit, regenerationem ſufficiat, ſed quod mora temporis erat colligendum, carneiam increſcente ſupprimitur: at in ipſa prima ex ſemine generatione tum uniuerſus humor adhuc collectus eſt, ex quo vaſorum formatio exiſtit, tum duplex fabricatrix uis adeſt, & ſeminis & conceptaculorum uteri, quibus ſemen proiectum adhæſerat; in ulcerationibus uero prẽter quam ꝙ abundantis materiæ inopia eſt, hæc etiam effectrix uis deeſt, quæ non ſolum materiam extrinſecus tangit, ſed per totam ipſam tranſit, ac permeat: nonne Gal. ex his uerbis, ut Argenterius, opificis defectum ueluti cauſam, ꝙ poſt fœtus ortum partes ſimplices neque regignantur, neque conformentur, clariſſime protulit, ut nil clarius à nobis exoptari poſſit? Quid igitur ratiocinatur uir

1. de frac. com. 40.

©BIU Santé

vir iſte? Et quam ſe cauſam ab ea Gal. diſtinctam reperijſſe iactat? Nul lam certè. Verum quoniam erat aduerſus Galenum ratio, quæ ex dentium regeneratione deſumitur; ſiquidem dentes oſſa ſunt, hęc autem inter ſpermaticas partes connumerantur; quòd ſi dentes regenerantur, vt rei veritas eſt, in quibus gignendis maior eſſe difficultas videtur, cur etiam neruos, venas, cartilagines, & huiuſmodi regenerari nō concedimus? propterea nonnulli, inter quos eſt Truſianus, vt hanc euitent rationem, dixere, quòd dentes ob ſenſum tactus carnis magis, quàm oſſis naturam habent, duritiem vero illam adepti ſunt; propterea ex oſſiū foraminibus prodeunt, ac generantur, & ſicut caro ex ſanguine ortū habet, atq; nutritur, ita & dētes ex alimēto & gñantur, ac auulſi iterū regenerant, in aliquibus quidē hoibus citius, in qbuſdā verò ſerius, prout alimenti copia reperitur; quę quidem regeneratio ætate matura, ac decreſcente minime fieri poteſt, cum alimenti materia tunc temporis deficiat. Aduerſus hos tanquàm ſophiſtas inuehitur Gal. his verbis: Dentes in oſſium numero habendi ſunt, & ſi ſecus nonnulli ſophiſtæ arbitrentur: quòd ſi eos à nobis oſſa appellari non ſinunt, æquum ſanè erat alio illos nomine donare: nō enim cartilagines, non arteriæ, non venæ, non neruí (uti perſpicuò patet) nūcupandi ſunt, multoque etiam minus nec adipis, nec capilli, nec carnis, nec glandulæ, neque vllius ſimpliciter corporis particulæ nomen illis accōmodari poteſt. Dicamus itaque rectius nos cum Galeno, q dentes ſunt oſſa, ſed non eiuſdem ſpeciei, vt reliqua: quandoquidem oſſa corporis noſtri ex ſemine genita ſunt à principio generationis, & minime ſenſum obtinent; at dentes neq; ab ortu hominis geniti ſunt, neque proinde ex ſemine, ſed poſt ipſam generationem ex ſanguine ipſo, ſeu ex ſuperabundanti alimento; non alia ſanè ex cauſa, vt & Ariſto. ſentit, quàm quòd animanti pro cibis conterendis vſum præſtatēt; nam ſicut ex alimenti ſuperfluitate certis temporibus in hominū teſtibus generatur ſperma, quando pro ſibi ſimili gignendo neceſſarium fuerat, ita & dentes ipſi poſt aliquod temporis ſpatium conficiuntur, vt poſt lactis vſum ad digerendos, comminuendosque cibos opportuni forent: etenim ex oſſium foraminibus exeunt, & talem adipiſcuntur figuram, ut acuti ad incidendum mirum in modum concinni exiſtant, qui cum ab oſſibus illis mandibulæ ſeiuncti ſint, vtpote nō adeo ſtabiles; in pueris quidem tenellis facillime diuelluntur, & ob materiæ abundantiam, qua ipſi pollent, citius regignuntur; priuantur autem hac regeneratione plerunque in ętate conſiſtenti, atque ſenili tū ob oſſium mandibulæ ſiccitatem, atque duritiem, quæ dentes conſti-

Lib. de oſſibus ca. 5.

3. de part. anim.

patione

paratione regigni prohibet; tum etiam alimenti commoda delatione, quæ ob eius inopiam tunc temporis ceſſat. Cæterum licet partes eę ſpermaticę regigni non poſſint, earũ tamẽ loco quidpiã inſtaurantur, ut uice oſſis porus ſiue glutinũ, ac vice cutis caro quędã calloſa, cuius quidem inſtaurationes natura opifex eſt, medicus verò miniſter, iuxta Hipp. placitum dicentis. Naturæ ſunt morborum medicatrices, quo quidem loco Gal. quid per naturam Hipp. intelligat, interpretans ait; facultatem quandam intelligendam eſſe in his corporibus quæ ab ea reguntur inhabitantem, ſiue illa Deus ſit, ſiue anima, ſiue naturales facultates, ſiue ipſa mixtionis proprietas, quam quidem (vt refert Gale. licet Hippo. opificem noſtri cauſam, vt omnibus mos eſt hominibus nominarit, eius tamen ſubſtantiam pronunciare haudquaquam auſus eſt; vt Plato ipſe, qui etiam cauſam, quæ nos conſtruxit, mundi opificẽ Deum pronunciauit, qui iuſſerit filiis ſuis humanum genus conforma re accepta ab eo immortalis animæ ſubſtantia; appoſito autem in ea, quod generatur; ſed hęc miſſa faciamus. Verum cur Hippo. ibidem ex toto artem medicam tollere videatur, & Gal. hoc loco medicum naturę miniſtrum, non autem ſanitatis opificem conſtituat, cum pleraque à medico efficiantur, quæ à natura minime fieri poſſint; vt cum quis eius luxatum habet, medicus quidem ad locum reſtituere poteſt, natura verò nequaquam; Gal. primo reſpondet quæſito, minime verum eſſe Hippo. artem medicam tollere, ſed naturam inter omnia, quæ ſanitatem efficere dicimus, præcipuam, ac dignitate præſtãtiorem colloca re; etenim inter ea, quæ ſanitatem inducunt, eſt ordo, vt naturam primò morbos ſanare dicamus, poſtea & artem medicam, nec nõ medicũ, deinde eius miniſtrum, uenę ſectionem, ſanguinis fluorem, qui ex ea fit, ac tandem quodcunque hominibus ſanitatis gratia præparatur; quandoquidem cum nonnulla quidem ex dictis materiæ potius ſint auxiliorum, quàm auxilia, alia uero inſtrumenta auxiliantibus idonea; quæ deinde auxilia, propterea fiũt, q eis aliqui opportuno tẽpore, & prout expedit, vtuntur, atque auxilia ſimpliciter; nulli quidem dubiũ eſt, quòd quę abſolute auxilia, & cauſæ ſanitatis ſunt, & dignitate præſtant, & aliis priora cenſentur; ſiquidem nullis aliis egent; at quæ materiæ auxiliorũ ſunt, vt potiones, pharmaca, & eiuſmodi, aut auxiliantibus inſtrumẽta, ut medica ars, medicus, eius miniſter, & id tale genus, cauſæ ac auxilia cenſentur quatenus opportunũ tẽpus nacta ſint, vt trãſeant in auxiliũ. Cũ igitur natura ipſa ſola auxiliũ ſanitati pſtet, reliqua verò oĩa aut illi naturã idoneã parẽt, aut ipſius ſint inſtrumẽta, iure meritò natura ab Hippo. morbi medica, ſeu medicatrix nuncupatur: atque

6. Epide. ſec. 5. con tex. primo

6. de plac. Hippo. & Plat. c. 15

6. Epid. ſu pradicto.

©BIU Santé

que ob id (quod ſecundum diluit queſitum) hoc loco medicum ipſius miniſtrũ Gal. appellat; quoniam ſicut textoriæ arti pectines, & radios faber lignarius parat, huic vero, qui ſyluam cedit, ita & multę artes vt coquinaria, vnguentaria, & huiuſmodi complura medico parant, medicus verò naturæ, queadmodum dictum eſt. Et licet nonnulla medicus moliatur, vt de oſſibus luxatis pro exemplo diximus, quæ natura minime ſanare poteſt, non tamen ob id, quod de medico dictum eſt, tollitur, neque minus q̃ natura omnium opifex ſit, negandum eſt; natura namque opera omnia, quę ad nutritionem, augumẽtationem, coctionem, expulſionẽ, regenerationẽ, & cõſimilia ſpectãt, de quibus hic agit Gal. dubio procul exercet, eorumq; opifex exiſtit: in quẽ ẽt ſenſum Hippoc. naturam ſuſcepit, ut in huiuſmodi operationibus præcipuas illi partes attribuat; quòd ſi qua ſunt opera, quorum primus medicus opifex ſit, ea quidem rara ſunt, ac nequaquam cum naturæ operibus comparanda. omnium igitur, quæ hic à Galeno tractantur natura opifex eſt, medicus verò miniſter, atque potiſſimum dum partes in numero deficientes corrigendæ ſunt: at cum partes numero vtcunque excedunt, duo his auxilia conueniunt; alterum quidem ablatio excedentis, ſi commode fieri poteſt, quæ quidem multis efficitur inſtrumentis prout opus eſt, aut pharmacia cum lumbrici ventrem infeſtant, aut incidentibus cum lapis adeſt in veſica, aut inciſione, deligatione, & huiuſmodi cum caro quæpiam, ſiue porus alicui parti adnatus eſt; alterum vero tranſpoſitio, cum primum auxilium præſtare non poſſumus, lapis namque in veſica magnus eſt, incidentibus atque aliis remedijs ipſum ammouere non potuimus, tametſi de hiſce per multum temporis periculum fecimus, ipſum à meatu ſaltim tranſponendum eſt, vt liberior vrinæ pateat aditus cum inſtrumentis his, quæ ad hoc apta ſint; pariter eſt catharacta, quam græci phterygion vocant, ſi auferri ex toto non poteſt, tranſponenda ſaltim eſt, ne viſum ex toto prohibeat: & quemadmodum cauſæ hæ poſtremę ſalubres vitijs in numero oppitulantur, ita & his, quę in ſitu peccant; Et ob id ſubdit in contextu.

EADEM eſt & eorum, quæ in ſitu uitia ſunt, emendatio.

Etenim omentum in ſcrotum decidens abſcindendum non eſt, ſed tranſponendum, & ad locum proprium reponendum, & ſi quę partes non bene cohærent, propè aptari debent, & ſi laxentur, vt lingua, remediis utendũ eſt, quę ad propriũ ſitũ eam contrahant: Neque putandum eſt, vt nonnulli falsò exiſtimarunt, q̃ in primis duntaxat ætatibus auxilia hęc lapſui quoad ſitum præſto ſint; nam ſenibus etiam con-

tuliſſe

cũliſſe uiſa ſunt, licet non ita conferant, ut in pueritia, ac adoleſcentia: verum quoniam complures ex his lapſibus in uno membro iunctim reperiri poſſunt, propterea Gal. poſt ſimplicium tractationem exemplis duobus deſumptis, quando quidam ex his aut uentriculum, aut hepar opprimunt, quibus & qualibus remediis oppitulandum ſit, nos docens ſubdit.

NEQVE in obſcuro eſt, quod duo ſæpius aut tria uitia eandẽ partem poſſunt occupare, ſicuti in eo, qui uentriculum paruum ſimul, atque rotundum, atque aduerſus ſeptum habuit incumbẽtem. In ipſo etenim magnitudo, formatio, ac ſitus erant depraua ti, temperatura quoque frigidior exiſtebat; Hic nullo artificio ad naturalem habitum transferri poterat: at ne adeo infeſtare tur, erat remedio locus: nam quoniam repleto uentriculo difficultate ſpirandi præmebatur, minus cibi, at magis alimento opportuni, & qui non difficulter ſubduceretur, ter die aſſumebat.

Præcedenti libro exemplũ hoc de uẽtriculo ita male affecto tradidit Gal. in quo licet ibidẽ tres tantũ lapſus ſeu errores conſtituat, hoc tamen loco quartũ adiecit, malã nimirũ frigidioré intemperiẽ; non quidem ut nonnulli putant, tanquam cauſam potiſſimã, ut & reliqui lapſus nequaquam corrigi ualeant; etenim priores ẽt ex ſe ſufficiunt, ſed ut nobis indicaret nõ ſolum affectus partiũ organicarũ ſimul cõiungi poſſe, uerũ & cũ illis eos ex intemperie ortos: Cũ igitur uẽtriculus ſua pte natura magnitudine ſatis capax ſit, figuraq́, non ex toto rotũdus: ſed oblongus ob ſuperiorem, inferioremque explantationẽ, ac cucurbitulæ oblongę figurã præferens, ut recte ſenſit Gal. nec nõ ſuperiorem partem ſtrictiorem habeat, inferiorem uero latiorem, neque medium exquiſite locũ inter dextrũ, ac ſiniſtrũ ſeruet, ſed magis ad dextrũ uergat, ut ſub iecore collocetur, hic utique paruus cum foret, magnitudine peccabat: figura uero, quoniam perfecte rotundus erat, ſiquidem contextum illud quod uertebris adiacere ſolet, non aderat, partesque illę ſuperior, atque inferior, quibus ipſe rotunditatis figuram amittit, deficiebant, ſola autem connexio inſpiciebatur: ſitũ quinetiam neceſſario peccabat, quandoquidem aduerſus ſeptum incumbebat, nec ab hepate fouebatur: vnde aſſumpto cibo in mediocri quamuis quantitate ſeptum opprimebat, ac difficilem admodum inſpirationem efficiebat: his etiam malis addebatur ipſius ad frigidum intemperies, ex qua cum cibi nequaquam conficerentur, in flatus vertebantur, vt extenſione

Cap. 7e.

8. de uſu par. c. 11.

©BIU Santé

tenſione homo vehementius infeſtaretur. Proinde compoſitus hic affectus artificio, medicique ope neque reſtitui, neque ad melius transferri, neque tranſponi poteſt; quis enim vni obuians peccato alterum offendet, idque potiſſimum cum affectus hi ab ortu naturæ contracti ſint: Verum ne noxam adeo inferant, & quodammodo ſubleuetur homo ob medici diligentiam auxilio quodam vti poteſt, ſuadente in primis ratione, ac poſtmodum experientia comprobante; nam ſi minus cibi aſſumat, ventriculus non adeo extendetur; & ſi parum quid extendatur, aut nocumenti quid inferat, ſi cibus ille facile ſubducetur, partio etiam tempore extenſionem ipſam molietur; Quocirca experientia remedium id comprobabit, ſi quod bis in mediocri quantitate exhibeatur, in tres, quatuorve vices partiatur, ſitque boni ſucci, vt ſi ſubducendi vim habeant, ob temporis ſaltim anguſtiam citiſſime nutriat, quemadmodum eſt vinum, quod non ſolum citò nutrit, verum & quàm celerime è ventre deiicitur: ſubdit autem alterum exemplum inquiens.

ALTERI vero, cui obſtructio in hepate ob vaſorum anguſtiam ſæpius contingebat, extenuãs victus pro remedio inuentus eſt.

Qui nam errores in huius hepate forent, Haly expoſitor duo extitiſſe ait, anguſtiam nempè venarum, quæ ipſarum, & totius iecinoris, quàm naturalis ſtatus exigat, paruitatem præſeferebat, nec non quauis minima de cauſa obſtructionem, ſeu meatuum obturationẽ, quæ inter lapſus in numero iure cenſetur; ſiquidem aderat, quod adeſſe nõ debebat, ſi hepar ſuam ſeruaſſet naturam. Aduerſus quam expoſitionem inſurgit Truſianus, nequaquam id verum eſſe dicens, quoniam ſi Gal. mens eſt tradere cauſas ſalubres, ſiue auxilia, quibus naturales errores corrigamus, obſtructio quidem naturales limites tranſcendit; atque ob id naturales prohibet actiones, de quibus præſenti hoc loco non diſſerit; quòd ſi Gal. de obſtructione mentionem facit, id quidẽ ut accidens ad venarum anguſtiam commemorat: propterea ipſius eſt expoſitio, quòd duo peccata in eo hepate forent, alterum quidem in magnitudine, alterum vero in intemperie: & licet nullã de intemperiei lapſu mentionẽ faciat, id tamen ex his, quę de uentriculo prędicta ſunt, intelligendum eſt. Verum ſi rectequę à Galeno ſcripta ſunt hic, & prȩcedenti libro, dum caſum hunc etiam recenſet, animaduertamus, Haly expoſitio tutari poteſt, & teneri etiam cum Truſia. quo ad duos alios lapſus, ita ut in hoc hepate tria peccata reperiantur: neque quicquam aduerſus Haly facit Truſiani ratio; nam ſi memoria tene-

BIU Santé

tenemus, quę à Gal. ſcripta ſunt; dum priori libro cap. de ſignis Futuræ ægritudinis obloqueretur, quædam ſunt ex genere eorum, quæ ſecundum naturam: quædam vero ex his, quæ ex toto genere præter naturam, poſtrema hæc non ſemper ægrota corpora reddit; ſed tunc temporis cum ſolitas impediunt operationes; etenim qui capite grauantur, ventris morſu infeſtantur, cum nondum in conſuetis prohibẽtur operationibus, nondum ægrotant, ſed neutram habent diſpoſitionem; ſic & hoc loco dicendum eſt, obſtructio licet debiles nonnunquam reddat actiones, non tamen eas ſemper prohibet: propterea inter lapſus hos, qui in corporibus his neutris conſiſtunt, reperiri poteſt. Quòd autem mala intemperies frigida (vt Truſ. cenſet) reperiretur, licet Gal. nil de ea mentionem faciat, vt multis ſuſpicio nata ſit intemperiem hanc illi non affuiſſe, id clariſſime ex re ipſa, ac Galeni placitis oſtendi poteſt; calor namque debilis à principio ortus eſt in cauſa, quòd tum venæ anguſtæ, tum hepar magnitudine exiguum maneat; calidi ſiquidem proprium eſt dilatare, atque extendere, ſicuti frigidi corrugare, atque conſtringere. Tacuit autem lapſum hunc tum breuitati ſtudens cum ipſum ſuperius de ventriculi erroribus agens recenſuerit, tum quoniam ex dictis dum conſimilis caſus in tractatione de ſignis meminerat, apertiſſime colligi poterat. Cum igitur in membro hoc triplici errore peccante, nempè in magnitudine, numero, ac intemperie, vt & in ventriculo male compoſito, atq; diſcraſiato nullum adeſſet auxilium, vt ad temperiem mutari, aut ad meliorem compoſitionem transferri poſſit, extenuans victus loco remedij aduentus eſt; nam ſui tenuitate non adeo difficulter per anguſtos venarum meatus tranſire, & quecunque meatus ipſos obturabant, attenuando diſcutere poterat. Atque hæc ſat ſint circa primũ genus, quod in ſimilaribus reperitur, ac ſecundũ, quod organicarũ eſt partiũ; at de tertio ſubdit ſubſequenti capite, hunc in modũ ſcribens.

De ſolutione continuitatis. Cap. 88.

RELIQVVM igitur id morbi genus, quod & ſimilaribus, et inſtrumentarijs partibus cõe exiſtit, ſolutio ſcilicet continuitatis, quã quiſpiam forte his vnquam adeſſe negaret, qui integra ſanitate fruuntur, quoniam ſemper ſit paſsio. Quẽ ſanè latet eandẽ in omnibus generibus fore dubitationem. Niſi n. operationis læſio ſenſibilis ſanitatẽ ab ægritudine ſeparet, ſed qualitatẽ tantũmodo.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 573 sur 753

©BIU Santé

dispositionis introspiciamus perpetuæ passibilitatis dogma necessario recipiemus, cum nullus sit, qui omnes operationes optimas habeat. Sed de hoc quidem, vt quod ad logicam potius pertineat contemplationem seorsum consideretur.

Missa Argeterii sententia, qui aduersus Galenũ sustinuit, vnitatis solutionem partiũ tantum organicarum affectum esse, quoniam & si continuum, & vnio in similaribus partibus reperiuntur, sanitas tamen, aut morbus in illis non fit partibus ex integra, aut violata vnione, continuitateque, vtpote vana, ac quę apertissime sensui, & experientię aduersetur, cum incisso neruo, vena, & huiusmodi partibus similaribus ipsorum præcipue lædatur actio, ad Gal. sensum enucleandum condescendamus; si prius vanam Trusiani expositionem reiiciamus, qui Galeni dubitatione hoc pacto introducere existimat, an continuæ solutio corporibus perfectę sanis, hoc est, optimam æqualitatem habentibus contingat; etenim quis forte respondeat continui solutionem passionem esse, hoc est, ęgritudinem; soluit autem Galenus responsionem hanc non valere ad incommodum aduersarium deducens, quoniam si corpus ægrum ideo diiudicandum est, q̃ natura non est omnino temperiem assequuta, corpus quodlibet ægrotabit; nullum enim est corpus, quod non ab optima temperie, aut compositione labatur, ut discurrenti facile patebit: Hæc etenim expositio bifariam peccat; tum quia Galenus non de corporibus tantum perfectę sanis quęstionem mouet, sed in vniuersum; cum vero aliorum responsionem assignat inquit: quòd continui solutionem illi forte negarent, his vnquam adesse, qui integra sanitate perfruuntur, tum etiam quoniam passionis nomen, quo Galen. utitur, non ęgritudinem tantum significat, quemadmodum idem testatur. Rectius igitur exponerem, quòd Galen. quæstionem proponit interrogans, an continui solutio, quę simplicibus & organicis partibus communis est, in vera sanitate reperiri possit; eoquòd quispiam forte suspicabitur hanc vtique corporibus veram sanitatem obtinentibus non adesse; propterea quòd passio quędam sit, passio autem morbus est, aut in morbum via; confutat illius, qui forte hoc dicat, opinionem, atque in primis increpans eum, quòd de continui solutione dubium tantum proponat; cum tamen hoc in omnibus tribus generibus vtpote temperie, compositione, ac continui solutione valere deberet, dum à mediocritate fit lapsus; si enim quis in temperie ob solis ęstum, aut in compositione aliquid passus est, quantumlibet pusillum id sit, tunc sanus non dicetur, sed ęger; verum ratio ipsius nec valet aduersus prædicta duo genera, neque postremum hoc, quoniam

3. de diffe. sympto. à principio.

UBIU Santé

niam id, quod ſanitatem ab ægritudine ſeparat, non eſt qualitas tantummodo diſpoſitionis, ſed operationis læſio; nam, vt rectè inquit Haly, continui ſolutio multifariam contingere poteſt, quædam enim parua eſt, vt cum vulnus aliquod adeſt, quod cutim non pertranſeat, aut puſtula quædam parua; ex qua homo actionibus propriis non deſtituitur; inſenſibilis namque fermè lapſus exiſtit: alia autem maior, ſed non tanta, vt nocumentum in actionibus ſenſibile conficiat; reliqua vero adeo magna eſſe poteſt, vt aperte ſatis operationibus officiat, duæ quidem continui ſolutionis ſpecies cum ſenſibilem actionibus noxam non afferant intra ſanitatis limites connumerari debent; at tertia nequaquam, ſed extra ſanitatem ipſam, quo loco morbi iure collocantur. Argumentum igitur illius nullum eſt; alioquin (inquit Galen.) perpetuæ paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus: etenim cum nullus ſit, qui operationes optimas habeat, ſed, ſemper ab optimis deficientes: operationes vero temperiem, compoſitionem, ac vnitatis continuitatem conſequantur, neceſſario corpus ipſum in eorum quopiam deficiet, ac patietur: Etimus itaque coacti ſemper paſſionē hanc, quantumuis minimam diſquirere; quod quidem medici proprium non eſt, qui ſenſu omnia diiudicat, ſed potius phyſici, qui logica; ſiue rationali contēplatione, quæ ſenſibus obſtruſa ſunt, inquirere conatur. Hoc igitur pacto Galen. interpretarer, dicant alii, quicquid velint, qui hominum animos potius confundunt, quam veram ipſius ſententiam aperiunt. Ceterum cur auxilia huic indiſpoſitioni non aſſignet, vt & aliis, quicquid dicat Argenterius; cauſam extitiſſe putarim, ne bis eadē repeteret; eadem enim reparatio eſt paruæ magnæque continui ſolutioni: huic accedit, quod licet ſuperius duobus aliis generibus remedia tradat, huic vero nequaquam, attamen non ob id eſt increpandus, quoniam lapſus in intemperie, ac compoſitione longum tempus exigunt; vt aut conſeruentur, aut ad melius ducantur, at lapſus in continui ſolutione nullo fermè remedio, & breui temporis ſpatio ad priſtinum ſtatum vertuntur; quod ſi diutius perdurant, tranſeunt in morbum, ſed iam ad cauſas ſanitatis effectrices cum Gal. tranſeamus.

SALVERES *vero cauſas, vt his quos nemo dubitat, egrotare, deinceps percurramus, a mala temperatura exordium facientes. Hic vero prius diſtinguamus, quæ omnes fere medici pretermittunt, alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius temperaturæ, quæ iam facta eſt, alias autem illius, quæ & adhuc ſit, ſicut etiam alias eius, quæ futura eſt.*

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 575 sur 753

©BIU Santé

Caput istud hac in parte exordium desumere deberet, siquidē Gal. absoluta diligenti inquisitione causarum, seu auxiliorum, quibus corpora ab optimo statu in quoque genere labentia conseruantur, vel ad melius transferuntur, corrigunturve, præsenti loco tractationem de causis, quę ęgris oppitulantur corporibus, aggredi contendit. Verū nobis vtpote qui eorum tantum errores, qui librum hunc in capita prauè admodum secare studuerunt, indicare voluimus, hæc parū curę sint; quandoquidem nil conferunt ad verborum sensuum, interpretationem, quæ spretis inanibus hisce summo studio, ac diligēria a nobis potius est amplectenda, idque potissimum cum circa hanc partem præcipuus medici scopus versetur. Ab auxilijs igitur, quæ corpori ex mala intemperie laboranti opem ferunt, exordium sumit; nō quidem iniuria tum quòd simplicium præcipuè partiū intemperies sunt, tum etiam q; & in parte conseruatiua eundem Gal. seruauerat ordinē. Et quoniā diffinitiua methodus, quam hic sectatur Gal. ex partium in diffinitione, postarum sectione consistit, propterea causas salubres, quæ intemperiebus adminiculantur, diuidit veteres fermè omnes increpans medicos, qui diuisionem hanc prætermiserunt; nā cum auxilium ad corpus intemperie vexatum relationem habeat, quot modis corpus est intemperatum, totidem etiam remedia, seu salubres causæ illi opponendæ sunt. Intemperies itaque ex triplici sunt statu, atq; natura; aliæ namq; factæ sunt, aliæ adhuc fiunt, atq; aliæ cū nondū sint futuræ tñ sunt; ita & causę aliæ salubres primę intēperiei iā factę, nonnullæ eius, quę adhuc fit, & quædā eius, quæ futura est: subdit autē.

HVIVS itaque postrema hæ quidem in præseruatiua artis parte continentur, hæ vero in salubri.

Quæ quidem Galeni verba quomodo intelligenda sint, non parua interpretibus ambiguitatem attulerunt, atque potissimum Argēterio, qui ipsorum sensum nequaquam intellegens ad communē interpretū scopum confugit, nempè corruptum esse exemplar, atque defectuosum; nam Galen. tres intemperiei status efficere videtur, cum tamen quatuor postmodum tangat, dum singulum quodque qua in artis parte continetur, edocet. Verum Galen. ex arte hunc in modum tres tantum intemperatos status recensuit, hunc autem eius, quod futurum est, bifariam distinxit, cuius quidem alterum in parte conseruatiua, alterum vero in præseruatiua contineri dixit; nam cum intemperies quæ futura est, in duplici se habeat differentia: aut enim cum in corpore nōdum mutationis aliquod vestigium, inditiúve apparet,

apparet, potest tamen corpus id ex valida, excedentique causa alteratio nis ortum contrahere, & ad malam intemperiem tendere, aut cum in corpore aliqua origo iam concepta est, licet nondum ipsa initium sumpserit, vt cum nimia humorum adest copia, aut exigua quædam flauę bilis putredo, ex qua periculum imminet, ne febris exoriatur, primum quidem, quod ad intemperiem accessurum est, indiget conseruatione, quemadmodum supra docuit Gal. Exempli gratia corpus moderate calidum futurum est, vt exactis vehementi æstu in febrim incidat, hoc vtique conseruatione indiget; nam æstus ille moderandus est, vt ad consimilem corpori temperiem contrahatur, alioquin in intemperiem, ac morbum denique prolaberetur, postremum vero eget præseruatione, nam phlebotomia humorum copia tollenda est, euacuatione uero, seu euentatione putredo illa ammouenda, quæ quidem remedia corpus non conseruant, sed à mala intemperie, ac morbo præseruant, atque de hac futura intemperie paulo post agens Gal. dum nos admonet quonam pactò ea præcauenda sit, inquit [sed quæ nondum quidem adest, at futura est, prohibendum est, ne fiat ab ea, quæ est in corpore, dispositione:] prior etenim cum nulla in corpore cõtracta sit dispositio, nõ indiget preseruatione, sed cõseruatione duntaxat per similia, vt demonstratũ est. Proinde subdit in cõtextu.

PRIMAE *autẽ inter omnes in curatiua tantũmodo, sed eius, quã mediã inter vtrang, collocauimus in præseruatiua, et curatiua.*

Intemperies namque inter omnes prima, quæ facta est, in curatiua tantummodo continetur: Est autem annotandum, ne quis scrupus occurrat, ꝙ cum intemperies hęc facta duplex sit, altera quidem, quę corpori aduenit, functiones quidem ipsius nequaquam prohibens, licet ea imbecillas quodammodo reddere valeat, vt cum quis ex temperata frigidiorem, aut calidiorem naturam acquisiuit; altera vero, quæ ab operationibus corpus coercet, Gal. se ipsum inferius interpretans non de prima, sed de postrema loquitur, quæ proprie curatiuæ artis parti subiicitur, cum ait.

IAM *enim factam, atq; existentẽ ægritudinem curare oportet, sed quæ nondum quidem adest, at futura est, prohibendum est, ne fiat ab ea, quæ est in corpore dispositione.*

Siquidem curatio ei opportunum est auxiliũ, quod quidẽ primæ nõ conuenit, sed preseruatio, aut conseruatio, quemadmodũ superius declaratum est; quod quidem expressit Galen. cum ait: sanè vnus quispiam morborum est, quos intemperies creat, & febris, vtique 8. metho. à principio.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 577 sur 753

©BIU Santé

cũ adeo immodice auctus calor est, vt & hominem offendat, & actionẽ lędat, quãdo si neutrum adhuc efficiat, quantũ vis sit homo nũc, quàm ante calidior, nondum tamen febricitare eum monstrauimus: & alibi
ti. met 2. inquit: Ac maxima quidem propria in soluendo morbo intelligitur curatio, sed per abusionem etiam mixtum genus tum ex vera curatione tum prouisione, quàm prophylacem appellãt, ac diariarum quidem febrium, & hecticarum vera, & propria curatio est, earum vero quę ex putrescentibus excitãtur humoribus vocata curatio, prophylacem quoq; sibi adiunxit, cuius officium est causam, quæ morbum creat, adimere: propterea superius eam in medio collocauit, & subdens hic ait.

Eivs autem, quæ adhuc fit, quod quidem factum est, curare corpus est, quod autem futurum, prohibere ne fiat: prohibebitur autem sublata ea dispositione, quam sequi natura apta est: talis vero dispositio causa antecedens appellatur: facta autem ægritudo curabitur, soluta ea dispositione, à qua primum ea, quæ secundum naturam læditur operatio, quam quidẽ & ipsam morbi al. l. essentiam causam diximus esse.

Eius igitur, quæ adhuc fit medio in loco positæ causæ salubres, seu auxilia in præseruatiua, ac curatiua parte reconduntur; nã intemperies hæc partem factam habet, partem vero fientem, alioquin solum fieret, & passionis duntaxat nomen obtineret; non autem adhuc fieret, vt in contex. ait Galenus seipsum declarans, licet interpretes non recte ipsum exponentes longas, & inextricabiles dubitationes conficiant: ratione quidem partis factæ, vt dictum est, ad curatiuam accedimus; tunc enim facta ægritudo curabitur, soluta ea dispositione ex Galeni sententia, à qua primum ea, quæ secundum naturam, læditur operatio; ratione vero partis fientis ad ipsam præseruatiam; nam cum corpus, siue eius pars in motu, alterationeque sit, nil autem ex se alteretur, moueaturque, sed necesse sit, vt motus hic, seu alteratio ab efficiente proueniat, præscindendum, ammouendumque est efficiens ipsum; vt actio hæc, quæ ab eo prouenit, & passio, quæ in corpus imprimitur, non amplius progrediantur: tale autem efficiens causa antecedens appellatur; quæ nil aliud est (inquit Galen.) quàm ea dispositio, ex qua id fieri idoneum est. Num vero vt intemperies fiens tantum datur, ita ægritudo fiens duntaxat concedenda sit; quàm tamen hoc loco à Galeno

©BIU Santé

no prętermiſſam fuiſſe cernimus, ſi interpretum vanas rationes inſequamur, in uariam ſententiam diſtrahimur; quandoquidem nonnulli dari ægritudinem fientem contendunt, vanis vtique fundamentis innixi; primum quidem quòd febris hectica nonnunquam fit, quando nil factum eſt, ſi enim non fieret, nunquam factum eſſe poſſet: prætereà febris putrida primum habet, in quo ſit, ac poſtremum, in quo deſinit eſſe; ergo cum in primo temporis momento erit, fiens tantum vocabitur: adhęc ſicut ſanum fieri dicimus cum ex ęgritudine tranſit ad ſanitatem, ita & ęgrum, ſeu ægritudinem fieri dicendum eſt, quando homo ex ſanitate in morbum paulatim cadit. Verum vanę hę ſunt rationes, ac quę facile diſſoluuntur; nam & ſi hectica febris fiat, dum fit, nondum febris, ſed affectio ſeu paſſio tantum nominatur, vt recte ſen 3. de ſym. cauſ.
ſit Galen. at cum nocet actionibus, iam facta eſt intemperies, & morbus
propriè nominari promeretur: nec minus valet altera ratio; febres e-
nim putridæ non ideo fientes vocantur, quòd in quolibet temporis
momento, quo fientes ſunt, exiſtant; ablatis enim putridis humori-
bus adhuc reſtat febris, quę facta eſt, vt teſtatur Galenus dum nos ad- 11. met. 8.
monet, vt ablata putridæ febris cauſa ad ægritudinem factam poſtmo-
dum condeſcendamus: non igitur abſurdum videtur, ſi in primo tem-
poris momẽto facta non eſt ægritudo, ſed fiens, reliquo vero temporis
ſpatio, quo pdurat, & fiens & facta dicatur. Impropriè quinetiam (vt
poſtremæ ſatisfaciamus rationi) dum ex ſano ęger homo fit, ægritudinẽ
fieri dicimus, nondum enim eſt ęgritudo, dum fit, ſed paſſio, vt dictum eſt, quemadmodum & homo dum generatur, propriè homo nõ eſt, ſed embrion; poſtquam autem hominis partes genitæ ſunt, eiuſq; perfectionem acquiſierint, & homo eſt, & propriè nuncupatur. Alii uero non ſolum ratione, ſed & Gale. authoritatibus ægritudinem fientem dari admittunt, quandoquidem quippiã ita à cauſa oritur, vt ablata cauſa confeſtim ceſſet non requirens vllam ad factum prouidẽtiam; de quo quidem genere (inquiunt hi) loquutus eſt Galen. vbi ait: At
quæ in generatione febris eſt, ſola efficientis cauſæ ablatione ceſſat; qua 8. met. c. 1. & 1. de lo. aff. cap. 4.
quidem ſententiam alibi a Galeno confirmatam volunt. Verum præ-
ter quòd hi Galenum mancum efficiunt, ipſius quoque mentem non
intelligunt: etenim ibidem loquitur de febre Ephemera, ac hectica,
quę ęgritudines factę ſunt. (dicant alii quicquid velint) dicens: Itaq;
ſi iam preſens febris eſt, ſed cauſa, quæ eam excitauit, iam definit, huc tã
tum ſanandæ eius conſilium dirigetur, vt refrigeretur; quare quæren
da nobis talis materia eſt, quæ cum redundante calore paria refrige-
rando faciat: Subdit poſtmodum; At ſi in generatione adhuc febris

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 579 sur 753

©BIU Santé

eſt, cauſa, quæ eam accendit, ſummouenda. non dicit autem Galenus quòd febris diaria, aut hectica adhuc in generatione ſit, ſed cum adeſt cauſa; quę ephemerā efformauit, alia adhuc generatur febris, exempli gratia ab ira gignitur febris ephemera, ceſſante cauſa, quę eam excitauit, tota medici cura circa refrigerationem verſatur, vtpote circa frigida cibaria, quietem tum animi, tum corporis, atque huiuſmodi, quæ paria in refrigeratione ſint cum redundante calore ab ira excitato: at ſi ira adhuc perſeueret, non ſolum febris ephemera non deliteſcet, verum & alia in generatione febris erit, nempè putrida; neque prior deſinet febris, neque altera fieri prohibebitur, niſi prius cauſam hanc nempè iram ammoueamus; qua quidem ſemota & ephemera ſtatim finietur, & quæ in generatione erit; ceſſat etenim efficiens: per peram quinēt alteram ſniam interpretantur, ſiquidem eo loco, quem lib. de dif. ſymp. iſti morbum eſſe volunt; Gale. affectum nominat; affectus namque magis genericus eſt, quàm morbus; quæ enim morbi ſunt, nomine affectus inſigniuntur; at non omnes affectus morbi nomine cenſentur: vt vbiq; vberius docuit Gal. propterea quę prius ab eo dictaſunt, primo de loa. aff. c. 4. colligens inquit: Igitur hoc uno ſuppoſito, quod & nomine affectus & verbo affici adhunc modum utamur, ita dicendis animum adhibe quo vtilitatem tum in præſagio, tum in curationis ratione conſequaris; quippe nonnunquam à cauſa quapiam ortiur affectus, ſed ita oritur, vt ſeparata cauſa haudquaquam permanentem habeat diſpoſitionem: interdum aut partim iam factus eſt, partim etiam dum fit ſæpenumero fieri deſinit abeunte cauſa, iam uero perſeuerans manet diſpoſitio: horum autem omnium affectuum tradere cupiens exempla ſubdit Gal. ueluti in dyſenteria mordax cauſa eſt affectus, utpote qui ab initio abſtergit, & abradit, deinde tractu temporis ulcerat inteſtinum: Quod ſi anteaquam ulcus induxerit, effluere deſinat, affectus ipſe nondum dyſenteria dicetur: nonne hoc exemplo clariſſime oſtenditur affectum hunc fientem morbum non eſſe, cum eum dyſenteriam non eſſe ait? Non eſt igitur uerum, quod ipſi ſentiunt, quòd ægritudo fiens tantum detur; neque ullibi hoc apud Gale. (quod ſciam) ſcriptū reperies; blacterent ipſi, quicquid uolunt. Vnde falſiſſimum quoque eſſe patet, quod alii dicunt, ephemeram, ac hecticam morbos fientes dici, ſiquidem ex Gal. uerbis ægritudines eſſe factas quiſque pōt agnoſcere: de ephemera quidem nemini dubium eſt, nam in ſpiritibus morbus eſt; qui uiuunt, ut alibi fortaſſe diffuſius comprobabimus, & à nulla pēdet cauſa. Quod ſi dicant, q licet febris hæc ſpiritibus impreſſa poſt ſolis, aut iræ abſentiam intendi non poſſit, in carne tamen & nerno

&

©BIU Santé

& humoribus accendi poteſt, ac inflammari, atque ob id fiens dicitur; hi quidem non recte animaduertunt, quod hoc caſu non amplius ephemera ſimplex eſt, ſed tranſit in putridam, & tunc ratione putridę, quæ tertiana febris eſſe poteſt, fiens adhuc dicitur, non autem qua eſt ephemera. Quod ſi rurſus ex morbi temporibus duas has febres fiętes eſſe comprobent, quandoquidem ſi febris ephemera eſt facta tantum non intenderetur, atque remitteretur, pariter & hectica, nihil hercle concludunt, ſeque ignorare nel maxime fatentur, tempora ipſa morborum penes tria intendi, remittique poſſe; nempè ipſorum eſſentiam, accidentia, ac materiæ coctionem; morbus quidem factus, & à cauſa ſemotus, ut ephemera, ac hectica, quo ad propriam eſſentiam intendi, remittique poteſt, nec ob id fientes morbi dici promerentur, ſiquidem quouſque lędunt actiones. couſque facti morbi dicuntur, diſtincti tamen unus ab altero ob maiorem, minoremvè intemperantiam. Cæterum quoniam in poſtrema contex. parte nonnulla ponuntur uerba, quæ cum uario modo è grecis codicibus transferantur; alii namque uertunt uerba illa hunc in modum [Quã quidem & ipſam morbi cauſam dicimus eſſe] alii uero non morbi cauſam, ſed morbi eſſentiam transferunt, ut Doctiſſimus Leonicenus græcum aliorum codicem deprauatum, ſuum uero uerum, atque legitimum exiſtimans, non parum inter Expoſitores diſcordiæ extiterunt: ſiquidem nonnulli, inter quos eſt Argenterius, primam tenentes uerſionem dixere Galenum apertiſſime hoc loco cauſam coniunctam in morbis concedere, non enim antecedentem intelligit Galen. quoniam illius utique curatio non eſt; ſed preſeruatio, ut ille præcedentibus oſtendit: quod autem litera hæc melior ſit, ratione quoque probare conantur, nam ſi morbus eſt uitium, quod naſcitur ex immoderantia, ſeu inæqualitate facta à calido, frigido, humido, & ſicco; non poterit utique remoueri, niſi inæqualitas illa tollatur, & qualitas ea, quę inæqualitatem, ac immoderantiam parit, quæ morbi cauſa coniuncta eſt: Alii uero Leoniceni uerſionē inſequentes non dari coniunctam cauſam morbi, ſed eandem eſſe cum morbo autumant, quãdoquidem febris nil aliud eſt, quàm calor immodicus, & hydrops, quàm intemperies hepatis frigida, quæ propria morbi eſſentia exiſtit: quam quidem ſcripturam nos etiam comprobamus, etenim ſi cauſam diceret, non niſi ea eſſet coniuncta, ſiue contentiua, at coniunctæ nullibi in morbis nomen apud Gal. reperiri licet, quandoquidem ipſe in rebus permanentibus

©BIU Santé

nemnibus eandem esse cum antecedenti existimauit; quam tamen ab antecedenti seiunxit Auic. dum illam diffinit, inter quam, & morbum nulla causa intercidit media; contentiuam verò, quæ proprie est illa, qua posita statuitur morbus, quaque semota & ipse quoque ammouetur, & à causa coniuncta valde distinctam (licet Auicen. eiusque sequacibus huiusmodi distinctio fuerit ignota) in morbis quidem Gal. nequaquam admisit, sed in his tantum, quæ fiunt: nam pulsus cũ motus quidam cordis sit, & arteriarum atque ipsius esse non habeat permanens, sed successiuum instar aquæ fluentis, causam contentricem illi adesse censuit, atque ob id lib. de caus. pulsu quænam ipsius sit causa contentrix inquirit; nam scilicet natiuus calor, vt nonnullorum erat opinio, an contentio, vt alii asserebant, an potius temperamenti proprietas iuxta aliorum sententiam; quandoquidem ex his quopiam posito pulsus statuitur, ac eo semoto idem ammouetur: pariter ex Gal. in spuma causa cõtentrix spiritus flatuosus adest, qui cum pituitæ miscetur, quendam motum habet vehementem, ac inæqualem; vnde & ipsemet spiritus confringitur, & pituitam in multas partes confringit atque extendit, spiritu semoto remouetur spuma, atque eo collocato ponitur spuma: quòd autem hæc Galeni fuerit sententia, facilime quidem demonstratur, si ipsius legitimos libros perlegamus (in spuriis nãque quibusdam, ac Galeno falsò attributis oppositũ sensisse videtur) atque potissimum librum de causis morborum: quo quidem loco ex proposito de causis mentionem facit, siquidem facto de duobus tantũmodo morborum causis primitiuis, ac antecedentibus sermone, reliquum aliud genus sub silentio inuoluit: insuper alius proprius locus est, quo de causis agit, dum morbosarum causarum nũmerum constituit: atibidem de contentrice, siue coniuncta causa ne verbum quidem facit, sed ut & alibi duas priores tantum enumerat, atque recenset; quinimmo aduersus Iulianum & alibi libro nempè de plenitudine demõstrasse fatetur hanc de contentrice causam à Stoicorum secta initium sumpsisse, qui sophisticè potius hanc introducere conati sunt: quod si ipse eos sequutus nonnunquam est, ne cum his de nominibus etiam contendere videretur, nonnullas appellari cõtentrices causas permisit; non tamen mehercle earum rerum causas, quę entia (ut ita dicã) absoluta esse dicuntur, sed earum, quę eatenus sunt, quatenus fiunt, etenim quæ permanentiam habent, causam non habent contentricem, sed ea potius formalis, ac essentialis facti pars est: exempli gratia calor immodicus in corde siue æqualis, siue inæqualis morbi febrilis est essentia, ac forma, non autem causa; nam si sit causa, alicuius

7. Apher. part. 34.

primo meth. cap. 8.

lib. aduersus Iulianum.

©BIU Santé

alicuius causa sit, necesse est, non quidem vitij coniuncta, vt asserit Argenterius, qui vitium, quod nascitur ex immoderantia & inæqualitate à calido, frigido, humido, & sicco facta morbum esse putauit; fallitur namque ille ignorans nil aliud esse vitium hoc, quàm contractũ affectũ huiusce discrasię, quæ vt forma & caratherismus in partibus similaribus est introducta, ita vt ab ea primo phibitę sint functiones. Vnde vitium illud membrorum intemperie illa signatum, atq; formatum primo functiones lædit, non autem calor ille immodicus, & alię qualitates seiunctim; vt falsò autumat ille in hoc, vt & in cõpluribus à Galeno valde alienus: ob hanc igitur rationem in ęgritudine, quæ adhuc fit, cuius aliquid factum est, aliquid vero futurum fieri, pars quidem ea, quę facta est, proprie morbus dicitur, ac eius causa continens nulla reperitur; coniunctam vero si quis ponat, ab antecedenti non distinguet, vt in febribus putridis humores putridos, eorumque fumos ad cor ipsum petentes, qui licet antecedentes causę sint, immediatę tamen, ac coniunctæ more Aui. nuncupari possunt; pars uero quatenus habet esse in fieri, non est ægritudo, sed passio, seu affectio duntaxat, vt declaratum est, huiusque fieri ratione causam obtinet contentricem, quę dum efficit, illud vtique fieri, siue passio perseuerat, eaque efficere cessante passio etiam cessat; causa namq; & effectus in fieri mutuo se ponunt, & mutuò se perimunt, vt domificans domificationem, & domificatio domificantem, vt recte libris de physica auscultatione commostrabat Arist. Cum igitur Gal. hoc loco de facta ęgritudine loquatur, quæ dispositio permanens est, in ea contentrix aliaue causa, vt priores illi censerunt, ac presenti loco nonulli interpretes, inter quos est Argenterius, & Trus. admittenda non est; atque ob id essentiam morbi tutius, quàm causam legendum censeo, nisi secundum antiquorum sententiam loquutum esse dicamus, quę quidem meo quidem iuditio ridicula est interpretatio: sed hæc pro nunc sat dicta sint. Aggreditur postmodum Gal. edocere, quonam pacto factam ęgritudinem curemus subsequenti capite, quod quidẽ hunc in modum exorditur, iuxta Latinorum lectionem.

De

©BIU Santé

De communiſsima intentione curatiua. Cap. 89.

CVRATIO vero vnam præcipuam, ac communiſsimam habet intentionem ad id, quod eſt diſpoſitioni auferendæ contrarium. Ex hoc ſiquidem genere ſunt cauſæ omnes, quæ ſanitatem efficiunt; ſecundum partem uero ex unicuique diſpoſitioni contrarijs; calido igitur affectui cauſa frigida contraria exiſtit, frigido autem calida, eademq; in cæteris proportione. Etenim ſi omne immoderatum eſt præter naturam, moderatum uero ſecundum naturam, neceſſe eſt omnino, vt immoderatum ab immoderato contrario ad mediocritatem redigatur.

AEGRITVDINIS factæ vnum præcipuum, ac communiſſimum eſt auxilium nempè curatio, ſiue morbus ſit in intemperie, ſiue in compoſitione, ſiue in ſolutavnitate: etenim in vniuerſum quiſque ſit morbus, ipſum per contraria tollere feſtinamus; quod quidem in medicina, vt & in geometria maximum, ac communiſſimum eſt axioma, proinde ex hoc in omnibus morbis tanquam communi genere partialia quæque auxilia, quibus ſanitatem quamuis introducimus, deriuantur, exempli gratia calidus affectus frigidum auxilium expoſcit; ſic & in cæteris alijs ex intemperie morbis; pariter per contraria remedia os luxatum in proprium locum reponendum, ac vlcus cauum & carne replendum, ac vniendum eſt. ſunt igitur in egritudine facta duæ intentiones, altera quidem vnica ac communiſſima; altera vero partialis, ac multiplex iuxta ſubiectorum diuariationem; prima quidem plebeis etiam omnibus communis eſt: his etenim febrem per contraria tollendam eſſe notum eſt; ſed quænam hęc contraria ſint, quibuſque rationibus hęc fiant, ignorant: at partialis alter ſcopus artis peritis vel maxime conuenit: hi namque cognita diſpoſitione, quę contraria ei ſint adhibenda, quaque ratione vel optime cal lent. Quoad communiſſimam igitur intentionem, quam plebeis omnibus notam eſſe diximus, id enaſcitur axioma, nempè contrarijs córaria curari; ſiquidem principio huic nullo etiam docente omnes aſ

ſentiunt,

©BIU Santé

sentiunt, quod quidem ex Aristo. dignitatibus, seu axiomatibus pro- lib. primo posterio- rũ analy.
prie conuenit, at quoniam artifex scientificus non solum hoc communi, sed & partialibus aliis indiget, quæ suppositiones ab eodem Arist. non tradantur, propterea nullius rei est, si & leui quadam ratione seu à posteriori (vt vocant nostri) comprobantur; obid Gal. postquam declarauit qualis affectus causam, seu remedium, quo curetur, contrarium obtineat, calido enim affectui causa frigida contraria existit, frigido autem calida, humido sicca, & sicco humida, ac iuxta quamque eorum complicationem; vnica ratione à posteriori desumpta has medicus comprobat suppositiones; etenim si excessus omnis immoderatus est præter naturam, mediocritas vero secundum naturam necessario omnino consequitur, vt immoderatum a contrario immoderato ad mediocritatem reducatur. Neque dicendum est, ut nonnulli dicunt, quòd ratio hęc physici potius est, quàm medici; nam principia hæc, quæ essendi sunt, non autem cognitionis, seu medicæ suppositiones a medico (vt recte alibi Excellens Pater meus dicere solitus erat) quodammodo probari queunt, quemadmodum in philosophia naturali materia, & forma, & huiusmodi, quæ ab Aristotele ut philosopho comprobantur; medium namque quo probat Galen. medicum est, & a sensu desumptum; etenim sicut ex aqua ferentissima, & gelidissima temperatum quoddam efficitur, ita & in nostri corporis affectibus, quæ valde in caliditate excedunt, a contrariis auxiliis, quæ in frigiditate pariter excedunt ad temperiem redigentur; nanam, quin- etiam Argentarii rationem esse dicimus, qui Galenum his verbis causam coniunctam, seu contentiuam voluisse putat, cum ait; immoderatum ab immoderato contrario ad temperiem redigi; nam si dispositio, quæ auferenda est, morbus dicitur, & per suum contrarium tollitur, erit ergo sanitas pro remedio administranda; nil enim morbo contrarium est, quàm sanitas ipsa, at sanitas moderata res est, non autem immoderata, qua de re non cõtra morbum, sed morborum causas remedia adhibemus, nempè calorem, frigus, humidum, & siccum, quæ suo excessu inæqualitatem, & morbum pariũt; quãdoquidẽ præter quod apertissime Galeno aduersatur, ut superius a nobis determinatum est, falsum est ipsius quoq; fundamentum, siquidem qualitas illa excedens uel moderata non est causa ægritudinis uel sanitatis, sed ratio formalis, qua in esse utraque constituitur, ut superius dictum est; cum autem (inquit ille) sanitas res est moderata, ergo morbo nequaquam contraria; fa-

temur

©BIU Santé

temur quidem & nos ſanitatem ægritudini contrariam non eſſe, ſed oppoſitam, moderatum enim immoderato opponitur, immoderatũ uero alteri immoderato contrarium exiſtit; ſiquidem quæ ex Ariſtot. quoque ſententia medium habent, proprie contraria ſunt; reſpectu igitur auxilii ægritudo ipſi contrariatur, cum ambo immoderata ſint, at reſpectu ſanitatis morbus ſanitati oppoſitus eſt; atque ob id Gal. comparans remedium ad morbum id contrarium eſſe ait, quodſi ſanitas ad morbum comparetur, ambo utique ad inuicem opponentur, at ſi qua cauſa, ſeu quod uis auxilium reperiatur, quod morbo contrariũ non ſit, licet id ad qualitates ſeu temperiem, ab qua baquimur, non ſpectet, non ob id tamen Gal. eſt increpandus; quandoquidem pro eo contrarietate oppoſitionem etiam intelligere poſſumus, quemadmodum & in naturalibus Ariſto. nonnunquam uſurpat. Quod ſi forte quis ad uerſus Gal. obiiciat, multotiens accidere, q quiſpiam adeo à mediocritate recedat, ut contrariis ualde excedentibus pro curatione indigeat, a quibus tamen tantum abeſt, ut curetur, ut maxime offendatur, ac ad interitum deducatur; ſit enim membrum, uel & totum corpus intemperiem ualde calidam & humidam patiens, ſi per contrarias excedentes qualitates id curare tentabimus, tunc illud infrigidabimus, ut magis offendatur, ſi quidem maximos fortè dolores perſentiet, ac periculum ſubibit, ne ad mortificationem deueniat, fiatque in eo gangrena, ſeu ſphacellus. Dicamus breuibus, quod hoc nonnunquam uerum eſt; nam ſi excedens ille affectus in membro remouendus eſt, excedentibus autem qualitatibus, ſeu medicamentis contrariis alteratione remoueatur, cum uirtus, ſeu natura, ut ſuperius ſuppoſuit Galen. operatrix præcipua ſit, medicus uero per pharmaca ipſius adiutor, tali utique caſu imbecilla exiſtens uirtus ſiue natura medicamentum excedens tolerare non poterit, ſed ſtatim ſuccumbet; propterea hoc caſu non extreme contraria medicamenta ſunt adhibenda, ſed qualia à uirtute ſuffert poſſint eadem ſæpius reiterando. Neque hoc Galen. placitis aduerſatur, ſiquidem ſupponit ipſe aut exceſſum non ualde exuperantem, ita tamen quod incommodet functionibus, aut uirtutem medicamentis reſiſtentem: quod ſi uirtus eſt imbecilla, non ob id tamen conſequitur ſuppoſitiones à Galeno traditas ueritatem non habere, quandoquidem uerę ſunt, quatenus in ſe contemplentur, quandam uero patiuntur exceptionem, dum uirtus debilis prohibet, quin immoderata contraria in eodem gradu corporibus, aut affectibus offerantur.

Poſt-

©BIU Santé

Postquam Galen. suppositiones illas medicas ratione à sensu sumptas comprobauit, ne quis aberret in medicamento oppositio, seu contrario deligendo, quodnam id esse debeat, aperit subdens.

AT manifestum est, quod secundum potentiam, non autem imaginationem, & calefaciens, & refrigerans, & quæcunque alia huiusmodi oportet assumere. Voco autem secundum potentiam, quod re ipsa vere tale existit, quale esse dicitur: secundum imaginationem autem, quod ex prompto quidem sensu tale esse imaginamur, cum tamen verè tale non sit. Sed qua sint hac ratione distinguenda, diximus in libris, in quibus de simplicium medicaminum potestatibus agitur. Ad inuentionem autem salubrium causarum quæcunque quidem, vt ad eam, quæ iam facta est, aegritudinem causæ salubres existunt, via illa doctrinæ vtendum, qua id quod imaginamur ab eo, quod talem habet potestatem, separatur.

Etenim cum in nobis quinque sint sensus, quibus medicamentum ipsum cuiusnam sit facultatis deprehendi potest, visus, auditus, gustus, odoratus, ac tactus; si sub visu, auditu, ac odoratu cadet, falsa quidem imaginatione multoties decipiemur; at si sub gustu, ac tactu tale vtique reuera quale est deprehendetur; nam multa colore sunt candido, quæ cum alia quidem calida sint, alia vero frigida, viribus pugnantissima sunt, vt nix, ac calx; quæ si solus visus diiudicet, ea utique similia esse existimabit; cum tamen calx calida sit, ac sicca, nix vero frigidissima, ac humidissima; auditus etiam nos plerunque fallit, quædam namque sonora sunt, alia vero insonora, quæ diuersis tamen ac pugnantibus viribus inter sese præstant. Ex odoratu postremò plerunque falli mur, dum fœtida aut bene odorata eadem esse facultate putamus, quorum tamen plura diuersarum admodum naturarum reperiri licet. Ex his igitur sensibus quamuis quæpiam non nunquam coniectura habeatur, ea tamen inconstans est, neque perpetua. Verum tactus, & gustus, qui tactus quidam ex Aristo. quoque sententia est, medicamentorum facultates & semper & rectè diiudicant; ab his namq; eliciuntur non tantum simplicium temperies quoad calidum, frigidum, humidum, & siccum, sed & reliquæ omnes facultates; vt potè aperiendi, constringendi, dissoluendi, diffundendi, & huiusmodi: huius autem causa est, quoniam siue medicinæ actu, siue potestate tales sint, sensibus illis, vt

re

©BIU Santé

re vera sunt, manifestissime se offerunt; gustus enim multas differentias obseruat, nempè acerbum, amarum, acidum, dulce, & id tale genus, & eas adinuicem distinguit, vtpote acerbum ab amaro, ac amarum ab acri hunc in modum; nam cum gustus sentiat à medicamento illo linguæ partes contrahi, corrugarique, ac inæquales reddi absque aliquo caliditatis sensu, vim acerbam illi adesse cognoscimus, quæ in substantia frigida & sicca fundatur; vt in mespilis immaturis, pyris syluestribus, & huiusmodi: at si gustui offeratur medicamentum, quod linguam abradere quodammodo videatur, ac liquefacere, id amarum esse diiudicabimus; ac in eo caloris copiam adesse, qua magna humorum attenuatio efficitur: quòd si gustui oblatum nõ tantum linguam mordicet, sed & inflammet, aculeuti aduret, medicamentum acre percipiemus, à calore exquisite admodum attenuatũ, & fermè ad igneam naturam conuersum: quod itidem de aliis medicamentis dicendum est. Tactus quinetiam omnes tactiles qualitates, prout re vera sunt, apprehendit, vtpote caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ac siccitatem, earumque distinctionem non solum quoad gradus; verum & graduum mansiones; & licet tactus quoad temperiem varius sit, vt recte testatur Gal. vt veras tamen medicamentorum vires percipiamus, primum quidem hęc in temperato, mox in intemperatis, postremo in morbosis corporibus sunt perpendendæ; hoc enim pacto quomodo eorum varientur vires, & quæ inde ex his deligantur, si cuipiam apponenda sunt, certò scienius. Hanc ego hoc in loco Galen. mentem extitisse putarim, dicant alii quicquid uelint, quã & ex ipsomet libris de temper. corroboramus, nã postquam superius

1. de simp. med. facul ta.

medicamenta a nutrimentis distinxit, eaque complurium esse naturarum aperuit, quomodo ea rectè discernenda sint, ueluti regulã quandam tradere cupiens, hunc in modum scripsit: Attendere autem, vt dictũ est, quàm maxime oportet, ac discernere, quæ per se sunt, ab his quæ per accidens non in calidis & frigidis modo, sed nihilo etiam secius in siccis, & humidis, quippe aliqua talium, cum siccam substantiam sint sortita, ubi largo calore sunt liquata, humiditatis phantasiam præbent, ueluti ęs, & ferrum, quædam per se humida, ubi in sincero frigore sunt morata, apparent sicca, sicut glacies. Ecce igitur, quòd hęc si visui offerantur, falsam in nobis reddunt imaginationem, quo etiam uocabulo hic usus est, dum ait, secundum imaginationem autẽ quod ex prompto quidem sensu tale esse imaginamur, cum tamen re tale non sit, ut ibidem exemplo etis, & ferri protulit Gal. Cęterum quoniam subdit in contex. sequa sint hæc ratione distinguenda in his

3. de tẽpe. cap. 4.

libris,

©BIU Santé

libris, in quibus de ſimplicium medicaminum facultatibus agitur, per tractaſſe, operæpretium eſſe cenſeo, quænam ea ſit, quam poſtmodum viam doctrinæ nuncupat, enucleemus. Supponatur igitur medicamentum aut ſolum aut cum altero dijudicandum, ſubiungendumque ex Galen. ſententia de ipſius facultate in primis ab eo, ad quod refertur, habebitur cognitio, mox ab ipſomet medicamento, ab eo quidem ad quod refertur; cicuta namque etſi hominem refrigeret, non tamen ſturnum refrigerabit, aut ſi ſturnum nutriet, non tamen hominem, pariter veratrum etſi hominem purget, non tamen continuò purgabit & coturnices: cum enim corpus, cui apponitur medicamentum, multiplex ſit (vt & antea ex Galen. dictum eſt) temperatum, intemperata complura, ac ęgrotantia, vt certa medicamentorum & diſtinctio, & facultas habeatur; primum quidem eucrato, ſiue temperato ea apponenda ſunt; mox his, quæ natura ſunt intemperata; ac poſtremò, quæ affectu aliquo tenentur; hac etenim via certò ſciemus hoc quidem medicamentum ſiue actu, ſiue poteſtate reſpectu corporis temperati exempli gratia in gradu primo calidum eſſe, quod alteri frigido in primo calidum erit per duos gradus, ſicut ægrotanti iuxta duos gradus in tertio; at ex parte ipſius medicamenti certam quoque cognitionem, ac experimentum obtinebimus, ſi quod ex accidenti eſt ab eo, quod primario, ac per ſe diſtinguatur; quod enim primario, ac per ſe exiſtit, perpetuò ac ſemper vnum, idemque efficit; at quod ex accidenti, aut primo ſtatim occurſu quandoque molitur operationem, non tamen perpetuò, & ad finem uſque, aut per viam ſequellę, ac ſecundario quandoq;, cum tamen primariò contrarium efficiat; exempli gratia aqua frigida primo, ac per ſe ab initio ad finem vſque dum admota eſt cuti, eam magis ſemper refrigerat; at ſi caliditatem acquirat, primario quidem occurſu, ſed per aduentitiam qualitatem, ac per accidens corpus calidum reddit; caliditas namque illa non diu perſeuerat, aut ſi & frigida ſit aqua, cutim refrigerando, contrahendo, ac condenſando calorem quandoque reuocat, vt inde ex hoc accidenti corpus ipſum magis incaleſcere videatur. Hanc igitur doctrinę viam hoc etiam loco in indagandis medicamentis, quę ægritudini factæ cõtraria ſint, ſeruandam eſſe iubet Gal. ea namque & facilis eſt, ac certa, vt libris his de ſimpli. med. facultatibus edocuit; ad quos ſicut nos remittit, ita & ad eos accedere debemus, ne ea omnia recenſentes ad maximam molem hanc noſtram commentationem trahamus: ſubdit autem in contextu. 1. de ſimp. med. fac. 8

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 589 sur 753

©BIU Santé

QVAECVNQVE *vero vt ad eam, quæ adhuc fit, & hac eadem via, atque illa præterea ex qua ægritudinum cauſæ inueniuntur.*

Nam cum in ægritudine quæ adhuc fit, ſit pars facta, & pars fiens, ratione partis factę eadem, ut prius utemur doctrinę uia; at ratione partis fientis, quæ a cauſa ortum habet, altera uia procedemus nempè cauſas ſciſcitantes, quę morbum efficiunt ac fouent; quam quidem libr. de cauſis morborum Galen. aperuit, & ſicut ſe habent cauſæ, ita eis per contraria obuiam imus: hoc autem clariſſime oſtendit Galen. exemplo à febre ſumpto, quæ ex putridis pendet humoribus, à quibus vt ipſius cauſis efficientibus indicatione ſumpta (inquit Gal.) hunc in modum procedimus.

ESTO *enim ſi ita contigerit in humoribus putreſcentibus accendi febrem indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio, atque alteratio, hæc quidem quæ putredinem ſiniat manente adhuc ſubſtantia, euacuatio vero, quæ totam ex corpore ſubſtantiam educat.*

Supponit autem hoc exemplo febris in vniuerſum eſſentiam, ſiquidem calor natiuus eſt ad igneum uerſus, cum paſſio ſit calida, & ſicca, ut idem ſentit, atque ob id lib. de differ. feb. à principio ſub caloris genere, ſeu calida & ſicca intemperie collocetur. Verum non omnis natiui caloris ad igneum uerſio illa eſt, quæ febrim producit, nam cum corpus noſtrum magis terreſtre ſit, humidumque radicale continuò diſſoluitur, ex calido quidem humido, quod deperditur, aliud ualde calidum, ac quodammodo igneum conſurgit, ut rectè teſtatur Gal. dum ait Hippo. in contex. Qui creſcunt, plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus abſumitur; talis utique calor, licet igneus ſit, & acquiſititius, febris non eſt, neque etiam ille, qui in quapiam corporis parte contentus igneus euadit, cordi verò nequaquam communicetur; ſed febris tantũ eſt is, qui in corde ſedem habet, ab eodemque in totum corpus effunditur, ipſius primo & per ſe lędens operationes; ut expreſſe ab eodem habetur, cum ait: [ſunt igitur ſuppoſitiones hæ calidum, frigidum, humidum & ſiccum eſſe corporum elementa, primasque ex eorum intemperaturis conſtitui ęgritudines, ex quarum numero febris eſt una; quoniam in corde quædam pręter naturam caliditas gene-

*aph.par. 16.

1. Aph.14.

1. de diff. feb. ca. 3.

©BIU Santé

neratut.] clarissime autem libr. decimo method. med. quo loco etsi de hecticarum curatione loquatur, in vniuersum tamen de febribus omnibus hęc protulit verba: [Sanè diximus iam nonnulla de aere, tum calido, tum frigido, qui præcipue quidem est vtilis, cũ quod primum afficitur, ipsum est cor, quamuis confert & in reliquis febribus non parum, quandoquidem in his quoque necesse est cor similem intemperiem recipiat, citra quam nec marasmus, nec hectica, nec reliquarum vlla febrium consistere potest:] quam quidem sententiam mutuatus est Auicenn. dum febrim diffinire intendit, inquiens, quòd calor est accensus in corde tanquam præcipuo eius subiecto: Vnde ex his manifestè admodum apparet, quàm valde hi allucinati sint, qui vanis quibusdam rationibus febrim nonnunquam adesse sentiunt absque quod calor extraneus in corde potissimum accendatur: fingunt etenim omnia corporis membra æstuare posse corde excepto; cuius quidem signa adsint, pulsus nempe velox & frequens, nec non respiratio, vigiliæ, corporis inquietudo, magnus extremarum partium ardor, sitis, ac amari tudo: Verum miseri non aduertunt, quòd signa hæc in corpore reperiri nequeunt, nisi cor potissimum afficiatur, ingnorantque quis sit pulsus, eiusque causas, inter quas natiuus est cordis calor, qui ad igneum conuersus maiori & refrigeratone indiget, & fuliginosorum vaporum expulsione; vnde & cor velocius pulsat, atque frequentius, nec non arteriæ, quę ab eo originem trahunt; quem quidem exortum ipsi vel maxime ignorare vel despicere videntur. Sed eorum & futiles rationes, ac falsam sententiam mittentes pro firmissimo medico axiomate principale febris subiectum cor esse sustinebimus, cuius quidem cum tres sint partes, quæ singulæ quęque proprio constant temperamento, spiritus namque calidissimi sunt, & maxime tenues, humores vero, seu sanguinea massa, minus quidem calida, magis vero crassa, solida vero substantia & crassior, & in caliditate remissior; ita & nunc quidem vna eius pars accensa, vnam generat febrim, nunc alia alteram, modo vero duo duas, ac tres simul ternas, quemadmodum clarius scripsit Galen. & nos etiam in disputatione quadam aduersus eos, qui febrim in solida tantum cordis substantia, vti proprio subiecto fundari volebant; nam cor ipsum principale est subiectum, cordis vero, ac totius corporis partes partialia, ac propria, quas Hippocrat. tres esse voluit ex sanguine menstruo, ac semine, tanquam ortus nostri principiis producta, τὰ ἔχοντα καὶ τὰ ἐχόμενα καὶ τὰ περιέχοντα, hoc est, contenta continentia, & impe

libr. 4. sui Canonis.

1. de diffe. feb.

lib. 6 Epi. sec. cont. 8

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 591 sur 753

©BIU Santé

tum facientia ; quæ nil aliud ſunt ex Galen. ſententia, quàm humores quatuor , qui totam ſanguineam maſſam conficientes in uaſis continentur , ac ſpiritus, qui ſui tenuitate ad omnia membra ferun-tur , & abſque vllo obſtaculo penetrant , vt iuxta cuiuſque membri exigentiam actiones conficiantur: propterea dum Auicen. concinne ſatis febrem in vniuerſum definit , ait: Febris eſt calor accenſus in corde (hoc enim principale ſubiectum eſt) & procedens ab eo mediante ſpiritu,& ſanguine intelligẽs ephemeram,ac putridam,primæ quidem ſpiritus, ſecundæ vero humores parientia ſubiecta per arterias ac venas,quæ ſolida ſunt membra , hecticæ propria ſubiecta in totum corpus ; febris namque totum occupat corpus , licet in corde præcipue reſideat, vt antea dictum eſt, niſi quid impediat, vtpote humores craſſi , ac frigidi, aut quid tale , quod in cauſa ſit, ne calor ille extraneus , ac igneus toti communicetur corpori. Verum hęc aliàs: ſat enim eſt tot ſuppoſuiſſe, vt his quæ à Galen ſcripta ſunt, ſatisfaciamus, proinde in his tribus non eodem modo gignitur febris , ſed in ſpiritibus quidem ac membris ſolidis accenſo dun taxat calore, in humoribus vero mediante eorum putredine : circa cuius quidem eſſentiam , licet præſenti loco Argenterius digrediatur, vt vanas Ariſtotelis, & Galeni de ea ſententias comprobet ; veruntamen cum nos in quadam noſtra epiſtola ad ſtudioſorum manus peruenta non ſolum Ariſtotelem rectè putredinem diffinijſſe, ſed & eius modos , differentias, ac reliqua omnia aſſignaſſe ; Galenum vero nonnaturalis tantum putredinis diffinitionem ex Ariſtotele ſuſceptam concinne admodum explicuiſſe oſtenderimus , quæcunque ibidem aduerſus Argenterium fuſius ſcripta ſunt ſupponemus ; ſiquidem propoſita putredinis diffinitione ab Ariſtotele quarto metheororum tradita Argenterij rationes , quas pro deſtruenda Ariſtotelis ſententia erigit , in primis locauimus , mox quam ipſe nouam , & propriam de putredine profitetur, demum enucleata Philoſophi mente Argẽterium , reliquoſque omnes ipſius interpretes allucinatos eſſe oſtendimus ; quandoquidem putredinis modos, ac differentias nequaquam ſtatuentes, ſed ſolam putredinem, ſolamq; eiuſdẽ diffinitionem Ariſtotelem ſtatuere putantes ipſum perperam interpretati ſunt ; at nos ex Philoſophi verbis duos putredinis modos, atque inter ſeſe diſtinctos elicimus; alterum quidẽ naturalis putredinis, quæ nõ eſt mixtorum naturalis corruptio, ſed corruptionis terminus, ac finis non quidã naturalis

omnis

©BIU Santé

omnis corruptionis, ſed mixtorum duntaxat, quę vita carent; corrupto namque mixto putredo hæc ipſius nimirum paſſio neceſſario conſequitur duobus concurrentibus cauſis, frigiditate propria, alienoque ſeu externo calore; exhalat namque in primis calor, cum mixtum corrumpitur, atque vnà humidum, mox verò frigiditate propria totum occupante calidum extraneum introducitur, ac tandem totum fit ſiccum, & fimus; quæ quidem paſſio propriè naturalis putredo eſt: alterum vero nonnaturalis putredinis, quam propriè putredinem nominat Ariſtoteles, quę non vt prior corruptionis finis eſt, ſed corruptionis ſpecies quædam, cum enim aliqua ex cauſa externa, quæ caloris externi vim habet, alterantur corpora, ita vt eorum pars quæpiam à natura recedat, tunc proprie in his putredinem adeſſe dicimus: ob id Ariſto. hanc diffiniens dicebat, quòd corruptio eſt innati, propriiq; in vnoquoque humido caloris ab alieno calore, hic autem ambientis eſt; non enim omnia hoc putredinis modo vexantur, vt lapides, ferrum, & huiuſmodi, ſed quæcunque in humido proprio, innatoque conſtant calore: quemadmodum & alteram, cum ait, quòd mixti paſſio eſt ſuperantibus quidem propria frigiditate, alienoque calore, vt copioſius eo in loco à nobis declaratum eſt: quibus quidem enucleatis oppoſitas omnes poſtremo Argenterij rationes diſſoluimus proprium quinetiam ac inane placitum vnà cum ſuis fundamentis deſtruentes. Qua de re cum hæc ipſa repetere nobis ſuperuacaneum videatur, id tantum admonuiſſe ſat erit, ne ſtudioſi iuuenes Argenterij ſuaſionibus illaqueati, à veritate diſcedant, quam Ariſtoteles obſcuriuſculis tamen verbis profeſſus eſt. Quod vero noſtro huic propoſito deſeruit, ex his, quæ ibidem declarata ſunt, id eſt, quòd ex tribus, quæ noſtra corpora conficiunt, humoribus, ſpiritibus, ac ſolidis membris, viuente corpore humores proprie putreſcunt; etenim hi multotiens à natiuo calore, deſtituuntur, ab alieno vero, ac igneo opprimuntur: quod quidem neque ſpiritibus, neque ſolidis accidit membris, ſpiritus namque calidiſſimi ſunt, ac tenues, ob id putredine minime corripiuntur, ſiquidem calor ipſorum, quàm continentis caliditas vehementior eſt, ſuique tenuitate, priuſquam putreſcere queant, diſſoluuntur; inſuper inter viuentia connumerantur, quemadmodum aliàs oſtendimus, viuentia autem dum viuunt (vt eo tractatu de putredine diſcurſum eſt) non putreſcunt: ſolidæ vero partes, utpote viuentes putredini non ſubiiciuntur: ꝙ ſi uita priuentur, tunc aut putreſcunt, aut aridæ efficiẽtur, quæ illis

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 593 sur 753

©BIU Santé

naturalis putredo est: Atqui spiritus & solida membra alterantur qui
12. meth. ca. 5. dem, & corrumpuntur, dum viuunt, vt rectè declarat Galen. siquidem vitiosi succi aeris ambientis malitia, venenata quinetiam animalia quæ in corpus virus eiectant, nec non & venena omnia spiritus, ac solidas partes immutare, inalterareque: ipsorum autem substantiam, ac essentiam vehementes animi motus, vigiliæ, & huiusmodi corrumpere solent; quandoquidem spiritus, & virtutes confestim restinguunt, ac dissipant, vt ex Aristotele calorem innatum ex violento quopiam subito restingui aliàs diximus; quo fit, vt statim pereat homo, narrant enim historiæ Publium Rutilium leui morbo corrreptum nunciata fratris repulsa illicò exspirasse, Chilonem ob ingens gaudium victore filio nunciato, & Dionysium iuniorem, & Sophoclem accepto tragicę victoriæ nuncio, & complures alios, quos breuitatis gratia silentio inuoluo. 11. met. 8. Sed dicet fortè quis, nonnè Galenus ait, alienum calorem non solum succos corrumpere, & putrescere, verum & adipem & carnem, quę membra simplicia sunt, & in quibus hectica febris potissimum residet? item datur febris hectica pestilens, in qua ob aeris malitiam cordis substantia corrumpitur, atque putrescit: ac postremò Galenus apertissime fatetur solidas corporis partes putrescere posse, quandoquidem exponens, quod in contextu dixerat Hippocrat. 3. Epi. sec. 3. 24. ait; Computrescebant vero ob prauos humidos humores solidæ partes. Primo quidem obiecto satisfaciemus dicentes, quòd caro & adeps inter partes primas similares ex semine genitas, vt supra dictum est, non collocantur, & vt tales viuentes non sunt: Vnde nulli mirum est, si alieno calore colliquantur, corrumpuntur, ac tandem è parte viuente seiunctæ putrescunt; altero vero quòd ob aeris malitiam cordis substantia corrumpitur, at non putrescit eo, quo humores putrescunt, modo: atque ob id dicebat Galenus de febribus his hecticis sermonem faciens: quod residuum est de febribus hecticis perfequamur, etenim sunt, vt docuimus, pestilentes non paucæ inde vsque ab initio hecticę, distantque ab omnibus aliis febribus, quæ ex magna putredine oriuntur: quasi inferat Galenus quòd febres pestilentes hecticæ à putridis pestilentibus distinguuntur, eo quòd in his quidem cordis substantia corrumpitur, atque destruitur, in aliis vero humores putredo valide corripit; nam hi propriè subiecta putredinis sunt, cordis vero substantia corruptionis. Sed quid Galeno respondebimus? dicemus utiq; id quod scripsit Galenus nostræ nō aduersari sentē 3. de præfag. puls. 4. tiæ, corpora namque animata, priusquam putrescunt, intereunt, ac corrumpuntur, vt iam dictum est, non autem propriè putrescunt: ob id

©BIU Santé

id cum tanta foret humorum prauorum humidorum copia primum quidem solidę partes vita priuabantur, mox vero vnà cum prauis illis humoribus computrescebant, vt ex superiori contextu Hippocrat. innuit, dum ait: Plerisque horum in suppurationes abscessus contigerunt, atque carnis multum, & ossium, neruorumque decidit. Solit igitur humores propriè putrescunt, qui febris, quę adhuc sit, causa sunt, ad quam quidem coercendam hac altera procedimus via, ab ipsis indicatione sumpta, vt eos alteremus, & euacuemus: atque ob id hunc in modum subdit Galenus.

INDICATIO *in huiusmodi est euacuatio, atque alteratio: hæc quidem, quæ putredinem finiat manente adhuc substantia, euacuatio vero quæ totam ex corpore substantiam finiat; Sed dicta quidem alterationis species concoctio existit.*

Quod itidem de aliis consimilibus causis dicatur, hoc enim veluti exemplum tradidit: Ad tollendos itaque putres humores alteratione vtimur (inquit Galenus) quæ putredinem finiat, manente adhuc substantia, & euacuatione, quæ totam è corpore substantiam educat. Nonnulli hæc Galen. verba interpretantes dicunt, quòd cum humores putrescentes in duplici se habeant differentia; partim namque ex toto pręter naturam sunt, ac penitus putridi, partim vero qui modicum quid putredinis contraxere, nondum tamen exacte putrent; pars quidem ea humorum prima indiget euacuatione, sicut alia alteratione, vt ad pristinum statum vertatur; quam quidem expositionem ex ipsomet Galen. eliciunt, qui exemplo exteriorum inanimatorum dicebat, quòd sicut dum corpora hæc putrescunt, vtpote carnes, poma, & istiusmodi, solent omnes primum quidem quantum eorum iam putruit à toto ipso semouere; deinde ei quod reliquum est in frigidum aerem sublato per spirationem refrigerantem moliri; ita & medici putredinem in viuis ortam corporibus persanare debent; id scilicet quod iam corruptum est omni ratione vacuantes, quod vero reliquum est, moderatis motionibus, & refrigerante perspiratu, & huiusmodi alterantes, & ad symetriam reducentes; quod quidem speciali quoque exemplo ex vino clare admodum declarat; vinum siquidem quod acescit, si ex toto acidum redditum est, rursus ad vini naturam redire nequit; si vero parum quid acescat, nondum autem sit acetum, agitatione quadam, concussione, ac flabellatione sępius ad pristinum statum vertitur. Verum non aduertunt hi, quòd Galenus de humo-

11. metho. cap. 8.

2. aphor. part. com. 17.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 595 sur 753

©BIU Santé

ribus his putrescentibus vnam tantum eliciendam esse indicationem, non autem multiplicē statuit; nam si de diuersis humorum putrescentium partibus obloqueretur, dixisset vtique in his non vnam esse indicationem, sed duas, cum & duæ diuersæ sint partes, quę & variis egent auxiliis: insuper dicit Galenus euacuatio atque alteratio, non autem vt ex his quidam falsò glossant euacuatio, aut alteratio; contextus namque græcus copulatiue, non autem disiunctiue legitur: præterea Galen. ex Hippocrat. sententia humores quicunque iam sunt in aliqua corporis parte firmati, neque alio auxilio mouendos, neque medicandos ante coctionem iubet, ergo humores penitus putridi à principio non expectata coctione educendi non sunt; cuius quidem rationem etsi Galen. eo loco obscure admodum succinctęque assignet, clarius tamen alibi eandem exponit; propterea quòd eo tempore naturam, humoremque aduersantes habemus; naturam quidem quoniam cum natura primum humores concoquendos aggrediatur, mox eosdem coctos euacuare contendat, eius motui aduersabimur; humores vero, quoniam parati non sunt, sed cum aliis admixti non solum non educuntur, sed & cruciatus circa vmbilicum, & mordicationes creant, animique deliquia, & id tale genus, quandoquidem sui crassitie, atque lentore vias obstruunt, per quas ad aluum ferri deberent. Aliena igitur à ueritate, Galenique sententia illorum est expositio, neque his quidquàm prosunt Galeni authoritates, nam non dicit, quòd eodem præcise modo in corporibus viuis perinde ac in externis inaniamatis procedimus nempè quòd statim quod putridum est, ammoueamus, sed quòd in vita quidem orbatis confestim, quoniam putridi à non putrido nobis apparet segregatio: at in viuis non statim, sed temporis spatio, posteaquam per coctionem facta est segregatio; quòd si humores boni à malis ab initio seiuncti forent, id utique tunc temporis fieri posset, sicut & in inanimatis. Quocirca nil habet etiam Argĕterius contra Galenum ob hanc authoritatem, non enim (vt ipse arbitratur) eandem præcise in uiuis & mortuis sanandæ putredinis rationem esse voluit, sed secundum quandam analogiam, quòd sicut in mortuis indigemus separatione, & auulsione, ita in uiuis separatione egemus, atque euacuatione; distinguitur autem vtriusque sanatio penes modum & tempus, quoniam in mortuis per amputationem confestim putridum à non putrido separantes, quod reliquum est, ne amplius à contangente putrescat, persanamus; at in uiuis cum humores quoad partes inter se dissimiles confuse admodum putrescunt, quod putrescit ab aliis prius

1. aph. cō. 22.

4. de tuen. sani.

11. met. 7.

prius segregandum est, ut & in mortuis, uerum hęc segregatio non confestim fit, sed tempore, & coctione, quam quidē subtiçuit distinctionem, non quod necessaria non foret (vt credit Argenterius) sed vt alibi longiori sermone explanatam: Neque his altera ratio prodest, nam Galen. de sanguinis alteratione ob eius copiam, non autem putredine loquitur; sicut enim in vinis quando acescere incipiunt, primum alteratio, ex qua nisi remediis obuiemus, vina ipsa facillime putrescunt, ita & sanguis primum alteratur, & demum processu temporis corrumpitur, nisi ei uentilatione oppitulemur; nam vbi magna in eo facta sit corruptio, non amplius ad naturalem habitum reddit (inquit Galen.) si vero paulatim fiat, vbi id quod superfluum fuerit euacuatum, quod residuum existit, ad suam naturam restituitur, non quidem quoniam facta est euacuatio, sed quoniam ex euacuatione totus sanguis ventilatus fuit, atque diffiatus. Alii vero putantes duas dari coctiones, alterā quidem in ituatiuo (vt ipsi nuncupant) alteram vero in nocitiuo, quæ & duplex est, vna quidem, qua humor semimalus & alteratus corrigitur, & à natura restituitur, altera vero, qua humor penitus malus, nullaque ex parte ad nutritionem aptus ad benignum paratur, ita ut facile expellatur, eum attenuando, si fuerit crassior, aut incrassando, sit tenuior, aut detergendo, & incidendo, si lentor, & viscositas eius expulsionem prohibeat, dixere Galen. hoc loco de vtriusque semimalis, ac penitus prauis, nutritionique omni ex parte ineptis humoribus loqui: ex quibus qui semimali sunt, alteratione pristinæ naturæ restituuntur, vt non amplius euacuatione indigeant manente scilicet adhuc substantia, qui autem praui ex toto sunt alteratione, que coctione fit, separantur, vt facilius è corpore pellantur; Quam quidem sententiam, ad loci huius expositionem desumpsisse videntur: tum ex Auicen. vbi de digestiua virtute sermonem habet, vtpote qui digestionem in grossa æquationem eius esse cum subtiliatione dicat, in subtili uero cum ingrossatione; tum ex Galen. nam cum Hippo. enumeret quæcunque contingunt his, qui à Medicis primis diebus exiccantur inedia, & postea tertio, uel quarto, vel quinto, uel sexto die non transacto morbi uigore cibari coguntur, dicatque quod tunc temporis a capite, aut thorace interdum cruda bilhosa attrahuntur, Galen. in comment. exponens quid per bilhosa cruda intelligat Hippo ait, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quanquam mutata nutrire non possunt, ut bilis vtraque, & qui græce

2. Aphor. par. cō. 17.

prima primi doct. 6. cap. 3. & prima 4. trac. 2. c. 7 2. de rat. uic. cō. 45.

©BIU Santé

ἀκόπτως dicuntur, verum tamẽ quoniam & talia vincit natura, cocta quidem vocare consueuit Hippo. excrementa huiusmodi, quæ à natura ipsa euicta sunt, cruda verò, quæ nõ sunt euicta: ob id & pus in phlegmonis, quę concoquuntur, fieri ait, quamquam pars nulla ex parte alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus, & pituita, quę reliquum perfectionis assequuta, & prorsus cocta corpus nutrire possunt: quod quidem clarius declarat subdens, nomen hoc coctionis in suo uniuersaliori significato intelligendum esse, cum natura causis fortior fuerit, easque suo robore permutauerit: vnde & vrinas coctas, & catharrum, & corizam, & humiditates ex oculis manantes, & huiusmodi, quę corpus non nutriunt, vt & Arist. 4 metheororum asserere videtur, cocta aut cruda nuncupamus. Verum hęc coctionis diuisio falsa est, & quod ipsi in eorum expositione dicunt, nempè humores hos prauos coqui, vt potissimum parentur ad expulsionem, ex parte quoque falsum; iactis namque prauis fundamentis & tota fermè fabrica corruat, necesse est; et enim vna tantum est coctio, non autem multiplex, vt ipsi arbitrãtur; quemadmodum ex Gal. recte excellens Pater meus expoluit: cum enim quatuor sint naturales facultates attractiua nimirum, contentiua, alteratiua, & expulsiua, quarum vni cuique proprium est munus; attractiuę quidem, vt quod sibi familiare attrahat; contentiuę autem, ut quod membro apponendum est, assimilandumque contineat, ne hinc inde delabens alterari queat; alteratiuę verò, vt quod à virtute priori continetur, apponatur, assimiletur, vniaturque; ac postremò expulsiuę, vt quod excrementum est in ea alteratione tanquam naturæ noxium extrudatur; nulli dubium esse potest, quòd quicquid à natura penitus alienum est, à contentiua nullo pactò continebitur, sed id vt odiosum renuetur, atque diuertetur; omnibus enim animalis partibus (ut rectè dicebat Galen.) desiderium est conuenientis qualitatis, & auersio quædam, vt odium alienę: sed quando ipsæ desiderant, rationabile est, ut attrahant, cum verò abhorrent, vt excernant: ob id si humor ex toto prauus est, cum nullam habeat cum membris affinitatem, ab ipsorum contẽtrice nequaquã continebitur, vt alteratrice facultate, quę nil est aliud, quàm virtus concoctrix, commutetur, assimiletur, atque vniatur, sed confestim ab altera expultrice, vt odiosum, ac inimicum extrudetur: insuper si membrum virtute concoctrice prępararet humorem, qui nutrire aptus non est, ad expulsionẽ, animal vtiq; intellectu prædituꝫ foret, quod uim eligẽdi obtineret, quod melius est; vt & de ventriculo dicebat Gal. etenim sicut non dicendum est, ventriculum esse intellectu prædituꝫ, eo quòd

super primam aph part. aph. 22.

2. de pot. nat. ca. 6.

hunc

©BIU Santé

hunc quidem humorẽ aliis partibus accommodari eſſe cognoſcat; eligaréque, quod melius eſt diſtinguens ab eo, quod non tam bonum exiſtit, ſic & membra omnia non quidem ratione, menteque conſtant, vt quod ſibi optimum eſt, eligant; quod verò non bonum prẹparent ad expulſionem; verum quemadmodum ventriculus naturalibus conſtat facultatibus, quibus regitur ac gubernatur, vt alimentum quicquid illud ſit ad ſui ſubſtãtiã conuertat, ita & reliquæ partes his caleant virtutibus, quibus alimentum quodque attrahant, contineant, concoquant, ac demum ſi quid eſt ſuperflui expellant. Dicendum igitur eſt, quòd virtus concoctrix, vt naturale agens non prẹparat ad expulſionem, ſed iuxta proprium munus humorum quemque ſiue bonum, ſiue malum immutat, ac aſſimilat, vt eo membrũ nutriat; accidit vero nonnunquã, vt quod immutationem patitur, adeo malum ſit, vt mẽbro inutile reddatur: quo fit, vt tunc temporis ſaltim quo ad colorem, & qualitatem ſi nõ quoad ſubſtantiam aſſimiletur, & cum nutrituro haudquaquam apponi, vnirique poſſit, ab expultrice facultate demum è ventre protrudatur, quod quidem concoctricis proprium non eſt, ſed quid per accidens conſequens: vnde Ariſto. coctionem diffiniens dicebat, quòd eſt perfectio à naturali, & proprio calido ex oppoſitis, hæc autem ſunt propria vniuſcuiuſq; materia; naturalis enim calor propriis facultatibus in materiam nempè humidum & ſiccum agit, quæ illi à principio contraria, ſeu oppoſita eſt, ex cuius actione tandem materia ipſa eam, quam poteſt ſuſcipere, recipit perfectionem; quod ſi materia illa nutritioni eſt apta, non ſolum parti concoquenti aſſimilatur, verum & in ſui ſubſtantiam cõuertitur; at ſi pro nutritione inepta eſt, aſſimilationis ſaltim perfectionem acquirit; quemadmodum idem tuberculi, lachrymarum, & huiuſmodi illuſtrat exemplis: quo quidem loco unum valde neceſſarium aduerſus Argenterii doctrinam annotandum eſſe cenſeo Gal. non ſecus ac Ariſtotelem concoctionis diffinitionem aſſignaſſe; nam cum ex declaratis conſtet, alteratricis facultatis munus eſſe, quæ per caloris innati ac proprii medium, ut inſtrumentum operatur, coctionem emoliri eiuſdem etiam erit nutrire; quę ſanè actio fit, dum nutriens parti apponitur: propterea Gal. ait; ꝙ coctio eſt alteratio non abſolute, ſed quouſque in ſimilitudinem partis, quæ nutritur, tranſmutatio efficietur: nam & coctio pariter eſt alteratio, ubi iã parti apponitur quippiam: & ſicut ex hac coctione Gal quæcunque cõ coquuntur, indicauit, ſiue ea ſint cibaria, ſiue excrementa, ſiue alia conſimilia, ſic & Ariſto. propria diffinitione ea omnia comprehenſus eſt; quid. n. aliud eſt perfectio ex oppoſitis paſſiuis, quàm quod dixit Gal. alteratio

4. metho.

8. de com. med. ſecũdum loc. cap. de ie coris affe.

©BIU Santé

vſq; quo in ſimilitudinẽ partis, quæ nutritur, trãſmutatur; cum enim res ab aliquo perficiuntur, ei quod perficit, ſimiles ſemper reddũtur: Quæ vero aduerſus Ariſtotelis de concoctione diffinitionem ab eo dicuntur, nulla ſunt, in primis enim cum ait; diffinitionem hanc maxime communem eſſe, vtpote quę generationem, mixtionem, & quancũque alterationem comprehendat, facile reſpondere poſſumus, generationem quidem eſſe veluti genus ad ipſam coctionem; propterea quę coctioni congruit diffinitio, & generationi quodammodo competere poteſt: ob id dicebat grauiſſimus philoſophus ſubdens, nam cum cõcocta ſunt perfecta, ſunt & genita; at mixtio licet perfectio ſit, non tamen à calido innato facta, ſed per vnionem eorum, quæ ſimul commiſceri debẽt, ita vt omnes ſimul quodammodo agant, repatianturq; ad hoc vt perfectionem adipiſcantur: vana quinetiam eſt ratio illa, ꝙ non omnia, quæcunque concoquuntur, comprehendat; quę enim elixantur, atque aſſantur, non à proprio, ſed extrinſeco calore coctionẽ adipiſcuntur; etenim licet coctio vniuerſale quid ſit, attamen illam in animalibus potiſſimum diffinit, ac vt potius particularem quandam, cum poſt eam maturationem, quę in plantis præcipue reperitur, definiat. Neque animaduertit ipſe, dum tertio aduerſus Ariſto. inſurgit, quòd rectè quid materia à calore patiatur, ex arte comprehendit philoſophus, nam ſi calor in materiam agit, quam (quæſo) perfectionẽ acquiret? nonne debitam conſiſtentiam, craſſitiem, & aſſimilationẽ: quod quidem Ariſto. paulo infra expreſſit his verbis. At vero finis alijs natura eſt (natura autem, quam vt ſpeciem, & eſſentiam dicimus) alijs in ſubiectam quandam formam concoctionis finis terminatur, cũ humidum, aut aſſatum, aut elixũ, aut putrefactũ, aut quoquomodo alio excalefactum tale, tantumque euaſerit; nam tum vtile eſt, & coctum dicimus veluti muſtum, & quæ in tuberculis coeunt, cum ſuppurauerint, & lachrymæ, cum denſior materia fuerit oborta, ſimiliter & alia. Quid igitur clarius? poterat nè clariorem ſeipſum reddere Ariſtoteles? Quòd ſi forte obiiciat Argenterius minus bellè coctionem ab Ariſto. per finem diffinitam eſſe; nam cum motus ſit via, & alteratio (vt rectè ſtatuit Gal.) eo pacto ab Ariſt. vt & à Gal. diffinienda erat; huic quidem dicerem, vt & B. Thomas, quòd perfectionem intellexit tranſmutationem, quę ad perfectum ducit, nam ſi ſeparat terminum coctionis à coctione per ea, quæ ſupra ſcripta ſunt verba, perfectionẽ vtique duplici ſenſu & pro motu, ac pro fine accipiendam eſſe voluit: Rectius itaque interpretandam eſſe cenſeo hanc Galen. particulam, ꝙ cum humores putreſcentes in duplici ſe habeant ratione, aut maiori

quidem

quidem ex parte boni, minori uero praui, aut econuerſo magna ex parte praui, in pauca vero quantitate boni, non enim partibus quodammodo affines eſſent, ſed veluti turgentes hinc inde ab ipſis extruderentur; primi quidem alterantur, ita vt non ſolum aſſimilentur, verum & tractu temporis apponantur, & vniantur pauco eo quod ſuperflui eſt, aut abſumpto per inſenſibiles diffiationes, aut paulatine euacuato; idque fit, vt in puris generatione ex Gal. ſententia: duę namque con- 1. progno. cō. ultimo
currunt caliditates, naturalis quidem altera, quę aſſimilare contendit, altera vero præter naturam, quę corrumpere, & putrefacere nititur; atque hæ inter ſe certant, vt altera alteram adinuicem ceſſare faciat; quòd ſi naturalis calor ſuperet reſiſtēdo cauſæ vtique pręter naturam à naturalis caloris robore permutatę ceſſabunt ab opere, nempè à putrefactione; atque tunc calor naturalis plus & validius humores aſſimilando, & vniendo in illos agens, quàm putredinalis putrefaciendo illud ſemimalum, ac parum putridi quid corriget, ita vt ceſſare faciet putredinem, manente ſubſtantia: neque illius humoris palàm fiet euacuatio, ſed vt dictum eſt, per inſenſibilem diffiationem, aut quid talę: ſi verò humor tanta fuerit affectus putredine, vt magna ex parte reſtitui non poſſit, licet calor naturalis vincat putredinalē, minima tamē pars illius humoris nutrire apta erit, maxima verò non, quę quidem per accidens ac viam ſequellæ prępparabitur ad expulſionem; quandoquidem quod bonum eſt in nutritū naturam conuertitur, & ipſi vnitur, remanet autem malum à bono ſegregatum; quod poſtmodū à virtute expultrice protruditur, aut auxilio medici medicamētis congruis euacuatur: Neque quicquam illis proſunt Auic. authoritates, quandoquidem coctio ſemper incraſſando fit, vt & Ariſtote. & Galeno ſcriptum eſt; at ſi humores attenuantur, non ob id concoquuntur, ſed natura poſt attenuationem eos incraſſando concoquit, vt de chylo in ventriculo; primum namque cibus in eo ſuſceptus per attenuationem in chylum vertitur; neque ob id attenuatio illa coctio dicenda eſt, ſed (vt recte ait Galen.) vna ab altera diſtinguitur; quan- 1. de pot. nat. cap. 4.
doquidem attenuatio, ſeu chylificatio coctionem prępcedit, mox attenuatis cibis, aut humoribus iidem concoquuntur: quod itidem & in fructibus palàm videri licet; in principio namque ſui ortus valde ſunt duri, ac ſicci, mox molles fiunt, & tenues, facta humidi cum ſicco commixtione; neque minus valet Gal. dictum, nam etſi nonnulla ſint, quæ nulla ex parte nutriri queant, calor tamē naturalis in ea agit, 2. de nat. uic.
vt ea concoquat, quoniam non omnino naturæ ſunt alie.ra, ſed quoad qualitates ſaltim familiaria: ea igitur concoquuntur, vt partes quoad

fieri

©BIU Santé

fieri poteſt, ad ſeſe conuertant, ꝙ ſi intellectu præditæ forent, ut dictũ eſt, agnoſcerent vtique id quod non ſolum ſibi alienum eſt, ſed & familiare, atque hæc quidem ſibi eſſe nutrimenta, hæc vero non: verum cum ex natura agant, quod efficere poſſunt, moliuntur. Cęterum ne cõturbent nos uanę quædam rationes, quæ ab interpretibus circunferũtur, ſtudioſos aduertendos eſſe diiudicaui, ꝙ Gal. hoc loco de ſolis cauſis febrim gignentibus dedit exemplum, quæ humores ſunt putreſcentes, libro uero meth. med. & alibi aggreſſus eſt oſtendere non tantum harum curationem, ſed & cauſarum, quæ febris cauſas producũt, quales ſunt obſtructio, quæ fit vel humorum craſſitie, vel lentore, vel meatuum denſatione, & corporibus conſtrictis, quarum vnaquæque propriam cum habeat indicationem, propria etiam indiget curatione: ob id Gal. hoc loco neque de refrigeratione, neque de ventilatione, neq; de moderatis motibus, neque de attenuatione, neq; de diuerſionibus, vel aliis hniuſmodi remediis mentionem facit; quandoquidem eius mens erat de cauſis tantum febrim putridam inducentibus pro exemplo curationis methodum indicare. Quoad primum autem auxilium, quod cõctio eſt, vtpote alterationis ſpecies, quomodo mollienda ſit, huncin modum ſubdens ſcribit.

11. metho. med.

Qvam vbi inuenerimus à quibuſnam cauſis fieri contingat, tunc vtique eorum quæ hoc pacto ſalubria ſunt, ſcientiam tenebimus.

Si verum eſt, quod ex Ariſto. & Gal. ſuperius determinatum eſt, calorem naturalem humores coquere; non igitur cauſæ ſalubres coctionis indagandę ſunt; nõn enim calor, & natura proprie concoquerent, ſed & medicamenta, & alia externa, quę a medico opportune exhiberentur, quę vtique in coctionis diffinitione haudquaquam ſtatuuntur: verum etſi apud Ariſto. Gal. Auic. & optimos medicos concoquens natura ſola ſit, cuius proprium eſt inſtrumentum, calor nimirum innatus, alimenta & reliqua concoquendo immutare, attamen & medicamenta per quendam conſenſum, atque communitatem coquere dicuntur; adiuuant namque, fouent, ac roborant natiuum caloré, vt validius coctio ab eo celebrari poſſit: atque hoc eſt illud quod dicebat Ariſtot. his verbis: Ac perfectionis principium à calore proprio proficiſcitur, etiam ſi exteriori aliquo adiumento compleatur: cibus enim per balnea, & eius generis alia concoquitur, ſed tamen principium calor eſt, qui in ipſo eſt: cui quidem non ſolum conſentiunt millies Gale. Auic. & alii oẽs; verũ & quæ coctioni ſint adiumento vel optime docent,

4. metheoro.

inter

OBIU Santé

inter quę ſunt fomenta, operimẽta, balnea, quies, moderata exercitia, vinum, cataplaſmata, & mediocris cibatio; fouent namque & balnea ſui calore, ac humido tẽperato, innatum calidum præcipue cuſtodiũt ſicut vinum, & cibaria ipſum inſtaurant, operimenta & quies & cataplaſmata vnitum detinent, & exercitia eundem excitant, atque adaugent: ſi enim in corpore humores in alto ſint poſiti, ac acres, ex quorũ acredine timeamus, ne calor natiuus ab illorũ copia opprimatur, quin coquere valeat, fomẽtis his, & balneis vtimur, quò acres illi humores exterius trahantur, naturamque liberam derelinquant, vt Gal. nos admonet: q; ſi crudi ſint humores, ac viſcidi, vinum adminiſtratur, vt ſui calore, & cita nutritione eos attenuet, & facilime nutriat, ex quo calor naturalis refocillatur; cataplaſmata quinetiã, vt & operimẽta, & quies, atque ea præcipue, quę vim adſtringendi moderate obtinent, ne ad extima calor diffundatur, cohercent, ſicut quæ vim attenuandi habent, ſunt in cauſa, vt humorum acrium copia euaporet: quod itidem moliuntur exercitia in debita quantitate, & congruis temporibus adminiſtrata: cibatio poſtremò non ſolum adiuuat, vt & vinum, coctioni, verum & craſſos humores attenuat, ſicut ſunt ea, quæ ex Gal. cum pipere conduntur, & acres contundit, vt aquę potio, ſeu quæ cum aqua cõmiſcentur, biliioſis conferentia humoribus: ſyrupi quinetiam noſtri id ipſum præſtant (quicquid dicant nonnulli) propterea q; remouent impedimento coctionem prohibentia, aut calorem, à quo proprie fit coctio, inſtaurant, atque conſeruant. Quæ quidem omnes cauſę ſalubres, cum a medico fuerint repertę, is vtique iuxta proprias cuiuſque febris putridę cauſarum indicationes has ipſas eligere vel optime ſciet: Quod itidem in euacuationibus obſeruandum eſſe docet Gal. ſubdẽs.

2. ad Glaucon.

EVACVATIONES *autem fiunt, & per ſanguinis miſſionem, & clyſteris uſum, & per urinæ uias, atque eam, quæ per cutim fit, tranſpirationem, ac præterea per eam, quæ fit ad partes oppoſitas attractionem, atque ad alias propinquas deriuationem: nam & ad hoc idem genus pertinet citare menſtrua, atque ora venarum, quæ græci hæmorroidas appellant, aperire, ac per palatum, nares q; expurgare.*

Qui Galeni mentem non percipiunt circa ea, quę de euacuationibus hoc loco ſcribuntur, dixere, deiectiones alui ob librarii incuriam miſſas fuiſſe; quæ quidem in aliis germanicis codicibus legebantur, verum ob eandem cauſam & vomitus, & per ſudorem, ac per cucurbitas

©BIU Santé

bitas euacuationes omissæ sunt: quam quidem non valde probo sentẽtiam; sicut neque eam aliorum, qui dicunt Galeno non placuisse frequentes nostræ ætatis in febribus purgationes; nam licet alui deiectiones non valde ei placeant, eas tamen tempore debito, & cum opus est vt & Hip. molliendas esse iubet, ob id de euacuatione, quę in febribus putrescentibus fiunt, agens, quatuor præcipuas commemorat, nempè eam per vrinam, deiectiones, uomitum, atque sudores, ex quibus magis principales hoc loco prętermisit; Neque valet, quod ipsi dicunt lib: meth. deiectiones quoque missas fuisse, siquidem cum aliis has etiã euacuationes recenset: neque minus, quòd lib. ad Glauc. & alibi plerunq; de his mentionem non faciat, cum non semper euacuatione per secessum egeamus; hic etenim prędicta utique omittenda non erant, cum in vniuersum de febrium & talium morborum causis agere instituat, quæ ut ammoueantur alui deiectione multotiens indigent. Argenterius vero Galeno quacunque minima in re semper infestus ipsum reprehendit, quòd non solum alui deiectiones omiserit, sed & eas per vomitum, per sudorem, per cucurbitas, & per partem suppuratam euacuationes; quippe qui neque arte, quæ ab vniuersalibus tractationem auspicatur, neque experientia, quæ singularia complectitur, materiam hanc pertractet; quòd si artem tractaret, vtique euacuationes illas vniuersales omittere non debebat; si uero singularia aggredi tentabat, neque etiam euacuatio illa, quæ per suppurationem fit, prętermittenda erat; Nos uero dicimus, quòd cum Galeni intentio sit hoc libro per epilogum omnia, quę ad medicam artem spectant, ab eo fusius pertractata, colligere, de euacuationibus verba facturus, vt & in aliis cõpluribus, missis his quas tales esse medici certo sciũt, quippe cũ deiectio, vomitus, & sudores quotidie febrium causas manifeste satis euacuare cernimus, eas tantum cõmemorare aggressus est, quæ aliquã Medico parere difficultatem videbantur: ob id ait Gale. euacuationes autem fiunt & per sanguinis missionem, quasi dicat materias non solum communibus, & genericis illis, quibus omnes fermè vtuntur medici, euacuationibus è corpore propellendas esse, sed & his, de quibus apud multos est dubium, num & ipsæ iure morborum causas euacuent; sanguinis namque missio cum omnes æque humores euacuet, ac nulla expectata coctione efficiatur, cuipiam putrescentes humores haudquaquam euacuare videbitur; verum contrarium apparet, his qui medicam legitime artem exercent; Hippocrat. namque docens, quando in pleuritide dolor ad clauiculam pertingat, aut molesta sit vel brachio, vel mammæ, vel partibus septo transuerso superioribus, quid hoc casu agendum sit, iubet, vt interna

cubiti

1. metho. cap. 8.

cap. de cu. feb. cont.

2. de rat. uict. cont. 10.

©BIU Santé

cubiti vena ſecetur, & in tanta copia auferatur ſanguis, donec rubidior multo, vel pro puro, rubidoque liuidus fluxerit, vtrunque enim contingit; Galen. in comment. & alibi Hippocra. non ſine ratione terminum mittendi ſanguinis caloris mutationem ſtatuiſſe ait, nam cum quicquid in inflammatione eſt, idipſum magna caloris vi calorem immutet, reliquus verò ſanguis perſimilis omnibus in particulis permaneat, ſi corpus totum, quod inflammatione moleſtatur, pituitoſiore ſanguine abundet, ſanguis vtique is, qui in parte inflammata rubidior erit; ſi verò in toto corpore ſanguis adſit ruber, qui in inflammatione eſt, aduſtus, aſſatuſque ad nigredinem permutabitur; & tunc in primo quidem caſu ſanguis, dum phlobotomia fit, primum quidem minus rubidus, ac flauus, ac poſtmodum rubidior conſpicitur: in ſecundo vero primum quidem purus, ac rubrus, ſed mox liuidus, quæ quidem liuedo media eſt inter rubrum ac nigrum colorem. Ex parte namque humor putreſcens, ſi non ex toto, ſaltim euacuatur, ſicut & in primo caſu; quòd ſi ſanguis copioſius adhuc exhaurири poſſet, dubiò procul magna ex parte cauſam morbum efficientẽ vacuaremus; verum ab hoc virtutis ſcopus nos valde deterret: hanc enim vt ſeruemus, vel maxime adſtringimur. Quocirca Galen. lib. de ſect. venæ aduerſus Eraſiſtratum quibus in morbis proficiat venæ ſectio non ſolum enucleatur, verum & aduerſus eum ualidiſſime oſtendit non ſolum morbo, ſed & eius cauſis hanc ipſam obſiſtere: clyſteria quinetiam cauſis proſunt euacuando, nam cum Hippo. dicat, ſi angina fuerit, & aliud quippiam ex pleuritide malum ecligmate repurgato, & ſi æger ob copioſam ſanguinis miſſionem imbecillior fuerit, clyſmum tertio quoque die uentri infundes, donec in tuto eger fuerit, & fame indigeat: Galen. in comment. ait; Si uerò imbecillior (inquit) æget tibi eſſe videbitur, vel propter ſanguinis ablati copiam, uel ob aliam quamuis rationem, purgationis vice clyſterem tertio quoque die infundes, nempè relaxato per ſanguinis miſſionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitioſum ſuperfluit, per clyſterem id euacuari iubet. Quod autem ſcopus illi ſit non ſolum alimentorum excrementa ſubducere, ſed quoque & paſſum locum repurgare, palam eſt; ob id Gal. clyſteres multis modis confici ſolere inquit, alii enim molles ſunt, acres alii, ex quibus omnibus nonnullorum componendi modum ibidem docet; molles enim iis adhibentur, in quorum inteſtinis ſtercus durum inſidet, cumque fæces ipſas in hypochondriis detentas educere uolumus; acribus verò utimur

Com. primo ſuper primum Hippo. de humo. 12.

4. de rat. uic. contex. 20.

Com. prima in primum de hum. cõm. ut ſupra.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 605 sur 753

©BIU Santé

vt à remotis attrahant, & (vt inquit Gal.) lateris doloribus, gingiuarũ defluxionibus, capitis dolori, propensioni in somnum validæ, peripneumoniæ, anginæ, rigori, morbo comitiali, & huiusmodi tandẽ morbis opitulentur; non alia sane ex causa, nisi quia morborum causæ ex parte per eorum vsum tolluntur: vnde & hoc loco non dicit Gale. clysteres morbi causas tollere, sed clysteris vsum, qñquidem per partẽ post partẽ materia morbum efficiens euacuatur, si non primo quidem tempore, saltim clysteriorum vsu. Iuxta quam etiam doctrinam Oribasius præstantissimus ædepol medicus ex Ruffi placitis hoc idem præcipit, variasq; & clysteriorũ formulas tum molliũ, tum acrium, tum etiã mediocriũ efformat, quę quidẽ apud ipsum sicut & apud Galenũ sępius haberi possunt. Euacuationes pręterea per vrinæ vias morborum causas exhauriunt: etenim Hippo. hoc apertissime docet, dum signa cuiusque vrinæ tradere instituit; quòd si vrinę hę materiam peccantem præseferunt, quę aut à virtute ad vasa vrinaria propellitur, aut copia ad ea demandatur, vt ex parte euacuetur, quod sperandum erit, si eadem concocta à medico vrinam prouocantibus auxilietur? quinimmo his etiam ante coctionem vtimur; neque ob id veremur, quòd coctionem impediant, aut febrim accendant, idque potissimum cum diuretica calida sint, nam ex Galeni sententia, in duplici sunt differentia, aliqua enim ad vrinam valenter humores ducunt, aliqua non valdè hanc moliuntur operationem, quæ valide admodum cient vrinam, calida in excessu, & sicca sunt, non quidem vt aperiant, & prouocent, sed vt sanguinẽ fundant, & eliquent; atq; hęc vt detestanda prohibentur: alia verò non multum calida, licet menses & lac prouocent, urinam etiam prouocare possunt, quæ medico deligenda esse iubet Gal. propterea q̃ citra calefactionem, ac exiccationem has, & consimiles moliuntur euacuationes, huiusmodi sunt, cremor ptissanę, aqua mulsa, oximel, apii radix in aqua, quę potui datur, incocta, & huiusmodi, ex quibus nõ solum urina pura, quę solũ potus est excrementũ, verũ & alia, quæ morbi causæ sunt, excremẽta educũtur: quod itidẽ obseruat Gal. dum febres potissimum tertianas curare studet: quinimmo & in sanitate senũ tuenda, dũ hi serosis, & pituitosis humoribus abundant, eos per vrinam educendos iubet. Quod si quis dicat non solum moderate calefacientia, sed & frigida ualde, ut sunt semina, quę à medicis cõia frigida maiora nuncupantur, urinam ciere, huic dicemus, q̃ cucurbitæ, melones, citruli, & cucumeres non quatenus frigida, sed quatenus leui quadã caliditate participãt, urinam promouent, quorum etiam carnes quandam partium habent absterſionem

lib. 8. suorũ lib. 72. cap. 24.

2. progno. à contex. 26. ad 38. usque.

5. de simp. med. 13. & 23.

11. meth. 9.

Libro ad Glau. primo.

5. de tuẽ. ual.

nem: Verum quoniam leui illa abſterſione, calefactioneq́ue per vias urinæ materias educendas non incidunt; neque attenuant, propterea radicis fęniculi, apii, & ſimilium magis laudatur uſus; quoniam eas attenuãdo efficiũt, ut hæ facilius ad vrinę meatus penetrare queant. Adhæc ſubdit. Gal. in cõtex. eã, quæ per cutim fit, traſpirationem, morborũ cauſas euacuare, quę quidem euacuatio cum bifariam fieri ſoleat, & per inſenſibilem diſflatum, ſeu euaporationem, ac eam ſenſui noſtro manifeſtam, quæ ſudor nuncupatur, Hippo. vtrunque diſflatum morborum cauſis prodeſſe teſtatur his verbis: Quicunque morbi in iudicatoriis diebus diiudicantur, & febrilis ignis dimittit, in his de pituita, & bile, quod tenuiſſimum eſt, eliquatur, & ſecernitur, & ſecedit extra corpus, partim intus, & iſthic in corpore relinquitur, partim præ caliditate attenuatur, & vapor fit, & cum ſpiritu permixtum foras procedit; atq; hæc huiuſmodi ſunt, & ab his ſudor generatur. Quod quidem in ſtatu intermittentium febrium particularis cuiuſque paroxiſmi, in continuis vero in uniuerſali tantum earum ſtatu accidere ſolet: cuius quidem diuerſitatis rationem aſſignabat Aui. caliditas namque in materia putrida concluſa humiditatẽ à cinerea parte ſeiungens, ac per cutaneas poroſitates expellens in interpollaris quidem febribus cum extra venas ſit, facillime tranſpirat, in febribus vero continuis intra venas recondita, difficilius, ac non niſi coctionis tempore ad cutis poros tranſmittitur; remanet autem cineritium id, quod num & ipſum per ſudorem exoluatur, Auicen. valde ambiguum extitiſſe crediderim, vt eius verba clariſſime atteſtatur, Gal. tamen cineritium quoque nonnunquam in ſudorem exolui putauit; quando moderate humores in cinerem conuertuntur; at ſi putredine, aduſtioneq́; copioſior reſolutio fiat, partes illas cinereas in ſudorem haudquaquam conuerti. Quòd ſi in ſtatu natura per ſudorem, ac inſenſibilem tranſpirationem euacuat medicus etiam vtcientia vrinam adhibet, ſic & quæ cutis meatus reclaudat, exhibere poteſt, non tamen fortia, ſed moderate calida, atque tenuia; vt & Galen. & Aui. conſentiunt, quale eſt oleum camomelinum, cutis frictiones, vinum album, & aquoſum, aqua tepida, ſeu in qua camomelum fuerit decoctum: Cauendum tamen eſt ex Gal. ſententia vt ante euacuationem his utamur medicamentis, ac crudis exiſtentibus humoribus, vt nos idẽ clarius admonebat, quorum quidem cauſam eſſe puto, quoniam ante euacuationem humores omnes maximo cum impetu fortaſſe ad cutaneas partes tranſferrentur, vt periculum immineat, ne tam repentino motu aut magis poroſitates cutis obſtruant, aut inflammationes gignant; minus autem ante coctionem; crudi namque humores à natura

lib. pri: de morbis, quem Galen. dicit eſſe Hip. prope calceum.

4. ſui can. libro.

3. progno. com. 27.

11. meth 9. 3. de ſimp. med. 9.

©BIU Santé

tura derelicti, incocti eodem pactò iufluét, atq; eadem ſymptomata pa rient: ſunt tamen & nonnulla, quæ adeo tenuis ſunt ſubſtantiæ, modiciq́ue caloris, vt in febribus blandis quocunque tempore exterius applicari poſſint, non tamẽ interius aſſumi aliquo non niſi cum timore, ſicut fuit Aui. ſententia de vino albo, aquoſo, quod quidem interius nõ exhibet, vt quidam ſuſpicantur, ſed exterius apponit, ſicut & decoctum illud camomeli oleo camomelino valde imbecillius, quinimmo nec oleo camomelino, vt & reliquis conſimilibus in morbi ſtatu, atque concoctis humoribus, cum magna febris adeſt; Gal. vtitur; ſiquidem magis accedunt non tantum ſui caliditate, verum & tenui qua conſtant ſubſtantia. Quòd autem & frictiones morbi cauſis conferant, licet complu ribus in locis hoc doceat Gal. placet tamẽ duo eius loca tantum impreſentiarum rememorari; libro quidem primo ad Glau. dum hominẽ capitis dolore laborantem ex fluxu materierum ob eius imbecillitatẽ ad
22. meth 3 balneas inducendum iubet, & ſiccis ſindonibus caput perfricandum, Salq́ue & nitrum & Sinapi ſine oleo imponendum, & lib. meth. mede. loco ſanguinis miſſionis; & per ſeceſſum euacuationis frictionis vacuationem parat in his, qui eas non ſuſtinent, vtpote quos ſine his ſyncope ſubitò adoritur; quam quidem frictionem in principio ſtatim morbi aggrediendã eſſe iubet, ac primum à cruribus ſuperne deorſum, idq; linteis non admodum mollibus, ſed aſpredinis mediocre quid habentibus; debet enim (inquit Galen.) ab his radi cutis, cum ſimul calefieri, & digeri per eam ægrotus poſtulet, dehinc manus rotæ ab humeris uſque, atque ſuperne deorſum ſimili modo ſunt fricandæ: vbi vero artus omnes abunde calere videbuntur, & metus fuerit, ne quis ex
21. met. 20. multitudine frictionis contuſa iam carne, laſſitudinis ſenſus ipſis ſuperueniat, oleo relaxante vtendum eſt. Balnea etiam eiſdem conferunt, nam dummodo tribus illis conditionibus à Galeno recenſitis adminiſtrentur, duo hęc ægro præſtant auxilia, & quòd non ſolum redundantię humorum aliquid, verum & totum corpus euacuabitur, & quod fumidum eſt ac fuliginoſum digeretur, ac illius febrilis caloris multum tranſpirabit: Verum hæc diſcutere particulatim noſtra intentio non eſt, ſed ſolum oſtendere, quemadmodum & hæ euacuationes ſunt, & morborum cauſis proſint. Subdit autem Galenus duo, quę inter euacuationes connumerat, ad oppoſitas partes attractionem, & ad propinquas deriuationem, diuertimus quidem per oppoſitas partes, qui non tantum maxime diſtãt, vt in ſimis ſuprema, verum & quæ non maxime, vt dextris ſiniſtra, internis externa, anterioribus
2. meth 3. poſteriora, vt fuit Galen. ſententia; deriuamus autem per propinquas

vias

uias, idque potissimum cũ materię quietę sunt, nec amplius fluũt: quã quidem euacuationem licet per rectum nonnulli fieri existiment, non tamen ob hoc à diuersione distinguendam esse censemus, quadoquidem Hip. & Gal. diuersionem quoque [illegible] moliendam esse iubent: Quod autem vtraque non tantum à natura, verum & euacuatio a medico efficiatur, in qua morborum causę diuertuntur, aut deriuantur, in aphorismis clarissime docebat Hippo. de euacuationibus quidem a natura per diuersionem factis, his verbis: Quibus biliosę deiectiones superueniente surditate cessant, & quibus surditas superuenientibus biliosis deiectionibus cessat, & rursus; Mulieri sanguinem euomenti menstruis erumpentibus solutio, & sublequenti aphorismo, menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens bonum; De his verò, quę a medico diuersione fiunt, dum ait; Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone; non alia sanè ex causa (vt inquit Gal. in com.) vt medicus fortiorem faciat ex utero ad superiora attractionem per communes id venas artificiose molitus, insuper subdens; Dolenti partem capitis posteriorem in fronte recta vena incisa prodest, sicuti & in anterioribus, ex Galeni sententia in commẽto ea, quę secundum occiput; sicitaque diuturnę oculorum fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secunndm occiput sanguine misso vnà cum cucurbitulę vsu. De deriuatione autem cum inquit Hippo. Et ab his, quæ iueterata sunt vlcera, vt sanguis crebrò fluat, efficere prodest, vtcunque opportunum videbitur tum ab ipsis vlceribus, tum a circũpositis vlceri partibus, materia namque in laborante particula ad maxime vicinam partem deriuanda est; cum autem diuersio, & deriuatio non solum sanguinis emissione, cucurbitulis, scarificatione, & aliis, de quibus superius facta est mentio, verum & menstruorum citatione, uenarum hęmorrhoidarum apertione per palatum, & nares, & similia loca expurgatione, propterea subdit Gal. [Nam vt ad hoc idẽ genus pertinet citare menstrua, atque ora venarum, quæ græci hęmorroidas appellant, aperire, ac per palatum, naresque expurgare] quasi inferat rationẽ, cur his remediis nonnunquam diuertimus ac deriuamus, propterea & hęc ad euacuationis genus spectant; nã etsi è corpore materias quandoque nõ expellunt, attamen nocuũ ex parte affecta propellunt, vt morbum ei nõ inferant, quod quidẽ nostrum erat intentum. De menstruorum quidẽ apertione ex Hip. snia exẽplum superius adnotauimus: de ea verò quę p uenas hęmorroidas fit, habemus ipsius exẽpla dicẽtis; A tra bile vexatis, & renũ passionibus hæmorrhoides supueniẽtes bonũ, & mox: In insaniẽtib. si uarices, uel hęmorroides supuene

4. Aph. 28.

4. Aph. 53.

5. Aph. 50.

5. Aph. 68.

lib. de ulcerib.

6. Aph. 11. & 21.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 609 sur 753

©BIU Santé

rint, insaniæ solutio, quod quidem multotiens in febrientibus cum delirio iuxta etiam vigorem ipsum expertus sum, pariter & in mulieribus insanientibus menstruis referratis: At de his expurgationibus, quæ per palatum & nares, aliavè similia loca fiunt, cum ait; Caput dolenti, & circundolenti pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum soluit; qui quidem aphorismus licet vt omni careat reprehensione (vt Gale. inquit in com) ob inflammationem vel humorum crudorum multitudinem in capite acerbatorum veritatem habeat, attamen & vt ab Hippo. simpliciter profertur, in vniuersum intelligi potest: vnde Gal. de capitis dolore à variis causis orto agens inter cæteras euacuationes per nares, & palatum, si oporteat, ęgrũ expurgandũ esse, sternutamẽtaque excitãda præcipit. Verum nostra hæc ĩtẽtio nõ est, vt singillatim oĩa persequamur, sed ex his, quę Gal. in cõtex. protulit, manifestò cõprehẽdamus, hęc oĩa inter euacuationes reẽsendas esse, & morborum causas potissimũ euacuare; quorum salubres causas per compendium inuenire tentauit; nã ex methodo, & diffuse admodum propriis libris disseruit: ob id subdens ait.

libr. 6. ad Glau.

Cvm igitur & his materias inuenerimus, quibus in qualitate, & quantitate, & modo usus adhibitis euacuatio fit, in ipsa artis parte salubria inuenientur, atque eorum omnium inuentio traditur in eo uolumine, quod de arte curatiua inscribitur.

Inuentis igitur materiis, quibus morborum causis opitulemur, nõ solum his, quę superiusà Galeno recensentur, sed & aliis, quę breuitatis gratia subticentur, circa eas euacuationes tria esse contemplanda concludit, vt rectè in salubres transeant causas; neque plura sunt, neq; pauciora; licet Argenterius confuse admodum ea ad maiorem, & Haly interpres ob contextum deprauatum ad quaternarium numerũ redigant; etenim cum euacuatio relatiuum quoddam sit respectu nempè humorũ in corpore peccãtiũ, quot sunt ea, quę humores siue materiã quamcunque euacuãdã respiciũt, ita & tot erũt, quæ ad ipsammet euacuationem referentur; humores ãt euacuandi quoad tria potissimũ spectantur, eorũ qualitatẽ, quantitatẽ, & præparationẽ, ita & euacuationes in qualitate, quãtitate, & modo vsus cõuenientes esse dẽnt; quoad qualitatẽ quidẽ, nã peccat exẽpli gratia colericus humor, reubarbarum eligendũ est, quod sui substantia, ac proprietate uim hẽt, ut talẽ humorẽ educat; insuper decẽ libręhuius colerici, ac superflui humoris ĩ corpore superabundant, tanta etiam medicamenti quantitas est administranda, quæ tantum humoris euacuet; Verum cum humores superflui eua-

euacuari non possint, nisi viæ parentur, quemadmodum erat Hippocratis sententia, cum ait; corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere; propterea medicamenti exhibendi occasio expectanda, deligendaque est, quæ nil aliud est, quàm hora ipsius, vt inquit Haly, ne intempestiue humores imparatos euacuare cupientes opere, tandem frustremur, ac quod plus est, perturbantes, exagitantesque duntaxat in deterius corpus trahamus. At locus & ordo non semper ac per se à medico spectantur, sicut tria illa superiora; multotiens namque locum nō respicimus cū in summis partibus adsunt humores, aut per totū dispersi; sed quādocūque (vt infra declarat Gal.) humores in penitioribus locis siti sunt, ad quos quidē tollēdos, cū in trāsitu medicamenti vis deperdatur, vltra eam mensuram, secundum quam ex situ deperdi diiudicatum sit, id totum adiicimus: huic accedit, q̄ non tantum in causis, sed & in affectibus potissimum locum negligimus: ordinem quinetiam obseruandum negligit Gal. cū vna tantū egemus euacuatione: q̄ si multæ nobis moliendæ se offerunt euacuationes, medicamenti qualitas, quę ad humotum qualitatem respicit, ordinem hunc congruum, aut incongruum præfert, absque quòd alios scopos à Gal. placitis semotos statuamus; nam si prius molienda aluus est (dicat quæso Argenterius) quàm sanguis mittendus, quis aūt prius sanguinem mittat, nonne is in medicamenti vtique qualitate, ac vsus modo peccabit? non enim eo tempore tale medicamentum conueniens, sed alui prius mollities, quę per clisterē, aut leniens medicamentum fit; Et quoniam Gal. in vna tātum temperie, quę morbum habeat partim factum, & partim fientem declarauit, ne quis suspicetur in aliis intemperiebus id ipsum non reperiri, quod & longa oratione in vna prædixerat intemperie, subdens regulam quandam, ait.

2. Aphor. par. 9.

EADEM ratione in alijs tribus intemperaturis: si unum commune præceptū obseruabimus, & vt unam quamque prius, quæ efficit causam, rescindamus, deinde ita ad eam, quæ ab eadem causa facta est, ægritudinem accedamus, causarum salubrium inuentionem faciemus.

Vtpote frigida, humida, & sicca; eodem. n. modo ac via in harū curatione procedimus, vt cōtraria cōtrariis adhibeamus, causisque ipsarum obsistamus. Cæterum regula hæc licet in se vera sit, habet tamen nonnullas instantias ex Galeno decerptas, siquidem agens de ventriculi intemperiebus cum materiarum affluxu ait; sępe in ipso ventriculo situ cōtētus humor, qui cuiusq; itēperiei aut simplicis, aut cōpositæ effi-

7. metho. cap. 2.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 611 sur 753

©BIU Santé

ciẽdi naturã hẽt, intẽperiẽ ipsã creat; quãdoq; vero & in ipsas vẽtricu li tunicas imbibitus, atq; impactus est: primus quidẽ affectus si in solo adest vẽtriculo, per vomitũ euacuato humore statim & ipse affectus cõ quiescit; sin aliũde cõfluat, quẽadmodũ & ex capite ad oculos, curata ea parte, quæ trãsmittit, nil medelæ affectui primario iniũgimus, sed solũ eius firmitati prospicimus: itẽ obstructionẽ humoris, quã morbũ fientẽ esse nonnulli pro confesso statuunt, auferimus, qua ablata multotiens cessat morbus: Non igitur vniuersalis est regula, quòd semper post fiẽs ad factum curandum condescendamus, vt hoc loco aperte profert Galen. Quòd autem & contrario modo fiat, vt primum ad factum, mox ad fiens curandum accedamus declarat idem; postquam enim dixerat tres in febribus ex putredine agendorum indicationes oriri; vnam quidem à febre ipsa, alteram autem ab effectrice eius causa, & tertiam ab ipsis vi
1. metho. à princ. ribus, concludens subdit: Erit igitur rursus hic quoque eadem tibi cõ sideratio, quę paulò supra, vt cum viribus tum febrem, tum causam inuicem conferas, mox si eadem ambo remedia requirent, ea prompte exequaris; sin indicationes pugnantes sunt, vnam præferas, vel quę à viribus sumitur, vel quæ à causa, vel quę à febre, ac quæ cęteris sit valentior, hanc magis sequaris: quod quidem & ratione roboratur; sit enim quis qui in ventris inferioris parte vulnus habeat, ex quo procidant intestina, vulnus quidem intestinorum procidentiæ causa est, attamẽ nos prius eorum procidentię, quàm vulneri obuiamus: quod etiam minime fieri posset; non igitur ad fiens semper primo respicimus, mox ad ipsum factum, vt ex hac vniuersali regula Gal consentire videtur: Quocirca ne scrupus aliquis in lectoris animo, hæc omnia enodãda esse putaui: non est autem dicendum, vt quidam censerunt, præceptum hoc apertum non esse, atque vniuersale, siquidem vt ipse in procœmio admonuit compendiariam hoc libro tradit doctrinam, quę omnium medicinalium rerum capita sunt; at determinationes non solum facti, fientisque morbi, sed & aliorum, quæ ex propriis libris petenda sunt; quandoquidem Gale. in contex. commune hoc esse præceptum existimat, & tametsi compendio vtatur, non tamen quin commune sit, tollitur: Dico igitur, quòd regula hęc quantum in se est, veritatẽ continet, variatur autẽ, quoniã aut quod facti rationẽ habet, nõdũ factũ est, aut quod fiens est, multotiẽs ab ignaris medicis pro facto desumitur, aut quod factũ est nõnunquã causę sine qua nõ, aut vrgẽtis vim obtinet, aut quod diuersi
7. met. 11. sunt morbi facti, quorũ alter alteri causa censetur: In primo quidẽ casu se habet id, quod à Gale. 7. methodi scriptũ est; etenim si humor in ipso vẽtriculo cõtẽtus, quisquis is sit, intẽperiẽ creat, nõdũ morbus cõfectus est;

est; ob id semota causa morbus ille in fieri adhuc cessat, qui etsi habitū quēdā imbecillū fuerit adeptus; vt factus ac morbus dicitur quoniā in remotione causæ ipse quoq; necessario tollitur; propterea vt soli eius firmitati prospiciamus, indigemus, q̄ & ipsa curatio quodāmodo nūcupari potest: in secūdo autē casu est humoris obstructio, nā cum obstructio fit humor ad meatum defluit, cum autē facta est obstructio, cessat & fluxio: si ergò auferatur humor obstruens non fienti obstamus, sed facto, fienti autem auxilium præstamus, dum ei antequam affluxus cesset, medellam præstamus. In tertio vero casu est Galen. placitum 11. methodi, nam si rectam curam perpendamus in his morbis, quę causam habent, à cau- 10. meth. c. à princip.
sis semper inchoanda curatio est; hoc quidem seruato ordine, vt omnes ad vltimam vsque per resolutionem indagentur, & ab his indicationes desumantur; demum ex his, quæ posterior est, in curatione prius perficiatur, dehinc & earum quæq; oppositō resolutionis ordine, quousq; ad morbi primam indicationem accedamus; etenim quemadmodū ædificator haud recte domū astruit, ni fundamēta prius, parietes, ac postremo tegumen conficiat, contrario modo quàm in mēte resolutione cōprehenderat; ita & medicus in curando ægro exempli gratia ex putrescētibus humoribus febriente, primū quidē febris naturā contēplatur, mox inquit eam ex humoribus putrescētibus hortum habere, quorum quidē portio putrescit, altera verò ad putredinem parata est, rursus putredinem hāc ex vaporum prohibita trāspiratione, euērationeq; gigni, qui retēti cum antea euacuari sint assueti, instar externi calidi ambientis humorum, seu cuiusque alterius calorem naturalem restinguūt, demum prohibitā trāspirationē, quæ variis ex occasionibus fieri solet, nēpè cutis densitate, constrictione, humorum abundantia, crassitie, ac lentore, & consimilibus; ex humorum quippe abūdantia enasci certò habet: quibus ita ab eo discursis ab hac posterius repta causa sunę operationis initiū desumit, demum contrario resolutionis ordine quousq; ad morbū deueniat, quē postmodū curare contēdit: Verū ab hoc ordine duo præcipue nos auertūt, quando aut horū aliquod, aut quid symptoma excedens, aut alius morbus superueniens vrgentis causæ rationē subeūt, aut causę sine qua non; si enim in casu prędicto febris adesset intensissima, quæ virtutem prosterneret, ab ea vtique coacte inchoandum foret, & frigida & humida statim ægroranti administranda; non quidem secundum rectam curandi rationem, sed quoniam cessante virtute ac vita frustra remediū ei adhiberemus: atque hoc erat illud quod dicebat Ga- 10. met. cō.
len cum tres illas agendorum indicationes constituisset; obseruatur itidem, dum morbus, aut causa quæpiam adest, quę rationem obtineat

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 613 sur 753

©BIU Santé

ſine qua non; huic etenim peruerſo ordine hic à Gal. inſtituto, attendimus, reliquis non ex toto neglectis; ſit enim in vlcere cauitas, & ſordes, quæ ordine quodam ſunt admouendę, vtpote ſordes prius re liquorum cauſa, cauitas ſecundo, ac poſtremò vlcus; aduenial autem phlegmon, ſeu mala quæpiam intemperies, priori mutato ordine ad phlegmonem, ſiue malam intemperiem tollendam, ſine cuius ablatione neque cæteræ cauſæ tolluntur, accingimur: ſic & in quarto caſu, in quo contra Gal. obijciebatur, dicimus vulnus in hypocondriis inteſtinorum procidentiæ cauſam eſſe, non tamen curationis, ſed eò trario procidentiam illam ſine qua non cauſę vim obtinere, ita vt duo fermè morbi diuerſi videantur, ex quibus unus quidem in curatione præcedit, abſque quo alter minime curari poſſit. Quòd autem de ſimplicibus intemperaturis dictum eſt, idem obſeruandum in compoſitis ſcribit.

SECVNDVM *vero compoſitas intemperaturas ex ſimplicibus cõpoſitio commoſtrabit ſalubria præcepta, cum hic quoque ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniens inuenire remedium: veluti ſi contigerit, quòd in decem numeris ad caliditatem maiorem ea, quæ naturæ conueniat, decidat corpus, ſeptem verò ad ſiccitatem maiorem, tunc ſalubrem cauſam in huiuſcemodi affectibus eſſe oportebit, decem quidem numeris frigidiorem, ſeptem verò humidiorem.*

Per numerum Gal. hoc loco gradum non recipit, ſed genericam quandam menſuram, qua omnes qualitates in mixtis æque librari queunt; poſſumus etiam intelligere gradus manſionem, ut & Haly exponit, nam cum res ad quartum vſque gradum attingant, gradus autem cuiuſque manſiones tres ſint, erunt itaque cuiuſque intemperiei numeri duodecim. Placuit autem Galeno numerorum vocabulo rem ipſam exprimere, vt nos aperte doceat, quonam pactò per contraria præciſe morbis eſt obſiſtendum. Cæterum qui febrem morbum eſſe calidum in facto eſſe tantum autumãt, ex hoc loco, ut eorum ſententiam corroborent, fundamentum fortè ſumerent; etenim ſi ſuperius de calida tantum intemperie loquutus eſt, exemploque febris oſtendidit, quò ipſi, eiusque cauſis medelam præſtemus, poſtmodum autem & de reliquis egit intemperiebus vtpote frigida, humida, & ſicca, ac poſtremò de compoſitis calida nimirum & ſicca, frigida & ſicca, calida & humida, & frigida & ſicca, nonne (dicent hi) clariſſimum eſt ſignum febrem à Gal. inter calidas tantum in facto eſſe intemperies collocari?

Vtru

Verum aliàs eorum diluimus ſententiam, Galenoque aduerſiſſimam eſſe demonſtrauimus, atque potiſſimum ex com. illo, vbi ait; Febris uero ortus natiui caloris ad igneum eſt conuerſio, & paulo poſt, ſi igitur contraria contrariorum remedia exiſtant, ſanè febris peculiare remedium, vt uirtute tum refrigerante, tum humectante ſit oportet; id namque febris naturæ, quę calida & ſicca eſt, contrarium erit, talis ſiquidem naturę eſt ignis: Neque poſſunt hi gloſſare, quòd dicat calidam quidem eſſe in facto eſſe intemperiem, ſiccam vero in fieri: cuius quidem non eſt curatio, ſed præſeruatio, quandoquidem ignis nõ foret, aut ignis eſſet in fieri; quod quidem dicere ualde abſonum eſt: inſuper Gal. poſtquam dixit, quòd intemperies illa, quæ in totum diffuſa eſt corpus, febris nominatur, ideoque omnis febris, qua febris eſt, humectatio, refrigeratioque remedia ſunt: quę ſanè uerba (ſiquid aliud non adderet Gal.) aperte ſatis eius mentem oſtenderent, ſubdit clarius; ac ſi ſola ſit, hoc eſt ſine cauſa præſeruatiua, ac quatenus febris contempletur ad refrigerandum, humectandumque omne medẽtis conſilium, veluti ad finem dirigitur, ita vt nihil præterea ad curationẽ deſideretur, niſi ut materiæ inueniantur, quæ quidem huic propoſito idoneæ ſint; & loquens de pugnantibus indicationibus quid nam hoc caſu agendum ſit, inter cætera hoc inquit; ac ſi pares quidem uideantur, neque febris indicatio præferetur ſic, ut humectandum, refrigerandumque ſit; non igitur plures à febre ſunt indicationes, ut hęc quidem in facto eſſe curationis ſit, alia uero in fieri præſeruationis, ut illi arbitrantur, ſed una duntaxat coniuncta, quemadmodum in ea noſtra apologia diffuſius declaratum eſt; præſenti uero loco ſat nobis erit, ſi quæ præſentis capitis dicta eorum opinioni fauere uidentur, nihil eis prodeſſe oſtendamus: poſſem, ſi vellem, breuibus me explicare, ſi dicerem exempla non tradi, ut ita præciſe ſint, ſed ut rem ipſam duntaxat aperiant: quod quidem exemplo febris fecit Gal. dum de intemperie ageret calida: Verum clarius ac uerius dicamus Gal. non tradere exemplũ cum de ſola intemperie uerba facit; ſed cum de morbo facto, ac fiente loquitur, qui quidem ſermo uniuerſalis ad omnes intemperies eſſe poteſt; febris autem putridæ dedit exemplum, quippe quæ manifeſtus eſt morbus, ac ab omnibus fermè notus; quod quidem nõ alijs accidit morbis, quòd autem per quandam interpoſitionem dum de morbo facto, & fiente obloqueretur, de quocunque morbo intelligat, id quidem manifeſtum eſſe poteſt, ſi eius uerba legantur, cum ait. At manifeſtum eſt, quod ſecundum potentiã, non autem imaginationem, & calefaciens, & refrigerans, & quæcunq; alia iſtiuſmodi oportet

1. de rat. uic. I acut. 18.

8. meth. 14

8. metho. ad calcẽ.

©BIU Santé

tet assumere: quo quidem proposito semper de egritudine facta, atque fiente in vniuersum disserit, exemploque ex putrescentibus humoribus in febre quomodo causis remedia adhibenda sint, declarat: Non igitur quod ipsi pro se trahere possent, uerum est, ut ex nostra interpretatione luce clarius apparet. Verum quod supereſt, ex contextu præsentis capiris prosequamur, subdit enim concludens.

Si igitur ipsi particulæ patienti admoueatur tale remedium, tanto erit frigidius, atque humidius, quantum exigit partis affectæ indicatio. Quòd si particula affecta in penitioribus locis sita sit, machinari oportet insuper tale inuenire salubre remedium, cuius uis nequaquam in itinere antea soluatur: si itaque calidius esse oportuerit eo quod est moderatum, non solum tantam habeat caliditatem, quantam exigit morbus, sed vltra eandem mensuram tantum adijciatur, quantum ex situ, vt pertingere possit ad locum patientem, sit necessarium.

Tres quidem priores in quocunque morbo scopos, at situm, seu locum non semper spectari diximus, quod quidē hic clare demonstrat; cum enim pars affecta in penitioribus locis sita est, in transitu quidē remedium imbecillum efficitur, ut cum ad locum ipsum demum peruenit, non eo pactò operetur, quemadmodum si alijs similis in partibus affectus reperiretur: ob id tantum id excedere debet, quantum in itinere deperdi machinati erimus. Quòd quidem num uerum sit, manifesta apparet instantia, etenim sit affecta pars, renes nempè ipsæ ad frigidum ordine secundo, hæc utique pars medicamento indiget iuxta eundem ordinem calido, & quid ultra tantum, quantum in transitu deperdetur: uerum cum medicamentum id hepar immodice calidum pertrāseat, ei potius calor adaugebitur, quàm diminuetur, quod tamen secus à Galeno fuerat expositum. Dico ego, quòd casus hic rarò admittitur, quòd si in quēpiam talem medicus incidat, id utique perpendat, & sicut adauget gradum, ita aut imminuat, aut eundē præcise constituat; Gal. autem quod ut in pluribus euenit, animaduertit; uerisimile namque est, ut per partes moderatas transeat, aut saltim nō ualde à moderato excedentes, cum sanæ sint: non est autem de medicamento extimescendum, quod in similis quibusdam partibus operationem suam promit, ut exempli gratia de aloe, quod uentriculo auxilium prestare debet, ac aliis istiusmodi; & quemadmodum in calidis dictum est, ita & in aliis dicendum uidetur, hoc tamen seruato non in

frigidio-

frigidioribus tantum, ſed & in alijs intemperiebus; ne craſſioris ſint ſubſtantię, ſed tenuioris ob eam, quam ſubdit in contextu rationem.

Si vero frigidius non ſimpliciter tantum, frigiditatem oportet augere, ſed & materia quoque prius animaduertenda. Si enim craſſa ſit, non admodum poterit ad profunda penetrare: at potius contrarium præſtabit effectum, ſpiſſando ſuperficiem, atq; denſando; at ſi tenuioribus partibus conſtet, poterit ſanè plurimum ſubire profundum: idem in humectantibus, atque exiccatibus accidit, in quibus craſſitudo, atque ſubtilitas partium ſubſtantiæ eſt inſpicienda.

Admonet autem in frigidis potiſſimum medicamentis, quoniã hęc vt in pluribus (niſi animaduertamus) craſſæ ſubſtantiæ eſſe ſolent: quod quidem non tam frequenter calidis euenit, ſiquidem calidi proprium eſt attenuare, ſicuti frigidi incraſſare: veruntamen ſicut frigida complura craſſarum ſunt partium, ita & calida nonnulla; vt gingiber quidem, cuius ſubſtantia licet ſit calida, craſſarum tamen eſt partium: & ob id non ita facile intimas partes penetrare poteſt, ſicut caſtoreum, & euphorbium, vt alterum quidem citiſſime vteri affectibus opituletur, alterum vero ad neruos ipſos celerrime perueniat; quemadmodum de his, & alijs omnibus medicamentis abunde Gal. demonſtrauit. Quocirca valde approbandos eſſe illos cenſeo, qui arte chymica, ſeu per ſublimationem partes ſubtiliores à craſſioribus abſtrahunt: hoc enim pacto, ſi quæ ſunt craſſę partes in medicamentis abijciuntur, quæ vero tenuiores ſunt, ęgrotantibus offeruntur, vt tandem non ſolum ſui tenuitate ad locos affectos penetrent, verum & ibidem per omnes affecti loci partes diffundantur. Veruntamen eorum non probo abſtrahendi modum, qui plumbeo illo vaſe hanc moliuntur ſublimationem, ſiquidem mala quędam ipſius plumbi in medicamentum qualitas imprimitur, quæ quidem corporibus mirum in modum nocere ſolet: ſed mihi magis placet modus ille, iuxta quem aut per vas vitreum collatorium in alterum recipiens vitreum liquores excipiuntur, aut in duplici vaſe, quod balneum mariæ nuncupatur, ſublimatio ipſa perficitur. Verum hęc nobis ſat ſint, vt ad eorum, quæ ab ipſo Galeno hoc loco dicuntur, intelligentiam conferunt, in aliud uero commodius tempus hæc omnia adamuſſim (ſi Deo placuerit) diſcutere proponimus.

10. ad ſimp. med.

A ſitu quidem loci, vt nuper diximus, inuenit indicatio ſalubre reme-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 617 sur 753

©BIU Santé

remedium, à formatione vero & ſitu ſimul, quando effluxus ſen ſibiles, atque ad alium locum foraminibus patentes habuerint, aut his omnino caruerint: quos enim effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atque ad illas impellemus, quæ nullum habent principatum.

Hæc etenim à loci ſitu indicatio non per ſe primò, vt & reliquę tres priores, ſed ſecũdariò remedium ſalubre inuenit, prout ipſum in qualitate quantitate, tenuique ſubſtantia adaugemus, vt ſupra declaratum eſt: pariter & quę à formatione, & ſitu ſimul prouenit indicatio, nam cum loci ſitus penès totius corporis ſumitatem, aut altitudinem attendatur, quando locus aut magis, aut minus ab ore, ſeu ab eo loco, cui remedium apponitur, diſtat; formatio vero penes vias ac meatus, quædam enim partes plures obtinent vias, atque meatus, aliæ verò paucio res, atque aliæ nullum prope modum; ſi igitur & loci ſitum; & eiuſdẽ conformationem retinuerimus, ſciemus vtique eligere remedium id, quod non ſolum fluxus auertat; verum & ad alias partes impellat; ſit enim iecur affectum, quod membrum eſt præcipuum, ad quod confluunt humores, qui ſui copia, ac feruore illi phlegmonem facile indu cent, remedium paramus, quod ratione ſitus, conformationiſque ſimul materias haſce à membro illo præcipuo auertat, & ad partes minus nobiles; neque vllum principatum obtinentes impellat; quale eſt per hæmorrhoidas cucurbitularum, ſanguiſugarumq; vi attractio; aut medicamentum quippiam, quod ad inguina, vt propria emunctoria materias impellat; aut ſanguinis miſſio, quæ per venam fit iecorariam; aut quod tale, quod & ſitum & conformationem partium reſpiciat; nam ſi meatus aut foramina non paterent, talis vtique attractus ad eam partem, ad quam materias attrahere cupimus, minime fieri poſſet. Quod vero poſtremo adijcit.

Illvd vero manifeſtum, quòd earum, quæ intemperaturam efficiunt cauſarum curatio fit per euacuationem, nam ipſæ intemperaturæ ſola alteratione ſanantur.

Argenterius non vniuerſaliter, ſed particulariter intelligendum eſſe cenſet, eſt enim alia cauſa prẽter humorem, qui euacuari expoſtulat; animi namque affectus intemperiem committunt, ipſam perſeuerãdo fouent, atque adaugent, euacuatione tamen non tolluntur, conſtipatio inſuper cutis febres diarias, & ſynochas abſq; putredine parit, quę rareſactione, non autem euacuatione remouetur: adhæc accenditur calor

calor ob craſſorum, viſcidorumve obſtructionem huic affectui incidẽ tibus, & attenuãtibus ſuccurrimus nulla facta humorum vacuatione. Verum partiatim (inquit ipſe) intelligenda eſt Galeni ſententia, quando ſcilicet intemperies ab humoribus enaſcuntur, quorum euacuatio ad tollendam intemperiem requiritur, quales ſunt humores putridi, aut abſque putredine, ſed concalefacti plurimum, atque vehementer adaucti, qui ſola alteratione emendari nequeunt. Nos autem cum Haly interprete vniuerſale eſſe Galeni dictum arbitrantes cauſam quamque euacuatione quapiam, ſiue inſenſibili, ſiue ſenſui manifeſta ſanari dicimus; nam prẽter quòd huius loci verba clara ſunt, ſuperius quoque id ipſum aperuit, dum dixit. Indicatio eſt euacuatio, atque alteratio, non autem diſiunctiue, vt Argenterius interpretatur. Neque valent eius debiles rationes, nam etſi animi affectus non euacuantur, humores tamen, qui ex his proueniunt, euacuationem exoptant; non enim animi affectus morbum aliquem ex ſe producunt, niſi prius humores in corpore exiſtentes conturbent, exagitent, ac denique vitiẽt, qui & alteratione, & euacuatione indigent, niſi ad benignum vertantur; quo quidem caſu eorum quẽdam portio per inſenſibilem ſaltim diffiatum euacuatur: conſtipatio quinetiam cutis licet rarefactione ſanetur, quod tamen prius detentum erat, ęgrumque corpus reddat, euacuatur: pariter craſſi humores licet attenuatione patentes meatus efficiant, veruntamen non ſolum quod ibidem detinebatur, vacuatur, ſed & in attenuatione portio quæpiam illius, quod viſcidum ac craſſum erat per inſenſibilem ipſam tranſpirationem protruditur. Quo fit, vt luce cuipiam clarius eſſe poſſit vanam eſſe ipſius ſententiam, atque Galen. placitis aduerſari, noſtram vero ipſius verbis vel maxime conſentire. Sed hæc de cauſis ſalubribus, quæ intemperiei cuicunque ſiue ſolæ, ſiue à cauſis pendenti opitulantur, ſat dicta ſint; huic autem de cauſis ſalubribus, ſeu auxilijs, quibus ſolutæ vnitati ſanitatem præſtamus, tractationem adnectit, inquiens.

Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa. Cap. 90.

CONTINVITATIS *autem ſolutionis curatio intentionem quidem habet vnionem, quæ in partibus quidem inſtrumentarijs impoßibilis eſt, in ſimilaribus vero non ſemper poßibilis: at*

quan-

©BIU Santé

quandoque ſicut in carnoſis ſanitas conglutinatione perficitur, nihil vero differt, neque ſi cohalitum appellaueris.

ARGENTERIVS quippe qui huius ordinis rationē non percepit, Galen. quodammodo carpere videtur, nam ſi de cauſis ſanitatem conſeruantibus agens prius de ſimplicium intemperiebus, mox de organicarum compoſitione, ac poſtremò de vtrorumq; vnitate diſſeruit; eodem quoque ordine dum de cauſis ſanitatē efficientibus agit, procedere debebat, atque potiſſimum cum hic neceſſarius ordo ſit; ſi etenim morbi ob ſolutionem continui vtriſque ſimplicibus, atque organicis communes ſunt, prius quidem de prioribus duobus ſeiunctim agendum erat; ac poſtremò de his, quæ vtriſque erant communes, quemadmodum libro de differentijs morborum eſt aſſequutus. Nonnulli vero ordinis huius rationem quandam innuere volentes dixere hoc iure factum eſſe à Galeno, quoniam ſicut ſimilaria membra antecedunt organica, ita morbi ex intemperamento organicos, membra namque organica formam, & rationem propriam à ſimilaribus deſumunt, verum media cum intercidat ſolutio, cum vtriſque communis affectio ſit, ob id etiam medium in tractatione obtinet locum. Verum hæc ratio nulla prorſus eſt, neque quod ordini oppugnet Argenterius, vllo pactò reſpondet, ac quomodo ſolutio media ſit inter intemperiem ac compoſitionem non video, tametſi ſimilaria & organica ſolutæ vnitatis morbo participent. Nos igitur Galeni mentem intimius ſcrutantes rectè ab eo hunc ordinem ſeruatum dicimus, nam ſicut in intemperierum morbis natura potiſſimum vim ſuam adminiſtrat alterando, & concoquendo, demum & medicus ei opitulatur, ſic & in morbis ex ſoluta vnitate, vt paulò poſt explicabimus, natura ipſa primum eſt efficiēs, mox & ipſe medicus; non ſic aūt ſe habet in morbis ſecundū compoſitionē; tales namque morbi vt plurimum medici ope (nullo naturę adminiculo tolluntur; quòd ſi natura eis auxiliatur, id quidem ſecundario) ac poſt medici operationem demolitur; etenim de morbis in figura loquens Gal. inquit, poſſibile eſt plurimum partium figuram emendare, & paulò poſt, ad contrarium euerſionis adducendo; ſi vero fractione aliqua non rectè conformata alicuius membri figura fuerit vitiata, cui ſubſtantia calloſa innaſci præuenerit, ſiquidem hæc adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rurſus rectè afformare, deinde callum ſuperinducere: quod itidem fit in alijs morbis ſecundum compoſitionem: Quocirca ob curationis ſimili-

BIU Santé

similitudinem, ac præcipuam causam salubrem, in qua & morbi ex intemperie, & illi ex soluta vnitate conueniunt, iure Gale. tractationi de causis salubribus intemperierum hanc, quæ solutioni vnitatis deseruiant, adnectit: neque valet, quòd supra contrario processit modo, dum de causis sanitatem conseruantibus ageret, soluta namque vnitas in parte conseruatiua minimam conseruationis partim occupat, quinimmo valde dubium erat num parti illi subiecta foret; quemadmodum scripsit Galen. vnde nec illi causam aliquam conseruantem, vt hoc loco, constituit: Quòd si libro de differentiis morborum alium seruat ordinem, non hunc habet, vt hic respectum, sed alterum nimirum, vt à simplicibus ad composita magis progrediatur. Cum igitur soluta vnitas dupliciter consideretur, vno quidem modo penès morbum, alio vero penes ipsius membri affecti naturam, duo ex his scopi oriuntur, ex parte quidem morbi vnio membri diuisi; præcipit namque scopus isce, vt si membrum diuisum est, id vtique vniatur, contrarium namque per suum contrarium aufertur; ex parte vero membri affecti naturæ, num priori illi vniuersali scopo, & quibus satisfacere possimus; propterea neglecto primo scopo, ad secundum Galen. accedit, atque non sine ratione; nam vt ipsius erat sententia indicationes, quæ à morbis sumuntur, principia tantum sunt, ac (vt ita dicam) carceres, vnde medendi ratio enascitur, nullo adhuc apparente medicæ artis vestigio; quod vtique commune est etiam plebeis omnibus, quis enim nescit febrem esse tollendã, carnẽ diuisam vniendam, ac os luxatum in propriũ locum reponendum? sed quibus hęc rationibus fiant, & qualibus, & num id pręstari possit, vulgares id planè nesciunt; quod tamen medico artis perito notissimum est; nam quemadmodum si nauis quæpiam ædificanda sit, scimus profectò nos omnes etiam, qui nauium structores non sumus, quòd in ea & puppis & prora, & gubernacula poni debent; ignoramus tamen, quem admodum ipsa struantur, & quò nam pactò; sic & quisque morbum sustulendum noscit, sed quibus id rebus perficiat, & quomodo, ignorat, quod quidem ad artem vel maxime spectat. In curatione igitur solutæ vnitatis suppositra vulgari indicatione nempè partem diuisam vniendam esse, quibus nam & qualibus perficiatur ab affectæ partis essentia, atque natura perscrutãdum est. Vt autem hoc cum Galeno assequi possimus, tria nobis sunt contemplãda, primò quidẽ quæ nam ,ppriè partes cõtinuę sint, secundo an cum diuisæ sunt, vniri possint, hoc enim valde ambiguum videtur, cum natura sola sit, quæ vnionem efficiat: postremò quæ requirantur, dum partes vnire, aut aliquid simile molliri

? me. me.. à princi.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 621 sur 753

©BIU Santé

tentamus. Quoad primum quidem ſpectat, cum ex Ariſt. ſententia libris de phyſico auditu continua ſint illa, quorũ extrema vnum ſunt, exempli gratia linea continua eſt, & vna, quoniam eius extremitates duo ſunt puncta, quæ totam ipſam continuam reddunt; ſicut cõtigua ſunt, quorũ termini ſimul exiſtunt; cum enim pomorum aceruus adeſt, pomi vnius terminus cum altero alterius pomi termino ſimul eſt, atque ambo ſeſe contangunt: corporis quidem noſtri tum ſimplices, tum organicę & continuæ, & contiguæ erunt, vena namque & arteria continuæ ſunt, tametſi per vniuerſum corpus diffundantur; propterea ꝙ eorum extrema vnum ſunt, ex quibus & vena, & arteria continuæ, & vnum eſſe dicuntur: ſi vero ambo adinuicẽ comparentur, contigua ſunt, quandoquidem tunicæ venæ termino alterum arteriæ terminum contangente vtraque ſimul exiſtit: partes quinetiam organicæ vtpote manus cum toto continua eſt, quoniam ipſius partes, atque totius termini vnum ſunt: hepar verò, ac burſa fellea contigua, ſiquidem vtriuſque termini ſimul ſeſe contingunt. Qua quidem in re valde allucinari Argenterium arbitror, qui organici vnionem non tribuit, ſed ſimplicibus, vniuntur. n cum aliis organis non quidem per ſe (inquit ille) ſed per accidens ob ſimilarium partium vnionem, ex quibus organa conſtant: verum hæc ipſius ratio fallax eſt, vniuntur namque organicæ partes, vt ędant actiones, cum aliis organis nõ rõne quidem ſimpliciũ, ſed vt cõtinuæ ex pluribus ſimplicibus cõtiguis cõſtitutæ, licet primariò ex eis conficiãtur, non. n. in operationibus cõtinuitatẽ ſimplicium partiũ, ſed organicarũ ad vniuerſum corpus ſpectamus, at in totius corporis fabrica primas ſimplicibus partes tribuimus, ex quibus totũ vnũ eſt, vtpote ex pluribus cõtinuis inter ſe tamẽ cõtãgentibus conflatũ. proinde hãc ipſius ſubtilitatẽ mittamus pro conſtãti aſſerentes, cõtinuitatẽ nõ ſolum ſimplicibus, ſed & organicis primũ ac per ſe deberi, iuxta tamẽ diuerſum contẽplandi modũ, idq; & Galeno, & veritati mirũ in modũ conſentire. Vt aũt ſecundo propoſito ſatisfaciamus, inquit Gal. præſenti contextu, ꝙ quę in partibus quidẽ inſtrumẽtariis diuiſio facta eſt, curationẽ non admittit, quæ verò in ſimilaribus nõ ſemper ſanari põt, at qñque ſicut in carnoſis ſanitas conglutinatione perficitur; etenim artifex cũ quippiã (vt dictũ eſt) moliri tentat, primũ qui dẽ nũ fieri id poſſit, ſcrutatur, demũ & quibus, dũ id prius aſſequi poſſe fuerit ſuppoſitũ; ita & in præſenti caſu medicus agere dẽt, primum quidẽ quæ vnio ſit, ſuppoſito num partes omnes vniri queant, ſcrutatur, mox hoc habito, ꝙ id aſſequi poſſit, quibus perficiat, aggreditur. Supponamus itaq; unionẽ eſſe coniunctionẽ eorũ, quę diſſoluta ſunt

ad

BIU Santé

ad terminum vnum communem recte & conuenienter à natura & me dico ei auxiliante factam: quam quidem diffinitionem vti rectè tradi tam aperte satis ostendimus, nam in primis eius tãquam genus posui mus non solum ea, quæ continua sunt, sed & contigua complectens; separantur etenim non solum continua adinuicem, sed & contigua, quorum termini simul sunt, mutuoque se contangunt, quæ ambo se iuncta coire, atque coniungi possunt, contigua tamen non eo modo, vt continua coeunt: ob id ea adiecimus verba, ad vnum communẽ terminum, tanquam ipsorum propriam differẽtiam; mox subiecimus rectè ac conuenienter à natura, & medico eius ministro factã, vt causam efficientem, quam quidem periculum nonnulli negligenter prætermittunt, sicut alias superflue, ac perperàm adiungunt, vt aperte satis ostendetur; etenim cum partes in multiplici sint differentia, sicut pluries edocuit Gal. quæ humidę quidem, mollesque sunt, habiles censentur, vt in vnum coeant, quę verò & frigidiores & sicciores minime coire queunt: vt in externis videri licet, lapis. n. cum lapide minime coit, siquidem natura est, quę opus hoc efficit; non potest aũt vnionem hanc in omnibus efficere duplici sanè ex causa, tum seminis inopia, tum etiam ipsius propria imbecillitate; partes. n. simplices, ex quibus organa conflata sunt, vt plurimum ex semine generationis principium habuerunt; quas quidem natura in sui productione & continuas & contiguas reddidit, prout cuiusque naturalis substantia exigebat, hæ quidem temporis spatio siccescunt, & exangues fiunt, nutriunturque ex alimento spermatico, ex quo & genitæ sunt; quod quidem alterant, & in sui substantiam conuertunt, ac sibi assimilant; verũ nutrimentum hoc temporis spatio imminuitur, cum reliqua omnia in corpore, quę à generationis principio calida erant, imminuuntur: ꝙ si contingat, vt quępiam ex his partibus diuidatur, vnionemque amittat, reparari, & in vnum coire minimè potest, non enim seminale illud alimentum per hoc opere perficiendo satis est; quod quidem etsi sufficeret, à partibus reliquis, quę eo nutriri exoptant, attrahitur, atque ita opus imperfectum relinquitur: huic accedit secunda causa, facultatis nimirum altricis imbecillitas; quę illis adest, vtpote neruis, ossibus, venis, arteriis & istiusmodi; exangues. n. ac frigidę particulę sunt; ob quam quidem imbecillitatem virtus altrix in materiam agere tam cito non potest, vt partes ipsas, quẽadmodũ prius erant, coalescat, ac uniat. Porrò quę molles & sanguine plurimo abundant, cũ & alimẽtũ adsit copiosum, quod ab aliis partibus non attrahitur, sed ibidẽ compactus à natura ẽt partiũ illarũ satis robusta concoquatur,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 623 sur 753

©BIU Santé

quatur, & in partium ſubſtantiam vertatur, hæ vtique ſimul cóire, & id, quod prius amiſerant, adipiſci poterunt: ſanguine namque vnita ſunt, & ſanguinei nutrimenti beneficio diſiunctæ vniuntur, quę quidem vnio nullo alio hęterogeneo concurrente, ſed eiuſdem generis ſubſtantia efficitur, aqua enim ab aqua diuulſa ipſomet propria ſubſtantia vnitur: inter partes autem, quæ vniuntur, ſola muſculoſa caro hoc potiſſimum obtinet priuilegium, dummodo duo illa ad vnionem neceſſaria præſtò ſint: ſi enim ſanguinis inopia, & altricis imbecillitas forent, duo procul & ipſa coire non poſſet; propterea Galen. inquit; In carnoſis quandoque ſanitas conglutinatione perficitur, quam quidē vt coalitum appelles, nihil vetat Galen. & licet non præciſe vt prior vnio ſit; prior enim carnis vnio à principio generationis contracta fuit; hæc autem rubeum tantum illud inter fibras, ac neruos contextum ratione ſanguineæ molis ab initio illo parum admodum euariat; nihilominus quoad fibras, ac neruos illos paruulos omnino reſarciri non poteſt, ſed quo ad carnoſas partes vnitam eſſe dicimus: ab hac autem deficiunt & reliquæ aliæ partes, eoque magis, cum & magis frigidæ, duræque conſpiciuntur. vnde Galen. in pueris & mulieribus propter corporum humiditatem, molliciemque arteriam quandoque conglutinari aſſerit: quemadmodum & ſuperius ex eius ſententia lib. de ſemi. dum de peccato in numero ageremus, à nobis dictum eſt: narrabatque cuiuſdam hiſtoriam, qui ab eo ſanatus eſt ex arteriæ inciſione, quam medicus quidam inuenis, & operum artis parum peritus illi iniunxerat, conglutinata nimirum inciſione, cuius quidem rationem aſſignabat, quoniam arteriæ natura difficultatem quidem durioris tunicæ, ſeu conglutinandæ prorſus indicat, non tamen eam, quę euinci omnino nequeat; neque enim ita eſt ſicca, duraque, vt os, vel cartilago, immo longè his mollior, ac magis carnoſa: oſſa igitur, nerui, & ſimilia non uere uniuntur, neque coalęſcunt, ſed per aliquod medium hęterogeneum potius adalliguntur, atque adinuicem coniunguntur, quod latine callus, græce porus ſarcoides nominatur, qui quidem ex alimento paulo craſſiore fit, quàm is, exquo prius genita ſunt: iuxta quem intellectum ſcripſit Hippocrat. cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coaleſcit: Galen. in commen. hunc explicans aphoriſmum, ait, q neque augetur, hoc eſt aliqua generatur ſubſtantia, qualis eſt abſciſſa, ſicut in canis ulceribus caro germinare uidetur, neque coaleſcit, quando

5. method. medic. c. 7.

5. Aphor. par. 19.

quando diſciſſi corporis labra agglutinantur: quæ quidem res licet apud nonnullos dubia ſit, attamen, inquit Gal. ſi quis viua aut mortua oſſa inſpiciat, manifeſtè videbit à callo quodam veluti vinculo circumſcripto partes oſſium diſciſſas eſſe conſtrictas; quas ſi abraſerit, fracturæ profundum conſpicient glutinatum: ꝙ ſi partes ſimplices vniri nequeunt, quid dicendum de partibus organicis? quorum (inquit Gal. hoc loco) vnio impoſſibilis eſt: atque cum organū bifariam diuidatur aut. n. ipſum penitus abſcinditur, & à corpore ſeperatur, aut (vt alibi voluit Gal.) ea maxime parte, qua corpore genere diuerſa committuntur, & coaleſcunt, quæ diuulſio eorum efficitur, quā ἔντερον nuncupat; exempli gratia inteſtinis accidit apoſpaſma illud, quod latini ramex, ſeu hernia nominatur, tum ipſa videlicet inteſtina ob membranam; quæ ὄσχεον dicitur in ipſum ſcrotum deſcendunt; ſimiliter dum iuncturis luxatio non perfecta ſit, illius auulſio ligamenti conſequitur: quod itidem de aliis dicendum eſt; prima quidem organi ab organo vera continui ſolutio eſt; ſecunda verò contigui potius dicenda promeretur; licet eam medici, atque Gale. ipſe continuitatis ſolutionē nuncupet. Sed de qua nam hoc loco intelligat Gal. diſentiunt inter ſe interpretes: communis. n. fermè opinio ſuſtinet, ꝙ de prima loquatur, per pauci verò ſecundam potius amplectuntur: Aduerſus verò ſecundam inſtat Argenterius rationibus, quas quidem ſupra promouebat, dum diſſerebat non poſſe organum diuidi, niſi prius ſimplices partes afficiebantur, ex qua quidem affectione per accidēs organum compatitur. Nos verò primam eſſe ſolutionem, de qua hoc loco potiſſimum agit Gal. arbitramur, communemque hanc ſententiā probamus, quàm alterā, propterea ꝙ poſteriorem ſniam inſtantiam hanc pati ſuſpicor, non vt Argenterius ait, ſed ꝙ ligamētum & aliud quid ſimile auulſum denuo vniri poſſit, cum enim partes contiguæ ſint, non autem continuæ vnà committi, & iterum coaleſcere queunt: quod quidem de organicis abſciſſis hic negauit Gal. at cum organum à toto ſeiunctum eſt, reuera uniri non poteſt: ſed quid ad Argenterii rationem? ꝙ hoc vulgò notum eſt, minimeque artificioſum dicerem vtique, ꝙ vulgus non ignorat organum quidem a partibus ſeiunctum vniri minime poſſe, at ipſius cauſam nequaquam, quam artifex rectè comprehendit, quinimmo ſi is ēt rōne diſcurrat, ipſi vtiq; videbitur, ꝙ eo modo, quo in plātis ramus à ramo diſciſſus per inferiorē vnitur, ita & organum à corpore diſciſſum vniri poſſit, nō. n. maior eſt rō de vno, q̄ de alio, cū ambo viuēntia ſint. Atqui poſtmodū ex rei natura ītimius ſcrutatus diuerſam vtriq; eorū eſſe rōnē cōprehēdet; nā in animantibus, (vt recte

Libro de conſti. art. cap. 6.

lib. de differentiis.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 625 sur 753

©BIU Santé

ait Tagaultius, cuius neque ſententiam, neque rationem percepit Argenterius) abſciſſo organo ex toto, neceſſariò abſcinduntur pori, nerui, venæ, & arteriæ, quibus quidem omnibus abſciſſis, per quos veluti per canales quoſdam alimentum, ſenſus, & vita denique in ipſum membrum organicum diffundebantur, prompte admodum exhalant, atque expirant, nec non & ſpiritus, & virtutes omnes ob ſubſtantiæ; quam habent, tenuitatem; cum autem hęc omnia euanuerint, neceſſariò membrum illud interit, vt neque etiam priuſquàm intereat, reparari poſſit ob ſubitam illam, ac ineuitabilem diffiationem, euaporationemque; at in plantis res ſecus ſe habet; in his namque vt recte teſtatur Theophraſtus tam facile caliditas & humiditas in eis contenta non exhalant, ſed potius à ſolis calore adauctæ quaſi prægnantem plantam reddunt; vnde & rami illi abſciſſi & generant, & pullulant; ſiquidem auulſi à toto quid oti proportionatũ habent, per quod nutrimentum etiam attrahunt, & in terram demiſſi radices emittunt, vt tandem diu viuant, adaugeantur, & ad ſenectutem vſque perdurent: itidem fit, dum rami truncis inſeruntur, vt diffuſius idem conſcripſit: & licet animalium, imperfectorumque partes per aliquot temporis ſpatium viuant, non alia ſanè ex cauſa, vt inquit Ariſtot. libro illo de incęſſu animalium, quòd perinde illorum quodcunque eſt conſtitutum, ac ſi quippiam ex multis compoſitum, coniunctumque animatibus eſſe videatur: vnde cum animalia hæc ſuam regiam habeant virtutem, ac velut ſuum cor per totum corpus diſperſum, quod ſpinalis medulla eſt: ſi eorum pars à toto excidatur, illius regiæ virtutis portio remanet, ob quã nõ ſtatim motus & ſenſus deperditur; verumtamẽ virtute poſtmodum ea exhalante, atque deſtructa, propterea q̃ fomentum non habet, quo retineatur, neque alimentum aliunde quo alatur perinde, ac plantę ramus, recipere poteſt; animalis enim partes abſciſſæ os non habentes, vt plantę rami, ex quo alimentum exhauriant, neceſſariò tandem intereunt. Non negamus autem, q̃ & intelligi poſſit, q̃ organica non uniuntur perfecta vnione, quandocunque organum ex parte diuiſum eſt, ex cuius quidem diuiſione nerui, venæ, & huiuſmodi inciſa ſunt: verum meo quidem iudicio, hoc præcipuè non intendit, quoniam vnio hæc ob ſimplices potiſſimum partes, non autem organicas conſequitur. Supereſt autem, vt tertium propoſitum abſoluamus, nimirum quæ requirantur, dum partes vnire tentamus, ea autem quatuor ſunt, vt ſubdens in contextu inquit Galenus his verbis.

1. de cauſ. plant. c. 3.

Cap. 6.

IPSAM *uerò antecedit, quando nullus minus extiterit partium*

appli-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 626 sur 753

applicatio distantium, quæ ex formationis genere exiſtit: vt autem hæc ipſa firma, ac ſtabilis fiat, & alligatio cogens in vnum quæ distant & fibulæ, & futuræ vtiles ſunt: coaleſcere autem facit ea, quæ inuicem distant, ac priſtinam reſtituit vnitatem ipſa natura. Noſtrum verò opus eſt, vt diximus, applicare extrema distantium partium, atque ita vt in vnum coacta ſunt conſeruare, & tertio loco cauere, ne quid labris vlceris intercidat, & quarto ipſam partis ſubſtantiam conſeruare ſalubrem. Sed quo pacto & primum & ſecundum impleamus officium, dictum eſt, tertium vero in cogendo in vnum partes distantes exequamur, ſi nihil extrinſecus incidere permittamus.

Dictum enim eſt, quòd ex omnibus corporis partibus caro propriè vnitur, ſi carnis nomine rubrum illud, & molle ex ſanguine genitum ſuſcipimus; cuius quidem vnionis præcipua efficiens cauſa natura ipſa eſt; verum cum diuiſio carnis & magna, & parua eſſe poſſit, quandocunque labra vnius partis non contingunt alterius labra, vtcunque diuiſio ſit: prima quidem conſurgit indicatio, vt partes diſtantes ſimul alligentur, committanturque; ſecunda, vt eę in vnum iam commiſſæ partes conſeruentur: tertia, ne quid labris vlceris intercidat; quarta, ac vltima vt tota pars ſalubris ſeruetur: atque hęc quatuor medici ſolius ſunt intentiones, non autem naturæ: non alia ſanè ex cauſa niſi vt natura coctione, naturalibusq; virtutibus recte paripſas vnire poſſit; nam quo ad primam intentionem neceſſarius eſt hic partium contractus; ſi enim ita diuiſa vulneris ora manerent, coctio vtique adinuicem illarum partium nequaquam rectè fieret; neque hę per ipſam coctionem, quę à natura fit, vniri poſſent: Et licet quoad hoc opus ex formationis genere videatur affectus, ac proinde non ſimplex morbus, ſed ex ſoluta vnitate, atque conformatione commixtus morbus; hæc tamen conformatio per accidens illi occurrit, quatenus partes adinuicem diſtinctæ quodammodo formationem commutant; cui quidem cura non adhibetur, niſi in quantum labia adinuicem committuntur. Proinde dum primam hanc intentionem perficit medicus, vnà & ſecundę, vel maximè attendat oportet; ſi etenim labia ita committeret, vt ſtatim iterum diuiderentur, priuſquam natura eas vniſſet, dubio procul opus vanum perpetraſſet: ob id Galenus in contex. ait, quòd hęc partium diſtantium applicatio firma, ac

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 627 sur 753

©BIU Santé

stabilis esse debet; firma quidem, vt partes sese contingant, ac sta-
3. metho: bilis, ne dissoluantur iterum, inter mouendumque disrumpan-
ap 4. tur: quod quidem placitum alibi clarius aperuit, inquiens de stabili-
tate quidem: Expedit autem quod circumiicitur neque molle nimiũ
sit, & algæ ritu fragile, quò videlicet magis tutò contineat; de firmita-
te vero subdit: Tum verò ipsa circunductio nec ita laxa sit, vt nihil ef-
ficiat, nec ita vehemens, vt premendo dolorem excitet. Deducuntur
autẽ firmiter in vnũ, & stabiles hæ adductiones efficiuntur trifariam,
vt & in contextu scribit Gal. alligatione, quę in vnum partes distan-
loco præ- tes cogat, aut futura, aut fibulis, quas græci ἀγκύρας, vocant; omisit
dicto. autem glutinum ipsum, quandoquidem vt idem dixerat; quæ siccæ ac
duræ partes sunt, qualis caro non est, glutinum aliquod vinculumvè,
quo commissę maneant, requirunt. Deligaturæ autem tres modi, seu
differentiæ sunt, vt ex Aui. colligunt Chyrurgici fermè omnes, ac præ-
4. cano cipue doctissimus Tagaultius nimirum incarnatiua, expulsiua, ac retẽ-
fen. 4. tiua; prima quidem propriè agglutinatoria est; de qua hoc loco agit Ga
le. quæ vulneribus, & fracturis accommodatur; nam quæ expulsoria di
citur antiquis vlceribus, ac sinibus administratur, ac quæ retentiua nũ-
cupatur, membris est proficua, in quibus cum arctatio fieri non possit,
vtpote collo, ventre, & huiusmodi partibus, vtpote q̃ medicamenta
tantum retineat, & leuiter ac citra dolorem ea parti vulneratę adhęre
re faciat hęc autem semper in quibusque simplicibus vulneribus, dum
modo cõstrictio fieri possit, est administranda, siue parua, siue magna,
3. meth. 4. siue maxima sit; hę etenim dręę (vt scripsit Gal.) propriè simplicibus vul
neribus accõmodantur; pariter q̃ longa sint, breuia, acuta, obliqua, re
torta pampini modo, aut hami ritu, æqualia, & inęqualia, profunda, &
in superficie tantum sita, & istinsmodi; quandoquidem in paruis his
vulneribus sola deligatura sufficit, quæ tamen mediocriter adstringat,
vt & Aui. consentit; etenim si laxa sit, non rectè vulneris labra cõmit-
tet, si verò nimis adstricta, valde comprimet, imminetque periculum,
ne dolorem excitet, atque inflammationem; in magnis ve-
ro non tamen valde profundis non solum deligatura, sed & futu-
ra indigemus; quandoquidem futura partes ipsas in vnum cogit;
demum deligatura, siquid vacui derelictum est, intimius aggregat;
quamuis Cornelius Celsus vt in his vulneribus magis fibulis vtamur
Lib. 5. præcipiat; nam quando partes molles sunt, idque potissimum si discis-
sa auris inia est, vel imus nasus, vel frons, vel bucca, vel palpebra,
vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter, eas vtique sui iu-
bet; at si in carne vulnus sit, hietque; neq; in vnum ora facile trahan
tur

tur, alienam esse futuram arbitratur; imponendas verò fibulas, quæ ora paulum tamen contrahant, quominus lata postea cicatrix sit: in maximis verò atque profundis vulneribus. cum ex Gal. sententia præ eius magnitudine disiunctæ partes ad imum vsque sibi coniungi nequeant; cum neque futura, neque fibulæ, neque deligatura pertingere ad eas valeant; quinimmo in ea quamuis parua capacitate aut sanies, ac aer introcludatur, ex quo agglutinatio, seu vnio prohibetur, & quod prius est, dolor insurgit, ac phlegmon excitatur, vt non amplius simplex, sed compositum vlcus existat; studendum vtique nobis est, vt iunctis partibus tum futura, tum etiam deligatura demum illæ partes profundè vnà coeant, & si quid ibidem saniei adest, medicamento aliquo exiccante consumatur; quod vero in vacua loca influxurum est, prohibeatur: quæ autem ea medicamenta sint, cum & ibidem à Galeno, & alibi frequentius, nec non ab aliis omnibus describantur, tum & præsenti loco valde necessaria non sint, breuitati indulgentes, in aliud commodius fortasse tempus examinanda differimus; at Auicen. & qui eum sequuti sunt, administratis & futuris & deligaturis, vt perfectè in profundum partes coeant, pulluillos quosdam super vulnus apponunt, quos iuxta Auicen. præceptum ad triangularis formam accommodant hunc in modum vulneribus applicantes: duos etenim eorum angulos duobus labiis vulneris superponunt, tertium autem inferius pendere permittunt, vt super eum pannus lineus, quo deligamus, unam & alteram lineam protensam ab vno ad alterum ex superioribus angulis propellat. Proinde deligandum est vulnus (vt iubet Gale.) vinculo ex duobus initiis circundato, quorum altero incipiētes a loco opposito parti solutæ procedimus deligantes versus partem membri superiorem, altero vero versus partem inferiorem, fortius tamen adstringentes locum offensum quàm adiacentem; etenim (inquit ipse) qui contra deligant, hi vtique ab integris ad ægram partem sanguinem compellunt: atqui si ab ægro loco incipiant, & in integrum finiant, non solum innoxia eiusmodi deligatura in his erit, sed & vtile quippiam conferret; propterea quòd nulla aut de sanguinis fluxione, aut phlegmonis ortu suspitio esse poterit; quandoque etiam quando necessitas erit, plures fasciæ superinuoluentur, & vario modo fient deligaturæ, vt recte nos Gal. admonet, si ex vulneris figura, positura, vel vtriusque indicationem desumemus. Vincula autē, seu fasciæ molles esse debent, ac nodis quibusuis

©BIU Santé

buſuis vacuæ, ne ægram partem moleſtẽt, ſintq; ea latitudine, ut ſemel iniectę nõ vulnus tm̃, ſed uſq; ad aliqd vtrinq; ora eius cõprehẽdant; quantũ, ſ. prudẽti Chyrurgo uidebitur opportunũ, vtpote qui non ſolum in hoc: verum & in earum adaptatione ex vulneris figura, & ſitu indicationes (vt ex Gal. dictum eſt) ſemper perpendat. Sed hæc de deligaturis ſat dicta ſint, quoad futuras vero ſpectat (in vulneribus enim agglutinandis ſecundum Chyrurgi eſt inſtrumentum) cum earum triplex ſit differentia, agglutinatoria, ſeu incarnatiua, ſanguinis ſuppreſſoria, & labiorum in vnum adductorum ad tempus conſeruatrix; prima quidem in omnibus vulneribus vtimur, quando cunq; ſola deligatura adinuicem partes diuiſæ adduci nequeunt, dum modo nil iam extraneum inter ora reſideat; quæ autem futura ſanguinẽ reprimit, neceſſitatis tantùm gratia apud Chyrurgos in vſu eſt, cũ magnum ruentis ſanguinis impetum ex venarum inciſione reprimere contendunt; necnon quando inteſtina ipſa ſunt ſauciata; ſiquidem modus ille ab ipſis non valde probatur, dum ſuunt per modum reuolutionis, vti pelles conſui ſolent; vnde diſrupto uno exhis puncto cætera relaxantur; at poſtrema licet vt & reliquæ, fiat, eo tamen efficitur nomine, vt quæ commiſſa ſunt tantiſper, dum vulnus coaluerit, ſimul maneant, quaſi quòd firmior præ alijs ſit; atque hac potiſſimum chyrurgi vtuntur, dum magna facta eſt partium ſegregatio, ac fortè quędam carnis deperditio; quo caſu fortis eſt adhibenda futura. Atqui multifariam vulnus conſuitur, prout uariæ circa ipſum indicationes exoriũtur, de quibus quidem cum ſolers Tagaultius diſſerat, non eſt ut longiori utamur ſermone. De fibulis uero non eſt, ut multa dicamus, cum eorum uſus fermè extinctus ſit, & licet hæ ab antiquis non deſcribantur, non ob id tamen, quomodo his uti poſſimus, tradere non deſiſtũt, ut falsò Argẽterius arbitratur; erat etenim nota non tantum apud me dicos earum forma, ſed & apud quoſcunqne ueteres, quandoquidem in vulneribus fibulæ ex acia molli non nimis torta, ut & futurę conficiebantur, ut Corn. Celſ. conſcripſit; ſiquidem chyrurgi illi ab uno latere vulneris ſemicirculum quendam ex acia quem vulgò aſola, hi
5. lib. 26. uero fibulam nuncupabant; pariter & ab altero oppoſito alterum cõformabant; deinde utrunque acia alligabant, tum ut labia illa attracta ob vulneris latitudinem, magnitudinemque fortius alligarentur, tum ut ſanies liberius percolari poſſet; futura namque (ut idem teſtatur) ora magis unit atque coniungit: quam quidem latitudinem infibulatio non impartietur, niſi ad eum, quo ſupra ſcripſimus modum, confectę forent; & licet apud Doctiſſimum Tagaultium, & Io. Agricolam

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 630 sur 753

©BIU Santé

alia fibularum formula reperiatur, nempè ad hami formam ab utraq; parte recuruam, ita ut hamus unus in altero vulneris labro figatur, & versus alterum ducatur, in quo & alter hamus infigatur, ut facere solent, qui pãnos tundendo apparant; attamen meo quidẽ iudicio non est ea antiquorum, de qua hoc loco agit Gal. sed hęc sat sint, ut Galenum duntaxat ab Argenterij conuitijs vindicemus; alibi namque fortasse de utroque fibularum genere disseremus: necnon de duobus alijs instrumentis: & licet pars hæc ad chyrurgũ potius quàm ad physicum spectet, necessaria tamen physico est, quippe qui ex externis ad internorum affectuum cognitionem multotiens deuenit: adde, quòd vulnera febris plerunque consequitur, phrenesis, inflammatio, & huiusmodi, quæ postea physicum vel maxime fatigant: Explicit itaq; medicus duas primas intentiones, primum quidem ex his altero, aut duobus, aut tribus instrumentis, prout opus est, partes in unum coalescẽs, secundo uero in unum coactas conseruans: at tertiam (subdit Gal.) præcauens, ne quid labris vlceris intercidat; vocat autem vulnus ulcus secundum communem nomenclaturam, quod nil est aliud, quàm dissolutio unionis in parte carnosa, vt sæpius etiam lib. meth. med. vsurpare solet, licet si proprie utrunque sumatur, vulnus ab vlcere non parum distinguatur: vulnus enim simplex est continui solutio, ulcus uero non simplex, sed compositum quid, in quo & sanies, & pus continetur, ut recte Aui. eiusque interpretes testantur: huius autem tertij scopi rationem tradere cupiens Gal. subdit his uerbis.

QVONIAM *sæpius usu uenit, vt pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens earum, quæ copulandæ sunt, partium vnitatem impediat: in eo autem, quod sequitur tempore per suffluxiones tertia intentio retinetur, ipsam vero suffluxionem ex eiusdem, & contrary loci diuisione, & figura opportuna comparandum.*

Si Argenterius rectè Galeni mentem percepisset, ipsum utique circa quatuor harum intentionum ordinem non reprehendisset; uerum hoc illi proprium est, ut ad pauca respiciens de facili enuntiet: etenim Gal. supponit id primum à medico esse animaduertendum, priusquã ad vulneris curam accedat: quod tamen inter curatiuas vulneris intentiones Argenterius collocat: cuin enim Gal. intentio sit, quæ inter curandum tantum sunt, tradere, necessarium non erat, primamil

lam

©BIU Santé

lam Argenterii intentionem ponere; pilus enim oleum, & istiusmodi, antequam vulnus aut ligetur, aut cõsuatur, inter vulneris labra non labuntur; quòd si quandoque labuntur, id raro euenit, artique minime subiicitur: adde quòd cũ ossium in vulnere fragmẽta, tellum, & huiusmodi euellimus, vulnus id simplex non est, sed cõpositum; de quo presenti non agitur loco; quinimmo Argenterius ipse non parua reprehensione dignus est, vt quod semper est obseruãdũ prętermittat, quod vero raro euenit, ad contemplationem introducat; si enim extrinsecus medicamentum apponat medicus, aut quid circa ipsum operetur, periculum semper imminet, ne quippiam eius incuria ad vulneris sinum pertingat; quod quidem arti vel maxime necessarium est: quandoquidẽ error hic in causa est, vt non solum vulneris consolidatio retardetur, verum & inflammatio, aut pus in eo excitetur. Tertia igitur est intentio, non autem prima, vt censuit Argenterius, neque minus, ut nonnulli dixere; quòd sub prima comprehendatur, quoniam appositis in vnum partibus; atque vt seruetur coaitio ex arte huic tertio scopo post modum incumbimus; primum quidem prohibentes ne quid humidũ interne penetret, mox studentes dum vulnus profundum est, ac multo eget tempore ad sui consolidationem, vt effluxiones saniei, & humoris in vulnere contenti efficiantur: quo quidem casu & partis vulneratę situm accommodum, & congruam positionis figuram comparamus ita ut quoad situm vulneris orificium deorsum, fundum vero sursum semper spectet; pariter figura non ad superiores quidem, sed ad imas potius partes extendatur. Cæterum quod Gal. circa hanc intentionem ait, ne quid extrinsecus incidere permittamus, non parum apud medicos parit difficultatẽ; etenim nonnulli suasi Rasis ad Almans. Albucasis, nec non Aui. authoritatibus qui pulueres incarnatiuas, atque conglutinatiuas, ceram, ac vnguenta, in quibus olea cõplura ingrediuntur, vulneribus hisce administrant, putarunt Gal. excludere extraneum puluerem, ac quęcunque nil faciunt ad carnis agglutinationem; at pulueres, & olea, quę in ceratis aut vnguẽtis parãtur, quęq; cum rebus agglutinantibus commiscentur, admittere; Alii vero sentiunt, quòd Galen. hæc omnia ne inter labia vulneris cadant, hoc est in vulneris profundum duntaxat penetrent, excludat; cuius etiam sententię viros illos celebres extitisse credunt, dum vulnerum simplicium emplastris, ceratis, & pulueribus, quæ quidem in eorum tantum superficie consistũt, curationem aggrediuntur; Alii vero nil penitus extrinsecus admittũt hanc Gal. firmam esse sententiam, diiudicantes; quicquid uero Arabes & omnes fermè sentiant contemnentes, has forte motiratione, quod licet

BIU Santé

licet medicamenta, seu alia huiusmodi consolidationis adiumẽto sint, sua tamen substantia crassa coalitionem prohibeant, vt maius quidem nocumentum exinde consequatur, quàm iuuamentum; quòd si hęc de testãda sunt, tanto etiam magis, quę nullam penitus agglutinationẽ pariunt, siquidem vulneri mirum in modum nocere credendum est: Verum ne vllus quidem eorum distincte admodum veritatem, Galenicq; mentem perceperunt; primi quidem gratissimorum illorum virorum sententias non percipientes falsò Gal verba sunt interpretati: nam hi non sentiunt, quòd super vulneris ora, dum optime adducta sunt, medicamenta illa imponantur; vnire enim ac agglutinare, vt prædiximus naturæ proprium est, sed medici, vt partes optime se se contingãt: Vnde Aui. Galeno conformis ait, Tunc coniungenda erũt ipsorum labia, & liganda custodiendo, ne inter ipsa aliquid olei, aut pulueris cadat, quoniam consolidabuntur: pariter & magnum vulnus, de cuius substantia nil perditum fuerit, & cuius vna pars alteri applicari potest: Ex quibus quidem verbis Aui pulueres istas incarnatiuas, & oleum aperte satis prohibet, & Gale. hoc loco, pilum oleum, & quodvis aliud extraneum humidum, quod partium vnitatem vetet: Errarunt quinetiã secundi quoniam Gale. cum præ vulneris magnitudine fieri nequeat, vt disiunctæ partes ad imum vsq; exacte sibi coniungantur, immineatque periculum, ne sanies intimius influxura sit, aut ibidem dolorẽ, aut phlegmonem pariat, eo tempore medicamento vtitur, quod particulã siccet; vt etsi qua sanies iam subsit, hanc consumat, etsi qua in vacua loca influxura est, hanc prohibeat, & Auicenn. post statim recitata verba, subdit; Magni vero cuius partes applicari non possunt, siue sit fixura, siue concauitas, vel spatium, plena saniei, & iam aliquid ex substantia membri perditum est, curatio est exiccatio: non igitur verum semper est, quod isti aiunt, prohibenda esse, quę ad vulneris profundum penetrent. Proinde ex harum duarum opinionum destructione quàm facilime & tertiæ falsitas liquidò constat, quãdoquidem præter rationes aduersus prædictas erectas id ei speciatim obiiciendum censeo, quòd hi celebrium authorum sententias contemnunt, sibique solis credendum autumant Galeni placito ad sui libitum enucleato. Nos vero vt & Galen. & Auicen. & cæteri medici celebres non sine distinctione procedentes arbitramur, in his quidem quæ aut sutura, aut deligatura, aut fibula exacte admodum ad imum vsque sibi coniunctæ sunt, partibus, nullo alio opus esse auxilio, vt sæpius dictum est; at in casibus quos & Galen. & Auicenn. describunt, cum medius quidam vacuus locus in profundo coacte defertus est,

4. primi c. 28.

3. meth. 4.

©BIU Santé

est, qui aere aut sanie repletur, tunc medicamento quopiam egemus, quod saniem illam mediocriter exiccet, & locum illum carne adimpleat; tale autem est, quod sanguinem in carnem commutare compos sit, eiusque (vt rectè testatur Aui.) æquetur complexioni, cui applicatur, siccans nimirum mediocriter, & absque mordacitate abstergens, vt diffusius edocuit Gal. At tunc quartam perficimus intentionem nõ alia sanè ex causa, nisi vt partis substantiam salubrem seruemus, vt idẽ his verbis subiungit.

Lib. 5. de simp. med.

PARTIS autem substantiam salubrem cum mediocriter exiccantibus conseruabimus.

Non est autem putandum, quòd per conseruationem hoc loco Gal. intelligat eam, quę per similia efficitur, sed potius præcautionem, siue præseruationem, quæ contraria quodãmodo requirit: pars etenim vulnerata humida est, tum ratione imbecillitatis virtutis, quæ alimentũ sibi demandatum exacte coquere, assimilare, & vnire non potest, tum ratione excrementorum, quæ à partibus circumuicinis, aut toto etiam corpore demandantur, exiccari vtique exoptat, moderato quidem modo calore, modo vero frigore: dum enim eam phlegmone opprimi veremur, infrigidantibus vtique ac exiccantibus vtimur, vtpote oui albumine, linimentisque huiusmodi, vt rectè experti faciunt Chyrurgi; at si partem affectam etiam fouere nobis curę est, vino vulnus abluimus, id enim ex Galen. sententia vel optimum est medicamentum, quo & pars ipsa moderate exiccetur, ac corroboretur. Neque nos detereat Galeni inconstantia circa hæc exiccantia medicamenta; siquidem modo sicca vnius, modi secundi, ac tertij etiam gradus administrat; imbecilla namque sunt, thus, mastiche, aloes, colophonia, ordei farina, ac fęnugræci; fortia autem aristolochia, iris, cadmia, lupinorum farina, & orobi; fortiora vero adhuc cẽtaurium, glutinum, limaturæ vstæ, plumbum, antimonium adustum, pix, resina & alia istiusmodi: etenim iuxta diuersas corporis intemperies hæc omnia parat, atq; iuxta maiorem minoremve exiccationis exigentiam: addę, q omnia summo cum iudicio apponenda iubet, vt vnum ab altero in cõpositione adeo corrigatur, vt ne vllum quidem parti inferat nocumentum. Hæc sunt, quæ circa vulnera simplicia in parte carnosa molienda proponit, quæ verò peragenda sint, dum cum alijs coniunguntur morbis, se inferius tractaturum pollicetur, cum ait.

HAEC quidem est solutæ continuitatis curatio, cum ipsa sola seorsum in carnosa parte constiterit. Quòd si alicui alteri morbo cõ

iunga-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 634 sur 753

©BIU Santé

iungatur, plures ſunt indicationum intentiones, quas in compoſitorum, vel complicatorum, ſiue vt cuique appellare libuerit, doctrina deinceps trademus. In præſenti autem ſermone ad reliquas vnitatis ſolutiones accedendum.

Quòd enim vulnus concauum ſit, aut intemperatum, aut dolorificum, aut inflammatum, compoſitum adeſſe morbum indicat, vulnus enim concauum morbus eſt in compoſitione, ſolutaq; vnitate; quod itidem in alijs ſe habet. Sed de his inferius agemus, ne bis eadem repetamus: de ſolutione autem vnitatis oſſium cum Galeno diſſeremus.

De ſolutione continuitatis in oſſe. Cap. 91.

FRACTIO *igitur eſt continuitatis in oſſe ſolutio, quæ quantum ad intentionem primam, inſanabilis exiſtit. Quò vero ad ſecũdam quodammodo ſanabilis fit. Prima igitur intentio eſt coalitus partium, qui ob oſſis duritiem fieri non poteſt, ſecunda alligatio, quæ fit callo ſuper nato partes fractas circumalligãte. Calli autem generatio, quà quidem ex materia, & à natura fit, eſt & ad alta communis, quà verò formam oſſi vicinam habet, ex eiuſdem fit alimento. Molle vero et puerile os coaleſcere poteſt, ſed perrarò fit talis affectus, quin cum altero ſocietur. Magna enim ex parte muſculi adiacentes vnà corporibus alijs fractis oſſibus patiuntur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarum altera quidem circa oſſa, altera uero circa corpora adiacentia uerſatur. Sed hæc quidem in carnoſarum partium cõplicatis dicentur affectibus. Nunc vero de fractionibus dicendum. Quoniam enim harum ſanitas calloſitate procuratur, vt autem callus generetur proprij oſſis alimenti ſuperfluitatem naturæ ſuggerere oportet. Hanc uero ſuperfluitatem in qualitate, & quantitate ſeruare modum, eſt neceſſarium. Vnde & ratio victus eſt adhibenda, quæ tantum, ac talem influere oſſibus ſanguinem præparet, qualis & quantus generando callo ſit opportunus. Quoniam vero per fracti oſſis cauernas idem effunditur ſanguis, eiuſdem qualitatem, & multitudinem animaduertere oportet, atque ita vel ſiccioremuel humidiorem victum*

inſtituere.

©BIU Santé

inſtituere. Sed hæc omnia in libris, in quibus de curandi ratione tractatur, plenius ſunt explanata.

CAVSAM, cur oſſa non coeant, ſed callo agglutinentur, ab initio huius tractationis aſſignauimus, vtpote ipſorum duritiem. Et licet complures aliæ cauſę reperiantur, quę aut vulnerum ſanitatem retardant, aut ea nullo pacto ſanari permittant; nempè partis diuiſæ tenuitas, qualis eſt veſicæ ob exiguum ad eam ſanguinis confluxum, virtutemque in ea exilem: perennis partis motio, vt pulmonis; quiete namque ſanatio indiget; continua ad membrum fluxio; cuius quidem fluxionis non ſit exitus, vtpote dum cerebri venæ interne vulnerãtur, aut ventris ima pars; ac poſtremò viſceris nobilitas; cuius quidem diuiſio exhaurit ſpiritum priuſquam vniri poſſit; quod quidem in corde, & cerebro manifeſte admodum conſtat; ſola tamen præcipua prædicta oſſibus ineſt, reliquæ uero aut non adſunt, aut ne occurrant prohiberi queunt: etenim oſſa (vt à prima exordiamur) craſſa ſunt, & ad ipſa complures confluunt venæ, ex quibus nutriuntur, vt hac de cauſa ſi non vniantur, ſaltim callo unionis vice agglutinentur; dictum namque eſt, quòd natura ipſa eſt, quæ hoc opus aggreditur mediantibus proprijs actionibus, nempè alteratione, coctione, aſſimilatione, atque vnione: natura igitur in primis alterat ſanguinem copioſius ibidem demãdatũ, & ad oſſium formã commutat; mox incraſſat; & ipſis diſruptis apponit; ac unit non quidem in profundo, cum dura ſint, ſed in ſuperficie tantum, vt antea Galenum ſe experimento comprobaſſe diximus; pueros autem & iuuencu las nonnunquam mulieres excipimus, mollia namque ut Gal. teſtatur, cum eorum ſint oſſa, profundius quodammodo coaleſcere poſſunt: motum vero corporis, & ipſius confractæ partis, quem alteram cauſam conſtituimus, ad noſtri libitum prohibere poſſumus: non enim ex neceſſitate, ut pulmo, & ſeptum tranſuerſum, mouemur. Quocir ca non ſolum pars confracta quieſcenda eſt, uerum & conuenienti ſitu locanda, vt celerius agglutinetur; nam motus non ſolum fluxus, doloriſque eſt cauſa, uerum ut quę commiſſæ ſunt partes, extra propriũ abeant locum; quinimmo quies huic affectui prę alijs tanto iniungenda eſt, quanto maior neceſſitas adeſt; periculum namque eſt, ut tantillum membro commoto à proprio ſitu partes adinuicem diſiungãtur, ſaniesque copioſius influat; prohibetur quinetiam tertia cauſa, ſi rectè corpus adminiſtremus; non enim vt in vulneribus thoracis, aut

6. Aphor. com. 19.

uentris

©BIU Santé

vētris inferioris ſanguis cōcretus, aut ſanies ibidē colligitur, dū potiſſi
mum ſimplex eſt fractura: q̄ ſi partes etiam adiacentes vnà compatiun-
tur, quibus intentionibus adiuncto morbo ſatisfaciamus Gale. inferius 6. met. c. 5.
ſe edocturum pollicetur: ob id ægrōtanti huic victus rationem à prin-
cipio tenuiſſimam adminiſtrat, interdum venam incidit, & per ven-
trem ſuperflua expellere procurat: quo vero tempore callus gignitur,
vt & præſenti cap. nutriendum corpus boni ſucci cibis iubet, qui mul-
tum nutriant, tintq̄ tenaces; tenuis namque humiditas ad calli ge-
nerationem minime neceſſaria eſt; ſed craſſa, nō autem friabilis, ac pin
guedinis expers; hæc enim ſubſtantia ciniſſime callum gignere ſolet,
quamuis tempore ficceſcens callus friabilior, ac fractioni obnoxius
reddatur: ceſſat poſtremò viſceris nobilitas, quoniam oſſa neque præ
cipue ſunt partes, neque præcipuis deſeruiunt, ſed tanquam funda-
menta quędam ac veluti totius corporis ſubſtratum ſubiiciuntur: ob
id nutriuntur, augenturq̄ue non tamen ſentiunt, vt rectè Galen. plu-
ries teſtatum reliquit: quod quidem ignobilibus partibus euenire ſo-
let; cum autem franguntur, non ſolum ſanguis & ſpiritus priuſquam
callus gignatur, non euacuantur, verum vt ait Galen. ſanguis per
fracti oſſis cauernas effunditur, vt maxime faciat ad calli productio-
nem; dum modo eius qualitas aut quantitas animaduertatur; vt ſi
medicus in altero ex his aberret, quoad victus potiſſimum ratio-
nem, corrigatur. Cæterum quoniam quis aduerſus Galenum obii-
ciat ipſum videri mancum, quòd poſt habitis prioribus quatuor inten
tionibus, vni tantum calli generationi attendendum eſſe decernat: ne
hunc ſcropus is amplius offendat, vt priora huius capitis verba per-
pendat, conſulo; facile namque ex eis propoſiti dubii diſſolutionem
obtinebit; cum ait [Fractio igitur eſt in oſſe continuitatis ſolutio,
q̄ quantum ad intentionem primam inſanabilis eſt, quo ad ſecun-
dam vero quodammodo ſanabilis fit.] priori capiti annectit tracta-
tionem de oſſe & neruo, quæ ſupra circa quatuor priores dicta ſunt,
intentiones comprehendens, id ſolum docens, quod cuique eorū pecu
liare eſt, atq; ſeiunctum, nam ſicut in carne præcipua intentio eſt vnio,
q̄ à natura fit, opitulante tamen medico; ita in oſſe hęc impoſſibilis:
durum enim duro vniri non poteſt: ob id hoc inter cætera ſtatim pro-
ponit, cuius vice ſecundā intentionem ſubdit, quam natura & medicus
moliuntur, dum oſſis partem cum ſeiūcta altera callo illas circumalli
gante connectunt; ad quod quidem opus peragendum ſicut ad carnis
agglutinationem quatuor vtebamur indicationibus, coniunctione,
conſeruatione, expurgatione, atque exiccatione, ita ad calli in oſſe

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 637 sur 753

©BIU Santé

generationem totidem vtimur. Et ob id fat Galeno fuit, ut idin contex. indicaret his verbis [calli autem generatio, qua quidem ex materia; & à natura fit, est & ad alia communis] nam vt circa eas discuramus, fieri nequaquam potest, vt callus gignatur sicut & in carnis vnione, ni prius ossa fracta simul connectantur, alligenturque; secundo seruentur ad perfectam vsque ipsius generationem; tertio ne quid illi extraneum intercidat, cuitetur; ac postremò vt partis substantiam salubrem cum moderate exiccantibus conseruemus. Quoad primam quidem intentionem studendū est, vt fracti ossis partes rectè committantur, & in naturalem situm coaptentur; uerum cum fracturę multæ sint differentiæ, vt recte narrat Galen. aut enim os tritum est, quod græci κατάγμα nuncupant; aut ruptum, idque bifariam, aut per transuersum, aut per rectum; in quacunque fractura id primum agendum est, vt videamus num partes ossis fracti dissidentes è directo iaceant, necnè; quod quidem exemplo integrę partis quàm facillime dignoscetur, si enim è directo iacent, circa hoc nil aliud moliendum est, sed vt infra dicemus, quod reliquum est peragendum: hoc autem manifeste comprehēdes, si neq; punctionis sensus vllus appareat, neque vlla, quę sensu percipi possit, inæqualitas adsit; at si è directo non iaceant, fieri enim potest, vt tum prorsum, tum retrorsum, tū in hanc membri partem, tum in aliam facta translatio sit, procurandum est, vt in contrarium adducantur; vt lib. de fracturis Hippocr. consuluit, & Galen. alibi, scribentes: quòd quęcunque retrorsum magis acta sunt, ea prorsum impellātur necesse est, nec minus altera quoque fracti ossis modice ad contrarium retrusa; contra vero quę prorsum sunt emota, hęc rursus ipsa quidem retrorsum, reliqua nimirum parte sensim prorsus deducta, eodem pariter modo si ad dextram sunt detorta, medicatio est, si ad sinistram ducantur, atque ècontra. Proinde in adducendis contrario modo partibus, ne quę frangantur eorum extantiæ non leue periculum est, idque potissimum si per transuersum fractio facta sit; duplici sanè ex causa; tum quoniā fragmenta inter partes coniungendas facillime intercidunt, quæ postea in causa sunt, vt ea, quę adaptantur, exacte non se contingant; tum quòd si forte quæpiam ex his pars extra cadat, denuò ad pristinam vnionem accommodari non potest, cum ossis fragmenta prohibeant. Ex quo maximum adest periculum, ne in spatium illud sanies colligatur, quæ postmodum tempore putrescens totum pariter membrum secum corrumpat: oportet igitur aut manibus, si paruum sit membrum, aut vinculis circumpositis, aut vnà cum his etiam instrumentis

6. metho. cap. 5.

BIU Santé

ſtrumentis, cuiuſmodi nos lib. de fracturis docuit Hippocr. antitaſim oſſium efficere, hoc eſt retrorſum ea trahere, vt è directo committantur, exactaque eorum coniunctio fiat; poſtea vero quàm nullus ſit metus, ne in adducendo ſe tangant, tunc in directum opponere, vinculaq; remittere, ac muſculis ipſis in idem commiſſionem permittere: interim vero Hippo. & Galen. præcipiunt, vt manibus quoque noſipſos ſubſeruiamus, ac ſicubi aliquid paulum ſubſultet, corrigamus, ac efformemus: hinc libris de fracturis varia reperies vincula, & inſtrumenta ab ipſo Hippocr. conſtructa, prout varia ſunt oſſa, quæ varijs in partibus franguntur: de quibus non eſt, vt partiatim agamus, cum artis medicæ Gal. commentaria conſcribamus. Proinde & manibus, & vinculis, & inſtrumentis ſumma diligentia in vnũ oſſium partibus ad proprium locum deductis ſecunda ſuboritur indicatio, vt & in carne dictum eſt, quòd ad perfectam vſque calli generationem partes ſeruentur; talis autem conſeruatio tribus potiſſimum perficitur, alligatione, ſplenijs, ſeu plagulis ab Hippo. nuncupatis, atque quiete. De alligatione quidem, prout carnis vnio exigebat, nonnihil ſuperius diximus, quod & hoc loco transferri poteſt, quandoquidem tuta eſſe debet, neque nimis arcta; ne doloris, humorumque influxus ſit cauſa, neque laxa, ne leui ex motu oſſa dilabantur; ſed danda eſt opera, vt vtriuſque exceſſus mediocritatem ſernet: faſcia quinetiam, ſeu vinculum ſatis latum ſit, vt præcipit Galen. latitudo namque magis accommoda eſt, quàm eius anguſtia, vtpote quòd totum æque omni ex parte fractum os complectatur, excepto eo, quod per tranſuerſum fractionem habet, ſiquidem hoc caſu anguſtior prælatiori faſcia rugas non contrahet, totiusque membri, cui circundata eſt, cutim continget. Deſcriptus inſuper deligationis modus eſt, qui & fracturæ accommodari poteſt, vtpote quòd is ab ægra parte deligare incipiat; ac cum bis, terve faſciam circumdederit, inde ad ſanas partes vſque progrediatur, vt & Hippocr. iubet; ſiquidem hoc modo non ſolum ab integris ad laborantem partem ſanguinis fluxum coercet, verum quod iam collectum in ea eſt, exprimit; præcipiebat quoque vt duas faſcias molles, & ex lineis mollibus confectas pararemus, vt non ſolum hac deligatura vteremur, ſed & altera deſuper contexta membrum fractum accommodaremus incipientes ſuper fracturam prioris ex aduerſo, deorſumque ſemel tantum membro perfracto circundato tendere; atque inde iterum reducta in ſuperiori parte vltra priorem faſciam deſinere: atque ob id dimidio longior priore eſſe debet, cuius quidem &

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 639 sur 753

©BIU Santé

alterius prioris quoad longitudinem terminus non vnus, ac certus constitui potest, sicut nec quoad latitudinem, vt prædictum est, sed pro fracturæ magnitudine, & pro fracti membri crassitie diuarian-dus est; ita vt Hippocr. modo trium, modo quatuor, modo quin-que, & sex etiam cubitorum longitudinem, totidem vero digito-rum latitudinem constituat. Sed hæc de alligationibus sat dicta sint, licet à Cornelio Celso, & modernis etiam nonnullis aliæ recenseantur. Splenijs autem, quæ ad splenis similitudinem habent, seu pla gulis, siue ferulis vtebatur Hippocrat. vt & alij, qui ipsum sequu-ti sunt; in magnis potissimum fractionibus, vt rectius in vnum partes vnirentur, ac earum ita in vnum deductarum firmamenta forent; verum Hippocrat. Galen. & reliqui veteres medici non primis diebus, sed à die septimo, uel nono, uel vndecimo eas accom-modabant; recentiores vero nostri Chyrurgi primo quoque die, dum alligant, ferulas circumponunt; cuius quidem varietatis causa est, quoniam ueteres illi phlegmonem deuitare cupiebant, quę primis illis diebus ex earum appositione membrum fractum aggranantium facillime oriri poterat; at nostri parum de hac curantes, tantumque sibi fidentes eas applicare non verentur: hæ autem (vt Hippocra. & Galen. statuere) lenes esse debent, æquales in extremis partibus si-mæ, in medio crassæ, maioresve aut minores iuxta fracturæ ma-gnitudinem, paruitatemque: consultò autem de modo, ac ratione eas adhibendi silentio inuoluimus ob eam, quam supra tetigimus, rationem. De quiete uero non est, vt multa dicamus; etenim quies huic affectui præ alijs tanto iniungenda est, quanto maior necessitas adest; periculum namque est, vt membro tantilum moto à proprio situ partes adinuicem disiungantur, doloráque ac materierum effluxus consequatur: ob id concinne admodum situandę sunt, ut quoad fieri potest, naturalem situm seruent, hoc in uniuersum animaduertêtes, ne corpus, siue pars confracta & die, noctuq; maiori cum angustia defati-cetur, prout prudêti uidebitur medico. Succedit & tertia intentio, ne quid ad locum cõfractum defluat, aut extraneũ in eo reperiatur, quod aut ipsum inflãmari, aut cõputrescere faciat, hęc aũt ad tertię in carne agglutinanda intentionis proportionem perficitur; si enim quid adest extranei, aut ossiculi portio, quod quidem ex prurigine, & punctura q̃ facile dignoscetur (fractura etenim à quibusdam veluti aculeis carnę uexat) aperiendus quidem locus est, quodque extraneũ auferatur, de-mũ ad reliquũ fracturæ curationis accedendum: postremã uero indica tionẽ & in ipsis fracturis aggredimur, cũ aut mẽbrũ fractũ imbecillius est,

©BIU Santé

eſt, aut humidius; locum enim tunc fouere, & moderate exiccare ſtudemus cauentes ne humiditatem craſſam temperate ibidem confluentem aut prohibeamus, aut exiccemus; non enim calli fieret productio, ſicut dum ſuperfluus aquoſus, tenuiſque humor adeſt. Quocirca hoc medici prudentia, ac ſtudio indiget, qui vtriuſque exceſſum teperet, & partem ſalubrem conſeruet, tunc enim natura, quod ſibi proprium eſt, paucis ab hinc diebus opus perficit materiam congruam ad calli formam circumfracta oſſa componens, incraſſans, & veluti quoddam uinculum illis adnectens: propterea quòd & materia hæc qualitate, quantitateque per fracti oſſis cauernas concinne admodũ effundetur, neque cum aliquo extraneo, quod ipſam perturbet, confundetur. Atqui de his copioſius lib. 6. meth. med. ſe ſcripſiſſe teſtatur. Reſtat autem, ut de ſoluta vnitate in neruo & tẽdone pertractet, quod quidem in ſubſequenti agit capite, ad quod diuino auxilio interpretandum accingimur.

De punctura nerui, & chordæ. Cap. 92.

NERVI uero & tendonis punctura propter ſenſus uehemẽtiam, & quoniam hæc pars principio continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam, ac tum præſertim cum nihil extrorſum expirat obcæcato cutis vulnere. Aperiendum eſt igitur, atque exiccandum ſubſtantia tenui, quæ uſque ad ima nerui offenſi poſſit penetrare. De his uerò exacte diximus in libris de arte medendi conſcriptis. In ſimplicibus quidem huius generis affectibus ſalubrium cauſarum forma talis exiſtit.

SI animaduertiſſet Argenterius Galeni intentionem, vt & antea annotauimus, eſſe, tradita uniuerſali quoad primas illas intentiones curandi methodo, quę omnibus ex ſoluta unitate partibus deſeruiant, id ſolum qđ cuique proprium eſt, recenſere; illum utique de negligentia falsò non obiurgaſſet; neque minus, quòd cum nerui multifariam incidantur, de ſola ipſius punctura hoc loco pertractet; nam præſenti libro vti epilogo omnium, quæ ab eo alibi fuſius ſcribuntur, ſat ei fuit, quęcunque eiuſdem generis eis accidunt, ex quibus curandi intentiones eliciuntur, in uno tantum, eoque potiſſimum ſimplici nerui affectu, qualis eſt punctura

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 641 sur 753

©BIU Santé

6. meth. à principio. lib. 4. sui cano.

simplex, percurrere; cum etenim nerui & tendones, vt Galenus, & Auicenn. testantur, quandoque punctim, quandoque cæsim vulnerentur; & rursus vtraque solutio fiat, aut cum contusione, aut absque contusione; punctura autem aut hians sit, atque adaperta, aut cæca, & occlusa, ita vt nullum ipsius orificium visui nostro representetur; quæ vero cęsim solutio fit, alia quidem per longitudinem, alia vero per transuersum occurrat; & in vtraque interdum quidem cum substantiæ carnosę amissione; interdum vero sine eiusdem deperditione: adhæc si neruus per transuersum vulneretur, aut quandoq; non ex toto, sed ex parte, aut plerunque totus præcindatur, nullus vtique in nerui solutione simplicior affectus existit, quàm is, qui punctura, cæcq; occlusa fit; licet enim cutis quoque afficiatur, non tamen affectus talis est, vt qui ad se curam protrahat: ob id eam, quæ omnibus neruosis est affectibus præcipuam intentionem, in punctura duntaxat pro exemplo tradit; adnectens quinetiam alteramqua seiunctim puncturam, tãtum occlusam curare valeamus, nẽpè vulneris adapertionẽ. Vtcunq; igitur vulneretur neruus, maioris minorisve conuulsionis suspicio semper oritur ob duas sanè causas, tum ob sensus acrimoniam, tum ob cõsensum, atq; connexionẽ, quam partes hæ cum principio obtinent: adde & tertiam, quæ solius occlusæ puncturæ est, quando scilicet nihil extrorsum amplius expirat puncturæ foramine obcęcato. Cæterum aduersus hoc placitum insurgent fortè, qui ex Aristo. sententia cordis, & quamcunque carnem, non autem neruum esse tactus instrumentum sustinent; etenim si nerui ex ipsorum placitis non sentiunt, sed à natura facti sunt, vt carnẽ per totum diffusam calidam & humidam sui frigiditate, ac siccitate contẽperent, ex quo quidẽ in carne postmodũ exquisitus ac optimus sensus introducit (quod.n. sentire debet, medij naturam sapere debebat) minus vtique sensus vehementiam percipere poterunt, vt hoc loco habet Galenus: alij vero, qui neruum tactus instrumentum esse ex Arist. sustinent, impugnarent ipsum circa neruorum originem, nam licet hic cuinam principio nerui continuentur, non determinet; attamen cũ alibi sentiat illud quidem esse cerebrum, id falsum esse dicent, quandoquidem cor eorum est principium, iuxta

3. de part. anim. c 4.

Aristo. decretum: propterea quòd in eo neruorum copia apparet: ꝙ si duæ hæ causę à Galeno traditæ falsę sunt, necessario & tertia falsissima erit: nam si neruus non sentit, ergò eo puncto, eiusque punctura occlusa neque aliquid ad ipsum raptim influet, neque nocens ibidem detinebitur, vt tantum doloris, atque conuulsionis homini inferat: Verum quoniam locus iste non exigit, vt quod alibi à Galeno aduersus

©BIU Santé

fus Arist. pluries, ac fusius disputatum est, à nobis longa disceptatione denuo discutiatur; sat nobis erit, atque aduersarij Galeni in eum obiiciunt, diluamus ea duntaxat supponentes, quæ alibi ab eo copiosius enucleata sunt: primi etenim non aduertunt Galen. aduersus Aristotelem sustinuisse cerebrum esse neruorum initium, seu communem sensum, seu princeps sensorium, à quo demum omnes particulæ sensum, & motū obtinent, neruos autem ipsos vehicula, per quæ virtus ipsa sensitiua, atque motiua è cerebro defluens defertur; inseruntur namque per vniuersam corporis molem, atque potissimum cuiusque partis substantiam, seu carnem, atque vnà cum ea moderatam ac exquisitam sensationem conficiunt, variam tamen, cum & sensile varium esse debebat: Vnde & varia ipsius sensationis partialia instrumenta à natura fabricata sunt, vt cuiusque optima & actio, & passio perficiatur: ad quam quidem actionem, passionemq; cum sensibilium corporum alteratio eorundemque agnitio concurrant, vt testatur Gal. sensibilia quidem corpora, quo proximiora erūt sensationis principio, tanto validius imprimunt, eorumque imago promptius imprimetur, ac proinde uirtus ipsa agnotrix eam animalis sensationem percipiet; sicut è conuerso, cum à principio longè absunt, obtusius, ac imbecilius: propterea cum neruus vt riuus, à quo immediate virtus sensitiua defertur, principio proximior sit, nulli mirum est, si dum sensibile illi offertur, & maior & acrior fit sensatio: quod quidem testatur experientia, quicquid Aristotelis dicant sectatores, ad quorum rationem facilis est responsio; nam fatetur & ipse Gal. quòd quanto exquisitior est temperies, tanto etiam perfectior sensatio efficitur, non tamen acrior: etenim vola manus, quę non tantum neruis, sed & carne, alijsque particulis constat, quę ipsam temperaturam reddunt quoscunque excessus percipit, atque comprehendit, non tamen acrius, vt particulæ hæ, quę ad intemperiem quampiam dilabuntur, ac quę neruorum copia constant; utpote ventriculi os, diaphragma ipsum, ac potissimum ipsius medium. Falsum igitur est, quod ipsi supponunt, neruos solos non sentire, siquidem per eos uirtus sensitiua, atque motiua defertur, idque à Galeno & experientia pluries comprobatum est. Falluntur quinetiam cum ex Arist. sustinent, nullam corporis partem, quę exanguis sit, vt neruos sentire, nonnulla etenim sunt animalia, quę sanguine carēt, vt spongię & conchilia, quę tamen sensum habent, vt & Aristotel. docuit; nisi forte quid sanguini proportionatum illis inesse dicant, sed hæc missa faciamus utpote qui rationes tantum in Galenum dissoluere proposuimus. Non est au-

7. de dogm. Hippoc. & Plat.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 643 sur 753

©BIU Santé

tem nobis difficile aliorum rationem diluere ex his, quę alibi ab Excellenti Patre meo in apologia de mẽbrorum principatu ſcripta ſunt; vanum enim eſt exiſtimare, quoniam in corde neruoſa quædam corpora reperiuntur, ibidem eſſe neruorum principium, nã ut Gal. valide admodum probat ea vtique non ſunt nerui, nec neruorum functiones obtinent; ſed potius ligamenta quædam, quæ ſub neruorum nomine conſtituens Ariſtot. eadem cum neruis eſſe exiſtimauit. Ad conuulſionem itaque promptè excitandam (neruos ſi pungas) duæ priores à Galeno aſſignatæ cauſæ ex dictis veræ ſunt, tum quòd in neruis ſenſus acrior eſt, tum quòd hi à principio cerebro nimirum immediate deriuant, in quibus virtus exquiſitior reperitur, quæ nocuum ſentiens confeſtim retrahitur, motumq; illũ conuulſorium efficit: vera quinetiam tertia eſt cauſa, quòd cum punctura foramen occluſum eſt, acutius perſentiatur, ac doleat, quandoquidem occluſo foramine, quod affligit nequaquam euaporare poteſt, ſed neceſſario ibidem contentum neruum replens inflammat; quo fit, vt virtus animalis nocuum, ac inimicum aufugiens vehementius excitetur, ac ſe ſe contrahens nerueam ſubſtantiam, quæque ſibi annexa ſunt contrahat, atque conuellat: quæ quidem conuulſio non adeo efficeretur, ſi quod intus eſt, ipſi infenſum euaporare poſſet: ob id in huius curatione præcipua eſt intentio, dum foramen occluſum eſt, aperiatur, ſi vero apertum eſt, vt foueatur, ne dolore in ualeſcente nouæ materiæ attractionis, atque inflammationis ſit locus: quę autem ſint neruum fouentia pertingit dum taxat Galen. hoc loco remittens Lectorem ad libros med. methodi, atque potiſſimum ſextum, in quo de omnibus neruorum læſionibus copioſius diſſerit: Eſt autem (inquit Galen.) ad puncturam nerui adaperti intentio præcipua, vt ipſum ſubſtantia tenui exiccemus, quæ uſque ad ima nerui offenſi penetrare poſſit; ſuppoſita altera, quæ in occluſa punctura adminiſtratur, nempè vt foramen ipſum reſeratum detineamus: quæ autem ſint medicamenta, quę hoc loco à Galen. cauſæ ſanitatem efficientes nominantur, docebat idem eo ſexto methodi à principio tum modice calefacientia, tum exiccantia citra dolorem, hæc enim ſola ex profundo ſaniem trahere neque contracta, neq; demorſa particula poſſunt: nam quę frigida ſunt appoſita, tenues obſtruunt meatus; quæ vero humida, quamuis calida actu appoſita, vt aqua calida, reliquas phlegmonas mitigent, vulneratis tamen neruis infeſtiſſima ſunt, cum præſertim eorum ſubſtantia ex refrigerata, concretaque humidiore materia condita ſit; at calida moderate, quæ & ſicca ſint, tenuiumque partium non tantum ner

2. de dog. Hippoc. & Plat. propè finem.

ui

©BIU Santé

ui temperamentum coſeruant: verum & ſorditiem, ac pus ipſum abſumunt, & ex profundo attrahunt: adde quòd non tantum conſeruatio temperamenti fieri debet, ſed & præſeruatio, quàm contrariis conſtare diximus nõ tamẽ valde excedentibus: fouenda quinetiam virtus eſt, quę à cerebro per neruum illum defluit, ſiue animalis ipſe ſpiritus, qui ſecundum Galenum ad certam vſque diſtantiam permeat, vtpote calidus; inſuper calor partium ipſarum adiacentium: quod quidem non efficeretur, ſi frigida & craſſa medicamenta apponerentur. ob id Galen. terebenthina reſina vtitur tũ per ſe, tum cum parua quapiam euphorbii portione admixta, per ſe quidẽ in mulieribus, & pueris, ac his, qui molli ſunt carne, cum euphorbio vero in his, qui dura ſunt carne; nec ſecus propoli per ſe, & cum euphorbio, quę cum tenui oleo emoliri poteſt; pariter & ſagapeno in duris corporibus cum oleo, & terebenthina cõmixto, & oppoponace; adhęc lachryma Cirenayca, ex qua fiat emplaſtrum, cuiuſmodi eſt id, quod ex euphorbio ab eo compoſitum eſt. Cõplura etiam eo ſexto metho. tum ab eo reperta, tum ab aliis deſcripta medicamenta recenſet, vtpote ſulphur ignem non expertũ, neque lapidoſum, calcem lotam, farinam erui, & hordeaceam, emplaſtrũ illud ex euphorbio, & alia huiuſmodi; quę quidem omnia euariat iuxta diuerſas indicationes, & pro naturarum diuerſitate; de quibus cum ibidem, & alibi copioſius diſſerat, non eſt vt longa vtamur explanatione, idque potiſſimum cum eorum omnium & Aui. & Auenzoarem, & Haliabatem interpretes habeamus. Mirtam præterea hoc loco ex conſulto cauſas ſanitatem efficientes, dum nerui diuerſis aliis ſolutionibus infeſtantur, quandoquidem, vt ſuperius diximus, hic eſt in neruo ſolutionis præcipuus ſcopus; ſi autem qua in eo fit euariatio non quidem quoad intentionem propriam diuariatio, ſed ſecundum magis tũ tũm, ac minus efficietur, quemadmodum fuſius eo ſexto meth. edocuit Gal: ad quem quidem locum lectorem occulatiſſimum remitto, ne incaſſum, quę elegantiſſime ab eo ibidem ſcripta ſunt, repetere videamur; tranſibimus autem ad compoſitos huiuſmodi affectus, ſi prius ſcopum unum remouebimus, qui in cuiuſpiam animo exoriri poſſit, cur eſt, quòd Galen. antea in vulnere carnoſo oleum prohibeat, cauſam aſſignans nimirum ne putredinem gignat, quę vnionem impediat; at in nerui punctura, & aliis ſolutionibus oleo ſolo quandoque vt commodiſſimo auxilio vtitur. Dicendum itaque eſt, quòd Galen. non quocunque vtitur oleo, ſed tenui, quale erat illud, quo in curatione cuiuſdam vſus eſt, ſubantiquo, atque calenti, vt vulneratam partem foueret, eamque à dolore, & phlegmone vindicaret;

3. de com. med. ſecũdum loca.

©BIU Santé

caret, damnabat autem crudum oleum vtpote crassum, & ad partes extimas tantum supernatans, ex quo periculum est, ne partes circumuicinas putredine inficiat, ac sui crassitie foramen illud claudat: propterea dicebat ipse, oleo autem calente fouendus est neruus, nam frigidũ appositum tenues obstruit meatus, calidum verò digerit; quibus quidẽ verbis facile deprehenditur error Argenterii, qui ex Galeni mente putauit oleum ab eo administrari, non vulneris remedium, sed potius ad pręseruationem aduersus imminentia symptomata; etenim si digerit, non ob aliam causam id efficit, nisi vt saniei exitum patefaciat: ob id superius dixerat, Ac ne quis dolor vulneratam partem vrgeat, in primis solicitudinem habere opus est: itaque esse medicamenta excogitaui non pauca, quæ vulneri imposita ad vtrunque sunt comparata, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum saniei patefaciant: oleum igitur huic affectui non administratur, vt uim exiccandi habeat, sicut erat Gale. sententia cum de oleo, & cera verba facit; non enim siccare (inquit ipse) nec ceram, nec oleum vtique intelliges, nec alterum seorsum, nec ambo simul, immo nec ęruginem solam, vt quæ immodice siccet, sed (vt dictũ est) dolorem coherceat, & sui tenuitate saniei, si qua orta est, exitus pateat: ad cuius quidem exiccationem aliis postmodum vtimur auxiliis, vt pręcipit Galenus: sed hæc sat dicta sint, ad compositos affectus cum Galeno transeamus. 3. met. c. 1.

In compositis verò complicatur vlceribus prima quidem cauitas quam non alterum affectum, sed vlceris differentiam esse arbitrantur: Est autem tũ differentia huiusce modi res, sed alterum aliquod alterius ægritudinis genus, in quo ipsius substantiæ iactura facta est; Et quidem curatio in duplici morbo duplicem exigit intentionem, nam continuitatis solutio unitate, substantiæ verò iactura, generatione indiget, paulo uerò supra generationis intentiones expositæ sunt.

Missa nominum apud veteres confusione, Galeni sectemur sententiam, qui differentias affectuum ab ipsismet recte distinxit, vt superius adnotauimus; differentię enim proprie sunt magnitudo, paruitas, æqualitas, & inæqualitas, & huiusmodi: affectus autẽ, cauitatibus phlegmone, dolorum sordities, & id tale genus: qui quidem affectus in corpore humano componuntur, vt non simplices morbi affectus vè, sed compositi dicantur; exempli gratia est vlcus, seu vulnus cauum, vlcus quidem

©BIU Santé

quidē ſeu vulnus eſt affectus ſimilari, organicæque parti communis, cauitas vero, aut ſubſtantiæ defectus aut in figura vitium morbus inquam organicæ proprius. Ne conturbet autem nos communis nomenclaturę vſus, vt vlcus cauum dicatur, quaſi quòd ad ipſum differentia quędam apponatur; abuſus enim eſt hic, quemadmodum & cū dicimus, quòd homo albus ſit homo, vt enim albedo ab homine quid diſtinctum eſt, ita & cauitas ab vlcere. Si igitur duo ſunt morbi, qui in vno vigeant ſubiecto, duplex quoque his adeſt indicatio: vt exemplo illuſtrat Galen. quandoquidem vlcus cum cauitate quoad morbum in ſolutione continuitatis vnitate, quo vero ad ſubſtantiæ iacturam carnis regeneratione indiget: quod itidem ſe habet in aliis morbis cōpoſitis. Verum quo ordine in eorum curatione procedendum ſit, poſtmodum ſubiungit eodem vſus exemplo,

QVOD autem primum quidem hunc affectum oporteat ſanare, demum unitatem reſtituere tentare, ipſa rerum natura commonſtrat: Cum ita repletum quidem fuerit cauum, ulcus uero ad æqualitatem perductum: alteram intentionem aboleri contingit, nam media exiſtente inter labia ulceris ea carne, quæ nuper eſt genita partes quidem diſtantes uniri eſt impoſsibile, vnde ſit, ut alia ſit intentio perquirenda. Intentionem autem conſequemur ex eo quod eſt ſecundum naturam ipſi parti comparando, erat autem eidem cute obduci naturale. Quare hoc ipſum à nobis procurandum, aut ſi hæc intentio effectum ſortiri non poteſt ſimile aliquid cuti, carnem ſcilicet quæ cutis naturæ uicina ſit inſtaurandum; Eſt autem huiuſcemodi quæ & ſicca, & calli ſimilitudinem præſefert. Ad cicatricem igitur obducendam neceſſaria erunt exiccantia, ac ſine mordacitate adſtringentia medicamina.

In complicatis itaque affectibus (per affectus autem non ſolum proprie morbos, ſed & eorum cauſas ac ſymptomata intelligimus; quæ quidem licet ut ſymptomata ad ſeſe curam non attrahant, ut tamen vrgentis rationem obtinent, ſui indicant ablationem) à natura rei procedendi ordo deſumitur, etenim ū unus eſt alterius cauſa, prius quidem affectum qui cauſæ rationem ſubit, abſcindendum eſſe rei natura demonſtrat, alioquin nunquam recte procedemus; manente nāq; cauſa aut eo quod cauſæ uicem gerit, tametſi alter affectus ſeu morbus una

uice

©BIU Santé

vice ſublatus ſit, denuo tamẽ reſurget, ac pululabit. Secundò ſi vnus non poteſt curari, quin alterum prius curetur, licet hic illius non ſit cauſa, natura quidem rei exigit, vt prius ab eo exordiamur, ſine quo alter curari non poteſt: quod quidem pluribus exemplis hoc loco declarat Gal. primum quidem ex vlcere cum cauitate, ſiquidẽ cauitas carne prius repleri expoſcit, mox media exiſtente inter labia vlceris carne partes ipſæ diſtantes uniendæ ſunt, ſecundo verò ex vlcere cum ipſa ſorditie adnata; prius etenim ſordes abſtergentibus ammouenda, deinceps ad vlcus ipſum ſanandum properandum eſt, licet ſordities, ac cauitas vlceris cauſæ non ſint, vlcus enim abſque his eſſe poteſt: quòd itidem & de inflammatione, vel attritione, vel humore quopiam, vel huiuſmodi cum vlcere Gal. oſtẽdit. Tertiò ac poſtremo ſi vnus affectus cum altero coniunctus vires proſternat, licet, vt dictum ſit, ac quo ad ſeipſum curationem non expoſcat, natura quidem rei vel maxime requirit, vt præ omnibus quibuſuis huic feſtinanter obuiemus; virtus nã que vel optime, ac ſummo ſtudio ſeruanda eſt, ſine qua fieri non poteſt, vt æger ad priſtinam deueniat ſanitatem, exempli gratia ſit vlcus cum phlegmone, quod ex humoribus aut à parte quapiam, aut à toto ad locum confluentibus pendeat, cui ſuperueniat ſpaſmus, aut intenſiſſimus dolor, qui vires proſternat, ab hoc vtique exordiendum eſſe rei natura nos docet; quandoquidẽ nõ ſolum cauſa, ſed & phlegmone ipſo periculoſior exiſtit: quòd ſi ſymptoma hoc vrgentis rationem obtinens non foret, ab inflammatione vt ſine qua non, initium curationis ſumeremus, demum ad cauſam accederemus, qua quidem non exiſtente inflammatione à cauſa ſine dubio primum, mox ad morbum properandum foret. Tres igitur ſcopos in morbis complicatis adeſſe docebat Gal. ad quos quidem in ordine procedendi medicum aduerte re neceſſum eſt: quãdoquidem & rei natura hos omnes manifeſte admodum oſtendit, vt primus quidem præ omnibus vrgentis is ſit, ſecundus qui ſine quo non, ac tertius qui cauſæ rationem ſubdit. Verum quoniam Gal. hoc loco, de ſolo eo ſine quo non, mentionem facere videtur, vt aperte ſatis uideri poteſt: propterea Truſianus interpres voluit reliquos duos ſcopos ad hunc tantum reducere, ſiquidem (dicebat ipſe) cauſa, & magis vrgens ſe habent ad effectum, & minus urgẽs vt id ſine quo non; fruſtra enim curatur febris humore manente putrido, & inflammatio, ſeu vlcus ipſum, ſi ſpaſmus, aut dolor adſit: Sed fallitur bonus interpres, nam diſtincti ſunt ſcopi, & in uno ſubiecto nonnunquam reperti, alia enim eſt cauſa, aliud autem ſine quo non, & aliud quod vrgentis vim habet, licet improprie omnes hi ſcopi ſi-

ne

f. metho. med.

©BIU Santé

ne quo non appellari possint; propterea quòd ei primum attendendum est, sine quo reliqua tolli nequeunt; causa enim quid diuersum connotat ab eo sine quo non, & id sine quo non ab eo, quod vrgentis rationem obtinet: quibus quidem absque nominibus haud recte in curatione procederemus, si omnes scopi sine quo non appellarentur. Tacuit autem Gal. reliquos duos scopos nempè qui causæ, & vrgentis rationem subeunt facto de eo sine quo non duntaxat sermone, quoniam de morbis propriè complicatis sua erat intentio pertractare, reliqui. n. scopi morborũ causas, atque symptomata p̃cipue respiciunt, licet & nonnunquam morbus morbi, vt obstructio febris causa esse possit. cum itaque adest vlcus, & cauitas, duæque indicationes oriuntur, altera quidem prima sine qua non replendi locum, altera vero partes disiunctas vniendi, causæ postmodum efficientes auxilia nimirum congrua in medium sunt indagandę, vt vtrique satisfaciamus intentioni; quandoquidem ex Gal. sententia quę carnem regenerant ex materia constant nempè sanguine bono, atque natura, vt opifice, ac causa efficiente; quæ nil aliud est, quàm subiectorum corporum, quibus superinduci caro debet, virtus concoctrix; quorum quidem duorum alterum si deficiat, haud recte carnis regeneratio efficitur: sanguis enim acris, aut prauus, seu imbecilla partium virtus concoctrix, seu ambo simul non tantum prohibent carnis productionem, verum & aliorum affectuum præter naturam causæ existunt; his autem ambabus causis præsentibus, nullo etiam extrinsecus, quod impediat, obstante, carnis generatio prohiberi non potest: propterea iuuenibus citius caro regeneratur, quàm senibus, in quibus virtus admodum est imbecilla, & celerius his, qui optimo prediti sunt sanguine, quàm his, qui non admodum probatis constant humoribus: hęc igitur propriè intrinseca sunt auxilia; sunt & alia externa, quæ potius coadiuuant, quàm carnem producant; cum enim modice tum siccent, tum detergeant, vt primum non excedant ordinem, influentis tantum humoris redundantiam compescunt, cum tamen eum moderate influere permittant; fouent quinetiam virtutem ipsam concoctricem, eamque ad opus compellunt, qualia sunt thus, hordeacea & fabacea, eruique farina, iris, aristolochia, cadmia, papax, pompholyx, & huiusmodi, quę iuxta corporum temperiem diuariantur: vt diffusius docebat Galenus. At quæ vniunt, licet ex materia eadem constet paulò tamen ficciore, ac eadem fermè virtute, attamen vt plurimum vnio eadem, vt

3. meth. 3.

prius

©BIU Santé

prius, fieri non poteſt; vnire etenim iuxta priorem formam virtutis formatricis proprium eſt, quæ cum in pueris vigeat, nonnunquam eorum vaſa, nerui, & quęque ex ſemine conſtant partes non ſolum renaſcuntur, ſed adinuicem perfectè vniuntur; at quæ in adultis iuxta etiam Hip. aphoriſmum. non regenerantur, neq; vniuntur, cuius quidem rationem ſuperius explicauimus; verum vice perfectę illius vnionis glutino, aut vinculo quodam priori quàm ſimili cõnectuntur; coadiuuãtibus quinetiam externis ſiccioribus medicamentis, quãdoquidem virtus alteratrix exiccando id ſimile deperdito præparat. Propterea Galen. docens quid agẽdum, dum repleta eſt cauitas, & vlcus ad æqualitatem productum, ſubiũgit alteram eſſe indicationem nempè vt carne hac genita partes cute ſatis dura, quemadmodum prius, vicinantur; quandoquidem caro illa mollis non poteſt eas perfecte admodum colligare; verum cum hoc fieri nequeat, natura ei ſimile quid parat, cũ quo hæc vnio efficiatur: atque ob id vt talis & citius, & perfectius fortiatur effectus, medicus naturæ miniſter exiccantia, & ſine mordacitate adſtringentia medicamina admouet. Cæterum dicet fortè quis, ſit vlcus profundum, quod poſtmodum carne repleatur, & ad æqualitatem productum cicatrice vniatur, quæ cutis vicem gerat, ſi caro hęc genita pungatur, dubio procul ſentiet; ergo nerui inter carnem illam genitã, qui prius exciderant, denuò geniti ſunt; quod tamen tu ex Galeno minime eorum dari regenerationem hic & ſuperius commoſtrabas. Qui carnem eſſe tactus ſenſorium ex Ariſtotele ſuſtinent, facilime vtique reſponderent, quòd ad ſenſationem neceſſarii non ſunt nerui, ſed ſolũ vt eam contemperent, vt antea dictum eſt: At nos qui hanc reſpuimus ſententiam, rectius dicemus, quòd ſenſatio ipſa efficitur, non quidem, quòd renati ſint nerui, ſed quòd in punctione profundius penetrantes derelictorum neruorum portionem attingimus, ob quorum punctionem dolor confeſtim inſurgit: cuius quidem inditium eſt, ꝙ cum neruum, qui ad partes illas ſenſum deferebat, diſſecamus, nõ amplius quantum vis pungatur cutis; caroque intima, ſentimus; atq; dolemus: Atqui ſi vlcus adſit cum ſorditie, cum prius ſorditiei attendendũ eſſe ſuppoſitum ſit, quibuſnam ei ſit ſuccurrendum, pertingit quidem hoc loco Gal. remittens tamen nos ad propriam inueuiendam materiam libris his, quí de medicamentis inſcribuntur, his verbis.

5. Aphor. 19.

Ita & ſi ſordities aliqua fuerit adnata, intentio quidem erit abſtergẽdi: Et erit medicamẽ ſalubre abſterſiuũ, eorundẽ vero materiã in libris, in quibus de medicaminibus agitur, ſcripſimus.

Hoc

Hoc eſt tum lib. de ſimpl. med. facultatibus, tum etiam lib. de compoſi. med. ſecundum genera, in quibus omnibus tam ſimplicia, quàm compoſita edocet, quæ ſordities ipſam nempè putridum humorem abſtergunt: ſimplicia enim ſunt, vt dulcia, tenuisque ſubſtantiæ, vtpote mel, fabæ, hordeum, lupinorum decoctum, & huiuſmodi; compoſita verò, vt mel roſatum, oximel ſimplex, atque compoſitum, & id tale genus. Proinde ſordities ex Gal. authoritate duplex eſt, altera quidem ex craſſo gignitur excremento, vt ſanies, ſeu ichor ex tenui, altera verò putredinis quędam ſpecies quę ab externo naſcitur calore; nam prior ſordes alimenti, quod coquatur, eſt excrementum, ſiquidem vt & alibi ſe ſcripſiſſe ait, non ſolũ in ipſa carnis generatione, ſed & omni qualitatis alimenti nutritione duplex hoc excrementum reperitur; alterũ quidem craſſum, alterum verò tenuius; in chyli namque verſione ſubtilius quidem eſt vrina, craſſius vero quæcunque per ſeceſſum euacuantur; in ſanguine autem ſubtilis eſt flaua bilis, craſſus vero melancholicus ſuccus, in tertia vero coctione ſubtilis vapor, ac ſudor, ſiue craſſa illa ſordes, quæ in corporis cute conſpicitur: Et ſicuti ex tenui illo excremento humidum vlcus redditur, & ex craſſo ſordidum, ita illud quidem exiccantibus, hoc vero his, quæ expurgent, ac mundent, indiget: quæ quidem ſordities ſi magis increſcat, morbus ex mala intemperie in vlcere innaſcitur; quicquid nonnulli latrent; qui quidem morbus abſtergentibus potiſſimum indiget, vt leui caliditate, ac excedenti quadam ſiccitate & mundent; & ad priſtinam temperiem locum vlcerоſum traducant. Aduerſus autem Gal. de duplici excremento diſtinctionem inſurgit Argenterius; quam quidem falſiſſimam eſſe commoſtrare contendit non ſolum rationibus, ſed & Hip. & ipſiusmet Galeni authoritatibus: extat namque in primis Hippo. ſententia, docentis in vlceribus ſanandis ſolum exiccantibus opus eſſe; cui quidem libro de med. compoſi. ſecundum genera, ſæpe conſentit Gale. vbi ea ſolum ad carnis generationem adminiſtrat, quę vim exiccandi habeant abſque mordacitate: non igitur duplex eſt excrementum, ſed vnum duntaxat, quod ſimplici indiget intentione; inſuper experientia manifeſtum eſt quòd in principiis, ac dum materia cruda eſt, aquoſum illud apparet excrementum, ac perfecta coctione craſſum, lene, ac æquale; non igitur eodem tempore craſſum & tenuius eſt, vt voluit Gal. quod itidem in inflammationibus oſtendi poteſt: bonum etenim ac laudabile pus eſt, ſi totum lene, ac æquale ſit, non autem tenuius ac craſſius. Quod ſi Gal. fortè dicat nonnunquam euenire, vt nimia ſanguinis, humorumque cęterorum copia vlcus humidius factum validioribus egeat ſiccan-

9. metho. med. c. 3.

tibus

©BIU Santé

cantibus atque hac de causa tenuius reddatur excrementum, hoc quidem (dicit ille) non ostendit duplex fieri excrementum, sed id potius superfluum esse, quod influit: præterea si in vlceribus ichor & sordes perpetuò gignuntur, quonam tempore pus ipsum conficietur, quod totũ æquale sit, ac lene? Concludebat igitur Argenterius, quòd ichor seu tenue excrementum solum apparet, cùm coctio nõdum præualet, sordes vero non proprium, naturaleque est excrementum, sed quãdo per insciti am, prauamque curationem vlcera non satis sunt exiccata, atq; aliquid putredinis contraxerunt: quæ etiam medici magnopere semper damnant, quod quidem non efficerent, si sordes naturale esset excrementum, quod ab ipsa natura in carnis generatione necessario fieret; ac denique concludebat, ꝙ in omni coctione duplex id excrementum nequaquam reperitur; ꝙ si in naturę operibus id quidem duplex apparet, diuersi vtique est generis, & quod sordidum dicitur, rectius terrenum, quàm sordidum nuncupabitur, non enim ex superflua humiditate atque putredine prouenit. Verum iste ex praua intelligentia eorum, quæ à Galeno scripta sunt, non parum aberrat, etenim Gal. sentit, ꝙ in vlcere cauo quocunque tempore tale duplex excrementum reperitur, at non in quocunque vlcere, ut clarè eius consonant uerba, cũ enim ulcus cauũ est, in eo nõ bona adest concoctio, sed humores acres, & crudi, qui vtà natura concoquantur, indigent: propterea sicut in quacunq; naturali coctione duæ illæ tenues ac crassæ conspiciuntur superfluitates, ita & dum materia illa ad ulcus transmissa cõcoquitur, vt in carnẽ uertatur, duo illa excrementa visuntur; atque hoc non negat ipse Argẽterius, dũ ait, ꝙ in crudiore vlcere aquosum quoddã est, qđ per concoctionẽ fit crassius, ac quòd primũ ichor & sanies, & denique aquosum erat, siue quocunq; nũcuperur noïe cruẽtũ, inæquale, asperũ, & fœtidum, postea coctionis beneficio per quosdã illius gradus prædictas qualitates commutat, & tandem perfecte fit album, lene, æquale, & minus fœtidũ: igitur in coctione; dũ vlcus cauũ est, vt & voluit Gal. materia hęc dissormis est, in qua superfluitates adsunt tenues & crassę. Quid ergo hẽt aduersus Galenũ? nihil sanè, sed vt suã tantum ostentet in ipsum malitiam. Respondeamus itaque in primis Hippo. authoritati, atque Gal. confirmationi, quę sibi ipsi oppugnare uidetur, quòd Hippocrat. libro de vlceribus curationem vlcerum simplicium edocet, dum siccantia admouenda iubet, non autem eorum quæ caua sunt, ac cruda, quandoquidem in his inter coquendum duę illę superfluitates conspiciuntur, non autem in primis illis simplicibus, quę sola indigẽt exiccatione, dum eo libri ingressu Hippocr. ait

audis siccum

ſiccum ſano vicinius eſt, humidum vero non ſano: & mox; vlcus enim humidum eſt, ſanum vero ſiccum; quo quidem curationis vlcerum fine ſiccatione nimirum conſtituto deinde Hippoc. per totum librũ particularia vlcera inuenit nempè caua, ſordida, inflammata, & huiuſmodi, quibus quidem communem hunc finem ſemper adnectens particulares ſubdit indicationes, exempli gratia cum ſcribit; Quodcunq; vlcus acuto tello cæſim, percuſſim vè diuiſum eſt medicamẽtum, quod cruentis ſtatim imponitur ἔμπλαστρον græci vocant, & ſiccans, & quod ſuppurare vetet, admittit: Et rurſus, Quæcunq; probè & opportunè purgata ſemper ad ſiccius promouentur, niſi ſi contuſa ſint: Et rurſus, ſi quod coire nequit, humecta caro in cauſa eſt: Ex quibus quidem locis aperte ſatis conſtat ex Galen. etiam ſententia primam vlceris; vt vlcus eſt, ſanandi indicationem eſſe mediocrem ſiccationẽ: verum vlceris, quod cum alio affectu coniunctum eſt, priorem quidem illius affectus indicationem, mox & vlceris ipſius: Et licet Galen. dicat molienda eſſe quæcunque ſine morſu, ac roſione valide admodum ſeccent: Subiungit tamen ob caua vlcera non adeo exiccantia eſſe adminiſtranda, vt erodant quidem, ac manifeſto adſtringant, ſed detergeant: ſiquidem (inquit Galen.) caua plurima eius generis vlcera tanquam ab exeſione humorum malignorum facta apparent, eiuſque rei gratia carne impleri deſiderant: oſtẽdimus autem in tertio Therapeutices libro omnia, quæ carnem generant, medicamenta detergẽdi facultatem habere, multa etiam alia ſiccam obtinent virtutem huiuſmodi vlceribus accommodam. Non eſt igitur ſibi ipſi pugnãs Galen. ſed verum vero conſonat, ſi recte Authorum ſcripta intelligantur. Corruunt quinetiam Argẽterii rationes, id enim totum, quod ipſe ſcribit, concederet Gale. atque tunc temporis, dum pus optimum conſpicitur, non adeſſe tenue excrementum; ſed quod ex hoc concluditad Galen. mentem nequaquam eſt, cum ipſe in cauo ulcere, dum fit concoctio, nondum autem coctus eſt humor, duo hæc excrementa, vt & putat Argenterius, ſuſtinet: Verum hæc miſſa faciamus, & ipſum cum ſuis paradoxis deſeramus, de eo nanque carmen illud Horatii afferri poſſet: Parturient mõtes, naſcetur ridiculus mus; Et quemadmodum procedendum eſt in his quæ Galen. explanauit, ita in his, quę ſubſequẽtibus verbis ob eaſdẽ rationes cũ ait:

lib. 4. met. cap. 5.

1. de cõpo. me. per loca. cap. 19.

Et quidem ſi aliqua inflammatio, vel attritio, aut tumor prædurus vel mollis, & laxus cum vlcere fuerint, prius eorum curationi intendere oportet, eas ſequendo vias, ac rationes, quas prius expoſuimus.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 653 sur 753

©BIU Santé

Inflammatio quidem, quam phlegmonem proprie græci nominãt, eſt affectio quædã præter naturã, quæ ex ſanguinea fluxione ortũ hẽt: nam dum copioſior ſanguis inſuit (vt inquit Gal.) aut ab aliqua corpo
13.met.3. ris parte, aut toto nonnunquam tranſmiſſus in læſam particulam, aut ſaltim imbecillam recipitur; hæc autem pars cum valde admodum op primatur, extraneo accenditur calore continuum diſſoluendo, ipſamq; particulam mala quapiam deficiendo, q; ſi pars ipſa vlcere ſimplici prius erat affecta, mox vero phlegmon accedat, duplex morbus adeſt, vlcus nimirum ac inflammatio: pro vtriuſque vero curatione primum quidem inflammationi attendendum eſt, ſine qua reliquum morbi genus curari non poteſt, demum & alteri; hunc enim in modum rei naturam inſequimur commoſtrante quidem idipſum ratione: ob id cum inflammatio ortum habeat, aut à nimio ſanguinis confluxi calore, aut à dolore, aut aliqua parte propinqua, quæ largius ſanguinem ad partem phlegmone obſeſſam tranſmittat, aut etiam à toto ipſo corpore, quod ſanguine nimium abundet, indicatio ſtatim exoritur, vt per contraria his omnibus obuiemus; calori quidem excedẽti (ſi is ſit) moderate refrigerando, dolori autem leniendo, & parti mandanti, ne amplius tranſmittat, ac toti denique corpori euacuando id, quod valde ſuperfluum eſt: quibus quidem peractis poſthac ad vlceris curam eſt accedendum. Attritio autem, ſiue contuſio, cum vel caro ipſa exterior, vel & internæ partes contunduntur, aut ob caſum ab alto, aut ob graue quid opprimens morbus in ſoluta eſt vnitate, cum mala etiam tẽperie, quandoquidem natiua membri contuſi temperies vt plurimum
12.metho. med.c.7. deperditur, affluente nimirum raptim ſuperfluo humore, ex quo quidem affluxu continui ſolutio efficitur: ob id Gale. dicebat, contuſionẽ, ruptionẽ, & eroſionẽ affectus eſſe præter naturã, qui diuiſionẽ cõtinui faciunt: corrũpunt etenim propriã membri naturã: q; ſi fortè cũ vlcere attritio hæc, ſeu cõtuſio adſit, prius prauæ huic tẽperiei ex grauante contractę opitulandum eſt, mox & ipſi vlceri: Vnde nonnulli abſynthio contuſo, & oleo myrtino cum pulueribus uim exiccandi obtinentibus, utuntur; propterea q; his remediis & humores confluentes repellunt, quodq; influxum eſt, digerunt, adnectentes quinetiam ea quæ dolorem mitigandi vim habent ne fluxiones locus concedatur; eodem pariter modo ſe habet tumor durus, aut mollis ſeu laxus, tum à materia pituitoſa craſſa, tum melancholica originẽ ducẽs; quippe qui membri intemperiem gignit, cui quidem ni prius attendatur, quodcunque vlceri adhibebitur remedium ſuperuacaneum erit, atque futile: cum autem ſubdit Gal. in contex.

ſic

Sic & ſi aliquid ulceri illabitur, ad illabentium curationem intendendum.

Putabit fortè quis (vt & nonnulli ſuſpicati ſunt) Gal. aut inter morbos ſtatuiſſe cauſas, aut cauſarum & morborū auxilia confundiſſe, cū tamen de ſolis compoſitis affectibus, inter quos cauſæ non ſunt, hic agere intendat: Verum nec primum voluit Gal. nec ſecundum, ſed morbos factos ab his, qui adhuc fiunt, dum ẽt compoſiti ſunt diſtinguere; quoniam morbi, qui adhuc fiunt, cum cauſas habeant, eis vtiq; prius eſt attendendum, demum & morbis; q ſi duo forent morbi facti dunta xat quia nulla penderent cauſa, ſolis morbis attenderemus, alteri quidem prius, abſque cuius ablatione alius remoueri non poteſt, ut cum adeſt ulcus cum mala membri intemperie, ſine tamen materiæ affluxu; vt & Gal. ſubdens ait.

Eodem pariter modo ſi aliqua intemperies ulceratum locum obſederit ad eiuſdem temperiei remedia antea ueniendum. Sed de his quidem ſatis.

Morbus enim compoſitus eſt ex vlcere & mala intemperie, abſque vlla cauſa pendens, vt prius quidem mala intemperies ammouenda ſit auxiliis; de quibus ſuperius mentio facta eſt, mox & vlcus ipſum. Verum vt exempla hęc ſunt, quæ nos ad reliquos affectus curādos manuducunt, ſiquidem Galeni talis eſt intentio, ita & nos cum eo his erimus contenti, & ad alterum accedemus caput.

De ſpeciebus morborum ſecundum formationem. Cap. 93.

Nunc uerò tranſeundum eſt ad formationis genus, quod in plures ſecantur differentias: & ab eo quod euidentiſſimum extiit, exordium eſt ſermonis faciendum, quod ex figuræ permutatione contingit. In his igitur, qui adhuc creſcunt, poſſibile eſt plurium partium figuram emendare: in his autem qui iam aucti ſunt, minime. Intentio tamen quo ad fieri poteſt, curationem adhibere, ad contrarium euerſionis adducendo: ſi uero fractione aliqua non rectè conformata alicuius membri figura fuerit uitiata, cui ſubſtantia calloſa innaſci præuenerit, ſiquidem hæc adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rurſus rectè afformare, deinde callum ſuperinducere.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 655 sur 753

©BIU Santé

AGGREDIENS Gal. cauſas, quę organicarum partium ſanitatem introducunt, atque in primis earum, quę ad formationis genus ſpectant, prius eius multas eſſe differẽtias, ſeu ſpecies ſupponit; quod & ſuperius docuerat; nempè meatus, cauitates, orificia, ſuperficiẽ, atq; figuram, initio ab ipſa figura deſumpto, vtpote ſenſui viſus magis ſubiecta. Et quoniã figura vitiata aut in his, qui adhuc creſcũt, reperitur, aut in his, qui iã aucti ſunt, licet in omnibus vnà eadẽque indicatio ſit, vt quoad fieri poteſt, adducẽtes ad cõtrariũ, figurã accomodemus; huic tamẽ neq; in corpore quocunq;, neq; ſemper ſatisfacimus intẽtioni: ſiquidẽ i pueritia, & his, qui creſcũt, id quidẽ aſſequi poſſumus: at nõ in adulta, ingraueſcẽteq; ętate; propterea q; prioribus quidẽ partes robuſtę ſunt, ac molliores, vt facilime flectãtur; at poſtremis quoad plures partes, & imbecilliores magis redduntur, ac duriores, vt earũ flexio impoſſibilis exiſtat: pariter quocunq; tẽpore ſine aliqua moleſtia conformamus; quòd ſi ei ſubſtantia calloſa inaſci cęperit, non ſine moleſtia propriam ei figuram accomodabimus, recentem quidem calloſam ſubſtãtiam prius perfringentes, mox callum ei ſuperinducentes; at in antiquo callo ſuperinducto non ſolum moleſtum eſt, atq; periculoſum & perfringere, & ſuperinducere, verum & fermè impoſſibile, cum callus ille antiquus temporis ſpatio vt & os ipſum indureſcat. Dedit autem exemplum de oſſibus fractis, vt & ex his quemadmodum copioſius alibi, & partes alias figura depraũatas ſanari poſſe indicaret. Verum obiiciat fortè quis ſuperioribus capitibus, dum de conformatione in corporibus conſeruãdis, aut ad melius ducendis ageret, ſcripſiſſe Galen. in ſola pueritia figuram concinnandã eſſe, cum tamen hoc loco & adoleſcentiam includat. Dicamus breuibus has quidem ſententias non ſibi inuicem pugnare, ſed vel maxime conſentire; quandoquidem ſuperius loquebatur de figura aut ab ortu, aut poſtortum confeſtim, vitiata; nam in pueritia dum nerui, oſſa, & talia mollia ſunt, facilime flecti, & ad contrariam figuram verti poſſunt: quod ité no. raccidit, dum in adoleſcentia eo modo aſſueta ad aliam contrariã figurã cõuertere tẽtamus; at hic de ea figura verba facit, quę in diuerſis ætatibus cõmutari poteſt. ſi. n. in pueritia, aut adoleſcẽtia figura vitietur, ſperãda vtiq; ſalus eſt, quoniã mẽbra figura vitiata in aſſuetudinẽ talẽ non deuenerunt, vt cõmutari, & ad contrariũ euerti nequeant. Declarans auxiliis quibus figuræ uitiatæ opitulemur, ſubdit Galen. ea quæ affectis cauitatibus proficiunt hunc in modum ſcribens.

a.ad.Gla.

De

De obstructione. Cap. 94.

Est vero & obstructio ex eodem genere ægritudinum, quæ quidem ex lentis, & crassis humoribus fit, vnam & ipsa habens intentionem morbo contrariam, dico autem apertionem: causæ uero salubres sunt, abstergentia, atque incidentia medicamina.

NAM cum superioribus capitibus, dum de causis salubribus instrumentariarum partium ageremus, dictũ sit, cauitatem, quę & ipsa sub conformationis genere collocatur, in tres dissecari species, ventrem, meatum, ac orificium, quælibet vtique ex his species propriam conformationem amittit, si quapiam ex causa obturetur, obstruaturque: atque ob id inquit Gal. ex eodem ęgritudinum genere obstructionem esse. Verum quoniã inter se tres iste species distinguuntur, quandoquidem venter magna cauitas est, ut ventriculi, cerebri, & cordis; meatus autem non excedens cauitas, vt venarum, arteriarum, vreterum, & istiusmodi; orificium vero caput, seu finis vasorum, cauitatumque quarumcunque, vtpote venarum, arteriarum, & huiusmodi, à diuersis vtique causis, atque occasionibus propriam conformationem deperdunt; propterea cuiusq; cauitatis obstructio præter communem, atque genericam curandi indicationem, nempè reserationem, seu apertionem, particularem & aliam habet, quæ cuiusque propriam cauitatem, particularesque causas respicit; si enim ut Galen. in contex. ait, obstructio in meatibus ex crassis, & lentis humoribus efficiatur, indicatio partialis insurgit, vt causæ salubres administrentur; quæ abstergendi, incidendique uim habeant; medicamina namque incidentia efficiunt, vt humores attenuati facilius per cauitates angustas permeent, quæ uero abstergunt viscosos humores è cauitatibus ammouent; siquidem eos à partibus quibus adhærebant, liberant; quòd si fortè cauitas magna sit, sola abstersione indigemus, quandoquidem humores per meatus illos amplos pertransire possunt absque ꝙ prius incidantur, attenuenturque: ob id nonnunq; ad humores viscosos in ventriculi superficie sitos euacuandos melle rosaceo vtimur; quod quidem abstergendi uim obtinet; at si cauitas angusta sit, syrupo acetoso, & oximellite, & similibus, cum nõ solum abstersione,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 657 sur 753

©BIU Santé

ſed & attenuatione opus ſit; ſiquidem ſtrictos illos calles haudquaquã tranſirent humores, niſi prius attenuarentur, inciderenturque. Ex qua quidem declaratione Argenterij error aperte ſatis deprehẽditur, qui vt Galenum carpat, abſtergentia, & incidentia viſcoſitatis ſolum remedia, non autem craſſitudinis humorum eſſe conſtituit, nulla quippè munitus ratione, præterquàm quòd cum viſcoſum duplicem habeat naturam, & vt continuum ſit, atque alteri adhæreat, continuitas quidem inciſione, adhæſus autem, ſiue adherentia tollitur abſterſione; at craſſus humor ſolam extenuationem requirit; etenim viſcoſum per ſe quidem ex propria adhærenti tantummodo conſtat ſubſtantia, cui quidem accidit, quemadmodum & alijs, vt tota ſimul cõtinua ſit, atque vnita: atque ob id huius proprietatis ratione contrarium abſterſorium remedium expoſcit, craſſum vero cum ex propria natura compactum magis ſit, atque vnitum, incidentibus ſeu extenuantibus remedijs indiget; quæ enim incidunt, in partes etiam comminuunt, atq; extenuant, vt nulla inter incidens, ac extenuans diſtinctio videatur, quicquid dicat Argenterius. Gal. itaque pro exemplo in meatuum obſtructione declarat, quòd cum humores & craſſi, & viſcoſi ipſos occupant, tunc ob craſſitiem incidentibus præcipuè, ob viſcoſitatem vero abſtergentibus remedijs vtendum eſt; quam quidem & incidentia adiuuarent, ſi ratione ſuæ molis per anguſtos illos calles pertranſire non poſſent: quod quidem illi per accidens, non autem ex propria natura contingeret: Neque hoc tantum Gal. contentus exemplo aliud, quod ventris eſt, poſtmodum proponit, cum ait.

QVAE vero fit à ſtercore duro quod interſepit inteſtinum, primum quidem habebit duritiei remedium ex humidis, pinguibuſq; clyſteribus, demum ex acribus euacuationem expoſcet.

Inteſtina quidem latos habent meatus, per quos craſſa tranſeunt excrementa, quæ ſi eos obſtruãt, morbus gignitur in conformatione, & ſicut huius cauſa partialis eſt, & ab alijs ſeiuncta; quandoquidem materia fæcalis pura alias cuiuſpiã alterius partis cauitates nequaquã occupat, ita & partialem expoſcit indicationem, atque curationem; cum enim ex hac potiſſimum cauſa morbus hic pendeat, propterea q ex calida, ſiccaue intemperie quapiam exiccatę ſunt fæces, quæ poſtmodum ab expultrice facultate minime expelli potuerint; inteſtina autẽ interſepiant, atque conſtipent, indicatio ſtatim exoritur, vt humidis ac mollibus auxilijs morbo oppitulemur; demum & acribus, ſeu mordacibus; primum namque quod exiccatum eſt, ad priſtinũ ſtatum deducemus,

cemus, mox virtutem ad id excitabimus propellendum. Qui quidem ſcopus licet duplici, diuerſoque remedio conſtet, vnus tamen eſt, vt ſcilicet morbus in conformatione tollatur, non autem duplex, vt falsò Galen. interpretans voluit Argentarius; per accidens enim acria medicamenta flatus hoc caſu diſcutiunt, & pituitam liquidã reddunt; duplici autem remedio vt plurimum vti cogimur, quandoquidem ſæpius euenit, vt virtus ſopita iaceat, & à quibuſdam acribus, ſeu quandam acrimoniam ſaltim occultam obtinẽtibus ſtimulari exoptet. Quo circa vel maxime hi deteſtandi ſunt, qui hoc caſu acribus ſtatim vtuntur medicamentis, ſiquidem non ſolum nil iuuant, verum & fæces magis exiccant, atque indurant: at ſi morbus non dat inducias, mollientibus principio, quæ acrem quandam obtinent facultatem, adminiſtrare non verebimur, qualia ſunt bliti, malua, oleum, atque potiſſimum camomellinũ, & iſtuſmodi; molliunt namq; atq; vnà virtutẽ prorritant ad expellendum. Sed num cum acribus ſoluentia quoque ſint admouenda, reſpondent nonnulli, quòd ſi inteſtina humore obſidẽtur, morbi cauſa hæc ipſa adminiſtrare conuenit; at ſi ſecus, mirum in modum obſunt, quãdoquidem dum è vaſis ad inteſtina humores trahũt, obſtructionem magis adaugent. Nos vero ſententiam hanc non ex toto admittimus, propterea, ſi leuiter ſoluẽtia cum acribus admoueas, non ſatis ſunt, vt talem in humoribus cõmotionẽ emolliantur: ſi vero acria & valentia virtutẽ prorritabunt, quæ non expectata valida attractione & medicamenta, & fæces obſtruẽtes propellet: cauendũ tñ eſt ab his vehemẽtibus medicamentis, qm̃ longa mora, & ſui acutie nonnunquam attrahere, & partes illas accendere queunt. Subiungit autẽ Gal. aliud exemplum, quod quidem ad orificium ſpectat, inquiens.

Quae autem à lapide fit in veſica in præſenti quidem tranſpoſitionem requirit, integræ vero ſanitatis cauſa inciſionem & extractionem.

Quemadmodum & in præſenti morbo ſecundũ cõformationẽ altera eſt cauſa à præcedenti, ſic & ſcopus alter eſt; lapis namq; cum vrinę obſtruat orificium, ſui indicat in præſenti tranſpoſitionem, vt ab veſicę orificio ſeiunctus liberum vrinæ tranſitum deſerat; temporis vero ſpatio ipſius lapidis inciſionem, & extractionem. Neque iniuria quidẽ primò tranſponimus, mox ad perfectam deſcendimus curationem; quandoquidem exacta curatio non niſi per longũ tempus perficitur; quod quidẽ ſi æger percunctaretur, dubiò procul periret; non.n. vrinę ſuppreſſionẽ ſufferimus, vt cuipiam notũ eſt, quinimmo tertio, ac 4.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 659 sur 753

©BIU Santé

ex hoc morbo multorũm intereunt: In primis itaq; lapidẽ ad veſicę i-
mũ, vbi locus eſt amplius, propellimus hominẽ ſeu per crura ſuſpendẽ
tes, ſeu vehementer concutientes, ſiue per ſyringam in veſicæ collum
immittentes; his enim modis lapidis in veſica fit tranſpoſitio, non au-
tem (vt ait Argenterius) ceſſio quodãmmodo: fallitur namque ipſe, q̃
is veſicæ ceruici tenaciſſimæ adeo adhęreat, & coniungatur, vt prædi-
ctis remediis ex vno in alium locum vtpote veſicæ imum transferri
non poſſit, cum non ſolum hoc loco Gale. ſententia, & alibi ſępius in
contrarium extet; verum & Ætius, Paulus, & cæteri omnes præexcel-
lib. 11. c. 5. lentes medici idipſum ſentiant: dicebat namque Ætius concludẽs ex
dictis. Decubitus igitur formam in talibus moliri oportet, ita vt ſupini
ſituentur, & longè altiores coxarum vertebras habeãt; deinde, multi-
formiter eos commouere, quo omnibus machinamentis lapidem ex
ipſo veſicę meatu excidere faciamus. Cæterum ſi curationem perfecte
moliri noſtra eſt intentio (inquit Gal) inciſione & extractione opus eſt,
nam etſi medicamentis interius, exteriuſvè ſumptis quandoque in ha-
renam, aut in paruulas portiones ipſum deducimus, vt poſtmodum is
facile cum vrina protrudatur, quorum quidem medicamentorum cu
mulus apud Græcos, Arabas, & Latinos non paruus conſpicitur, ple-
runque tamen exoptato fine fruſtramur duabus ſanè ex cauſis; tũ quo-
niam ob loci interuallum mediocris medicamenti vis langueſcit, ue-
hemens autem membra, per quæ permeat, ualde excalfacit, atque
excoriat; tum quoniam dum acria hæc aſſumuntur, facilior humo-
rum in amplum locum confluxus comparatur; mitto quinetiam exte-
riorum medicamentorum appoſitionem, quę non niſi longo tempo-
ris ſpatio ac vix tantillum quidem morbo prodeſſe ſolent, vt multo-
ties, priuſquam ad locum morboſum tranſeant, deperdantur: ob id
Gal. hoc loco remedium quod dubium eſt, ſubticuit; quod vero inte-
grę ſanitatis cauſa ſemper eſſe ſolet, recenſet; tametſi id maximo cum
timore, ac vitæ periculo tentetur, miniſterque is ſit valde peritus, ac
agilis, ac laborantis corpus ſatis validum: ob quas quidem difficul-
tates Hippocra. in ſuo iuſiurando ab hac inciſione, extractioneque ſe abſtinere, chyrurgicis autem, qui talem exercere conſueue-
runt, eam finere pollicetur: vnde Galen. & alii poſteriores me-
dici vti extremum, periculoſumque auxilium comprobarunt; cer-
tum tamen, ſi æger inciſionem ſufferat, miniſterque arte ſecan-
di corpora vel optime calleat; nam cum partes carnoſæ facilius,
& tutius quàm neruęæ cartilaginoſæve conſolidentur, opus eſt,
vt miniſter rectè ſciat, qua in parte carnoſum ſit corpus, qua-

que

©BIU Santé

que neruea ſubſtantia, vt carnoſo in corpore inciſio efficiatur; in nerueo vero dimittatur; difficile namque in partibus neruеis conſolidatio efficitur: inſuper cum in nonnullis locis venæ complures, & arterię reperiantur, prænoſcendus à Chyrurgo locus is eſt, qui à venis & arteriis vacuus fermè exiſtit, quandoquidem minor ex illius loci inciſione humorum confluxus aderit; quod quidem ſecus ſuccederet, ſi locum venarum, arteriarumque diſſecaret. Quocirca Paulus à quo mutuatus eſt Auic. & ab eo cæteri poſteriores non ſolum hominis naturam, ætatem, & modum; quo is ſituandus eſt, ſed & inciſionis locum, & inſtrumenta ad incidendum apta deſcribit, vt facile quiſque intelligat, Paulum veſicæ locum omittere, ipſius vero collum, vtpote carnoſum incidere; dum ægro adaptato calculum in veſicæ ceruicem impingit & digito vno, pluribusque propellens ipſum in exteriora impactū, miniſtro altero manibus veſicam præmere iuſſo, alteri præcipit dextra manu teſticulos ſurſum teneat; ſiniſtra penem extendat in alteram partem, qua ſectionem demolitur; aſſumpto vero ſcalpello ad calculos idoneo interanum, & teſticulos non per mediū penem, ſed in alteram partem iuxta ſiniſtriorem clunem obliquam ſuper lapidem, qui parti ſecandę ſupponitur, lineam ducit, quę extrinſecus latum habeat ſpatium, intus non amplius, quàm vt calculus per id queat excidere: Verum hęc curatio non in omnibus tuta eſt ętatibus, ac quibuſvis naturis pueri namque, & qui ad ætatem conſiſtentem peruenere, huiuſmodi quidem tolerare poſſunt, ſicut & qui bono corporis habitu; at ſemel, & qui mala intemperie premuntur, nequaquam: qua de re hoc caſu tutius eſt ea longa vti curatione, quę multotiens ad finem produci non poteſt vtpote his omnibus medicamentis, quæ uim habent attenuâdi, diſſecandique & incidendi, qualia ſunt, quæ à ſcriptoribus copioſiſſime traduntur, apud quos ea quiſque perlegat, ne illorum ſingula incaſſum enarraſſe videamur ſubdit autem in contextu. li.6.ca.60.

HVMIDITATIS autem, quæ præter naturam continetur, ſanatio in omnimoda euacuatione conſiſtit, quemadmodum etiam in ſuppuratis: immodica aũt repletio immodica euacuatione curatur, vt cum ſanguis intra venas redundat.

Etenim cum excrementa in duplici ſint differẽtia, alia quidẽ meatuũ cauitatum, ac orificiorũ propria, alia vero omnibus cõmunia, traditis prius exẽplis quomodo cuiuſq; horũ ꝓpria excremẽta ſint medicanda Gal. preſenti loco cõmunia auxilia tradere intendit, primũ quidẽ in uniuerſum, mox & in nonnullis particularibus: Verũ cum alia aut quanti ta-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 661 sur 753

tate peccent, aut qualitate, non omnibus eadem præstanda sunt remedia, sed his quidem, quæ qualitate aberrant, vtpote naturæ inimicis integra molienda est euacuatio; his verò qui quantitate tantum delabuntur, ἀνεπίτροπος (paulò infra inquit Gal.) hoc est ab euacuatio, seu non exacta euacuatio; ita tamen quòd cum immodica sit repletio, immodica etiam utamur euacuatione, nam in Athletis, qui ad summam sanguinis repletionem deuenire, non solum repletio hęc innanienda est, uerum & immodice, donec ad naturalem hi statum deueniant. Est autem animaduertendum, quòd Gal. non præcipit vnica vice totam qualitate matetiam peccantem tollendam esse, neque immoderatam secundum quantitatem unica immoderata euacuatione curandam, ut multi suspicati sunt, nam præter quòd sibi ipsi non consentiret ex rei natura edoctus quæ repentinas, ac ualde contrarias non tolerat mutationes,

6. aph. 27. Hippocrati quoque qui in sectione suppuratorum, & aquam inter cutim patientium seruato virtutis tenore per multas vices humores illos euacuandos esse præcipit, apertissime obsisteret, dum ait: Quicunque suppurati, aut aquam inter cutim patientes vruntur, aut secantur, si pus aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur. Quã quidem Hip. sententiam interpretans Gal. in primis quidem ait eam ipsam experimento ab Erasystrato comprobatam fuisse; dũ eos, qui aquã inter cutim laborabant, mederetur uniuersa namque in his, ac subita euacuatio non solum febres, & mortes afferre solet, verum & dum in aliis partibus, atque in thorace ipso tumor suppuratur, mox huiusce rei causam assignat; quandoquidem humore confertim, & unica uice euacuato multi spiritus unà cum eo exeunt, atque excernuntur, vt statim cadat uirtus, & homo moriatur, cuius quidem inditium est, quòd ægrotantis confestim deficit anima, & uires debilitantur, neque postea imbecillitas hæc facile remedium admittit: itidem in his, quę quã

1. Apho. 3. titate peccant, docebat Hipp. de gymnasticorum habitu loquens, cum ait: His de causis bonum habitum statim soluere expedit, vt corpus nutriri incipiat; neque compressiones ad extremum ducendę, periculosum enim, sed qualis nam fuerit eius, qui debet perferre ad hoc ducere conuenit: sic & euacuationes, quæ ad extremum ducendæ periculosę, & rursus refectiones, cum extremæ fuerint periculosę: non est igitur neque peccans quantitate humor unica uice, ut plurimum, curandus: ꝙ si quandoque id fiat, in robustissimis quidem corporibus, & ad uirium usque tolerantiam, ut nos admonebat Gale. tunc. n. ut ait Hipp.

prima aphor. 23. & aphor. 6. Extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt, & hoc loco Galen. immodica repletio immodica euacuatione curatur: & quoniã

Galen:

©BIU Santé

Gal. in vniuersum de humoribus qualitate, quantitateque peccantibus sermonem fecerat; exemplum autem solum suppuratorum tradiderat, in quibus tota materia qualitate peccans euacuari debet, vt æger ad pristinam sanitatem traducatur, in subsequentibus verbis, si vt iacent, legantur, idipsum aliis particularibus ostendit exemplis, ac demum dum succi quantitate nimium excedunt.

Sic & quibuscunque uel in uentriculo, uel intestinis, uel arteria aspera, uel pulmone pus, aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria: superflui autẽ cibi, aut potus adhuc iacentis assumptio ab euacuatione corrigitur.

Nonnulli enim contextus græci hanc literam habent: at si legatur, vt in veteri græco codice iacet: Quibuscunque autem vel in ventriculo, vel intestinis, & quæ sequuntur, possumus dicere, quòd cum Galen. superius tradiderit remedia, quibus obsistimus humoribus & qualitate, & quantitate peccantibus, dum totum occupant corpus, siquidem suppurati, de quibus superius loquutus est, prauis pollent humoribus, quæ vniuersum corpus discrasiant; nunc modo idipsum declarat, dum humores certas obtinent partes; primum dum qualitate sunt vitiati, mox verò dum quantitate sola parte quampiam opprimunt. & sicut in vniuersum dixerat humoris, qui præter naturam in corpore continetur, sanationem, seu auxilium esse omnimodam euacuationem, ita hoc loco in partibus affectis, dum pus, aut sanguis præter naturam continetur, integra euacuatio remedium optimum est: Neque mirandũ est sanguinem dum extra venas in hæc loca transfunditur, vt quoddam præter naturam à Galeno totum euacuari, quando quidem sanguis hic spiritibus in eo contentis euanescentibus à natura delinquitur, & tandem in grumum versus putredini vel maxime subiicitur: quod quidem non accidit sanguini, qui in corde, & torculari ad cerebri sumitatem reperitur, licet extra uenas diffusus sit, cor etenim sanguinis subtilioris fons est, plurimisque repletus spiritibus; torcular vero illud, vt Herophilus nominabat, quasi lacuna est cerebri, vt ab eo tanquam fonte pro omnibus cerebri partibus alendis, animalibusque spiritibus instaurandis sanguis continea tur, quòd si cibus aut potus quantitate præexcellenti assumptus sit, recenterque ingestus, vitium hoc ab euacuatione, hoc est non integra, sed ex parte inanitione emendatur, quẽadmodũ & de sanguine intra venas copiose contento dictum est: nam sicut sanguis sui copia interi

periem

periem non constituit, sed obstructionem, vt sola ipsius imminutione remedium conueniens existat, ita cibus aut potus cum recenter ingestus est, intemperiem non creat, aut aliud quippiam morbi genus, sed sola diminutione, quam Gal. ἐλάττωσιν nominat, hoc est imminuta, seu exigua euacuatione indiget; vt lapsum in conformatione corrigamus: etenim cum in nostris corporibus duplex repletio sit, altera quidem, quę ad vasorum amplam capacitatem spectat, altera vero ad illã, quæ nos gubernat naturam, sanguis quidem uasorum repletionem faciẽs, ne vasa disrumpantur, aut suffocetur virtus, ea quantitate, qua excedit, euacuandus est: cibus vero aut potus virtutis repletionem moliẽs, ne virtus præ nimio onere imbecilla reddatur, dum succorum exuberantiam concoquere tentat; pariter si recenter assumptus sit, ex parte vacuandus est; si vero nondum sit ingestus, diminuendus; is enim præ
3. Aph. 17. ter naturam est (dicebat Hippo.) & morbum facit non quidem absolutè, sed cum ipsum iuxta excessum illum natura concoquere nõ potest, vnde & humorum corruptio, & exustio, & refrigeratio, & cruditas, & quæcunque huiusmodi necessariò consequuntur, quæ morbos facere consueuerunt: quem quidem cibi excessum si quis auferat adhibita nimirum eius euacuatione, haud dubiè sanum corpus reddet: atque ob id subdit Hippo. ostendit autem sanatio. Concludens autem Gal. circa particulares affectus partialia remedia, quibus hęc ipsis apponenda sunt, ne in humorum euacuatione decipiamur; adiecit quinetiam in nonnullis loca, per quę huiusmodi auxiliis humores noxii euacuandi sint, atque in primis quicunque in pulmone vel pectore continentur, cum ait.

QVAECVNQVE *igitur in pulmone, aut pectore continentur, cum tussi educuntur, aut à medicaminibus extenuantibus.*

Duo quidem sunt remedia, quibus quęcunque in pulmone, uel pectore continentur, educuntur, tussis inquàm, ac medicamina extenuá
2. de caus. symp. c. 3. tia; nam cum tussis ex Gal. sententia, vehemens sit spiritus ad exteriora motio, quæ à virtute expultrice fit, dum quęcunque in pectore, & pulmonibus continẽtur, propellere conatur, quo magis respirationis meatus ab excrementis erunt obstructi, eo magis natura vi expultrice ea nocua propulsare tentabit, sicut quo minus ei noxam inferent, tanto minus ea depellere conabitur: Natura igitur tussi, quæ deprauata quædá ipsius est motio, quod molestum est, educens, primum quidem remedium est, quo obstructiones in pulmone, ac pectore existentes ammoueantur; & licet tussi natura quandoque excitetur, dum in partibus illis

©BIU Santé

lis intemperies quæpiam adeſt, vt eam remouere contendat; motio tamen hæc à priori valde diſtinguitur; quandoquidem quod pulmones obſtruit, naturam vehementius afficit, quàm quod intemperatum in pulmonibus reconditur, cum ipſa in obſtructionibus ſpiritum non niſi vehementi motione explodere tentet, non ſic autem in intemperie; in qua liberior patet aditus: atque ob id in hac inter tuſſiendum nil expuunt ægrotantes, neque violente admodum, neque coacte, ſed perexigue tuſſiunt, vt & tuſſis ipſa ſupprimi, & ne eueniat prohiberi fermè queat, at in ea ex obſtructione nõ ſolum id, quod moleſtum eſt, educitur, ſed & valido motu reiteratis vicibus totum excrementum ibidem collectum exploditur, vt nequaquam ſupprimi, prohiberiue poſſit. Qua quidem declaratione cuipiam manifeſtum eſſe poterit; quàm inſulſe preſentem Gal. locum Argenterius interpretetur, nam licet ſanguis, qui per tuſſim veram expuitur, pulmonis læſi ſignum ſit; ſiquidem oborta in meatibus illis ex ſanguine obſtructione ſpiritus à natura mirum in modum commotus non vnica vice, ſed per iteratas vices inſurgit, vt ipſum ammouere contendat, attamen cum in principio ſanguis exigua in quantitate è pulmone prorumpitur, ſi non obſtruit, naturam non ſtimulat, vt tuſſi educatur, ſed ex prædictis partibus abſque tuſſi per ſolam raſcat onem eiicitur; quod quidem illi fortè ſuę formoſiſſimæ vxori accidiſſe crediderim; ſiquidem leui ſolum raſcatione (vt refert ille) ſanguinem facile emittebat, neque poſtea, ſed ſolum pituitoſum humorem primum, deinde pus, atque hæc cum tuſſi ac febre, cuius quidem rei cauſam extitiſſe arbitror, quòd primis quidem diebus ob quampiam aut eroſionem, aut ruptionem cuiuſpiam vaſis, quòd propè fauces aderat, ſanguis abſque tuſſi profluxit; at poſtmodum ea conſolidata parte intimius verò affecto pulmone non ſolum ob validam craſſi humoris obſtructionem, verum & malam quandam ob intemperiem ſanguinem corrumpentem, primum quidem natura ad expulſionem prorritante pituitoſum eductum eſt excrementum, mox & pus ipſum, quod quidem non niſi vehementem pulmonis intemperiem coarguebat. Sed hęc ſat ſint, vt Gale. veritatem defendamus: ſecundum autem eſt auxilium pro his, quę in pulmonibus & pectore continentur, euacuandis extenuantia nimirum medicamina, nam cum excrementa ſui craſſitie pulmones, pectusque obſtruant, extenuantibus quidem primum incidenda ſunt, vt facilius euacuentur. Cæterum quis forte obiiciat præter remedium hoc adeſſe quoque incraſſantia medicamina, quę humoribus

©BIU Santé

moribus aquoſis proſunt, dum ſui tenuitate à ſpiritu vehementer excitato euacuari non poſſunt; de quibus quidem ne verbum quidem affert Galen. qua quidem ratione motus ſuſtinuit Argenterius non ſemper verum eſſe, quod ab eo ſcriptum eſt; quòd pro humoribus è pulmonibus aut pectore pellendis remedium conueniens ſit, vt extenuãtia medicamenta adminiſtrentur; hęc enim in caſu propoſito tantum abeſt, vt proſint, vt mirum in modum noceant, ſi enim craſſus eſt humor à ſpiritu ſurſum expelli poteſt, attenuantibus quinetiam medicamentis; at ſi tenuis ſit, atque aquoſus, neque tuſſi euacuatur; ſcinditur enim à ſpiritu, & ſæpius per aſperam arteriam dilabitur, adeo vt nunquam aut magna cum difficultate ad os aſcendere queat; neque ei attenuantia proſunt, quandoquidem tenuior factus, ad propulſionẽ ineptior euadit. Verum neque Argenterius, neq; quicunque hanc inſequuntur rationem, Galeni mentem poſſident, nam obſtructio in pulmonibus, aut pectore non niſi ex craſſis ſeu compactis pendet humoribus, ſiue ſubſtantijs quicquid id ſit quod obſtruat, ſeu agglomeratus ſanguis, ſeu pus, ſeu bronchiorum ſubſtantia, aut quid tale; etenim ſi conſiſtentes, craſſi, aut denſi non forent, vtique non obſtruerunt, ſed inęqualem potius ſubſtantiam redderent. Qua de re duobus etiam ſolum remedijs eius cauſa remoueri debet tuſſi inquam ac extenuantibus medicaminibus: ſi enim non valde craſſi ſunt humores, à ſpiritu motu illo vehementi, quem tuſſim vocamus, expelluntur; at ſi nimiũ in craſſitie excedant, alio egemus præſidio, extenuatione nimirum atque inciſione, vt poſtmodum à virtute ſiue cum tuſſi, ſiue abſq; tuſſi facilius eiaculentur; at humores aquoſi cum non obſtruant, licet partes exaſperent, neque ſub hoc morbo reponuntur, neque eorum remedia à Gal. hoc loco traduntur. Proinde vnum aliud ſilentio haud inuoluendum eſſe puto, nonnullos interpretes non ſine carere reprehenſione, quòd putent Galen. hic de viſcoſis humoribus agere, quę prius extenuari, incidiq́ue debent, vt facilius expuantur, nam viſcoſa, vt ſuperius dictum eſt, à craſſis ob medicamina longè differunt; quæ enim craſſa ſunt extenuantibus ac incidentibus; quæ vero viſcida abſtergentibus indigent, atq; vt viſcida partes ipſas exaſperant, non autem obſtruunt, niſi id ſui mole, atque craſſitie efficiant. Subdit autem Gal. aliorum partialium quoad obſtructionem morborum partiales euacuationes, ac loca, per quæ euacuatio efficiatur hunc in modum ſcribens.

QVAECVNQVE *verò in hepate, vel uenis, uel arterijs, uel renibus, aut per urinam, aut per uentrem; ſed per urinam quidem*

ab his,

© BIU Santé

ab his, quæ uehementer extenuant, per uentrem uero ab his, quæ attrahendi, aut aperiendi ora uim habent.

Alienus planè sum ego ab eorum interpretatione, qui Gal. nos hic docere arbitrantur, vt in euacuandis humoribus, qui in hepate, venis, arterijs, & renibus faciunt obstructionem; appositissima loca, & meatus obseruentur, cum quibus partes obstructæ maiori affinitate communicant; exempli gratia in hepate, cuius duæ sunt partes, gibba nimirum ac concaua, si quod in gibba obstruit, per vrinam vtique attenuantibus euacuabis, cum id obstruens totum per venam magnã, quę cum vreteris vasibus habet communionem, commodius, ac tutius educatur; si vero quid in cõcaua reperiatur, facilius ab attrahentibus medicamentis per secessum protruditur, aut his, quæ vasorum ora adaperiant; nam hanc non esse Galeni mentem, id nobis aperte satis ostẽdit, quòd in venis, arteriis, ac renibus aut vnam, aut aliam viam tentãdam esse iubet Gal. cum tamen renes ipsæ per vasa vretera hac seruata rectitudine atque affinitate, pariter & venę meseraicæ per secessum, & quęcunque à vena magna progrediuntur, per vrinam rectius, ac commodius euacuarentur. Sed rectius Gal. verba interpretanda esse reor, quòd iuxta materię obstruentis potissimum qualitatem sit procedendum; si enim humores hi aut aquosi fuerint, aut quòd tenuiores medicamentis effici possint, dubiò procul per vrinam vti aptiorem locũ expellentur; natura namque tenuiorem, ac aquosiorem humorem per eam regionem emittere solet; quam quidem iuxta Hippo. decretum obseruare debemus; dicebat namq; idem. Quò natura vergit, eò ducere per conuenientes regiones: sunt autem (inquit Gal.) quę valde extenuant, remedia pro vrina cienda valde opportuna, eo quòd acriora cum sint, tenuique substantia, ex Gal. sententia, non solum quæcunq; obstruunt, incidunt, & extenuant, sed & fundunt, ac à syncero sanguine secernunt, tum secus ac lac, quod coagulatur seroso videlicet, & tenui seorsum segregato, crasso uero in sese coeunte: quorum quidem primum renes ad sese postmodum attrahunt, & per vreteras tandem, alterum vero crassius per ventrem euacuatur. Atqui quęcunque extenuant ac incidunt sunt semen apij, petroselini, dauci, fœniculi, smyrnij, & ipsum seseli, ammi, acorum, & id tale genus. Cæterum aduersus hoc Galeni placitum insurgit Argenterius nonnullis quidem rationibus; nam si nos mitia habemus medicamina, quibus vrinam facilime educimus, cur his, quę tanta vi præpollent, vt sanguinem adurant, crassissimumque reddant, vti nos docet Galenus? naturæ namque nostræ

1. aph. 23.

5. de simp. med. c. 13.

hæc

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 667 sur 753

hæc aduersaria sunt, quæque in aliud fortè grauius malum ægrotantẽ hominem perducant: Terebenthina etenim, vina aquosa, & alia huiusmodi, q̃ exigua admodũ caliditate pollent, diuretica sunt, fęliciſſimeque ad vrinam humores expellunt. Insuper sunt & nonnulla frigida, naturę tamen grata, vtpote semina plantaginis, melonum, & aliarum consimilium rerum, necnon herbę, fructus, & radices, quæ & Gal. ipse per vrinam corpus expurgare docet; cum tamen extenuandi uim nequaquam obtineant; quinimmo sunt & nonnulla, quæ abstergendi tantum vim habent, quæque materiam plurimam aquosam in se cõtinent, vt aquæ sponte nascentes, aut arte factæ, nitrosę, aut salsę, ac postremo alia quę idem efficiunt, eo ꝙ humores noxios familiaritate substantiæ eliciant; quemadmodum est reubarbarum, cassia, & id tale genus. Verùntamen rationes hæ nil contra Gal. sententiam hoc loco faciunt, etenim cum de harum partium obstructione tantummodo loquatur, qui morbus ex crassis pendet humoribus, crassities utique (ut dictum est) attenuantibus, incidentibusque remediis indiget, quę proprie & per excellentiam diuretica nominantur: siquidem valida sui caliditate, & partium tenuitate ad profundum penetrant, & sanguinem fundunt; quod vero aquosum est & serosum ad vrinaria vasa protrudunt: at mitia medicamina tametsi vrinas cient, id tamen efficiunt leui quadam absterſione, mundatione, dilatationeque, non autem extenuatione; quòd si qua in his attenuatio reperitur, hæc tamen medicamenta hoc casu amplectenda non sunt, vt pro his quæcunque vehemẽter, ac primario attenuant, delinquantur; nisi forte uirtus non valde ualida sit, aut aliquis ei grauis associetur morbus; in senibus namque & febrientibus talia moderate calida, & diuretica à Galen. commendabantur; detestabantur autem priora, utpote quæ in febrientibus quidem potissimum humores exagitent, in senibus uero, qui multis repleti superfluitatibus periculum subeunt, ut hæ aut ad urinas, quàm par sit, præcipitentur, aut uehementius accendantur. Nulla igitur est Argenterij ratio, quoniam Gal. corpus obstructione tantum laborans curandum supponit, in quo etsi sanguinis exustio & agitatio efficitur, maius tamen ex his auxilijs adiumentum consequitur, quàm nocumentum; siquidem ex hac obstructione facilius quippiam aliud malum consequi potest, quàm ex ea humorum parua admodum exustione, agitationeque quæ conuenienti uictus ratione sedari potest. Qua etiam responsione quæcunque ab ipso Argenterio opponuntur, facilime tolluntur, si Gal. mentem, & scopum obtineamus: Terebẽthina siquidem uina aquosa, & similia absterſione per urinam humores ducunt,

5. de tuẽd. ual. & 4. eiusdẽ, & 11. meth. 9.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 668 sur 753

ducunt, fœmina vero non frigiditate, ſed leui ſui caliditate opus hoc perficiunt, ſicut & alia abſterſione atque attractione, non autem attenuatione; quæ quidem obſtructionis potiſſimum remedium eſt, dum quod craſſum eſt, tenuius efficitur, & per urinam euacuatur. Quòd ſi regio hæc pro hiſce reſerandis obſtructionibus nõ conuenit, aliud remedium (inquit Galen.) per ventrem tentandum eſt, id enim [aut ventriculum] interpretes perperam transferunt, cũ rectius [aut per ventrem] vt & inferius vertendum ſit, cũ enim materiæ craſſiticulæ admodum hepar, venas, arterias, & renes ipſos obſtruant, eas quidem medicamentis attractoriis, aut anaſtomaticis per ventrem educimus. Vt autem quomodo attractio hæc efficiatur, recte ſciamus ob Argenterium, qui hoc loco aduerſus Gal. inuehitur, nonnulla declaranda decreuimus; etenim ſupponit ipſe ex Gale. mente duplex eſſe attrahentium medicamentorum genus: alterum quidem vtpote ex natura calidum tenuiumq; partium caliditatis ratione, alterũ vero ſubſtantiæ ſimilitudine quod ſibi ſimile eſt, attrahere: de primo quidem genere licet dicat Gal. hic non agere, attamẽ ipſius placitum falſum eſſe oſtẽdit, propterea quòd anodina, & rarefacientia dubio procul attrahentia forent, cum tamen è conuerſo potius diſcutiant, atque reſoluant: quòd vero alterum ipſius diuiſionis membrum falſum ſit, multis quidem rationibus comprobare nititur, nam ſi ſimile attrahit ſimile, cur potius medicamentum humorem, quàm hic illud attrahit. Quòd ſi quis ex Galen. dicat hoc quidem accidere, propterea quòd medicamentum præter ſimilitudinẽ ampliorẽ calorem coniunctũ habet, quo attrahere & non attrahi poteſt: duplicẽ namq; attractionis cauſam obtinet, alteram quidẽ ex ſimilitudine, alteram vero ex vehementiori calore: contra inquit Argenterius, bilis flaua ſuapte natura, atque potiſſimum quæ putret, longè calidior eſt, quàm caſſia, tamarindi, manna, & id tale genus, quæ talem euacuant humorem: inſuper quæ ſimilitudo poteſt eſſe inter bilem & caſſiam? ſiquidem cum bilis flaua calidiſſima ſit, atque ſiccisſima, caſſia vero miti particeps, aereoque calore, ac humida ſubſtãtia, qualitates vero ex Galeni mente rerum naturam inſequãtur, neceſſe eſt, vt dicamus tantum abeſſe vt in his quæpiam ſit ſimilitudo vt ob qualitates vel maxime diſcrepet: præterea ſi ſimilitudo quæpiam inter medicamentum, & humorem adeſſet, eadẽ vtiq; foret (vt & Gal. cõſentit) quæ inter nutritũ, ac nutrimentum; vt ſicut nutritum quodãmodo ſimilitudinem nutrimenti percipit, ita & humor eã medicamẽti percipiat. Verum vt ſuccinum feſtucas, & magnes ferrum, ita & purgantia alia, quæ certa quædam alliciunt, hanc non agnoſcunt ſimili- 1. de ſimp. med.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 669 sur 753

©BIU Santé

tudinem, quæ nihil illis prodeſt, nec ex aliquo inditio, quod ſit, agnoſci poteſt. Quocirca Ioannis Meſues ſententiam comprobat, qui res omnes duplici virtute conſtare aſſeruit, cœleſti nimirum, atqua elementari, poſteriori quidem calefacere, refrigerare, humectare, ac exiccare, priori vero purgare, vrinas mouere, nutrire, & uenena eſſe; eſt enim rerum forma, quam Galen. ignorauit, ſingulis rebus propria; quæ ſpecies rerum diuerſas efficit, & proprietates in illis diſcrepantes, & actiones ſingulares, & proprias edit: illarum vero eſſentiam ſolus Deus nouit: at nos ex effectibus rudem quãdam tantum notitiam præcallemus. Suſtinet igitur Argenterius ex hac opinione, quòd per ea, quæ ex forma ſua attrahunt, medicamina, non autem per temperiem ratione ſimilitudinis atque caloris excrementa, quæ in hepate, venis, arteriis, & renibus continentur, in ventrem ducantur. Quam quidem ſententiam Truſianus, qui ob ſui doctrinam pluſquam Commentatoris nomen obtinuit ante ipſum Argenterium aduerſus Galen. eſt inſequutus, qui præter eas ab Argenterio efformatas rationes alias etiam quaſdam in medium affert: ſi enim (inquit) ſimilitudo attractionis eſt cauſa, vbi humor, ac medicina æqualiter fortes extiterint, inuicem occurſabunt; tantum igitur vnum trahet alterum, quantum alterum alterum, aut neutrius horum attractio efficietur: inſuper quæcunque in ſubſtantia aſſimilantur, ex neceſſitate etiam in his quoad accidentia, quæ eam conſequuntur, ſimilitudo erit; at medicamenta nulla ex his participant ſimilitudine cum humoribus, quos ipſa trahunt: non igitur ratione ſimilitudinis attractio fit: chartamum enim & vrtica neque quoad actiuas, paſſiuasvè qualitates, neque quoad accidentia phlegmati ſimilia ſunt: qua de re neque quoad ſubſtantiam, quorum tamen vtrunque phlegma ad ſe ſe trahit: Adhęc medicamentum vnum duos ad ſe trahit humores, vt aloes coleram, & phlegmam, & agaricus phlegma, & melancholiam; vtriſque autem in ſubſtantia, de qua Galen. loquitur, ſimilis eſſe non poteſt; quandoquidem bilis flaua, & pituita, nec non melancholia ipſa adinuicem non ſolum quoad qualitates, ſed & ſubſtantiam plurimum diſtinguuntur: Non eſt igitur ob hanc ſimilitudinem, neq; ob calorem coadiuuantem attractio in medicinis admittenda, ſed ob eam, quam Ioannes Meſues aſſignauit rationem. Verũ neque Truſ. neque Argenterius Gal. mentem, veritatemq; attigerunt, nam ſi recte & Gal. & Meſues placita perpendamus, nulla inter eos eſt diſcrepantia, quandoquidem Meſues ex occulta, cęleſtique virtute medicinas attrahere autumat, cum à principio ait, Laxatiua medicina

non

non eſt àre complexionali, ſed quia talis; neque vt contrarium in contrarium, quia contrarium, ſed quia talis; neque quia ſimile attractiuum huius, vel eradicatiuum, aut contrarium, ſed quia tale; neque quia graue aut leue agitatiuum ſuperius, vel inferius, ſed quia tale: quam quidem Gale. non ſolum non renuit, vbi de temperato corpore, quod veluti quędam Polycleti eſt ſtatua, verba faciens ſubdebat, Habet autem, quem nunc quærimus plus aliud, quàm canon ille, cum non ſolum humoris ac ſiccitatis in medio conſiſtat, is qui ita euſarcos, ſiue quadratus eſt homo; ſed etiam optimam formationem ſit adeptus, quæ fortaſſe bonam quatuor elementorum temperiem eſt comitata, fortaſſe diuiniorem aliquam ſuperne originem habet: ſed & fuſius lib. de fœtuum form. ac lib. de pot. nat. ac vbique locorum, necnon clarius vbi ait, Omnium certè ſuperiorum aſtrorum potentia fruimur, quippè veris, ęſtatis, autumni, & hiemis author alius nemo extat, nec alius tam manifeſtò vel ex terreſtri fœce animalia generare poteſt, neque fruges maturare; neque ad coitum, & generis propagationem animantia prouocare: magna ſane ex Lunæ opera in hac rerum ſubſtantia apparent, verum Solis effectibus poſteriora: cæterum loco illius occultę, cœleſtisque virtutis medicamentum à tota ipſius ſubſtantia, ſeu totius ſimilitudine, ſeu qualitatis proprietate attrahere dixit; non enim medicamentum (vt Meſus inquit) qualitatibus ſenſui manifeſtis, vtpote caliditate, & aliis huiuſmodi, ſed tota ſua ſubſtantia, ſeu occulta qualitate, ſimilitudineve cęlitus tradita humorem ſibi ſimilem trahit, quam quidem occultam ſimilitudinem, ſeu proprietatem non negaret Meſues, vt ex eius verbis clariſſime elici poteſt, ſi recte illud talis, ac tale totiens repetitum contemplemur, quaſi dicat; medicamentum non purgat ob temperiem illi inſitam, ſed talis ſecundum totam exiſtens ſubſtantiam; neque vt contrarium, quod in contrarium agat, ſed talis ſecundū occultā proprietatē qualitatēque; neq; vt ſimile trahens & euellens alterum, aut vt contrarium, ſed vt tale ſimile, atq; quodammodo contrarium; neque quia graue aut leue ſurſum, & deorſum materiam purgandā exagitās, ſed quia tale graue ſecudū propriam indiuidualemq; proprietatem, quæ talis & non alterius exiſtit. Quod autem hęc Galeni ſit mens, clariſſime oſtendemus, ſi nonnulla ipſius loca in medium afferemus, nam poſtquam grauiter admodum Aſclepiadem, & Eraſiſtratum damnauit, qui virtutem in rebus attractricē è medio tollebant, & grauius adhuc Epicurum, qui licet hanc admittat, attrahendi tamen cauſam perperam aſſignauit, dum ad

1. de temper. propè finem.

3. de dieb. crit. a principio.

1. de pot. nat.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 671 sur 753

©BIU Santé

suos illos atomos amatos, & vnciatos eam ipsam refert, satius illi fuerit attractricem potius negare, quàm hanc tam insulsam, ridiculãque causam promere, propriam tandem subdens sententiam, inquit; Nunquid iam nobis persuasum est, rebus quibusq; vim quandà inesse, qua conuenientem sibi qualitatem attrahant, atque hanc huic magis inesse, huic minus? non enim de ea vi, quæ in qualitatibus manifestis reperitur, illi sermo erat, quandoquidem de ea dubium non est, sed de ea occulta ac cœlitus tradita, quæ ratione conuenientiæ ac similitudinis attrahit, quemadmodum in magnete, electro, & compluribus aliis superius apertissime ostenderat: insuper alibi epilogans, quæ superioribus libris ab eo conscripta sunt, ait, Ostensum præterea est medicamentum alterare natum esse, aut vna quapiam qualitate nempè aut calefaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccando, aut dictarum coniugatione quapiam, aut tota sui substantia, sicut complura lætalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorum, seu amuletorum, tum purgantia omnia, ac pleraque eorum, quæ attrahentia nuncupant: Ex his enim verbis clare ostendit Galen. duplicem esse alterationem, alteram quidem primarum qualitatum, alteram verò substantiæ: ex prima quidem temperies mixti consurgit; ex altera verò specifica, ac indiuidualis forma, ex qua & indiuiduales proprietates prodeunt: quam quidem sententiam paulò inferius repetit Galen. Non est igitur, vt aliis ex Galen. nitamur authoritatibus cum ex his, & vbique locorum corroboret virtutem nimirum occultam, & à Cœlo deriuatam rebus omnibus adesse, in quam causarum effectus referantur, quamquàm intellectus noster nequaquam comprehendere potest; ob id frustra nituntur hi, qui causam inquirunt; cur nonnullæ herbæ & lapides ex quorundam probatorum authorum monumentis grandines, pluuias, & ventos repellunt; alię vero è conuerso eadem excitant; & piscis ille digitalis magnitudinis nauim onustam ducentorum pedum, & amplius vndique remis & vento impulsam remoretur; & basiliscus totum in vna regione aerem inficiat; necnon torpedo piscis per magnum interuallum insensibiliter piscatoris manum stupidam reddat; non enim ad qualitates, neque ad temperiem reduci possunt, sed ad totam ipsorum substantiam, atque occultam proprietatem cœlitus ipsis condonatam: verum de his alias copiosius agemus, hæc autem sat nobis sint pro diluendis rationibus, quæ a Trusiano & Argenterio aduersus Galen. introducuntur: nam vt primæ Argenterii

5. de simp. medica. ab initio.

rationi

rationi satisfaciamus dicendum est, quòd occulta illa cœlestis uirtus imprimit similitudinem quandam in rebus, quæ postea attrahendi causa est, etenim sicut homo hominem trahit aut amore, aut affinitate, quæ secum coniuncta est, ita vnum trahit aliud ob similitudinem illam, ac occultam proprietatem, quæ in vnoquoque horum reperitur. cur verò hoc attrahit illud, vtpote medicamentum humorem, non autem humor medicamentum, si Gal. perlegisset non hanc aduersus eum protulisset rationem: nam is tacitè huic occurrens obiectioni inquit, medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus familiaria, verum quæ attrahunt quodámodo efficatiora, valentioraq; sicut magnes ferro; siquidem magnes adferri naturam accedit, & in eodem fermè loco reperitur, atque ob id ei specie persimilis est, sed ipso ferro fortior quodammodo, vt ferrum attrahere, quàm attrahi aptior sit; at si vtrũque æquale quo ad vires fuerit, non simile vtique dicetur, sed idem: quo quidem casu, quod idem est, idem non trahit, vt experiẽtia notum est, ferrum enim ferrum non trahit, nec pituita pituitam, nec caro carnem, sed caro sanguinem, & Cnidium granum pituitã, ac lapis sideritis, seu magnes ferrum, vtpote quòd inuicem similia sint, unumque altero potentius, ac fortius, non tamen idem: Verum si forte occurrat, vt virtus hęc, atque similitudo sopita sit, vt excitetur calore opus est; electrum enim si paleę appropinquatur, ægre quidem ipsam trahet; at si confricetur, vt calore virtus excitetur, facilius trahet: ob id recte Gal. ait calor licet vna sit attractionis causa ac rectius concausa, quę vna cum substantiæ similitudine altera causa in multis rebus reperitur, attamen complura sunt, quæ vnam tantùm causam attractionis habent; atque tunc inter ea, quę essentiis similia sunt, quod calidius est id potentius attrahit, utpote quod similitudini auxiliatium adiunxerit calorem; siquidem cum ipsum duabus ex causis attrahat, superabit id, quod ex vna duntaxat trahit. Neque ex dictis instantiæ, quam aduersus locum prauè intellectum obiicit, difficile admodum erit respondere, si eam ex propriis fundamentis destruamus: etenim si tenet ipse ex elementari calore medicamentum proprie non attrahere, sed ex calore potius supercœlesti. cur quæso caliditatem bilis cum ea cassiæ, aut tamarindorum, & istiusmodi confert? non enim calore illo cœlesti, ex quo similitudo inter cassiam & bilem adest, bilis magis particeps est, quàm cassia, sed econuerso vtpote quòd in cassia non solum similitudo, sed & calor attractionis proprius, atque conueniens adsit, quàm in bile, ita vt a cassia trahatur bilis, quàm a bile cassia: quod quidẽ pro exemplo sit, apud me

3. de sim. med. c. 24.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 673 sur 753

©BIU Santé

namque ſuſpectum eſt caſſiam bilem attrahere, etenim vērem potius leniendo materias in viis ductuum contentas euacuat; cum Gal. ſit authoritas tres eſſe cauſas, quibus multi humores vi medicinæ expellãtur, quos tamen ſuapte natura medicinæ virtus non trahit, venarum nimirum mordicationem, quæ ex reliquijs medicinæ contingit, earũdem imbecillitatem, ac poſtremò orificiorum, meatuumque apertionem, & dilatationem, quam lenientia facere conſueuerunt. Quod ſi forte quis pro Argenterio dicat calorem potiſſimam eſſe attractionis cauſam, thapſia namque ſi fricetur membrum, humores vtique ad locum trahet, non quidem ſimilitudinis ratione, ſed ob excedentem, ac acrem calorem; quod & commune apud medicos eſt axioma, calidi quidem proprium eſſe attrahere, ſicut frigidi reprimere, dicentes. Reſpondemus vtique nos, quòd calor proprie, & per ſe non attrahit, ſed vacuante quidem calore quod ab ipſo contangitur, rõne vacui; quod circunſtat velocius mouetur, vt in ventoſa non perforata clariſſime apparet; cum enim ob calorem partes aperiũtur, & quæ in eo membro adſunt, euaporãt, efficitur, vt noua circũiacina materia, ne det vacuũ, in eũ locũ concurrat, ac demũ motus velocitate ſecũ ẽt alias conducat. ob id Gal. non tria, ſed duo attractionum genera conſtituit, alterũ quidem, quod ſucceſſione ad id, quod vacuatur, contingit: alterum verò, quod qualitatis conuenientia fit, exemplo follis ac magnetis, aliter nãque aer in folles, aliter ferrum à magnete trahitur. Quàm etiã vana ſit poſtrema eius ratio, non multo egemus ſermone, quã doquidem ſicut inter nutriens, & nutritum naturalis quædam adeſt agnitio, quæ celitus his conceſſa eſt, ita & humores, ac medicamenta naturali quodam inſtinctu ſimilitudinem quandam percipiunt, ob quam mouentur, nãquemadmodum in cordis cytharæ aut alterius inſtrumenti aperte ſatis cõſpicitur, dum quis duabus ſimili ſono præditis earũ alterã contingit, q̃ reliqua quodãmodo dimouetur, ac ſalit, ſic & dum medicamẽta interius calore excitantur, humores ſibi ſimiles attrahunt, ob eã quam his harmoniam, ſimilitudinem vè ſentiunt. Diſſolutis vanis Argenterii rationibus, ſupereſt modo, vt his, quæ à Truſiano in medium afferuntur, ex dictis fundamentis nullo negotio ſatisfaciamus; non.n. quicquam valet prima ipſius ratio, propterea q̃ dum æque duo fortes ſunt, non ſimiles, ſed idem erunt, atque tunc vnum non trahetur ab altero, quemadmodum antea dictum eſt: Neq; minus altera prodeſt ratio, ſimile nãque eſt medicamentũ tũ quidẽ rõne qualitatũ manifeſta rũ abſolute, neq; quoad accidẽtia, quæ ſenſibus noſtris ſubiiciũtur: ſed (vt inquit Meſ.) ſecũdũ talẽ ſubſtãtiã, aut occultã qualitatẽ ſeu ꝓprietatem

3. de ſimp. med.

3. de pot. nat. c. 15.

rem, quæ à nobis nequaquam conscribi potest, quam à tota substantia, seu secundum similitudinē nominat. Nihil vero postremo habet Trus. aduersus Gal. cum indissolubili ratione quicquā se demōstrare arbitretur: quandoquidē cū non nulla sint medicamēta, quę diuersis partibus constāt, quarū quidē altera bili similis est, altera vero pituitæ, nulli mirum est, si & pituitam, & flauam bilem diuersos quidem humores tum quoad substantiam, tum quo ad qualitates euacuabunt; pituitam quidem libentius, cum in his maior illius uis attractrix, bilem vero tardius ac imbecillius, cum è conuerso minor reperiatur. Accedit ad hoc, q licet humores inter se quoad manifestas qualitates dissimiles videātur, quoad proprietates tamen occultas fermè similes existunt, ita vt medicamentum primum quidem trahit humorem, qui sibi maxime familiaris est, demum & illum, qui parum ab eo quoad similitudinem distat, dummodo inter eos occulta illa similitudo, quæ attractionis est causa, seruetur: hęc sunt, quæ in præsentiarum nobis dicenda videntur, vt Galeni placitum tueamur, & licet Arist. prima problem. particula aliam sustineat opinionem; Aui. vero aliam, & Auerroes sibiipsi contradicere videatur; in aliud tamen tempus, vt rem istam vberius discutiamus, ex cōsultò differimus; ne lectorem ab eo, quod tractare incœperamus, diutius suspensum detineamus; nostra etenim erat intentio declarare medicamēta per ventrē humores in hepate, uenis, arteriis, ac renibus per vim quę ipsis inest attractoriā euacuare, quādoquidē ablata obstructionis causa, & ipsa tollebatur obstructio; verum cum his vti nō licet, subdebat Gal anastomaticis medicamentis vtendum esse: Nonnulli aperientibus absolute medicamentis interpretantes dixere per aperientia medicamenta intelligendos esse syrupos purgationi præparantes; etenim vt docebat Diuinus Hippoc. corpora cum quis purgare voluerit, 2. Apho 10
oportet fluida facere; hoc autem assequetur (dicebat Gal. in cōmen.)
si extenuet, atque incidat crassos, atque tenaces humores, qui in corpore sunt, & meatus adaperiat, per quos isti transmittuntur, atque trahūtur à medicamentis, quę vim purgatoriam habent. Verum hęc sententia græce scripturę accommodari non potest, nam anastomatica græce apud nos ora vasorum aperientia dicuntur qualia non sunt, quę nostri syrupos nominant; hi namque aut impedimenta coctionem prohibentia ammouent, aut calorem, à quo coctio efficitur, augent, conseruant vè, vt ab Excellēti. Patre meo, & alibi à nobis dictum est; nō autem ori 1. part. apo. 22.
ficia vasorum aperiunt: Alii vero intelligunt medicamenta illa acria, quę intestinis hęrentia acrimonia sua nefaraicarum venarum ora adaperiunt: vndecas, quas ἀναστομωτικὰς greci vocant, nos vero super-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 675 sur 753

©BIU Santé

3. de simp. med. 26. purgationes consequi scripsit Galenus: cuius quidem interpretationis falsitas ex his, quæ postmodum subdit, facilime deprehenditur; nam cum air has euenire solere cum purgans medicamentum usque adeo inualuit, vt in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationem, apertionemque multam relinquat, assiduèque irritans, conuellensque corpora, quæ in vasis sunt vires dissoluat, atque deiiciat: doceret vtique Galen. non auxilium obstructioni, sed toti corpori, ac viribus ipsis pernitiem maximam: insuper cum subdit; nam quod in ventre euenire conspicimus, vbi vires eius in extremam inciderunt infirmitatem idem in uenis accidere: Quid porrò est, quod in ventre euenit? vomitus totius eius, quod deglutiit, vbi scilicet superiores eius partes debilitatas occupauit, intestinorum vero læuitas, vbi inferiores, hæc sanè ob venarum apertionem fluxio, non purgatio quidem seu euacuatio obstruentis nominanda erit, sed symptoma potius quod ad venarum imbecillitatem, infirmitatemque consequitur. Nos vero rectius interpretantes intelligimus, quecunque venarum oscula referant, siue medicamenta, siue sanguisugæ, siue cucurbitulæ, quæ tamen commode reparent obstructioni; sunt autem ea potissimum venarum ora, quę ad mulierum matricem ac sedem in omnibus perueniunt: etenim ex his non tantum per exterius, sed & per interius appositis obstructionibus quæ in hepate, venis, arteriis, & renibus continentur, fluxionem illam apertissime proficere compertum est. Subdit autem Galen. quando ventriculus, & intestina plenitudine, quæ obstructionem parit, laborant, quibusnam auxiliis ei opitulandum sit, scribens.

QVAECVNQVE *vero in superiori ventre comprehenduntur per vomitum, quæ vero in inferiori per subductionem.*

Iuxta illud Hippocratis oraculum; vt naturam semper recte operantem imitemur; quod quidem & ratio dictat; humores enim è regionibus propinquioribus, ac secundum rectitudinem sitis tutius ac commodius sunt educendi, quàm per longinquos calles, atque obrortos; sit enim humor in ventriculo contentus, ipsum vtique per vomitum tamque rectiorem, ac propinquiorem locum, quàm per intestina, vtpote rotan fractibus circunuoluta concinnius euacuabimus: quòd si in inferioribus intestinis collocetur, aptius per secessum euacuatio efficietur; Ne conturbet autem quempiam euacuatio illa, quæ in sciatico, & podagrico affectu fit, dum vomitu tanquam remota,

©BIU Santé

mota, ac obtortuosa regione humores morbos efficientes euacuamus, etenim diuersio hęc potius dicenda promeretur, quàm euacuatio, quidoquidem ne ad locum affectum humores confluant, vomitu diuertimus. ob id Hippo. dicebat: Quibus biliosæ deiectiones superueniente surditate cessant, & quibus surditas superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat; non alia sane de causa, quoniam materiæ hæ diuertuntur, vt prior cesset affectus. Cæterum licet vomitus ab Hippocrate prius, & a Gal. postmodum hoc casu valde probetur, sicut & in aliis cõ similibus; summa tamen animaduersione ægrotanti iniungendus est; in robustis enim corporibus, & qui tali vti consueuerunt, vomitus valde proficuus est; at in his, qui natura infirmiores sunt, aut difficilem habent vomitum, formidosus. Verum si obstructio cutis partes occupet, quibus remediis ei suffragemur, Gal. subdit his verbis. 4. Aph. 28

Sed quæcunque sub cute per sectionem, uelignem, aut medicamina adurentia.

Non probo autem Argenterii opinionem, quam forte ex nonnullis interpretibus decerpsit, qui de solis abscessibus ibidem contentis Gal. intelligere autumant; etenim cum intentio eius sit de quacũque cutanea obstructione verba facere; alioquin eius sermo uniuersalis non foret, non tantum Galeni sententia ad abscessus, sed & inflammationes, tumores, flatus, & consimilia extendenda est. Sed si quis obiiciat, Gal. mancum fuisse vtpote qui resoluentia omittat, in quibus vt plurimum versatur medicus, dum materias cutim obstruentes discutere contendit. Dicerem ego, quòd illi vtpote breuitati studenti sat erat supra de extenuantibus uerba fecisse, dum internæ partes obstruuntur, nam id & hoc casu accommodari poterat; id autem solum addidit, quod obstructionibus cutaneis proprium erat, neque enim partes internę per sectionem, aut ignem, aut medicamentis causticis auxiliantur, nisi quę supra sunt partes prius detegantur: Per sectionem quidem intelligit Galen. quamcunque scarificationem, seu incisionem, quę quocunque chyrurgico fit instrumento: per ignem autem chausticum quodlibet instrumentum actuale, seu illud sit æneum, seu ferreum, seu aureum, de quibus quidem Auicen. copiosius egit: per medicamina vero adurentia, chaustica quæque potentialia, quę vt & priora, escharam efficiunt: Quę quidem omnia quoná pacto corpori applicentur, in praxi potius iuxta singulares quosque ægrotantes sunt attendenda, q̃ impręsentiarum rememoranda. Eodem pariter 2. primi.

modo

©BIU Santé

modo ſubdit Gal. procedendum eſt, dum materiam in quapiam cauitate thorace nimirum contentam nonnunquam euacuare tentamus, inquiens.

Sic vero aliquando quacunque in aliqua naturali cauitate, ut in Thorace.

Cum enim in thorace continetur ſanies, quę neque per ſputum, neque vlla ratione euacuari poteſt, facta inciſione quapiam in parte thoracis, materiam illam euacuamus, & pręſertim hoc in illis efficitur, in quibus tantus in pectore abſceſſus eſt, vt etiam oſſium aliquid carie corrumpatur, & ſæpe etiam vnà cum corrupta coſta membrana, quæ intra coſtas ſubtenditur, putrefit. Quo quidem caſu, vt docet Gal. per vlcus infunditur mulſa, vt abluatur, educitur vero tum mulſa, tum ſanies, ſi iubeamus aliquando quidem, vt in laborantem partem inclinati tuſſiant, ſæpe vero molliter ęgrotantem concutientes, interim etiam inſtrumento, quo pus extrahitur (greci Pyulcon nominant) tũ mulſam, tum ſaniem in thoracis ſpatio contentam extrahimus: pariter etiam in hydrope inciſo abdomine aquam euacuamus, vt erat Galeni ſententia. Nunquid vero idipſum præſtet, dum ęgri pleuritide laborant, ut Argenterius cenſuit, apud me valde ſuſpectum videtur, quãdoquidẽ non ob id ſanies interna per inciſionẽ euacuatur, ſed tutius per ſputum, atq; ſcreationem, & quod peius eſt, ſectione dolorem inflãmationem, humorumque confluxum adaugemus, cum membrana interna propè cor ſita ſit, atque neruea, vt facile vtrique principio conſentiat. Poſtmodum Gal. quę partiatim hactenus dixerat, in vnam ſummam, & ad caput vnum colligens ſubdit.

5. meth. 8.

14. meth. c. 13.

Et vt ſummatim dicam, quicquid præter naturam in aliquibus partibus continetur, ſanationis intentio eſt ablatio, quæ ſi fieri non poſſit, tranſpoſitio: quæ uero non ſunt ex genere præter naturam, at quantitate damnantur, in his intentio eſt abeuacuatio.

Sunt autem ex eorum numero quæ ex toto præter naturam ſunt, vt lapis in veſica, aqua in ſcroto, quod in hydrocele contingit, in hydrope etiam aqua in abdomine, & craſſus humor in oculo ſuffuſione laborante; in his etenim ait Gal. intentio ſanationis illius eſt ablatio, quod prȩter naturam continetur, vtpote totius illius ſubſtantię ammotio, quę ibidem præter naturam continetur. Quòd ſi quandoque contin-

gat,

©BIU Santé

gat, quòd talis ablatio fieri nequeat, illud ſaltim præter naturam transponendum eſt, hoc eſt ad alium locum transferendum, qui minoris ſit momenti; vt idem quoque alias dixerat exemplo ſuffuſionis; cum enim materiam craſſam inter corneam & chriſtaloidem contentam reſoluere, euacuareque non poſſumus, ad partem oculi inferiorem trãſferimus, in qua minorem æger percipit noxam, cum ibidem contenta viſionem non prohibeat; pariter cum lapis eſt in veſicæ collo, neque is comminuitur, medicamentis ve euacuatur, ipſum quidem ad veſicæ fundum transferimus. Verum illa (inquit Gal.) quę non præter naturam quapiam in parte continentur, ſed ſola quantitate damnantur, ablatione non egent, hoc eſt non ex toto ſunt ammouenda, ſed intentio eſt ab euacuatio, ideſt partis redundantis remotio; ſic enim id grecum vocabulum placuit transferre, quicquid dicat Argenterius, qui opponés interpretum verſioni in maximam vocabulum confuſionem conſtituit, vt hanc & priorem indiſtincte euacuationem nominet. Sit igitur in venis nimia ſanguinis copia, atque repletio, ita vt totum corpus obſtruatur, vtemur quidem ab euacuatione, non quidem totum ſanguinem euacuantes, ſed eam duntaxat ipſius ſuperabundantis portionem. Atqui quoniam dixerat Gal. quòd vel quæ præter naturam aliqua in particula continentur, vel quę quantitate ſaltim damnantur, aut ablatione indigent, aut ab euacuatione; cõſequens erat, vt ex quibus remedia ſanitatem inducentia exhaurian tur, edoceret; quod quidem ſubſequentibus efficit uerbis. 14.met.13.

At inuentio eorum, quæ ad ipſorum ſanationem perducunt partim quidem ex affectu, plurimum vero ex ipſis affectis particulis ſumitur.

Nonnulli quidem codices habent [intentio quidem eorum, quę duntad ſanationem ipſorum affectuum] quæ quidõ litera à priori quo ad ſenſum minime differt: pro huius autem intelligentia eſt animadum, quod ex Gal. ſuperius à nobis animaduerſum eſt; Remediorum inueniendorum initium ex natura ipſorum morborum deſumi, tanquam medico congruum; nam quę ex affectibus cognitio exiſtit, incõfeſſo eſt, ac vulgò nota; itidem & indicationes primæ, quæ ab ea proficiſcuntur; etenim quòd calculus in veſica ex toto genere præter naturam ſui indicet ablationem; oſſa uero quę luxata ſunt, in proprium locum repoſitionem, hæc vtique priuatis etiam, ac idiotis quibusque manifeſta ſunt; at qua nam morbi hi natura conſtent, & quibus rationibus hæc fiant, ſoli medico aperta ſunt, ſiquidem is facultatem habet 3.metho.à principio.

inue-

©BIU Santé

inueniendi ea, ex quibus id perficitur; quod quidem à prima vulgari indicatione ſuggeritur deſumptis à natura partium affectarum indicationibus, quæ artis ſunt proprię: propterea Gal. hic inquit quòd inuẽtio eorum, quæ ad ipſorum ſanationem perducunt partim quidem ex affectu deſumitur, tanquam principio, ac carcere, vnde medendi ratio enaſcitur, non tamen artis medicæ portione; plurimum vero ex ipſis affectis particulis, hoc eſt ex natura ipſarum partium; nam quod primum medico cognoſcendum occurrit, vt recte morbo obuiare poſſit, partes affectæ ſunt; num ſcilicet hæ curam ſuſcipiant, necne: vt vulnerato corde nulla ſalutis ſpes ſit, & in fracturis capitis, quòd eadem ſubſtantia generari queat, ſed eius vices alia conſimilis nimirum callus. Ad huius autem cognitionem accedit & ſubſtantiæ particulæ patientis, actionis, vſus, & ſitus notitia, ex quibus non tantum agnoſcet, quod ſanari aut non ſanari poteſt, verum & ſe ad ſecundum accinget, quod ab eo faciendum eſt, nempè ad auxilia reperienda, cum affectum ſanari poſſe cognouerit: ad quorum quinetiam inuentionem affectus naturæ cognitio vel maxime conducit; ſiquidem ex ea remedia contraria eſſe adhibenda percipimus, atque non tantum in genere, verum & ſecundum vnãquamq; medicamẽti ſpeciẽ; prout morbi natura exigit; exempli gratia in cauo vlcere cum id eius repletionem indicet, atque vnionem, opus eſt in primis medicum ea apponere, quæ carnem generent; cuius quidem generationis ſanguis bonus materia eſt, opifex vero corporum ſubiectorum natura quæ congrua conſtat calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperie: quare vt hæc duo adſint neceſſum eſt; verum quoniam in generatione carnis duplex excrementum fit, alterum quidem craſſius, alterum uero tenuius, ut antea contra Argenterium oſtẽdimus, craſſius quidem ſordes dicitur, tenuius vero ſanies, & ex craſſo quidem ſordidum, ex tenuiori vero humidum vlcus reddi tur, ob id duplici egeat medicamento, altero quatenus humidum vt exiccet, altero quatenus ſordidum, vt expurget: atque hæc duo ſecundum genus auxilia à medico hucuſque inueniuntur; verum ea nõ ſufficiunt, niſi & is cognoſcat quo ordine ſiccantium, & detergentiũ hæc eſſe debeant; quædam enim ſunt medicamenta, quæ in habente carnem humidam ex natura carnem generabunt, vt thus, quæ tamen in habente carnem ſiccam, carnem generare non poterunt; ſicut econuerſo nonnulla ſunt, quę in ſicca natura carnem gignunt, in humida vero non poſſunt: quo fit, ut à natura particulæ non mediocris indicatio ſumenda ſit, quæ ſui cuſtodiam indicat; ſicut quę prꝛeter naturã ſunt ſui ablationem: atque ob id vlcus quanto eſt humidius, tanto

medica-

©BIU Santé

medicamentum expoſtulat, quod magis ſiccet; corporis verò tempe-
ries quanto humidior, tanto indiget medicamento, quod minus ſic-
cet: nec ſecus ſumenda eſt indicatio ab actione, vſuque particulæ, vt
declarat Gal. hiſtoriam recenſens Attali Methodici, qui Theagenem 13.met.15.
philoſophum Cynicum curauerat; huic enim cataplaſma ex pane &
melle hepati phlegmone laboranti imponebat, ſolisque relaxantibus
vtebatur, in cuius tamen curatione adſtringentibus etiam vtendum
erat, propterea quòd hepar altricis facultatis principium exiſtit, atq; ab
eo venoſum genus exoritur: pariter & à ſitu, & formatione, vt clara
eſt Galeni ſententia vbique locorum; atque hęc ſat dicta ſint. 4.meth.13

De aſperitate, & læuitate. Cap. 95.

QVAECVNQVE *partes vero ob id quod exaſperatæ naturalem amiſerint habitum, his lęuitas naturalis eſt reſtituenda, oſſa quidem lęuigando, aſperam autem arteriam, vel linguam leniẽdo humidis, quæ nihil mordeant, & lentorem habeant: ſed quibuſcunque lęuitas ineſt nonnaturalis aſperitas naturalis eſt reuocanda medicaminibus, quæ ſufficienter abſtergant, & parum adſtringant.*

QVOD reliquum erat circa conformationem, hoc loco proſequitur Gal. nã ſuperficies vna ex eius differentijs in qbuſq; partibus aut aſpera, aut lęuis ſecũdũ naturã eſt: ventriculus enim & inteſtina ex natura aſperam, rugoſamque internam ſuperficiem obtinuerunt, vt alimenti deſcenſum retardarent: fauces uero, aſperaque arteria planam, lenemque, vt cibus facile in ventrem deſcendat, & vox ſonora reddatur. Si igitur quoad ſuperficiem partes ex natura lęues naturalem amiſerint habitum, & ad aſperitatem preſenti tempore vergant, ob quã naturales neceſſario functiones deperdantur (non enim quęlibet aſperitas morboſas efficit partes) tunc his lęuitas naturalis reſtituenda eſt humidis, quę nihil mordeant, ac lentorem habeant, aut his, quę lęuigantia nuncupantur: etenim ſicut aſperitas præter naturam ex duabus cauſis potiſſimum prouenit nempè ſiccitate, quę duplex quoque eſſe poteſt, interna, atque externa, necnon & aliqua extrinſecus materia ſiue humida, ſiue dura adherente, quæ ipſam ſuperficiem aſperam reddat; ita & duæ diuerſæ oriuntur indicationes:

etenim

©BIU Santé

etenim in illa ex ſiccitate, humidis auxilijs procedimus, quę nihil mor deant (quod enim mordicat calidum eſt & ſiccum, ac potius adauget aſperitatem) ac lentorem habeant, cum præſertim interna eſt ſiccitas vt magis in eius cauitatibus humor adhæreat, ac compingatur. Qua quidem intentione commotus Gal. in febribus, in quibus ob calorem pręter naturam per vniuerſum corpus inęqualiter ſparſum inęqualitas adeſt, atq; aſperitas præter naturam, acida quęque, acria, & adſtringentia prohibet, exaſperant enim & mordent, vt adhuc etiam corpora exiccando inęqualitatem ipſam adaugeant; probat autem ptiſſanam hordeaceam, quæ exaſperantium malitiam effugit, vtpote quæ ex Hippocr. ſententia eo contextu viſcoſa leuiter ſit, continua, iucunda, & mediocriter humens, vt huic aſperitati mirum in modum contrarietur: at in ea ex quopiam extrinſecus occurrentè oborta læuigatione vtendum eſſe docet Gal. oſſa namque ſi promineant apicibus, propterea quòd ob eorum corruptionẽ adnatum ſit quidpiam adhærens, atq; ſuperfluum, quod vicinam carnem offendat, & cum dolore perforet, id vtique fricatione & abraſione ab oſſibus læuigandum, remouendũque eſt, donec his naturalis lenitas reſtituatur: hoc autem vt plurimũ ferro fit, nonnunquam & peucedani, & conſimilium radicibus: pariter aſperitas palpebrarum, quæ ex nitroſo contingit humore, fricatione indiget, atque abraſione non ſolum cum ferreis inſtrumẽtis, verum & cum fici folijs, croco, mirobalano, & ſimilibus adnatum illum humorem euellentibus. Quòd ſi alijs læuitas inſit (inquit Gal. in cõtex.) nonnaturalis, quæ vt aſperitas, naturales lædat actiones, aſperitas naturalis eſt reuocanda medicaminibus, quæ ſufficienter abſtergant, & parum adſtringant; ſic enim Leoniceni verſio iacet, vetus autem interpres vertit [& per breuem raſuram] iuxta veterem codicem græcum, qui habet καὶ διὰ βραχέως ξύσεως; quòd ſi nos legamus, vt & Leonicenus, & græci codices impreſſi habent, dicendum eſt lęuitatem præter naturam duplicem eſſe, vti & aſperitatem, alteram quidem ex externa, alteram vero ex interna cauſa procedentem; ſi læuitas quidem extrinſeca eſt vtpote ventriculi, cum humores viſcoſi ipſi adhærent totã externam ſuperficiem lenem efficientes, quæ aſpera ex natura conſtituta eſt, vt cibus, ſeu chylus ibidem diutius detineatur, abſtergentibus opus eſt medicaminibus, quæ viſcoſam illam materiam abluant, atque detergant; at ſi læuitas ob partis labefactationẽ ex cauſa etiam interna proueniat, iubet Gal. vt cum abſtergentibus quæ parum per adſtringant, commiſceatur, vt robur parti addatur, & habitus naturalis ex mollitie deperditus reſtituatur: quòd ſi contextus iaceat, vt codex antiquus

1. de rat. uict. 16.

©BIU Santé

tiquus græcus habet, & vt fermè omnes legunt interpretes, Galen. hoc modo interpretabimur, quòd cum partes in duplici sint differentia, aliæ quidem ex natura molles, aliæ vero duræ, vt ossa: molles quidem cum præter naturam mollicres fiunt, abstergentibus egent; vt de ventriculo à nobis declaratum est; & ab Haly exemplo ipsius matricis, quę cum aspera ex natura sit, vt semen contineat, si præter naturam leniatur, in ipsam quidem lanam aphronitri liquore ablutam injcimus, atque aliis consimilibus, quæ abstergendi vim habeant: durę vero, vt ossa si in vulnere pateant, & adeo leniantur, vt caro super ipsa gignēda eis adhærere, associariq́ue nequeat, leuiter aut parumper cum ferro fricamus, donec in eorum superficie asperitas introducatur. Quæ quidem duæ scripturę (si eas rectè perpendamus) consistere possunt, nā vt dicebat Haly in euacuatione lenitatis ac asperitatis duæ sunt vniuersales indicationes; iuxta tamen membrorum varietatem complures aliæ particulares, ita vt quæ natura molles sunt, aliud, quę vero durę, aliud; & rursus quæ externe tantū leniuntur, aut exasperantur, aliud, & quæ interne etiam labem sentiunt, aliud remedium exposcant. Neque ob id mancus est Galen. quippe cum eius intentio sit per compendium totam medicinam percurrere, non autem eam exactius interpretari. Subdit autem Gal. in contextu.

Qvae vero vel obstructiones, vel angustiæ meatuum alias sequātur ægritudines, illarum curatio prius est perficienda: ostensum siquidem est in libro de differentijs morborum, quòd & inflammationibus, & duris, laxisq́; tumoribus, & siccitatibus aliquā do in modicis, ac præterea vitiosis partium continentium figuris ea, quæ nuper diximus, sæpius aduenium: sicuti & quibusdam tumoribus eorum, quæ sunt in ambitu corporum.

In qua quidem parte quid intendat Gal. non satis explicat Argenterius, ipsum duntaxat, ut sui moris est, redarguere contendens, nam cū ait in primis Gal. omnia ex cauitate partium mala, seu ægritudines remediaq́ue non prosequutum esse, propterea quòd de obstructione tā tum egit, quę ex materia intus partis cauitatem occupante fit, missis cę teris eiusdem generis affectibus; fallitur quidem bonus iste vir, quoniam quantum curatiua methodus exigit, tantum est prosequutus; nā qui alij (quæso) in cauitatibus morbi sunt, quàm hi, qui sub ventre, meatu, & orificio continentur, de quibus omnibus, eorumque remedijs satis superq́ue prius differuit? Cum autem subdit Argenterius, ipsi ignotam esse causam, qua Galenus fuerit commotus, vt tractationem

©BIU Santé

nemin ſerpoſuerit de vitijs, quæ ad aſperitatem, & lęuitatem pertinẽt; niſi quis id Galeni negligentiæ tribuat, vt qui has maiore nunc fortè, quàm opus eſſet, diligentia, & prolixitate, quàm res expoſtulet, emendare proponat; non potui equidem viri ſocordiam non admirari, cũ ignoret aſperitatem & lenitatem ad ſuperficiem, quę vna eſt ex conformationis differentijs pertinere, de quibus quidem omnibus ad perfectam morborum ex conformatione curationem vt ageret Gal. ne ceſſuus erat. Ponens autem Argenterius huiuſce contextus intentionem, ipſum cum ſuperioribus nequaquam connectens id ſolum ait, Gal. affectus quoſdam recenſere, quibus contingit corporis vias angũſtiores reddi, nonnullos vero ſilentio inuoluere, vtpote cum corpora, quæ cauitatem conſtituunt, comprimuntur, concidunt, contrahuntur, coaleſcunt, tenduntur, diſtorquentur, mouentur à ſuis ſedibus, obſtruuntur vel conſtipantur. Verum quàm hęc conciſa tractatio nobis vtilitatem affert? Et cur de his Gal. agere intendit? nullam certè ſi hoc modo exponamus, cauſam reddere valemus: ob id rectius interpretandum cenſeo, quòd cum ſupra de morbis ex obſtructionibus, eorumque remedijs egerit, quoniam nonnunquam euenit, vt non tantum obſtructiones, ſed & meatuum cõpreſſiones, vt ſymptomata alios conſequãtur morbos, quid hoc caſu agendum, & quibuſnam remediis his obuiandum ſit, edocet: ſi enim adſit inflãmatio, aut durus, laxuſque tumor, qui ex humorum confluxu fit, & neceſſario meatuum obſtructio conſequatur; pariter ſi immodica ſiccitas corporis partes opprimat, & meatus ipſi neceſſario conſtipentur; tunc (inquit Galen.) ab ipſis ægritudinibus curatio eſt inchoanda; nam ſicut deſtructa febre abit & ſitis, & capitis dolor, ita & præſtito auxilio inflammationi, ſeu tumori, confeſtim meatus aperientur, & partibus ad priſtinam humiditatem reſtitutis neceſſario meatus largiores, vt & antea, erunt. Qua quidem declaratione manifeſtè etiam apparet, quàm valde allucinetur Argenterius, qui cenſet per obſtructionis vocabulum non propriè obſtructionem intelligere Galenum; nam & veram intelligit obſtructionem, quę tumores, inflammationes, & huiuſmodi conſequitur, nimirum quòd cum humores ad locum confluentes tumores efficiant, vnà etiam loci cauitates, atque meatus occupet. Sed hęc ſat ſint, non enim intentio noſtra eſt vanas omnes Argenterij ſententias diluere, ſed eas potiſſimum, quibus Galeno ſe aduerſari profitetur. Proinde illorum omnium affectuum, quos obſtructiones, aut meatuum obſtipationes conſequuntur, curationem non aggreditur Galen. quoniam

cum

©BIU Santé

cum proprijs in locis de his aut dictum sit, aut dicetur, bis eadem, atque hoc præsertim libro tanquam medicinę summario repetere supervacaneum foret: quod itidem obseruat, cum ex prædictis nonnulli inuicem morbi coniungantur; nam sicut seiuncti diuersas habent indicationes, ita & coniuncti; quibus quidem omnibus satisfaciendum est eo quo supra dictum est, ordine; dum de complicatis superius morbis ageremus. Verum vt absolutius totus procedendi modus & in his habeatur, vno sumpto exemplo, hunc in modum scribit.

Quod si nonnulla ex proximè dictis inuicem complicentur varias habebunt indicationes: sufficiet autem in vno exemplo habuisse sermonem, quoniam de omnibus in libris de arte curandi plenius fumus exequuti. Supponatur cuipiã particulæ multitudinẽ sanguinis influi, adeo vt intendantur in ea venæ non maiores tantum, sed etiam paruæ, quæ prius sensum effugiebant; nũc vero iam plenæ visu comprehenduntur sicut plerunque in oculis ob tunicæ albedinem manifestissime patet. par siquidem est, quòd & alia vasa quæ latent sensum iam plena distendantur, non tamen & ipsa ob paruitatem adhuc visui manifesta; & iam periculum imminet, ne quod ex vasis exudat ad spatia vacua, quæ in medio sunt, effundatur, aut ne iam paruum aliquod sit effusum. Huius quidem affectus sanatio intentionem habebit euacuationem, aut vt manifestiori vocabulo vtamur, ab euacuationem, siquidem morbus erat immoderata partis repletio. Necessarium igitur est, vt aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut per ipsam patientem particulam. Retrocedet autem uel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horum uno aliquo modorum, uel omnibus. per locum uero patiẽtem euacuabitur partim quidem manifeste, & sensibiliter, partim uero in uapores resoluta. Si igitur vniuersum corpus plus æquo plenũ fuerit, per patientẽ locũ minime euacuandũ. Nam si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus plus ratione excitati doloris attrahemus: si uero calefacientibus dispergere tentabimus, plus erit id, quod ui caloris ad partem attrahetur, quàm dispersum. Quòd si in eo elaborabimus, vt quod influxit, retrocedat, corpus cum plenam sit, non admittet.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 685 sur 753

©BIU Santé

Si Argenterius diligentius Auiſſet contẽplatus exemplum à Gal. tra ditum, ipſum vtique de inconſtantia non reprehendiſſet; etenim exem plo ex inflammatione ſumpto, non vt inflammatio tantum, ſed vnà cũ materierum affluxu, ac totius plenitudine facilime complures hic adeſ ſe complicatos morbos oſtendit, qui non vnam, vt Argenterius autu mat, indicationem, ſed complures expoſcunt: alia enim eſt partis inflã matę indicatio, alia materierum confluxus, atq; alia in vniuerſo corpo re plenitudinis; cum in hoc exemplo adſint morbi iu figura variata, in ſuperficie interna, atque externa ad præter naturam mutata, & in ip ſis cauitatibus obſtructis, & meatibus conſtrictis; variatur namq; ob tumorem pars ipſa, ſuperficies quæ lenis erat, aſpera quodammodo ob humorum inæqualitatẽ efficitur, venarũ cauitates ſanguine craſſo re plentur, & ob partium extẽſionẽ, qui meatus inter muſculũ ac muſcu lum, aut aliud quid tale patebant, ſpiritu tamen repleti cõſtipantur, vt neceſſariò & ſolutio continui, & dolor conſequatur: Eſt ne igitur ſim plex hic morbus, vt Argenterius interpretatur à ſola cauſa dependens? minime hercle, vt à nobis declaratũ eſt. Propterea cũ exemplũ hoc no tatu dignum ſit, operæpretium eſſe cenſeo cum Galeno nonnihil circa propoſitum caſum, eiusq; curatiuas indicationes diſcutere. Suppoſito itaq; caſu à Gal. recitato, nempè cuipiam particulæ multitudinẽ ſan guinis influere; adeo vt non maiores tantũ, ſed & minores, quę prius ſenſum effugiebant, intẽdantur (quod quidẽ teſtimonio ophtalmico rum oſtendit Gal. in quorum oculis ob tunicæ albedinẽ venulæ illæ ſanguine plenæ viſuntur; atque non hæ tantum, ſed & vaſa alia, quæcũ que ſenſum effugiũt, & iam periculum immineat, ne quod ex vaſis exu dat, ad ſpatia vacua, quæ in medio ſunt, effundatur, quinimmo ex eo portio quædam non exigua effuſa ſit) ex ſignis vtique aperte ſatis con ſpicimus corpus hoc cõpluribus vexari ægritudinibus, in primis qui dem ob figuram vitiatam, quoniam ob ſanguinis confluxum pars ipſa intumeſcit, non ex aliorum ſanè humorum confluxu, præter quàm ex ſanguine, licet tumor ipſe quadrifariam eſſe ſoleat, vt & ſuperius anno tauimus, ſcyrroſus ex humore melancholico, œdematoſus ex phlegma te, herisipelloſus ex flaua bile, atque phlegmonoſus ex ipſa ſanguinis maſſa, & ex his compoſitus; huius quidem morbi cauſa potiſſima erat, totius corporis plenitudo; deinde & partis imbecillitas, cũ enim cor pus repletum eſt, humores ſui natura huc & illuc vagãtur, ac tandẽ ad loca imbecilla decũbunt; imbecillæ vero partes eos neceſſario recipien tes ob ſui imbecillitatem quorſum propellant, non habent: quo fit, ut ibidem tumefactis venulis paruis, atq; his potiſſimum, quę viſu prius non

©BIU Santé

non comprehendebantur, ſanguis ſubtilior ex vaſis exudans, & extra venas ad ſpatia vacua, quæ in medio ſunt, effuſus, inflammatur, atque putreſcit, ac tandē phlegmon gñatur; ex quo & cōtinui ſolutio, & dolor neceſſario cōſequuntur. Secundo aderat morbus in ſuperficie, nā cū ſuperficies, ut prædictum eſt, aut ab intrinſeco, aut ab extrinſeco affici poſſit; ſiquidē quod eſt natura humidū, ac lene, dum ſiccum efficitur, atque rugoſum quoad ſuperficiem aſperum redditur, ſicuti ſi corpori natura leni aliquod ſuperueniat mucoſum, qđ lene prius erat, aſperū demum euadit, præſenti vtique caſu ex inæquali partes calore, quemadmodum antea de febre ex Galeno diximus; aſperitas quędam ſentiebatur præter naturam, necnon altera ex inæquali illo ſanguinis efluxu, dum venulis tumefactis pars illa prominentior foret, ſub qua ipſę recondebantur, quàm intercapedo illa, quę interuenulas reperiebatur: adnexus quinetiam alter morbus erat ex cauitatum obſtructione, ac alius ex meatuum conſtipatione; nam corpus plectoricum non tantum ſui copia magnas venas obſtruit, ſed & paruulas, dū ad ipſas quàm par ſit, confluit ſanguis: Extenſione præterea quod inter duo vaſa ſpatium exiſtit, conſtipat, necnon & orificia venarum, arteriarum, aliorumque vaſorum ob ſanguinem ibidem defluxum. Ex quo & cutis partes neceſſario obſtruuntur, conſtipanturque. Si igitur tale corpus varijs huiuſcemodi morbis laborans occurrat, inquit Gal. primus quidem ac vniuerſalis pro ſanatione ſcopus erit, euacuatio, ſeu rectius partis euacuatio redundantis, atque is vulgò etiam notus; ſciunt etenim (vt prius dictum eſt) & plebei omnes morbum per contraria curandum eſſe, vt corpus repletum eſt, euacuandum; verum quibus hoc rationibus, & quomodo fiat, ſoli artifici notum eſt: ob id medicus diſcurſu in reperiendis partialibus indicationibus vtitur; nam ſi pars euacuanda ſupponatur; quandoquidem nimia repletio hos morbos gignit, aut per retroceſſum ſuperfluum id euacuabitur, aut per ipſam partem affectam: primum quidem aſſequemur, ſi ipſum impellemus, aut attrahemus, aut trāſmittemus, vel horū vno aliquo modorū, vel omnibus: impellemus quidē adſtringentibus medicamētis, quæ ſui adſtrictione humores pellunt ſeu aere frigido, ſeu aliis cōſimilibus; aer. n. frigidus corporibus occurrēs, qui exanthematibus, atq; potiſſimū craſſioribus, q̄ morbillos, ſeu uariolas nominār, infeſtātur, tūc repēte ea intimius ppellit; attrahemus autem aut cucurbitulis, aut venę ſectione, aut huiuſcemodi auxiliis; cucurbitulę namque manui appoſitæ menſtruum ſanguinem, qui in maiori quantitate, quàm par ſit, effluit, euocat; ſic & idipſum facit uenę ſectio, cū inflammato liene è brachio

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 687 sur 753

©BIU Santé

ſiniſtro ſanguinem detrahimus: tranſmittimus verò ſi medicamentis externis ab vna ad aliam partem humores commigrare facimus, aut & medicaminibus externis naturam æmulantes, quam vias ſemper materiebus inuenire cenſuit Hipp. quando valida fuerit, etiam ſi illæ craſſiores ſint, & per anguſta foramina permeare debeant; videmus enim humorem qui inter thoracem, atque pulmonem in pleuriticis adeſt, cum tuſſi per ſputum eijci, cum tamen viæ hæ nobis ignotæ ſint; in oſſibus præterea, quę fracta occaluerunt, ſanguinem per cutim ſanam excidere: Vnde Hippo. non ſine ratione dicebat, ꝙ quibus in ſpatium illud, quod infra ſeptum eſt, ſed intra eam membranæ abdominis interioris partem, quæ epigaſtrium attinet (vt recte Gal. exponit in com.) pituita concluditur, doloremque infert, natura per latentes vias ad venas, & ſubinde ab his ad veſicam tranſmittit. Quod itidem faciunt chyrurgici noſtrates, qui in affectionibus gallicis, dū doloribus ęgri cruciatur, vnctionibus illis vtuntur, ob quas materia illa miro quodammodo per vaſa ad os tranſmittitur, atque per ſputum euacuata eos liberos reddit. Secundo vero ſatisfaciemus, ſi è loco partim quidem ſenſibiliter, ac manifeſte, partim vero per inſenſibilem euaporationem humores illos quantitate efficientes diſcutiemus; etenim cum in his duæ vt plurimum partes, atque potiſſimum ſi adſit ſanguinea maſſa, conſpiciantur, craſſæ nimirum atque tenues; tenues quidem in vapores conuerti poſſunt; at craſſæ, vt ſenſui in eorum euacuatione ſubijciātur, ne ceſſum eſt. Verū cum ſuppoſitum ſit, adeſſe totius plenitudinē, quæ radix eſt, ac omnium malorum fundamentū: ob id primo quoq; tēpore duobus prioribus ſcopis haudquaquā eſt attendendū, poſtremo quidē minime, qñdoquidē ſi ſcarificationibus, ſectionibus, aut huiuſmodi auxilijs ſenſibiliter humores in parte cōtentos euacuabimus, non ſolū nihil proficiemus, ſed potius rōne doloris, ac ſolutę vnitatis plus attrahemus, cū repleto corpore & ad partē affectam ſemper cōfluāt humores, rationeq; partis imbecillæ, quæ dolore quinetiā infeſtatur, libētius ad eum locū decūbant; ſi verò medicamentis, quę vim habeant per inſenſibilē diſſlatum eoſdē diſpergere, partis curationē aggrediemur, plus erit id, quod ad partē attrahetur, ꝙ quod diſſipetur, ac diſperdatur; nam cū hęc diſſoluētia calida ſint, ob caloris vim attractio potius, ꝙ diſperſio humorū efficietur. Minus etiam in eo ſcopo à Gal. nobisq; prius enucleato elaborabimus; ſiue enim per impulſum, ſiue per attractum, ſiue per tranſmiſſionē quod influit retrocedere tentes, pars vtriq; nullā recipiet adiumentū, quandoquidē ſuppoſitū eſt corpus plectoricū eſſe, in quo talis retrogreſſus locum non habet. Neque putandum eſt,

7. aphor. par. 54.

quòd

©BIU Santé

quòd Gal. hucusque circa huiusce casus discursum quicquam determinet, vt falsò putauit Argenterius, sed eas omnes tantum repetit indicationes, quæ circa morbos hos complicatos possunt occurrere; quibus etiam nonnunquam satisfacere non valemus; nam etsi dicat ipse inflammationes per locum affectum euacuari partim manifeste, ac sensibiliter, partim vero in vapores conuersas; ac paulòpost scarificationum, & sectionum mentionem faciat, quasi per illas consentiat contentum humorem euocari; quam quidem curationem nullibi docuit, nec medendi vsus admittit, non tamen huic in curatione procedendi modo consentit, quinimmo reijciens hoc membrum diuisione repertum, subdit [nã si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus rõne excitati doloris attrahemus] quasi inferat, ꝙ huius remedij aggressus tantum abest, vt morbum imminuat, vt maxime adaugeat; atque ob id de eo alibi nunquam à Gal. iure mentio fit, quandoquidem exempla non tradit, super quibus quid agendum sit, scisciteꝝ tur, sed medendi methodum, qua rectè operemur, præcipuè docet. Quid igitur faciendum, posteaquam duobus prioribus scopis satisfacere non possumus, subdit Gal. 13. met. & 2. ad Glau.

VT hæc igitur ambo fieri possint, totum corpus euacuare oportet; deinde omnino ad contraria loca retrahere, quod patienti particulæ influit.

Hunc in modum meo quidem iudicio contextus Gal. veritati consonat, cui & verus codex græcus adstipulatur; nam si vt omnes fermè latini codices præter antiquam versionem legamus, non solum obscuram quodammodo, sed & principijs contrariam ipsius sententiã reddimus; cum enim supra dixit, ꝙ si in eo elaborabimus, vt quod influxit, retrocedat, corpus plenum nõ admittet; demũ quid agẽdũ ex professò concludens dicat, ꝙ pro his duobus satisfaciendis totũ corpus est euacuandũ, aut quod patienti particulæ influit omnino ad cõtraria loca retrahendũ, dubiò procul sibi ipsi contradiceret Gal. quippe qui retrocessum à principio in curatione nũc quidẽ admittat, cum tamẽ ipsum ob plenitudinẽ totius perantea renuat. Neq; ualet ratio Argẽterij, quã habet aduersus Achachiã, cũ ait, iure vtranq; hoc loco cõprehendisse Galenum; vtpote euacuationẽ, quam hic simpliciter assumit, cum humor extra corpus ducitur, & reuulsionem, cũ humor non eo modo euacuatur, sed solum in alias partes retrocedit; siquidem ex vtraq; quod in una adest parte in multas & distantes dispergitur, atque ita remittitur tensio, & repletio affectarum partiũ: quod quidẽ manifestò apparet,

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 689 sur 753

©BIU Santé

cũ frictiones, etiã vincula mẽbris adhibentur; nam fallitur ille, quoniã ſuppoſito corpore repleto (vt ſupra dicebat Gal.) reuulſio hæc nihil iuuabit; quantum enim retrocedet, tantum etiam iterum ad locum redibit, vt exemplo currentis fluminis facile quiſque poteſt agnoſcere; ſi enim nimia adſit aquarum copia, quæ effluat, ſi quis quod fluxum eſt, diuertere voluerit, nihil proficiet, quandoquidem quod adhuc influit, influxum retrocedere non permittet. Neque hoc eſt Achachiæ ſomnium, vt Argenterius arbitratur, ſed Galeni contextus græcus antiquus hanc habet literam, vt pro, ideſt uel hoc eſt deinde legatur, quem quidem contextum cum vetus habuerit interpres ſeorſum à Laurentiani, Leoniceniq́ue verſione hunc in modum conuertit [Ad vtraque igitur hæc oportet euacuare totum, & deinde ècontrario trahere omnino ad alias regiones id, quod influit patienti parti] Rectius igitur ſe habet hæc litera iuxta Achachiæ quoque interpretationem, quandoquidem ſuppoſito humorum confluxu, & ad locum ſiue partem affectam humore phlegmonoſo, vtrique nequaquam auxilia præſtare poſſumus, niſi prius totum corpus ſanguine repletum euacuemus; qua quidem facta euacuatione poſtmodum quod influit patienti particulæ ad contraria loca omnino retrahemus, ac poſtremò parti ipſi affectæ audacter operam præſtabimus, ſubſequenti, quo Galen. declarat ordine. Cæterum quoniam ipſe præſenti caſu procedendi ordinem aſſignat, nam cum morbi hi contrarij quodammodo ſint, ab eo curatio auſpicanda eſt, ſine quo alter curari non poteſt, nulla facta de particulari eius auxilio mentione; ſi enim ex venæ ſectione præſtandum remedium concluſum ſit, quanam in parte ea ſecanda ſit, nullam hic terminatam habemus ſententiam; propterea ne quid aliud conſideratione dignum ſtudioſis amplius deſideretur, meas eſſe partes exiſtimaui, nõ ſolum quod Galeno deeſt, ſuplere, verum & quod apud grauiſſimos hercle viros in maxima controuerſia verſatur, quoad fieri poteſt, clarum, & apertum ante oculos ponere. In primis autem nodũ quendam circa ordinem breuibus diſſoluam, qui non tantum ipſimet Gal. ſed & Hippo. aduerſari videtur; ſupponit namque Gal. corpore exiſtente plectorico, humoreq́ue ſanguineo ad partem confluente, totum in primis vacuandum eſſe, mox quod influit parti affectę omnino reuellendum; at Hippo. ait. Si dolor ad clauiculam pertigerit, aut moleſta ſit vel brachio, uel mammæ, vel partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus grauitas internam cubiti venam ſecare expedit; neq; vt copioſe ſanguis detrahatur, eſt cunctandum; ſed eo uſq; auferendus, donec rubidior multo, vel pro puro rubidoq́, liuidus fluxerit; quã quidẽ ſenten-

2. de rat. uic. i mor. acut. 10.

©BIU Santé

ſententiam exponens Gal. in cō. ait: Hipp. venam in cubito ſecare, quæ ſanguinē ab affecta parte & magis, & velocius tū reuellere, tum euacuare poſſit: cuius quidē inditiū manifeſtiſſimū conſtituit, nempè coloris mutationē; ſanguine nāque in totū ſparſo corpus pituitoſiore, ſi in fluxione è vena primū albior, mox rubicundior appareat, aut ipſo in corpore viuidiore exiſtēte, ſi dū venā ſecamus pro puro, & rubido liuidus fluat, aperte vtiq; demōſtrat, eā nō eſſe euacuationē, ſed reuulſionem; cum tamen Gale. hoc loco poſterius reuellendum eſſe autumet. Qui primam inſequuntur literam, inter quos eſt Argenterius, dicunt Gale. hoc loco nolle, vt hic ſeruetur ordo, ſed ſimul & ſemel euacuetur, ac ad partes contrarias reuellatur; ſic enim in omnibus malis leui negotio ſuccurrimus cum & humorum multitudini, & fluxioni reſiſtimus. Verum hi præterq; coacti ſunt illud vel diſiunctiuum vt coniunctiuū interpretari, diſcedunt etiam à Galeni verbis, quę non niſi ſecundum ipſos duo oppoſita, atque diſiuncta nobis indicant. Minus etiam Haly interpretatio pro hoc diſſoluendo nodo accomodari poterit, ſenſiſſe nimirū Gal. per euacuationē nō tātū ſanguinis miſſionē, ſed quācū que corporis extenuationē, ſiue abſtinētia, ſiue pfrictione fiat; etenim inedia nō niſi rēporis ſpatio euacuat, qua in humorum cōfluxu nequa quā egemus; perfrictiones vero, dū corpus valde plectoricū adeſt non ſolū ipſum nō euacuāt, verū ex motione humores ad locum affectū confluere faciunt. Dicamus itaque nos rectius ex Galeni fundamētis, quod ipſe hoc loco corpus valde plectoricum ſupponit: quod quidē dū ſecū dū partē prēter naturā afficitur, quoad totū prius ex meatuū, ſeu cauitatū venarū obſtructione laborat: ob id nulli mirū eſſe debet, ſi ab ea indicatione ſumpta Gal. prius totius euacuationē aggreditur, quę tamen à parte affecta humores non detrahit, ſed ſolum quod in toto excedēs eſt, & meatus repletos detinet: at cum Hippoc. & Galen. alibi ipſum à prædominio ſanguineum ſupponant, tametſi non valde repletum ita vt ex hac plectoria venę admodum tenſę ſint, & totum laboret, ex parte quidem affecta confeſtim ſanguinem detrahere exoptant: atque ob id eorum intentio eſt ſimul & ſemel ſanguinē, ſeu ſanguineū liquorē euacuare, ac velocius reuellere. Vnde iubebat Hipp. vt ſanguinis mutatio expecterur, ſicut idem, & Gal. confirmāt, dū aiunt; vt copioſe mittatur ſanguis ad animi vſq; deliquium virtute, cęteriſq; cōſentiētibus; quod quidem faciendū nō eſt, cū ſoli repletioni attendimus, tunc. n. nobis ſatis eſſe poteſt, vt in primis quod quantitate peccat, abſcindamus, mox vero aliam à parte affecta venę ſectionem aggrediamur. Quòd ſi quis fortè Galeno obiiciat ipſum planè hic mancum fuiſſe, quòd in diſtinctum

4. de rat. uict. 74.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 691 sur 753

©BIU Santé

ctum remediũ proponat, cum tamẽ diſtinctius id peragendũ foret; non .n. à quo nã latere, & quę vena ſecãda ſit, aperit; vnico quidẽ verbo poſ ſumus huic facere ſatis, ſi dicamus remediũ ab eo traditum exẽplo prõ poſito mirũ in modũ cõuenire: quãdoquidẽ cũ partẽ nõ determinet, ne que ẽt locus, venaq; certa proponẽda erat, dũmodo vena illa, vt Hip. præcipit, [illegible], hoc eſt ſecãdum directum, vt infra oſtẽdemus, ſecetur. Nos ãt pro dilucidiore interpretatione nonnihil circa hoc immorari decreuimus, venę prius ſectionẽ in quatuor potiſſimum genera diſtinguentes euentatiuum, euacuatiuum, diuerſiuum, & deriuatiuum, quæ quidẽ iuxta varias in curatione, præſeruationeq; indicationes diuaria mus: euentatiua quidẽ ſanguinis miſſio fit, cum in toto corpore ſanguinis copia ebullientis viget, quę diffflari nõ poſſit, imineatq; periculum ne ob prohibitã tranſpirationẽ, vt in ſynocho abſq; putredine ſanguis putreſcat; de hac quidẽ ex qua nam vena mittendus ſit, quiſquis facile reſpondebit, ex ea ſanè, quę magis & celerius ſanguinem euẽtet, qualis eſt è brachio dextro interna, ſeu iecoraria, ſeu eius defectu alia huic cõtiicina: Euacuatiua autem efficitur, non vno quidem modo, ſed bifariã aut cũ totũ corpus plectoricum euacuamus, aut partem dũtaxat; ſi .n. vniuerſum corpus euacuare noſtra intentio eſt nullo ad partem aliquã habito reſpectu ſecãda ea vena eſt, quę velocius & copioſius à fonte ſanguinem detrahat; atq; ex quauis corporis parte, vt volebat Gale. non ſolum in hoc caſu, ſed & dum homo omnibus articulis laborat, in his enim (dicebat ipſe) ſiquidem talis ſit homo, qui quotannis æſtiuo tempore febrilibus morbis obnoxius eſſe aſſolet, atque in eo reddantiam euacuare ſtudemus, æque pars quęuis in ſanguinis detractione accomoda eſt; ſicut ſanè etiam ſi artheticus ſit omnibus articulis laborans; ſecus namque res ſe habet ex eiuſdem Galeni ſententia, cum pars ipſa affecta eſt, vt paulò infra dicemus: cum enim pars in triplici ſe habeat differentia; aut habilis ad quamcunque ſanguinis copiam ſuſcipiendam, miſi alio trahatur, vel è corpore euacuetur; aut quę ex fluxione laboret, ſiquidem partim quidem fluxum eſt, partim vero ad hucfluit; aut quæ iam totam materiam ſanguineam fluxam contineat ceſſante quidem eiuſdem confluxu; primæ quidem parti diuerſiua venæ ſectio debetur, ſecundę vero diuerſiua, & deriuatiua, ac nonnunquam euacuatiua, ac poſtremæ deriuatiua, euacuatiuaque; cum enim retractio ad contrarium fiat, deriuatio vero per rectum atque propinquum, euacuatio vero per partem affectam, nulli quidem dubium eſſe poteſt, quòd ei, cuius timetur fluxio ad maxime contraria retractio accomoda eſt: fluenti vero retractio ad contrarium

lib. 2 ſan. miſ. ca. 19.

quod

BIU Santé

quodcunque, & fluxæ deriuatio, quæ est ad propinqua, aut euacuatio, quandocunque in patiente particula adeo fixa est, ut neque per reuulsionem, neque per deriuationem vacuari possit: In cuius quidem uacuatione tota consistit curatio, sicut præseruatio, dum fluenti, ac fluxuę materiæ medellam præstamus. Si igitur primæ parti occurrimus, Gale. precipit ut per contraria maxime loca humores retrahamus; sit enim quis vertigini, & epilepsiæ a sanguine obnoxius, ex cruribus secãda est uena; sicut & podagrico ex sanguine laboranti ea ex cubito, tunc enim permaxime contrarium vsum, ac artificialem assuetudinem qđ naturæ assuetum est prohibemus, membrum vero, quod fluxione humorum imbecillius adhuc reddebatur, ex causę ipsum opprimentis nõ solum non imbecillum, sed in dies magis fortius redditur, vt tandem ex se tractu temporis fluxioni obsistat. Quod si loco partim quidem qđ fluxum est, adsit, partim verò sanguis adhuc confluat; ratione quidem partis fluentis uena secanda est, quæ per oppositum, secundum tamen directionem, quam Hippo. κατ' ἐπιν nuncupat, sanguinem detrahat; per opposita autem intelligimus non tantum, quæ maxime distant, vt cũ infimis suprema contraria sint, sed & quæ non maxime ut cũ dextris sinistra, internis externa, & anterioribus posteriora opponuntur; quę enim venæ sectio a costis ad cubitũ trahit, reuellit ab interioribus ad exteriora, & a superioribus ad inferiora, si manũ ad genu declines, vel ab inferioribus ad superiora, si manũ uel supra caput eleues. vel totum brachiũ, quantũ vales, intendas, vt in sectione venæ fieri cõsueuit, & a dextris ad sinistra, aut è contrario trahit, quic quid garriat aduersus Gale. Auerrois: nõ n. Gal. vt ipsi Auerrois attribuit, incõstãs fuit, sed vnã eãdemq; sniam semp habuit Hippocrati cõformẽ, venæ. n. sectio dextri lateris in hepatis a posthemate reuulsiua est ab ĩteriorib. ad exteriora, & a sinistro ad dextrũ; iecur. n tametsi in parte totius corporis dextra situm sit, manus tñ dextræ cõparatione ad sinistra uergit: quare & eam sectionẽ omnino reuellere fatendum est, sicut & incisa vena frõtis parte posteriore capitis dolẽte, quẽadmodum de ea sic loquitur Gale. inquiẽs Nõ solũ studet Hip. ubi sit opus euacuare, sed & cũ auersione, reuulsio aũt ad cõtraria fit, secũdũ lõgitudinẽ qdẽ sursum & deorsum, secũdũ latitudinẽ uero hinc atq; ĩde, hoc est a dextris & a sinistris, secũdũ pfunditatẽ uero ante & retro: qđ qdẽ alibi repetit hoc ipsum exẽplis uberius declarãs: Ex qua quidẽ declaratione, Galenicq; uerbis cuipiã satis cõstare põt, q̃ deridẽdi sint hi, qui reuulsionẽ metientes tantã inter capedinem requiri autumant, inter locum a quo reuulsio facienda est, & eum ad quem, quantus humerus distat ab humero; hoc enim

li. de sãg. missi. & libro de salub. dieta com. 15.

7. colli. cap. 29.

Aph. com. 68.

lib. de hu. com. prĩma. 13.

fallum

©BIU Santé

falsum apparet, cum Galen. ab occipitio ad frontem diuertit: in quo quidem casu non multa adest distantia, nisi hominem gigantē esse constituamus, nam ne in eo quidem frons ab occipitio tantū distaret quātū in homine mediocris staturæ humerus distat ab humero, patet quin ēt ex eodē Gal. eādem uenę sectionē non solum reuulsiuam esse, sed & euacuatiuam, quādoquidem è corpore euacuatur quod ad partē influebat: patet & tertio, q̄ secūdū directum, ut admonet Hipp. fiat reuulsio; talis autem rectitudo cū multiplex esse possit, aut quo ad fibrarum, uenarumq̄; ductus, aut quoad consensum vnius lateris, aut quoad utrūq; iunctim in quibusdam quidem casibus priori vtimur directione, in aliis autem posteriori, atque in aliis utraq;, etenim si ad superiores partes, vtpote caput, & ceruicem sanguis confluat, humeraria magis secāda, quàm nigra, siue iecoraria, quandoquidem venarum ductus secundum directum obseruamus, capitis namque ac ceruicis venæ cum humeraria maximam habent communionem, quòd si ex nare sinistra sanguis erumpat inflammato liene, hæc vtique euacuatio seu reuulsio secundum lateris consensum est; quemadmodum dum venam cubiti sinistram internam scindimus à cordis sinistro ventriculo reuellimus non solum seruata priori fibrarum directione, sed & lateris consensu: cur autem hæc diuarietur directio causam triplicem esse putarim, primum quidem ob maiorē minoremve cum reuulsione euacuationem; si enim reuellendo magis euacuare studemus, vtraque; sin minus, sola lateris rectitudo seruanda: Secundo ob celerem tardamve reuulsionē, euacuationemq̄ue; nam quæ secundum venarum situm est rectitudo, celerius, quæ autem secundum latus tantum, tardius, si vero vtraq; iungatur, medio quodam modo humores retrahit: Tertio ob timorē repentini cuiuspiam ab aliqua parte aut toto confluxus, etenim licet saphena retrahat ab vtero ob fibrarum rectitudinem, tamen ob fluxionē nonnunquam præcauenda, & ad partes potius maximè longinquas venæ sectio molienda est, vt docebat Gal. si enim sectionem faceremus ex saphena magna existente sanguinis copia, ea vtique ad vterum retraheretur magis, & maius fieret phlegmon: secanda igitur hoc casu cubiti vena, vt saltim secundum latus rectitudo seruetur, è saphena vero cū nec valde magnum phlegmonem adest, nec maxima sanguinis copia: quod quidem in renum phlegmone obseruat Gale. ex cubito quidem vbi humorum copia viget sanguinem mittens, ex poplite vero vbi is multitudine non valde excedat. Verum huic Hippo. Galenique placito non solum ipsemet aduersatur Galenus, sed & complures præstantes medici, qui Arabas, & nonnullos ex Græcis sectantur, etenim Gal. concludens

13. meth. 6

13. meth. 5

©BIU Santé

eludens ex superioribus dicebat, quòd cogimur aliàs sanguinem mittere, idque aut vena incisa, aut membris his, quæ læsa non sunt, scarificatis; manu enim laborante scarificabis crura, altero crurum male habente, reliquum: si igitur sentit Gale. quòd hęc pedis vena secetur alio pede phlegmonem patiente, quomodo seruatur prius decretum, ut scilicet, hoc est secundum rectum semper euacuatio efficiatur, præcipue cum hanc videatur Galeni parem facere, quæ in manu ab eodē cum pede latere facit retractionem, quam per rectum fieri nemo certè ambiget? Respondent quidam grauissimi heroë virī, iretractiones hasce à pede scilicet ad pedem, vel a manu ad manum a rectitudinis ratione nō magis cadere, quàm eam, quæ fit ab occipitio ad frontem, sicut enim linea recta, nec aliqua in parte decliuis ab occipitio ad frōtē trahi vel imaginari pt, ita a brachio ad alterū brachiū, & ab vno pede ad reliquū: quodquidē i iecore iecorariæ uenæ sinistri brachii cōparato, uel in dextro latere eidem venæ sinistræ comparato non potest contingere: si quis uerò eadem ratione dicat uenam iecorariam dextri cubiti non esse è directo dextræ partis subcingentis membranæ phlegmonem patientis, dicunt hi in huiusmodi venæ sectione aliam seruari rectitudinem, quàm per lineam longitudini corporis respondentem, totumq; corpus in duas medietates diuidentem imaginantur; in sectione autē venę diuersi lateris nullam esse directionem, nec eam videlicet, quæ p longitudnem, nec eam, quæ per transuersum, seruandamque præcipuè primam ubi hoc fieri possit, ubi uerò non possit ad alteram potius recurrendum, quàm rectitudo penitus deserenda. Hæc quidem dissolutio, pace eorum dixerim, manifestas habet inflātias, nam retractio, quæ est à pede ad pedem, & à manu ad manum neque eam, quæ est lateris, neque eam, quæ venarum seu meatuum est directionem obseruat, vt ex suis fundamentis facile constat, non quidem lateris, hoc enim ex se patet; neque minus communicantiæ, hoc enim apud illos suppositum est, quandoquidem sat nobis esse volunt, vt quæ per transuersum est, sola seruetur, in qua nulla cum fibris cōio intercedit, si pedē cū pede per transuersum cōtemplen ur: insuper si pes à pede seiunctus est, quo per lineam transuersam alterius sectio dici potest? non enim in hac eadem est similitudo quo ad directionem, quemadmodum in ea ab occipitio ad frontem, continuę namque partes sunt, sicut pes à pede disiunctus præterea fluente ad pedē dextrū sanguine, si sinister secetur, hic vtique sanguis tantum abest, vt per lineam rectam transuersalem retrahatur, vt per maxime obliquum iter reuellatur: primum namque is à crure dextro demum, & ad coxam dextram, ꝙ tandem per alterum crus usque

©BIU Santé

que ad pedem ſiniſtrum fertur. Alii verò Galeni authoritatem cũ aliis concordare tentantes dixere, ꝙ Cal. in internis potiſſimum diſpoſitionibus perpetuò rectitudinem & venarum communicantiam ſernare cõtendit; at in externis affectibus abſq; euacuatione reuellere tantum ſtudet, quemadmodum in propoſito ab eo caſu. Quæ quidem conciliatio quàm erronea ſit, non eſt ut multis vtar rationibus, cum Gal. verba quę propoſitæ ſententię ſubiicit, eius falſitatem aperte demonſtrent: ait enim, Has namque euacuationes indicat ipſa copia, ſicut etiam ipſorum ſuccorum uitium redundantis ſucci purgationem. Ob id rectius dicendum arbitror, quòd in ſectione cruris ſiniſtri crure dextro phlegmone laborãte ſeruatur venarum rectitudo; cum enim à ſuperioribus ad inferiora ſanguis confluit, uenaque bifurcatur, quarum altera pars ad dextrum, altera uerò ad ſiniſtrum crus tendit, ſi a dextro quod ſuperius eſt influxu trahimus ad ſiniſtrum dubio procul κατὰ πλάτος, hoc eſt ſecundum directionem venarum diuertimus: huic etiam accedit, ꝙ Gal. humorum naturam ac inclinationem ſecundum ſuperius, & inferius obſeruat; nam cum ait manu phlegmone patiente pedis venam ſecabis, exiſtẽte verò bubone in parte pedis dextri alterum phlebotomabis, non niſi deorſum tendentibus humoribus attendit; nõenim manu affecta alterum brachium oppoſitum ſecat; ſed crus, neque pede inflammatione laborante manus venam, ſed reliquum crus, non alia ſane ex cauſa, quàm quòd humores facilus deorſum, quam ſurſum trahũtur: atque ob id non iniuria Gal. reuulſionem eam, quę eſt a dextro ad ſiniſtrum pedem, ei ſimilem facit, quæ a manu dextra ad pedem dextrum, vtraque namque iuxta rectitudinem ſurſum & deorſum vnum ex quatuor ſuperius enarratis generibus ſeu differentiis ſeruat. Non eſt autẽ, vt aliorum peritiſſimorum hominum, qui huic ſententię refragarunt, rationes diluamus, cum ex dictis eorum diſſolutio aperta ſit; non grauabor tamen vnam, quam Montanus tempeſtate noſtra vir celeberrimus aduerſus Hippo. & Gal. valde admodum demonſtrare exiſtimauit, quoniam ex huius ſolutione cuique ſatis compertum erit, quam uanæ ſint aliorum rationes: Inquit itaque Montanus, ſit membrum mandans cerebrum, & membrum recipiens, coſtę ipſę, quę in dextro latere collocantur, ob quam quidem tranſmiſſionem inflammatio in parte illa gignatur, nos vtique auertere cupimus, a quonam loco ſanguis mittendus eſt? ſi ſecundum rectum diuerſio fienda eſt, mittendus vtique ſanguis a baſilica eiuſdem lateris; at (inquit ille) hæc diuerſio non eſt, ſed hominis interitus, nam ſi impetus eſt a ſuperioribus ad inferiores partes, cum venam baſilicam ſecamus, maior excreſcet humorum

©BIU Santé

rum impetus, atque maior pleuræ inflammatio; cum autē ſupra caput nil aliud ſit ad quem reuulſio fieri poſſit, vel à capite molienda eſt deriuatio, quæ ad propinqua fit, vel vt faciunt Arabes ab oppoſito mittendus eſt ſanguis: non igitur rectitudo ſemper obſeruanda vt nuperrime concluſum fuit: ſic enim Archigenes, & Areteus in pleureſi obſeruāt. Facilis quidem eſt rationis diſſolutio, ſi quæ à Galeno ſcribuntur, percipiamus: non enim ipſe ita fatuus foret, vt à baſilica ſanguinem traheret, ſed ab humeraria, quæ ſecundum rectum caput reſpicit, per oppoſitum tamen quod eſt ab intus extra, quemadmodum dictum eſt: neque ob id fluxio ad coſtas excreſcit, ſed imminuitur; fluxum enim ſiſtimus per diuerſionem, quæ eſt à capite ad brachium, ſanguinem per humeralem venam extrahentes. Quòd ſi quis dicat ſenſiſſe Gal. vt per longiſſima fiat auerſio, quod quidem non ita eſt, dum à cerebro ad brachium diuertimus, huic quidem dicemus non intellexiſſe Galen. ad locum maxime diſtantem materiam eſſe diuertendam, ſed ad longiſſima, hoc eſt extra corpus, quiſquis is locus ſit, à quo auerſio efficitur, longiſſime vero, hoc eſt ad loca maxime remota tunc materiam retrahimus, cum noſtra eſt intentio corpus, aut partes ipſius ab imminēti periculo præſeruare, vt antea à nobis declaratum eſt: atque hæc de parte conſiderata ratione humorum defluentium ſat dicta ſint, quòd ſi ratione fluxæ ad locum materię duntaxat fuerimus contēplati, ſubdit Gal. in contextu quid agendum ſit.

QVO perfecto opere prius à parte repellendum, mox diſpergendum.

Dicet forte cōfeſtim quiſpiā Gale. nō ſeruare ordinē, quē à principio ſtatuimus, vt ratione quidem materiæ fluentis vtatur diuerſione, ratione vero fluxę deriuet, aut euacuet: is vtique non ignoret exopto, quòd in venæ ſectione nonnunquam ſola egemus diuerſione, quę materiam tantū fluentē à loco affecto detrahat; atq; tunc eā per valde cōtrariā iuxta tamē directionē efficimus; multotiens vero dum rectitudo venarum atq; lateris obſeruatur, non tantum diuerſione vtimur, ſed & deriuatione; idq; potiſſimum cum ad propinquiorem partē ſeruata vtraq; rectitudine venam ſecamus: ob id Gale. cum ſupra dicat, quòd omnino ad contraria loca retrahendum eſt, quod patienti particulæ influit, eā intellexit diuerſionē, quæ ſecum & deriuationē continet; quā quidem ꝑcipiebat Hip. ea nanq; phlobotomia ꝓter ꝙ ſanguinē fluentē diuertebat, cōtentū ēt in loco euacuabat, vt coloris in ſanguine mutatio manifeſtum erat inditi um: Vnde non immerito ſubdebat Gal. in com. quòd

2. de rat. vi. contex. co.

ſectio

©BIU Santé

ſectio hęc ſanguinem ab affecta parte & magis,& velocius tum reuelle re,tum euacuare poteſt; quaſi dicat ; quod trium ſectionum venę uim habet;reuulſiuę quidem quatenus ab interioribus ad exteriora à ſubcu gente videlicet membrana,quæ intra thoracem eſt ad cubitum , atque à dextro ad ſiniſtrum , & aliquo etiam modo ab inferioribus trahit ad ſuperiora;deriuatiuę autem quoniam ad brachium à latere non valde longinquo deriuat; euacuatiuæ vero quoniam è loco affecto euacuat, ſi enim ſanguis couſq; ſinatur fluere, quoad ille exeat,qui in phlegmo ne continetur ; optimum quippe eſt(inquit Gal.)atque potiſſimum in omni magno phlegmone,quod propè ſectam eſt venam: Veruntamen hęc propriè deriuatio dici non meretur,ſed potius reuulſio,ſeu reuul- ſio deriuatiua,ſola autem propriè deriuatio eſt, quæ humorem fluxum ab vna ad aliam proximam partem traducit;vt exempli gratia inflam- matis faucibus linguæ venam ſecamus,hęc enim ſectio inflammatę par ti proxima , quod influxum eſt ad linguam deriuat: atque hęc duplex eſt, aut cum materiæ fluxæ è corpore euacuatione, vt exemplo demon ſtratum eſt,aut abſque eiuſdem extra corpus euacuatione;& hanc Gal, hoc loco repellentibus, non autem ſectione venæ moliendam eſſe do- cet;ſiquidem toto prius euacuato ac demum retracta materia,quę flue bat, ac cum ea circunſtantium partium quapiam portione , partes hæ quodammodo inanitæ permanent;atque tunc ſi medicus loco patien- ti repellentia adminiſtret,humor quidem ſuperfluus ibidem fluxus fa cilius retrocedet,ac partes illas circunuicinas replebit;quo quidę pera cto ſiquid reſidui ſupereſt, poſtremo reſoluentibus diſpergendum eſt, vt pars ipſa ad priſtinum ſtatum reuertatur : cuius quidem totius me- dicæ operationis rationem aſſignare cupiens Gal.ſubdit.

lib.de ue- næ ſect.

QVANTO enim per maiora fit,tanto expeditior eſt euacuatio.

Hunc enim in modum omnes fęmè græci codices habẽt, licet Leo nicenus alio modo Gal.interpretans græcos codices deprauatos autu- met , vt pro μείζονα,hoc eſt maiora μείονα ideſt minora legatur:cuius qui- dem ſenſus ſit,quòd eadem de cauſa repulſio antecedere debet,quoniã pauciores,qui relicti ſunt,humores facilius reſoluentur: quæ quidem interpretatio conſiſtere poſſet, ni codices græci fermè omnes contrariũ legentes alium ſenſum reciperent : iuxta quos Argenterius,& omnes fermè interpretantur,quod dicat Gal.quanto enim per maiora vaſorũ ſcilicet conceptacula fit euacuatio, tanto ea eſt expeditior,ac prõptior; comparat namque inuicem repulſionem,& reſolutionẽ; cum enim re- pulſio fiat à vaſis laborantis locis anguſtis ad maiores circunuicinarum

partium

©BIU Santé

partiũ meatus; resolutio uerò ad externos minores; repulsionis igitur euacuatio expeditior erit, & prõptior; atq; ob id ei magis attẽdẽdũ, cũ sola qñque sufficiat, absq; ꝙ ad digerẽdũ, resoluẽdũq; descẽdamus. Verũ (vt ingenue fatear) nõ ex toto mihi satisfacit hęc ipsorũ interpretatio, nã si Gal. rõnẽ ordinis assignat, dubio procul expeditior, ac prõptior resolutio foret q̃ repulsio, cũ & postrema sit, qua ex toto prioris defectu materiam discutimus, & locum affectum ad pristinum statum perfecte admodum reducimus. Dicamus itaque rectius fortasse cum Haly grauissimo interprete, quòd Gal. rationẽ assignat, cur perfecto opere tum totius corporis euacuationis, tum etiam ad loca contraria reuulsionis duobus his aliis vtimur auxiliis, quæ materiam totam repellant, atq; discutiant, & proinde facilius ad pristinum statum locum affectũ traducant; nam tunc meatus maiores, latioresque sunt, quàm essent plectoria existente: atque ob id tanto promptior est euacuatio, quanto p maiores, latioresque meatus efficitur. Quæ verò scriptura habet, Quæcunque enim per maiora fit, vt quidam in nonnullis exemplaribus græcis reperiri testantur, sensum alium habet, quòd dicat Gal. resolutionẽ post repulsionem tunc adhibendam esse, quando ad maiora peruenietum est auxilia, quanto enim per hæc curatio efficitur, tanto expeditior est euacuatio, quàm si leuiora administrarentur: quod quidẽ paulò infra partiatim docet Gal. inter maiora auxilia medicamina resolutiua constituens, cum ait: Maxime uerò euacuabis, si in spatiis intermediis aliquid contineri coniectura assequaris, & scarificationum auxilio, & medicaminum, quæ vim habeant dispergendi: Quę quidem litera, atque interpretatio licet ab Argenterio damnetur, mihi tamen nõ displiceret, vtpote qui inanium ipsius rationum non multi facerem, si in nostris græcis, atque antiquis codicibus talis scriptura reperiretur; prosequitur autem in contex. ut quomodo à parte affecta repellendum sit doceat, inquiens.

A patiente uero loco adstringendo, ac refrigerando repellemus, sed & inanita loca attrahunt ad seipsa, quæcunque repercutiũtur, hoc siquidem ostensum est in eo uolumine, in quo de potentijs naturalibus agitur: & uasa præterea uigore ex medicaminibus adstringentibus addito à se ad alia remittent.

Refrigerantia quidem quomodo repellant, nulli dubium est; nam id quotidiana experientia commõstrat; & ratio quoque suader, abluto namque homine gelida aqua confestim meatus constipantur, & humores interius compelluntur; itidem & hieme, quemadmodum dicebat Hippo. prima aphoris. 15.

©BIU Santé

Hippo. inquiens, ventres vere, & hieme calidissimi sunt natura; ac sommi longissimi; quippe cum humores vi ambientis frigoris intimius concentrati naturales omnes actiones fortiores reddunt: ratione quinetiã comprobari potest, nam cum calidum & frigidum contraria sint, contrarios quoque effectus producere debent: at calidi proprium est à centro ad circunferentiam trahere, ita frigidi è conuerso proprium erit à circunferentia ad centrum materias propellere. Verum quoniam pacto adstringentia propellant, non exigua videtur difficultas; nam si dicas quoniam virtutem expultricem roborant, aduersarium habes Gal. dicentem, adstringentia virtutem retentricem roborare; at virtus hæc expultrici valde opposita est: insuper cum ex Auicen. sententia expultrix virtus minori indigeat siccitate, quàm attractiua, & retentiua, vt roboretur, non multa indiget constrictione, quæ siccitate perficitur: quomodo igitur adstringentia virtutem expultricem corroborabunt? Si vero dicas quoad primas qualitates nempè frigiditatem, ac siccitatem; ergo per accidens, ac secundario vt adstringentia materias propellent. Dicendum quidem est ex Galeno, quòd adstringentia hæc hisce hoc opus perficiunt, altero quidem modo non secus ac vis ipsa expultrix, astringendo namque partes fluxum humorem introrsum pellunt: Et licet virtus expulsiua minori indigeat siccitate, quàm attractiua, retentiuaque; non enim (vt voluit Aui.) indiget constrictione retentiuæ, neque adhærentia, seu applicatione, quę fit in attractiua, eiusque constrictione, & circundatione, attracti tenẽdo partes instrumenti, donec ad illas alterius partis attractio fiat, ac denique nullo modo indiget quiete, sed motu cum quadam tamen moderata spissatione, ac siccitate; attamen medicamenta hæc validiori indigent siccitate, vt in membra ualidius constrictionem, ac constipationem imprimant: ex qua quidem constrictione necessario postmodum humor contentus introrsum propellatur, altero uero modo quatenus partes corroborant, inanito enim membro medicamentorum siccitate uirtus retentrix augetur, quoniam quod ipsi proprium est, additur, id solum continens, quod membro congruum est, pleno uero eodem existente ob uasorum corrugationem atque contractum expultrix sopita consurgit, & medicamentis ipsis est auxilio, vt quod membro nocuum est, propulsetur. Quod si quis obiiciat frigiditate adstringentium uirtutẽ expulsiuam labefactari, quandoquidem ex Gal. quatuor existentibus uirtutibus, quæ in unoquoque membro reperiuntur harum quælibet caliditate non solum conseruatur, sed & corroboratur, sicut frigiditate non solum imminuitur, sed & penitus destruitur: facile vtique respondẽ-

li. de sympto. cau. 3 prima primi doc 6. cap. de uirtu. administrantibus

primo de poten. nat. per longũ processum

©BIU Santé

ſpondebimus dicentes frigiditatē illā non ſolum expulſiuę nō obeſſe, verum & illi prodeſſe, quoniā naturalē calorē concentrat, ex qua quidem concētratione vires omnes robur aequirūt: cui quidē addi poteſt q frigiditas illa inflammationi obſiſtit, quæ expulſiuæ ſopitę erat impedimēto, vt poſtmodū calore prętet naturā diminuto virtus illa, ac omnes in membro exiſtentes & reuiuiſcāt, & roboratæ validius agant. Adſtringentibus itaq; & refrigerantibus repellimus, & mēbra inanita (vt Gal. hoc ſe lib. de pot. nat. oſtendiſſe fatetur) huic repulſioni adiuuāt, & vaſa vigore ex his addito à ſe ad alia remittūt. Verū Argēterius (vt ſui moris eſt) huic Galeni placito aduerſatur inquiens, veritati conſonum non videri, q mēbra inanita ad ſe humorem attrahant, non.n. vt ſibi familiarem, cum alteratus in parte inflammata ad nutritionē ineptus ſit; ſed potius dicendū eſt (inquit ille) q vacui neceſſitate eo traducatur, natura.n. vacuum abhorret, ac tunc humor ſponte in locum euacuati ſuccedit. Quod quidem ipſius obiectum falſiſſimū, & medicinalibus principiis contrariū quiſquis cōprehēdet, ſi quæ à Gal. libris illis de potētiis naturalibus ſcripta ſunt, diligentius perpēdat; nā ventriculus nōne & ſibi familiarē, & quandoq; contrariū ſuccum attrahit? ſi contingat, vt is alimentum appetat, neq; aliunde exhaurire poſſit, quàm a partibus circunuicinis; hæ namq; quod ſibi conueniens eſt, ac familiare detinēt; ſi vero quid ſuperfluum ac non admodum ſibi familiare eſt, ventriculo delerunt, qui virtute attractricæ quodcunque illud ſit, ad ſe ſe allicit, vt quotidie experientia, atque potiſſimum in ipſis picrocolis apparet. Sed hæc miſſa facientes vnum aliud, quod maioris eſt momenti, diſcutiamus, num quouis tempore, & an omni inflammationi, hæc proſint auxilia; primo quidem problemmati breuiter ſatisfaciemus; ſi Galeni determinationem legamus, dicentis: Inchoantibus phlegmonis frigida, & adſtringentia magis eſſe adminiſtranda, quàm quæ humorem digerunt præſertim vbi is craſſus non eſt: & in augumento tepida admouet, & mediocriter adſtringentia; nam docens curationem inflamationū fauciū in principio ſuccū mororū celſi exhibet, per reliquū vero tēpus ad abſolutā vſq; curationē Diamorō ipſum; nō alia ſane ex cauſa, niſi quoniam principio repellere tantum intendit, in augumento vero digerere, atque repellere; at de ſtatu nonnihil apud Galen. & Auicenn. uidetur eſſe difficultatis, quoniam in ſupra citata curatione in ſtatu etiam mixtum quoddam ex digerente, & repellente apponit: quam etiam ſententiam Aui. interpretans dicebat: In augumento minuenda eſſe ſtyptica, & ſuperaddenda reſolutiua, donec morbus ad ſtatum perueniat, in quo vtraque æqua portione permiſcenda ſunt; in

13. metho. me. cap. 6.

3. de ſimp med 9. 6. d comp. me. ſe. loca

4. 1. ca. 25.

Tt decli-

©BIU Santé

1. primi à principio, & 3.4. tra. 2. c. 2. 3. de simp. med. 9.

in declinatione vero solis resoluentibus ac mollientibus vtendum: at alibi Galeno conformis in statu mollientia, discutientia, ac resoluentia administrat; cuius quidem ex Galen. talis ratio esse potest, propterea q; tali tempore opus est per halitum materiam dissoluere: Que quidem loca licet oppositum sentire videantur, non tamen inuicem opponuntur, si inflammationum causas respiciamus, nã in statu frigidorũ affectuum non vtemur repellentibus, sed tantum dissoluentibus; in statu vero phlegmonum, si materia crassa sit, eodem fermè modo procedimus; at si tenuis sit, vnà cum mollientibus & resoluentibus repercussiuis etiam, vt materia in loco affecto contenta euacuetur, aut retrocedat: idque potissimum si corpus impurum sit; si enim excrementis repurgatum foret, cum nulla suspitio esse possit, vt dissoluentibus materia ad locum trahatur, tutius hoc casu mollientia & resoluentia dunta xat apponeremus: pro secundo vero problemmate discutiẽdo non cuilibet inflammationi hæc auxilia prodesse dicimus; tria enim in vniuersum sunt, quæ talem prohibent curationem, totius nimirum corporis repletio, prauus seu pestilens humor defluens, & loci ineptitudo, membrorè nobili vicinitas. De primo quidem iã satis à Galeno dictum est, siquidem pleno existente corpore repulsio non solum nihil prodest, verum etiam cum periculo tentatur: humoribus namque vehementer commotis, qui nec hinc, nec inde commode propelli possint, necessario malum quidpiam notatu dignum efficiunt: prauus quinetiam, seu furiosus, seu pestilens humor siue absque crisi, siue per crisim à natura extrorsum pulsus repellentia prohibet, cum enim à natura externe pellitur; & antracem conficit, si rursus eũdem introrsum pellamus, dubio procul morbum maiorem excitabit, aut ad mẽbra nobilia delapsus vires extinguet: quemadmodum erat Gal. sententia, qui dum de carbunculo, qui per Asiam populatim crassari solitus erat, verba facit, subdebat: Imponi vero sibi laborans particula, quod ad humorum inflammationem spectat, refrigerantia desiderat, post inquàm (vt supra dixerat) sanguinis missionem, & ad animi vsque defectum; subiicit autem, quo casu ab his abstinendum sit, inquiens: Cęterum propter humoris crassitudinem, atque etiam malitiam nec fluxionem auertere poteris; & si quando id feceris, aliud quippiam, quod in alto sit corpore, offendes: prosistẽdo tamẽ affluxu præcipit, vt remedia apponãtur, quæ cũ modice reprimẽdo etiã digerere possint: locus postremo sicut nonnunquam repellendi occasionẽ præbet, ita & plerunq; ab huiusmodi opere vetat tribus sanè ex causis; aut quia locus ex se minime repulsionẽ admittit; humor namq; in pollice, tallo, & huiusmodi partibus ob neruorũ, atq; ossium

14. metho. cap. 10.

©BIU Santé

ossium paruulorum copiam adeo compingitur, vt eius retrocessus fieri nequeat; aut quoniam pars ipsa laborans membro nobili valde proxima est, vt periculum immineat, ne materia retrocedens ad id confluat, maiusque ac pernitiosius malum excitet; aut quia profundus locus affectus non solum repellentium vsum non admittit: verum & ob ea plenior euadit, sicut enim extima pars inflammata repulsoriis auxiliis inanitur, ita è conuerso si penitior est ab eisdem repletur, non alia sanè de causa, quàm quòd dum superficies contrahitur, intropellitur humor, atque ita in parte externa inflammata locus is inanis redditur; cum vero pars interna phlegmonem patitur, ex retrocessu humoris, qui extima erat parte locus ille internus adhuc magis repletur: Et Aui. his verbis dicebat: Repercussio autem materiei a membro non oportet, vt fiat materia existente fortis effusionis, hoc est cum valide mouetur, ac fluit, & cũ plurimum per partem post partem successiue effunditur; illud enim duo mala portendit; quorum vnum est, quòd materiam inobedientem reddit, cum motui eius contrarietur, ex quo ingens prouenit dolor; cumque huiusmodi accidit, tunc cessa, & occupatus sis circa lenientia; alterũ vero est, quòd fortasse materia ad membra principalia conuertitur. His itaque seruatis conditionibus verum est Galeni dictum de auxilijs repellentibus, quæ parti affectæ post debitam totius curationem, & humorum fluentium auersionem sunt apponenda: atque hæc tota est partis affectæ curatio, dum humores tenaces non sunt, ac inter spatia intermedia effusi: Verum si tales forent, quid agendum vlterius sit, nos docet Gal. hunc in modum subdens. 2 1.3.tr.act. 2.cap.7.

Si igitur hac via superfluum omne retroeesserit, bene se res habet, at si aliquid fuerit in parte retentum, coniecturandum erit id lẽtum, ac crassum existere, atque ea ratione iam coactum, vt cum difficultate solui possit: fieri autem potest, etiam si non eius naturæ sit, vt ad spatia, quæ in medio, sit effusum: in quo casu tunc ad id veniendum tempus suadet, ut hoc ipsum, quod reliquũ est, per patientẽ locum euacuemus, imponendo supra iacentibus partibus ea, quæ influentem humorem repellendi uim habent: Maxime uero euacuabis, si in spatijs intermedijs aliquid contineri coniectura assequeris, & sarificationum auxilio, & medicaminum, quæ uim habeant dispergendi.

Non possum non admirari, quòd leui quacunque in re Argenterius Galenum increpare contendat; quis n. ignorat, quòd Galen. supponit

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 703 sur 753

©BIU Santé

non valde craſſum eſſe humorem, atque viſcoſum, cum potiſſimum inflammationis ex ſanguine caſum proponat? verum ipſum cum vana ſua increpatione deſeramus, vt ad id, quod ex noſtra interpretatione ſtudioſi magis exoptant, deueniamus; nam cum prius dictum ſit, principio phlegmonis toto euacuato corpore, ac auerſa fluxione repellentia ad reliquum curationis neceſſaria eſſe; nunc vero dicat, poſt hæc omnia dum lentum quid, ac craſſum adeſt, ſeu in ſpatijs intermedijs effuſum opus eſſe euacuatione imponendo ſupra iacentibus partibus ea, quæ influentem humorem repellendi vim habẽt, quod per euacuationem præcipue intelligat Galen. contemplandum occurrit. Per euacuationem igitur intelligit non tantum ſcarificationes, ſed & medicamenta reſoluentia; ſiquidem ſcarificationibus, qui intra ſpatia cõtentus eſt ſanguis euacuatur, medicaminibus vero reſoluentibus, quæ cum repellentibus adminiſtrantur, non ſolum craſſities humorum attenuatur, verum & diſpergitur: atque hæc vera Galeni mens eſt, quã ſi tenuiſſet Argenterius, ipſius curam non reprehendiſſet quærens alium medendi à Galeno methodum tradere indiſtinctum, ac falſum; ſupponit enim in hoc phlegmone ſuppurationem, quam nunquam ſomniauit Gal. pariter craſſitiem talem, atque lentorem, quæ mollientibus indigent, cum tamen de leui craſſitie, ac lentore loquatur, quę reſoluentia potius expoſcunt. Scarificationes quidẽ, quæ per cucurbitulas, ſanguiſugas, & huiuſmodi fiũt, deriuatione, ſeu diuerſione vacuationis vim habent; purgato enim corpore ex Gal. ſentẽtia, ſtrenuum planè auxiliũ eſt, adinuentũ quidẽ tũ vt foras euocentur, q̃ ſunt in alto, tũ vt eximantur, atq; eruantur, quæ iã in ſcyrrhũ abeunt: atq; ob id inter morbi initia earũ vſum interdicit, ac non niſi poſteaquã totum corpus fuerit euacuatũ eas admouet non alia ſanè de cauſa, quam q̃ humores validiſſime cõmouent, & à centro ad circumferentiam trahunt: de quarum quidem intẽpeſtiua appoſitione loquens Ætius Gal. conformis dicebat. Neq; in morborũ principiis, neque in corporibus repletis cucurbitulis vtemur: & paulo infra localis venæ ſectionis detrimenta cum cucurbitę detrimẽtis cõparãs ſubdebat: q̃ ambo licet anteq̃ vniuerſum corpus euacuetur, incõmoda nõ exigua afferre ſoleãt, at tamẽ venæ ſectio minus eſt periculoſa; pro ratione. n. allationis materiæ, ſanguinis etiã excretionẽ facit, cucurbita uero tum impetu affixionibus violenter materiã attrahens, tũmultũ occupans, & tamen neque ſenſibilem fiſſurã faciẽs, attrahit quidẽ materiã effatu dignã; pro aggregatæ aũt rõne nõ euacuat, & hypocondriſis quidẽ intẽpeſtiue affixa pſertim in cõtinẽtibus febribus, aut ſemitertianis, & maxime ſi ẽt mẽs egri fuerit

13. met. 19.

Serm. 3. capit. 20.

©BIU Santé

fuerit perturbata, & sensus sit obtusus, suffocationes, aut mortem eidem die inducit; capiti vero intempestiue admota letargos, & corporis, ac mentis stuporem, & oculorum prolapsus affert; quòd si bona fortuna euenerit, vt hæc mala euitentur, non euadetur omnino quin diuturnus aliquis morbus capiti addatur: ob hæc igitur incommoda non contemnenda iubebat Ætius, vt corpore apponerentur cucurbitæ, cum totum fuerit euacuatum, & non amplius humor influat parti, vt moueant, excutiant, & attrahant relictam in parte (vt & hic censet Gal.) inutilem fluxionem; si enim humor ille inter spatia effusus quoque est, tanta est ex eis attractio adiuuantibus quinetiã membris circunuicinis, vt is ex toto euacuetur, ac dispergatur: itidem prodest localis scarificatio per uenæ sectionem post uniuersalem corporis euacuationem, necnon hirundines, quas nostri sanguisugas nominant. Et licet Aui. dicat, extractionem sanguinis a sanguisugis factam profundiorem sese extractione, quæ fit cum ventosis, sibique ipsi contradicere videatur propè capitis calcem inquiés; Appositionem sanguisugarum ægritudinibus cutaneis conferre, vtpote subici, impetigini, & huiusmodi, Galeno quidem vniformis libello illo de hirundinibus, & reuulsione, qui ait: Hirundines ipsas sanguinem illum attrahere, qui carni adiunctus est, non qui in imo corpore continetur, quarum vsus per cucurbitulis esse solet; verum tamen non sibi contradicit Aui. comparat enim hirundines cum cucurbitis, quæ ambo cutaneum humorem euacuant, sed distinguuntur, quòd hunc quidem paulò profundius exhauriunt, licet cucurbitæ, vt supra dictum est, magis commoueant, atque exagitent. Quocirca Oribasius ex Antyllio vtebatur hirundinibus loco cucurbitarum in his, qui inciſiones pertimescebant, vel in his particulis, quibus ob exiguitatem, aut gibbositatem, aut inæqualitatem affigere cucurbitas non ualemus. Vnde ex his etiã hucusque de cucurbitis ac hirundinibus à nobis, discussis facile cuipiã apertũ esse põt, q̃ lõge medici quidã nostri tẽporis allucinẽtur, qui nõ purgato corpore a principio cucurbitas ęgrotãtib. applicãt: cui quidẽ praxi nõ solũ Ætius, Oribasius, Paulus, Aui. & Gal. ipse reclamant, verũ ẽt clarius ab ipso Galeno cõcluditur his uerbis. Itaq; ẽs cucurbita vtiliter his, qui sic laborãt, si prius sint vacuati, applicabitur; si uero abũdãtia succorũ, quã vocãt plectorã, in his sit, non magis ex pulmone in pectus aliquid excremẽti trãsferet, quàm ex toto corpore attrahet in vtrũque, cadẽ rõne nec in cerebri, & eius mẽbranarũ phlegmonis cucurbitulis in morbi initio vtemur, uerũ ubi nec influit adhuc quicq̃, & totum corpus prius est euacuatum: Quid plura? nonne hæc satis sunt,

4. pimi capi. 22.

lib. 7. sui magni uolu.

11. met. c. 7

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 705 sur 753

©BIU Santé

vt prauum illorum medendi methodum indicemus? Quod autem medicamina resoluentia crassiusculos, ac leuiter lentos humores dispergant, non longa eget interpretatione; cum enim ea calida sint, tenuiumque partium non solum meatus patentes faciunt, vt hi euaporent, verum & eorum tenuitate penetrates in minutissimas partes redunt, vt facilius exire possint. proinde dicet fortè quis non uideri rectè factum, quòd hoc casu resoluentia vnà cum repellentibus misceantur, siquidem repellentia non solum rerardant humorum discussionẽ, sed & meatus claudunt, vt non ita facilis eorum sit exhalatio. Dicendum est, quòd non ab re Gal. id facit, quoniam non studet, vt solum humores tenues reddantur, & extra corpus exhalent, sed eius intentio est, vt cum repulsoriis, si fieri possit, retrocedãt, & partem liberam deferant; quod quidem si fieri non potest, solis postmodum dissoluentibus agendum censet. his igitur vtitur Gal. remediis non solum hic, sed & alibi post corporis purgationem; cui quidem decreto licet uideatur obstare Hippo. authoritas, quippe qui lateris dolorem per exordia fomentis calidis dissoluere suadet, ea tamen si recte perpendatur, Galeno non aduersatur, nam Alex. Tralianus agens de pleuriticorum curatione, & Hippo. sententiam interpretans concludebat: Ne igitur temerè sanguinem dimittas, neque purges, vt vulgo faciunt, nisi exquisite didiceris humorem, qui inflammationem peperit copiosum esse, & in toto corpore superare, etenim cum alia quoque multa copiam tibi indicabunt, tum uerò maxime fomentum, quod loco admouetur Hippo. itaque vt hoc signo inueniat, nũ corpus plectoricũ sit necne fomentis, & facculis utitur; si enim æger manifestò recreationẽ sentiat, copiam non esse coniectat; quòd si nihil horum prodest, ab his abstinendum iubet; cuius quidem rationem subdit, nam & pulmones exiccant, & ad suppurationem excitant, & confestim ad uenæ sectionem, aut purgationem descendit: ob id à principio dixerat non esse ab re ad lateris dolorem fomentis uti, quasi quòd subdubiò loquatur, cum sui moris sit quandocunque præcepta edocet, ea utique assertiue proferre; & Galen. dicebat; ergò tum reliquos morbos, tum uero phlegmonas (de quibus agimus) ficubi curas, nullo euaporante prius fidenter uteris, quàm totum corpus purgaueris, quasi quòd illud fiduciæ uerbum indicet, quod tutius sit hac uti methodo, quàm ad fomenta confestim accedere, idque potissimum si nobis plectoria explorata sit. Ex qua quidem declaratione manifeste satis apparet, quam ualde Hippocratis interpretes aberrent, qui ipsum putant admouere fomẽta non ad curationẽ, sed adiũctionem

13. metho. ultimo.

2. de rat. uic. a principio.

lib. 5.

13. metho.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 706 sur 753

©BIU Santé

tionem tãtummodo, nimirum vt exploret, sit ne doloris in causa inflã matio, an inflatus, hoc.n. præter q; Galeni expositioni ibidẽ aduersatur, subsequentibus etiam verbis, cum tamẽ ad cõplẽdã primã curatiuã intẽ tionẽ, hoc est ad euacuãdã materiam in inflammatione cõtentam ea fie ri iubeat Hip. & quemadmodũ ait Gal. ad attenuandum, discutiendum que sanguinem in phlegmone contentum, quòd si non sequitur, est quia plus attrahitur, quàm discutiatur: Possumus etiam huic dubio sa tisfacere ex Gal. & Aui. Hip. consilium fuisse, vt antequam ad curationẽ accedamus, prius dolorem sedemus: atque ob id fomentis dolorẽ dis soluere consulit, non quidem vt materiæ prosit, sed symptomati virtu tem prosternenti, vt postmodum sedato dolore tutius euacuationẽ ag grediamur: qua de re subdit: Verum si fomentis dolor non placetur, nõ diutius calefacito, siccat enim id pulmones, atque ad suppurationẽ excitat: non dixit autem, si fomentis resoluta est materia, cum nec eius intentio sit materiam discutere: atque hæc fortè melior est loci pugnã tis dissolutio, licet & prima ex Gal. mente consistere possit. Verũ quo niam dissoluentia in multiplici sunt gradu, quorum nonnulla tantum abest, vt prosint, vt mirum in modum noceant, propterea ne in eorum applicatione aberremus, nonnulla animaduertenda docet, atq; in pri mis eorum varietatem, & nocumenta, hunc in modum scribens. 13. méth. 2. 4 primi c. primo.

SED *quoniam omnia discutientia vires validas habent; eius ue ro temperaturæ effectus est, mordere, quando caliditatis mo dum excesserint, cauenda ex eis sunt uehementissime calida, ac sum præsertim cum patiens locus in superficie fuerit: neq; enim paruus excitabitur dolor, si præter proprium affectum insuper mordeatur, omnisq; præterea dolor fluxiones commouet.*

Nam quòd discutientia quęque calidis qualitatibus constent, ex su perius dictis manifestum est: quòd veto talium effectus sit mordere, quando caliditatis modum excedunt per varia eorum genera discurrẽ tes facile ostendemus; missis namq; vnctuosis, ac dulcibus, quorum ca liditas cum remissa sit, non mordet, sed lenit, ac lubricat, acria quidem salsa & amara non mediocriter mordent, siquidem in his immodica caliditas adest, quæ secum morsum, desiccationem, & sitim non exiguam trahit. Ab his igitur cauendum iubet Galen. atque po tissimum si locus patiens in superficie fuerit; cum enim acre solum lo co admouetur, sui natura facile inflammatur, mordet, vrit, vlcerat, ac denique è longinquo trahit: & sicut effectus hi minime loco conue niunt, sed liquatione continuum soluunt, ita duo necessario conse-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 707 sur 753

©BIU Santé

quuntur, dolor nempè, & ex dolore materierum effluxiones: & licet frigida quoq; mordeāt, acida namq; penetrant, incidūt, diuidūt, & venti septentrionales oculos, faciem, nares, & nasum mordicant: vnde & Hippocr. dicebat, frigidum vlceribus mordax; distinguitur tamen vtrorumque mordacitas ex Gal. sententia, quòd frigidi proprium est materiam contrahere, ac condensare; contrahendo namque partem cum parte vnà alteram ab altera diuidit, incidit, solutaq; vnitate morsum ac dolorem infert: huius autem exemplum sit ex oculis lachryma, vel ex naribus muccus, ex vehementi siquidem frigore eorum substantia contrahitur, ac condensatur, ac tandem tenuibus excretis humiditatibus ex soluta continuitate mordacitas sentitur: sic & idipsum fit, dum frigidum spiramenta cuncta in raris corporibus, atque potissimum vulneribus ipsis subiens, ac partes contrahens, atque condensans à continuis auellit: at calidi proprium est fundere, atque liquare, cum enim calidum tãtam fusionis immoderationem corpori inferat, vt non solum materiam contentam digerat, verum & substantiam ipsius corporis dissoluat, atq; dispergat, necessario consequitur morsus; qui idem non est, qui frigidi, sed diuersus, vt liquidò constat, hæc etenim fundendo & liquando mordicant; Quæ verò medicamina, vt à duobus prædictis nocumentis, nempè dolore, ac fluxione aufugiamus, deligenda sint, subdens edocet.

4. de simp. med. 2.

Quod igitur mediocrem caliditatem obtinet in his sensum doloris non inuehit, atque eò amplius omni dolore vacat, si humidum exti-rit. Et quidem quicquid per summa hæret, potes est id medicamen dispergere, quod etiam ualidas non habuerit ad dispergendum uires.

Contextus quidem græcus habet ἀνώδυνα, hoc est dolorem sedans; facultas autem anodyna reuera est ex Galeni mente eorum, quę primo ordine excalefaciunt, si utique in tenui substantia contineatur, ceu oleum est anethinum, camomilla, & huiusmodi; etenim vt medicamẽta hæc euacuent, digerant, rarefaciant, extenuent, concoquant, & ad æquabile reddant quicquid in partibus dolore vexaris, aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum, aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis inhæsit, aut inclusum est, non solum calida esse, quàm quæ symmetra necessarium est; verum & tenuium partium, vt facilè penetrare possint: opus igitur

5. de simp. med. ca. 19.

©BIU Santé

gitur est, vt cum caliditate humiditas adsit; nam sicut siccitas calorem exacuit, ita humiditas eundem obtundit. Vnde recte dicebat Haly interpres, quòd talis caliditas debet esse equalis membro, aut membri temperiem per gradum tantum non excedere; propterea quòd sicut membrum naturali calore cum humiditate moderato absque morsu, & fluxione excrementa quæque discutit, ita & anodynum sui leui caliditate in substantia tenui, & moderate humida consistente omnia ea commoda corporibus condonat; de quibus à nobis paulò superius mentio facta est; atque hoc est alterum, quod erat contemplandum, cum ab affectu tantum indicationem exposcimus. Sed quoniam locus affectus non parum curationem euariat, ob id quinq; circa ipsum animaduertenda iubet, nempè situm, substantiam, formam, seu compositionem, dignitatem, ac natiuam denique temperiem, à quibus singillatim indicationes sumuntur. De loci quidem affecti situ hunc in modum scribit.

Quod si summæ quidem partes omni noxa caruerint, id uero quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intendendus, atque adaugendus dispergentis medicaminis calor: cum dubitandum sit, ne priusquam profundas attigerit partes, interim uires amittat; neque tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient, cum omni vacent affectu. Quare nunc hæc duo simul inuitant ad calidorum pariter, atque acrium medicaminum vsum, & summæ partes, quæ tolerant, & profundæ, quæ egent. Hæc igitur ex patiente particula indicatio assumebatur.

Rectius autem ex veteri græco codice legendum videtur [Hæc igitur ex situ partis indicatio assumebatur] cum non simpliciter de affecta parte loquatur, sed de eius situ, vt dictum est. Duas autem assignat rationes, cur in profundis partibus medicaminum calidorum, ac acrium vsus necessarius sit, nimirum, quòd summæ partes tolerant, & profundæ egent, cum leuia quidem priusquam ad imum accedant, propriis viribus deperdant: quæ autem ea sint, superius explicauimus, vt pote amara, salsa, acria, ac denique quæ ad tertium vsque gradum caliditatis attingunt, siquidem loco apposita ob eorum caliditatem non parum mordicant; porrò talium substantia duplex esse solet, tenuis quidem ac crassa, quæ tenui constant substantia, quoniam cum primum contingunt, excalfaciunt, siue ea exterius apponas, siue interius desumpta denores: his opportuna sunt, quę ulterio-

©BIU Santé

vlteriorem excalfactionem non exposcunt, sed repentinam, subitoque deliteſcentem, qualem in pipere adesse conſpicimus; deuoratum namque ſui caliditate uentriculum fouet, tenuique ſubſtantia eius caliditas citius diſſoluitur, quàm ad hepar pertranſeat, vt rectè teſtatur Gal. unde & compoſitionem illam Diatrion pipereon conficit, de qua ſatis ſuperque à nobis dictum eſt; pariter ſi ipſum in puluerem extrinſecus apponas, non mediocriter locum afficiet, uerum citiſſime eius mordacitas conquieſcet: inditio ſunt obſonia ex pipere ad puluerem redacta, oriqué appoſita; confeſtim namque mirum in modum mordicant, ac paulò poſt ceſſant à mordicatione: at quæ craſſarum ſunt partium, licet non adeo ut ea, quæ tenuia ſunt penetrent, ob moram tamen in profundas ſedes permeant; quorum quidem ſubſtantia non adeo ſicca eſt, atque terreſtris, vt aliorũ, ſed humida potius, & ad aqueũ vergens; qualia ſunt gingiber, ac piper longum: vnde & eorum mordacitas diutius perſeuerat, quàm ipſius piperis albi, & nigri, nam vt exẽplis recte oſtendebat Gal. ſicut ab aridis calamis flamma ſimul celerrime accenditur, & undequaque diſpergitur, eundem in modum quæ à ſiccis poteſtate medicamentis editur caliditas; atque prodit ab humidioribus, ſeu ligna ſunt uirida, & tardius accenditur, & durat diutius. Sed quæ nam ex his propoſito caſui conuenient? Dicendum quidem eſt, quòd ubi profundius paruam materiam diſcutere ſtudemus, ſi qua alia non obſtant, his utemur, quæ tenuium ſunt partium; ſi uerò copia humorum, ac craſſiorum exiſtit, his quæ diutius moram contrahant, ac tẽpore opus perficiant ob eas duas, quas ſupra retigimus rationes, animaduerſis quinetiam ceteris, quæ hoc loco contemplanda cenſet Gal. ita ut ſi ſimplex non adſit medicamentum ex nobis ipſis commodum alterum componamus. Ceterum ex ſubſtãtia quonam pacto ſummatur indicatio, ſubdens, ait.

4. de tuen. ual.

6. de ſimp. medi. c. de ging.

2. de comp. medic. ſec. gen. cap. 3.

DEINCEPS uerò ſi quid ad ſanitatem deficiat, conſideremus, neque enim paruum aliquid deeſſe uidetur; Affectæ partes, in quibus fluxionis ſuperfluitas retinetur, nonnullæ quidem rarę & laxæ, & molles natura exiſtunt, nõnullæ aũt denſæ, & præſſæ, ac durę: priores igitur facile euacuentur, reliquę autem acrioribus euacuantibus, ac præterea tenuiores partes habentibus egent, atque eò etiam magis quanto profundiorem ſitum habuerint.

Raræ quidem ac laxæ partes ſunt, ut mamillæ, caro quæque glando ſa,

BIU Santé

ſa, pulmo, & huiuſmodi; denſæ uerò, ac preſſæ ſunt, ut pedes, brachia, cor, & id tale genus: priores quidem ex Galeni ſententia facile euacuãtur, atque ob id leuiora auxilia expoſcunt, poſtremæ uero acrioribus, & his quæ tenuibus conſtant partibus egent, idque potiſſimum ſi locus profundior ſit: cuius quidem rei rationem Gale. non aſſignare ait Argenterius, propterea q; nec fortè eſt facile eam reperire, quinimmo contrarium uidetur; nam licet rarę & ſpongioſæ partes facilius perpetiantur, quàm quæ denſæ ac duræ ſunt, attamen ubi humores ab his euacuandi ſunt, ualidiora exigere auxilia uidentur; nam cum tota earũ ſubſtantia humore imbuitur, difficilius eſt illas exiccare: quod quidẽ ſpongiarum exemplo declarat, has namque quantumuis manu cõprimas, aut apud ignem detineas, aut linteis calidiſſimis circumuoluas, difficile admodum exiccabis: itidem & pulmo inflammatus, uel præter naturam humiditate affectus vix unquam, ac certe ualde difficile ſanatur, pariter & mammæ inflammatæ nullis digerentibus, uel aliquo modo euacuantibus cedunt; contra uerò caro muſculoſa, nerui, cartilagines, & huiuſmodi duriores partes, ut difficulter inter ſpatia media excrementoſam materiã recipiunt, ita & eandem facile diſcutiunt: Verum bonus ille uir fallitur; nam nonne ferrum minori cum difficultate è ligno trahitur, quàm ex duriſſimo lapide? inſuper nonne aqua difficilius penetrat per quercus, ac ebani ſubſtantiam, quàm per eam abietis aut piceæ? iure quidem, nam ebani, ac quercus ſubſtantia denſiſſima eſt, ea uero abietis, aut picęe rariſſima: Quod uerò ſpongiarum exemplo illuſtrat, uanũ inditiũ eſt: quippe qui neſciat talem eſſe ſpõgiarum naturam, quodcunque ipſarum ſit genus, ut recitat Ariſt. ſiue id quod ad ſaxa naſcitur, ſiue qdcunq; iuxta littus inhabitat, luto etenim aluntur: non igitur natura ſiccæ ſunt, ſiquidem ex quibus aluntur, & augentur, ex eiſdem conſtare neceſſum eſt: quòd ſi ſiccant, ut voluit Gal. id quidem efficiunt ob ſalſedinem, quam ſecum è littore cõportant: & ob id ſubdens Gal. proprio capite de ſpongiis, quòd temporis ſpatio etiam ſi non uſui nunquam accommodentur, & odorem maris amittunt, nec eque deſiccant; ratione igitur ſalſedinis exiccant, quę in craſſa humidaque ſubſtantia fundatur; atque ob id difficilime ab ea expolliantur: Quod autem de pulmone, & mãmis inflammatis ſubdit, id utique non proferret, ſi ſpongioſæ partis naturam perciperet: hæc etenim promptiſſima eſt ad humores recipiendos, eoſdemque ſuſceptos diſcutiendos, ſi eorum fluxus deſiſtat; atque ob id non quia eius natura difficile admodum curam recipit, difficile ſanatur, ſed quoniam valde difficile eſt prohibere, quominus eos recipiat: quod quidem è cõuerſo

5. de hiſt. a nim. 16.

11. ſimp. me di.

©BIU Santé

uerſo partibus tenſis ac ſolidis euenit, in eas namque humores ibidem contenti ſicut difficilius imprimuntur, ita & magna cum difficultate ab eis euelluntur. Concludens autem Gal. tertiam à formatione indicationem aggreditur his verbis.

HAEC igitur tibi rurſus indicatio altera à particulæ patientis ſubſtantia, alia uero à formatione, ſimul ac ſitu: ſupponatur enim ſi ita contigerit in hepate eſſe proxime dictum affectum in angu-ſtis uaſorum finibus impactis humoribus, qui uel lenti, uel tenaces, uel craſſi exiſtant, uel ſuperabundent: nonne in promptu eſt primam quidem craſſitiem una cum lentore, & tenacitate cibis, ac potibus extenuantibus ad ſubtiliorum partium ſubſtantiam transferri oportere? ſecundo autem loco non per anguſtos atque inuiſibiles, ſed latiores meatus quicquid infeſtum exiſtit eſſe euacuandum? ſunt enim in hepate uenæ non minus amplitudine, quam numero excedentes: terminantur autem hæ quidem in gibbis ad uenam cauam, hæ uero in cauis ad portam: vnde haud difficile tibi futurum, ubicunque præſti, ac ſtipati humores fuerint, eoſdem expedite euacuare, trahendo quidem ad uentrem cum his, quæ attrahendi uim habent, medicaminibus, quicunque ex ipſis in uenis ad caua hepatis pertinentibus aceruati ſunt: ad urinæ uero meatus promouendo per cauam uenam, quicunque in uenis ad eam pertinentibus ſunt.

Cur autem indicationem à formatione ſimul ac ſitu ſumat, cum prima à ſitu tantum conſtituat, videbis repetere videatur. Gal. facillime excuſabimus, ſi ſitus vocabulum diſtinguemus: ſitus namq; prius penes loci profunditatem, ac ſuperficiem deſumebat, ob quem nõ parum indicatio euariatur: in quem ſenſum ab eodem alibi deſumitur, eum de intemperie obloqueretur: at hic perſitum intelligit cõſenſum ſeu connexionem partium adinuicem: atque ob id non duas elicit ſeiunctas indicationes, vt Argenterius autumat, ſed vnam tantum ex cõformatione, partiumque connexione, vt clare ex Gale. contextu videri licet, cum ait, alia verò a formatione ſimul, ac ſitu. Sed cur alibi a figura indicationem ſumat, hic verò à conformatione, ſi quæ ſuperius a nobis dicta ſunt, memoria tenebimus, nullam nobis vterque locus pariet ambiguitatem, quandoquidem ſi cõformationem vt genus in meatus, cauitates, orificia, ſuperficiem, atque figuram proprias ſpecies diſtinguimus

7. metho. med. prope calcem

loco prædicto.

©BIU Santé

guimus, ibi quidem figuram vnam ex ſpeciebus, hic vero formationē tanquā genus Gal. placuit nominare. Supponit igitur hepar inflāmmationē affectū in anguſtiis uaſorū finibus ob humores, qui ibidē confluxi ſint, vel lentos, ac tenaces, uel craſſos, vel quantitate excedentes; cū. n. ob conformationē, & partium conſenſum propria ab his oriatur indicatio, diuariatur quoque curatio, nēpè ut humores hos craſſos, lentos, ac tenaces cibariis extenuātibus incidētibusq; pręparemus, mox ipſos euacuemus: quæ quidē indicatio à prioribus ſcopis euariat, cū loci externi afficiuntur, in his n. repellētibus primū, deinceps & reſoluentibus vt dictū eſt, procedebamus; in hac verò ob formationē, & partiū cōnexionē pręparātibus, ac educētibus procedimus ſeruātes perpetuò in humorū eductione partiū cōſenſum, cōmeatumq; : ob id ſi in cōcaua hepatis parte, ad quā vena porta terminatur, talis inflāmatio exorta ſit, cū his, quæ attrahēdi vim hēnt, medicamētis per uētrē euacuabimus; rami etenim ipſius ad inteſtina cōplures deſcēdunt, è quibus chylus ad hepar per magnū uenæ portæ truncū introducitur, qui poſtmodū in ipſius cōcauis partibus tāquā per radices minutas diſſeminator cū aliis gibbæ à uena magna prodeuntibus contextas vt in eius diſſectione ſępius ſolitus erat oſtendere Io. Antonius Lonicus chyrurgiæ celeberrimus, anatomicæque diſſectionis nemini ſecundus: ſi uero in gibbis ipſius, quibus renes, ac ueſica per uenā cauā connectuntur, uenæ illę inflammentur ob humorum aut qualitate, aut quātitate peccantium cōfluxū, hac ſeruata indicatione his prius ad expulſionē, vt ſupra dictū eſt, paratis demū per vrinas euacuamus; qnquidē vena caua in eā inſeritur regionē, atq; ibidem ut & porta, radices copioſas prædictis aliis ipſius venæ portæ inſertas emittit, è gibbis autē exterius progrediens magnū truncum efformat; à cuius quidē dextra immediate ureteres pori enaſcuntur, à ſiniſtra uero non immediate vt plurimū, ſed ab eius ramo emulgenti nuncupato, qui in ſiniſtrum rea inſertionē hēt. Ex qua quidē declaratione ne quis ſcrupus in animo Lectoris delinquatur, facile diſſoluere poſſumus, cur aliàs dixit Gal. uenas ipſas, quæ ſunt in hepate, omnium uenarum, quæ p totū corpus ſpargūtur, tenuiſſimas fabricatā fuiſſe naturā; cum tamē hoc loco dicat in eo uenas non minus amplitudine, q̄ numero excedentes reperiri; qnquidē ſi reſpicimus uenas in radices illas minutiſſimas & uenę portę, & cauæ inuicē contextas, nō ſolum anguſtiſſimę ſunt, ſed & tenuiſſimę a natura hac de cauſa fabricatæ: propterea quòd & minus ad parièdum comparatę eſſent, meliuſque per ipſas ſanguis elaboraretur, & a gibbis ad cōcauas trāſmitteretur, ſi uero reliquum uenarum genus, qđ in hepate repitur, fuerimus con-

4. de uſu pul. 3.

©BIU Santé

contemplari, magnæ quidem & amplæ sunt venæ, quæ in duos præcipuos truncos deriuant; quorum alter est portæ, alter verò venę cauę, per quas quidem & ad vrinam, & ad vētrem facilis patet aditus. Quòd
7. metho. si fortè quis obiiciat Gal. alibi iecinoris partem gibbam per deiectiones, & vrinales meatus euacuare, cum tamen illic figuram respiciat, vt
p pe calcē. & hic. Dicendum est ipsum seipsum interpretari, si enim humor vitiosus in mediocri sit quantitate, ac potissimum tenuis, sicut à simis ad gibbas partes sanguis attenuatus transmittitur, ita non inconuenit, vt humor talis tranſmittatur, & quod per secessum euacuari promereatur, tunc temporis, & per ureteras euacuetur; idque potissimum si medicamenta ea exhibeantur, quæ per vrinam eductionem promoueant. Non est autem increpandus, ut ab Argenterio increpatur, Gal. quod de cibis ac potionibus tantum extenuantibus sermonem faciat missis medicamentis, quę huiusmodi vires habent; nam per cibos, & potiones, cibaria medicamenta, necnon medicamina quæque intellexit, ea vocabulo consueto nominans, siquidem oximel, confectiones ex plantis medicamentosis, & huiusmodi potiones communiter nuncupantur; quę pro humoris cuiusque natura, sicut & cappares conditi cum aceto, cremor hordei, eiusque tota ptissana, & id tale genus pro cibis medicamentosis administrari queunt. Subdit autem ex eodem hepatis exemplo quartam ex membri dignitate indicationem hunc in modum scribens.

Sed præter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso veluti à venarum principio: nam cum non tantū seipsum regere natura aptum sit, vt pleraq; animalis partes, sed venis præterea virtutem largiatur, periculum imminet, ne si eius vigor medefacientibus, ac relaxantibus cataplasmatibus fuerit resolutus, & ipsum primum ad sui opus, atque omnes subinde venæ eius ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adstringentibus medicaminibus miscere oportet. Sed quoniā in profundo admodum loco situm est, dubitandum erit ne adstringentis medicaminis uis debilitetur, nisi ab aliqua altera subtilium partium substātia, qualis aromatum est, traducatur.

13. metho. 15. Aduersus ea, quæ circa indicationem ex partis dignitate desumptā à Galeno conscribuntur, conformia his, quæ alibi idem refert, insurgit Argenterius, quod neque hepar venarum principium sit, neq; pro sui dignitate in curatione auxilijs adstrictorijs cum resoluētibus egeat; primum

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 714 sur 753

©BIU Santé

primum quidem licet ſuperius compluribus rationibus ſe oſtendiſſe dicat, duas tamen potiores ex multis repetit, nimirum quòd a parte ſanguinea ſpermatica nulla oriri poſſit, cum enim ſemen ac ſanguis menſtruus diſtincta generationis exordia ſint, & ex ſemine partes ſimplices, vtpote nerui, uenę, & huiuſmodi, ex ſanguine vero menſtruo, reliquę omnes gignantur, ab hepate vti ex ſanguine genito, venæ quæ a primordio ex ſemine habuerunt ortum, minime prodire poterunt: inſuper ex ipſomet Gal. lib. de fœtuum form. venę, arteriæ, nerui, & ſimilia ex ſemine propagata prius ſunt, quàm hepar, quomodo igitur hepar ipſarum principium erit? quinimmo è conuerſo talia potius principia dicenda forent: Ex quo cõſequitur (inquit ille) q; ſicut hepar non eſt ipſarũ principiũ, neque etiam vim alterādi in ipſas venas immittat, quippe cũ ſingulis partibus hoc propriũ inſit, vt ex propria tẽperie naturales omnes facultates obtineat, vt & lib. de natu. faculta. a Galeno ſcriptum eſt. Secundum verò aduerſus Gale. nonnullis comprobat rationibus, nam dignitas partis, atque præſtantia non uidetur uim quam piam habere ad immutanda remedia præſertim reſoluentia, cum enim inſenſibiliter, ac paulatim euacuent, robur ipſius partis diſſoluere nequeunt, multò namque magis uerenda eſſent, quæ ſubito euacuant, vt ſanguinis miſſio, quã tamen Gal. audacter non ſolũ nõ veretur, uerum & ſanguinem ad animi uſque deliquium detrahit: item aſtringentia cũ digerentibus commixta exiguos cutis, & partium aliarum, quę regunt hepar, meatus claudunt; non igitur ratione partis præſtantię cõgrua ſunt. Quod ſi quis dicat pro Gal. huic malo fortè mederi poſſe, quòd aromata, & quæ tenuium partium, apta ſunt, ut quæ adſtrictoriã uim habent, intromittãtur: hoc quidem uix credi poteſt (inquit ipſe) quinimmo adſtringentia ſi uim ſuam emittent, omnino cutis, & muſculorum meatus occludent, præterea ſi hoc uerum eſt, cur idem non facimus, cum cerebri inflammationes diſcutere volumus? Concludebat itaque adſtringens remedium partes dignitatem non reſpicere, ſed potius ipſius ſubſtantiam; quandoquidem ſtomacus, qui laxa conſtat ſubſtantia, quadam gaudet adſtrictione, at non hepar; quippe q; denſum ſit, ac ſolidum, ut ei adſtrictio nihil commodi afferat. Verum quoniam Gal. loco prędicato Theagenis exemplo cõtrarium aſſeuerabat, ſi quidem non alia ex cauſa ipſum inflammatione heparis laborantem ab Attallo illo Methodico interfectum fuiſſe, niſi quòd ſpreta partis nobilis, atque præcipuæ indicatione digerentibus medicamentis abſque adſtringentium commixtione per totam illam curationem vſus ſit; reſpondet Argenterius non ob eam cauſam ipſum periiſſe, ſed quoniam

pęs

©BIU Santé

perpauci sunt, qui ex hepatis inflammatione euadunt, inter quos non fuit Theagenes, qui ex morbi uehementia, non autem ex medici illius incuria mortuus est. Vt autem primo ipsius decreto, quod Gal. placitis aduersatur, satisfaciamus, nonnulla prius supponenda sunt, hepar venarum esse principium: nam si rationes ex rei substantia sumendæ sunt, non autem ex his, quæ extrinsecus aduenium, virtutem vtiq; sanguificatiuam in hepate sedem obtineri cum Galeno asserendum est, ab eo namque tanquam fonte uirtus hæc emanat, & per venas tanquam riuulos in uniuersam corpus diffunditur: de cuius quidem formatione licet lib. de sem. cor dixerit perinde ac iecur vnà cum cerebro totius humanę fabricæ primis illis diebus tanquam quoddam fundamentum esse, attamen cum ex aliorum philosophorum, medicorũque placitis fœtum ad expressam vsque formationem plantæ modo dispensari perceperit, probabilius sibi visum esse dixit, prius quidem venas, arterias, & huiusmodi simplices partes ex semine generari, mox ex venis iecur, atque ex his deinceps, ac arteriis cor ipsum; indi rio desumpto ex semine in terram proiecto, cuius quidem sicut duplex quędam germinatio prodire cõspicitur, altera quidem deorsum in terrã, altera verò sursum in aerẽ, quę cũ inter initia tenues sint, tẽporis processu plures in ramos scindũtur, increscunt, & tãdẽ fructũ generãt: sic & in animali ex semine simplices prius partes efficiuntur; vena aũt vmbilicalis vnà cũ reliquis vasis, vbi intro cutim penetrarit, bifariam scinditur, ex quibus quidẽ partibus aliæ rursus venæ instar ramorum, & ex illis aliæ pullulant, donec ad fines quosdam perueniant, quibus postea vnà cum sanguine menstruo propria hepatis caro adnascitur, ita vt ramorum interstitia perinde ac stœbe impleat, ac obturet, mox cũ hæc ipsa vena per animalis medium thoracem ad collum ascendat, & in diuersos ramos scindatur, verisimile est materiam tradere cordi, vt id eo tempore formetur, hausto scilicet sanguine ex ipsa arteria, quæ vnà cum vena ascendit, & in ramos discinditur longè calidiore, quàm is sit, qui in venis continetur; atque eo calidius hepate cor ipsum euadit, quanto sanguis sanguine calidior existit: veruntamẽ neque sibiipsi contrarius est, neque Hippo. qui in secundo illo tempore tria membra præcipua adesse voluit, nam cum Gale. primum illud tempus, quo Hip. in animalis structura nondũ conceptũ nominat, qualis fuit ille, qui sexto post die in terrã procidit libello de fœtuum form. acutius cõtemplatus sit id esse, quo fœtus ipse, siue genitura ut planta tantummodo efformatur, ac uiuit; quam quidem contemplationem libello de sem. & alibi sæpius vti non valde medico necessariam prætermi-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 716 sur 753

©BIU Santé

fit, vt solertissimus philosophus, quod sibi probabilius est, prioribus ab eo scriptis addere non dubitauit fœtum quidem ex venis, arteriis, & huiusmodi, vt ex virgultis, ac radicibus plantam primum generari, mox vero cum is sanguine plenus sit secundo tempore cor, hepar, & cerebrum, veluti tria præcipuarum virtutum omnium principia, ac fontes coagulationem quandam, ac magnitudine effatu dignam susciperc. Non est igitur ex declaratis valida prima Argenterii ratio, qua dicebat à parte sanguinea nullam spermaticam oriri posse, nam ex venarum ramis vnà cum sanguine menstruo hepatis caro adnascitur, ipso nimirum post genitum animal. vt virtutis sanguificatiuæ principio constituto. Quod vero altera ratione subdebat, nõ ob id hepar esse venarum principium, cum ex venis hepar constituatur, nil contra Galen. placitum fuit, aliud namque generationis est exordium, aliud vero principium conseruatiuum; venæ quidem generatione præcedunt, at deinceps hepar post genitum animal, earum principium fit ac fons, in quo virtus ipsa sanguificatiua sedem præcipuam obtinet, quam mox venis impartitur: neque hoc inconuenit, necessarium etenim erat, vt huiusce virtutis, præcipua sedes foret, quę in venis tametsi primo genitis reseruari non poterat cum solo semine constent; venæ itaque, quę priori tempore principia dicebantur, posterius ptoprio fonti subiiciuntur, quemadmodum & arterię cordi, & nerui cerebro: ex quo & ipsius corrolarium quam facile destruitur, nam etsi venę, ut singulę corporis partes naturales omnes functiones habent, aliam tamen præter eas ab hepate suscipiunt, qua chylum ad sanguinis substantiam conuertunt, non quidem vt venæ tantum spermate genitæ, albedinem namque in ipsum potius imprimerent, sed vnà cum sanguine ab hepate defluente, virtutemq; ipsis quodam modo tribuente. Secundum quinetiã Argenterii dictum falsissimum est, ac eius fundamenta, etenim quemadmodum ex Gal. mente, ac rectè sanè dictum est, cum quatuor virtutes in vnoquoque membro reperiantur, nempè concoctiua, seu alteratrix, attractiua, contentiua, ac expulsiua; cõtentiua vero, attractiua, & expulsiua à siccitate modum non excedente iuuetur, conseruetúrque, cumq; in principalibus mẽbris hæ potissimũ vigere debeant, vt aliis, quæ ab ipsis dependent, quod superabũdat, facilime communicare valeãt; moderate quinẽt ea corroborãtibus indigebũt; qualia sunt adstringẽtia moderate, qñquidẽ ipsorũ infirmitas non mediocriter reliquis sibi subiectis mẽbris cõicatur; quod quidẽ exemplo iecoris a Gal. propositi haud difficile nobis erit ostendere, cum. n. iecur non sibi soli tãtũ uirtutem sanguificatiuã

primo de pot. natu.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 717 sur 753

©BIU Santé

possideat, sed & venis omnibus impartiatur, si ipsum infirmum red-
datur, dubiò procul ad venas nequaquam virtutem transmittet, sed
11.met.16. dissoluto corpore id tandem morti subiicietur: atque ob id Gal. dice-
bat; quòd in vētriculo & iecinore resolui robur pernicioſissimum est,
in colo vero laborante, & reliquorum intestinorū quouis insuper ma-
sculis, qui in præcordiis habētur, aut ipso peritoneo minime periculo
sum; at in renibus, & pectore est quidem periculosum, non tamen per-
inde ac in primis; cuius quidem rei causa est, quoniam cum priora mē-
bra non tantum pro se, sed pro aliis officium exerceant, atq; ob id val
de præstantia sint, eorum robur præ cæteris custodiendum est, si non
augendū: nō sic autem se habet colon, seu quiduis intestinorū, ad quorū
curationē adstringentibus vti necessarium non est, nisi ibidē confluant
humores, medio autem modo se habent membra, quæcuuq; in media
prædictorū cōditione constituta sunt. Dignitas igitur partis mirum in
modū facit ad immutāda remedia, quæ & digerētia & resoluētia cū ad-
stringentibus esse debent, ita vt Gal. de Theagene philosopho exēplum
constās maneat, ac firmum ob nimiam relaxantium medicamentorum
exhibitionem imbecillius redditum hepar venis tandem destitutis offi
cio, quod ab hepate demandatur, mortis ipsius causam extitisse: Nulla
autem est prima ipsius ratio, qua inquit, sicut quæ subito, confestim-
que infirmam partem non reddunt, vt sanguinis missio, multo etiā mi
nus vrenda sunt, quæ paulatim è parte detrahunt; nam fallitur ipse cū
ignoret duplicem esse substantiam, quam è partibus auferre valemus,
externam alteram, atq; superfluā, alterā vero propriā, partibusq; inter
nā; sanguinis quidē missione quod superfluū est, cōfestim tollimus, vt
virtus restaurata, ac onere subleuata facilius suum opus exerceat: ac re-
laxantibus paulatim propriam hepatis, alteriusvè mēbri temperiē au-
ferimus, mollē alteram, laxam, operationibusq; propriis ineptā consti
tuimus: Secundam vero rationē cum eiusdem corroboratione dissolue
3. de simp. bat Galen. adstringenti nimirum in duas species distincto, alio quidem
med. c. 15. quod summum est, vt alumē, melanteria siue atramentum sutorium,
galla, & huiusmodi: alio vero, in quo adstrictionis cuiuspiam portio re
peritur, veluti pirum, vinum, rosa, malum, & id genus tale; primū qui
dem si corpori adhibeatur, quod ait Argenterius, efficit, stipat etenim
obstruit, & medicamētis nocet, ne illa ad intima penetrare possint, de
quo quidem non loquitur Galen. postremum vero cum aliis abstergen
tibus, digerētibus, & extenuātibus si adhibeatur, nō solū non obstruit,
uerū & apertioni, penetrationiq; ad profundum vsq; adiuuat; eius ná-
que natura mēbrorū naturalium, facultatumq; auxiliatrix, instauratrix

que

©BIU Santé

que existit: quòd autem hoc ita sit, demonstrabat Galen. exemplo olei rosacei; in quo leuis quædam adstrictio adest, quæ penetrationem non prohibet, sed magis est adiumento; etenim vt nostrę faciunt mulieres, cum hæc salita nostra ex carne suina conficiunt, primo intestina aperiunt, deinde carne infarciunt, postremo manibus leuiter adstringunt, vt id quod infarctum est, in profundum penetret; ita & in his quæ leuiter adstringunt, vtpote rosa, primum quidem ex ea, quod tenue est, vias aperit, demum penetrat, ac postremò cum penetrarit, adstringenti illa moderata vi meatus supernos adstringit, vt facile postmodum vlterius penetret: quod quidem experimento demonstrat magnus ille philosophus Auer. siquidem accipiatur corium quod quidem ab vna eius parte oleo, quo ad cibaria condenda communiter vtimur, & ab altera oleo rosaceo vngatur, longè quidem citius penetrabit oleum rosaceum, quàm oleum commune; non alia sanè de causa, nisi adstrictionis ratione, quæ in rosa reperitur; ea namque pauca stypticitas penetrationem adiuuat, efficitque tanquam manus compellens, vt oleum ad profundum vsque citius petat, quàm simplex ipsum oleum: Si igitur Argenterius de huiusmodi adstringentibus verba facit, vana quidem est ipsius ratio, si vero de primis perperam Gal. reprehẽdit, vt non facile in vtramuis partem declinet, à vitio sit excusandus. Cęterũ quod postremum Galeno obiicit; idipsum in cerebri inflãmationibus esse efficiẽdũ, cũ eas discutere tẽtamus, quod tamẽ Gal. nõ admittit, sed in eo libro & alibi nulla adstringẽtiũ facta mẽtione per sola digerẽtia inflãmationes reliquas discutere conatur, falsissimũ esse deprehenderetur, si quę ab ipso scripta sunt, ad verbũ recensebimus, vbi ait, eadẽ ratione nec in cerebri, eiusq; mẽbranarũ phlegmonis cucurbitulis in morbi initio vtemur, verũ vbi nec influit adhuc quicq; & totũ corpus prius est euacuatum, at reprimẽtibus in his quoq; inter initia vtẽdũ. sed cũ ossibus cranei mediũ occupãtibus in alrũ descẽdere reprimẽtiũ vim cupimus eorũ, q̃ pire, ac deducere ea pñt, aliquid reprimẽtibus admiscebimus, ea sunt, quorum substãtia ex tenuibus partibus constat. sanè acetũ non modo tenuiũ partiũ est, sed ẽt non mediocrẽ reprimẽdi vim obtinet: quo ꝓfectò rationabilius in principijs affectuũ ipso vtũtur rosaceo admiscentes, procedente vero tempore ẽt spondilij & serpilli (quibus iam non modo partiũ tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admiscẽt: nõ igitur Gal. (vt ipse putat) solis digerẽtibus vtitur, sed cum reprimẽtibus, vt clare ipsius cõsonant verba; atq; huncin modum subsequentia ipsius interpretanda sunt verba, cum subdit. Quo sci licet tẽpore ad ea, quę concoquant, ac digerant, conueniũt, non quidẽ in

3. coll. lib.

13. met. 18.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 719 sur 753

©BIU Santé

ſola, vt Argenterius interpretatur, ſed cũ his, quæ ad cerebri dignitatẽ reſpiciant. Verum conceſſo, q̃ ſolo caſtoreo vtatur Gal. in capitis phlegmonis iã inclinantibus, quod digerendi vim habet, continuò etiã deſiccat ſui tenui ſubſtantia intimius penetrando, vt erat ipſius ſentẽtia, dum de caſtoreo obloqueretur: ob quam quidem deſiccationem quodammodo cerebro adſtrictio, roburq; adiungitur, ſiquidẽ ſicut hepar moderatis adſtringẽtibus, ita & cerebrum moderatis exiccãtibus corroboratur: atque hoc erat illud, quod intendebat Gal. non q̃ abſolute adſtringẽtium nobis vſus ſit ad membrorum principalium corroborationem, ſed eorum, quæ ex natura propria aut exiccando, aut moderate adſtringendo partes præcipuas conſeruent, atq; cuſtodiant. Hac igitur de cauſa Gal. ſubdit in contextu.

1°. d̃ ſimp. med. c de caſtoreo.

MELIVS autem fuerit, ſi & ipſum adſtringens medicamen vnũ protinus ex aromatum genere fuerit, nam ſi duas habuerit natura inſitas qualitates, ac poteſtates, valentius operabitur: Et quidem euacuetur, quod præter naturam in membrũ confluxit, ſeruet autem humorum modum naturæ conuenientem.

Per adſtringens autem intelligit non quod propriè adſtringit, ſed moderata quadam participat adſtrictione, ſeu exiccatione, ex quibus conſequatur partis corroboratio, quod quidem ſi ex natura duas habebit inſitas vires, ut euacuet, ac roboret, nõ erimus coacti compoſitum pharmacum arte conficere, quod idem præſtet, acid quod ex naturæ genitum eſt; ob id Gal. mirum in modum probabat vuam paſſam, vt ſimplex pharmacum intantum adſtringens, quantum hepar affectum opus habet, ac digeſtiuum crudorum humorum, qui in eo reperiũtur, ac p̃ter hęc q̃ ſecũdũ totã ipſius ſubſtantiã proprietatẽ, familiaritatemq; habet ad hepar, vt ad ipſum vniatur, in ſuiq; ſubſtantiã tráſeat, ſicut & vinũ. Cum aũt de roboranda tẽperie mentionẽ faciat Gal. huic ẽt vti quintę indicationi attendendum eſſe, ſubdit his verbis cõcludens.

8. de cõp. med. per loca ca. 7.

QVARE & illa animaduerſio à nobis eſt in hoc adhibẽda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiuſdem membri temperies ſit alterata, ſi pituitæ naturam tenuerit ad frigiditatem: ſi vero bilis, ad caliditatem, vt hanc ipſam curantes intẽperiem ſanitati reſtituamus: curabimus aũt cõtrariã ex aduerſo afferẽtes qualitatẽ, quẽadmodũ in intẽperaturarũ curationibus diximus, quãtũ vnumquodq; calidius aut frigidius factũ eſt, tantũ refrigerãtes, aut calefacientes. Quare & hic rurſus agnoſcẽda eſt ipſius

ſecun-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 720 sur 753

©BIU Santé

secundum naturam temperies, nam quopacto sciemus quantum in frigiditate, ac caliditate à naturæ modo recesserit, aut quãdo à frigefaciendo supersedebimus, si nos latuerit ea, quæ est secundum naturam caliditas? ita uero & si frigidius effectum calefaciemus, ignorãtes frigiditatis naturalis modum, neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo desistere potuerimus?

Ne conturbet autem quempiam exemplum superius de inflãmatione ex sanguine enucleatum; nam etsi Gal. morbos ex inflammatione tãtum sanguinis exemplo illo tradere videatur, eius tamen intentio fuit de quocunque morbo ex conformatione in vniuersum agere: atq; ob id cum intemperiei ex tali morbo obortæ obuiandũ esse docet, id quidem in inflãmatione, ex pituita, aut flaua, nigrave bile apertissime declarat, cum. n. inflammatio exempli gratia est in hepate à pituita depẽdens, licet ratione inflammationis adsit calor, ob materiam tamẽ frigidam in membrũ affectũ intemperies quædam frigida imprimitur; quã quidẽ magni facere opus est, & ab ea indicationẽ propriã desumere, nimirum vt contrariam ex aduerso afferamus qualitatem, quemadmodũ superius diffusius ab eo explanatum est; ita vt si quod calidius, frigidiusve factum sit, tantundem refrigeremus, calefaciamusve. Qua de re corporis, aut partis temperies à medico naturalis est agnoscenda, quæ quidem quantum in arte pariat difficultatis, vbiq; Gal. exclamat; at cũ hæc ad vnguem haberi non possit (se etenim talem esse putaret Gale. qualem fuisse Æsculapium ferunt, si cuiusq; naturam atq; temperiem nosset) studendum est, certis admodum inditijs eam (quoad fieri potest) percipiamus, vtpote ætate, vitæ statu, colore, habitu corporis, pulsu, animi moribus, & huiusmodi; inchoantes quinetiam à leuioribus remedijs, & ad maiora procedentes, donec ægrum ad pristinum statũ traducamus. Sed hæc satis sint (inquit Gal.) & cõfestim ad morbos in numero condescendendum.

De morbo secundum numerum. Cap. 96.

Sed quoniam de his satis diximus, transire iam tempus ad ea, in quibus numerus nõ est secundũ naturã: cum vero duplex sit eorũ differentia, quibus quidẽ aliqua particula deficit, his intentio est alteram efficere, subministrando naturæ eo quo diximus paulò ante modo. At qbus superabũdat, hãc resecare oportet, aut

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 721 sur 753

©BIU Santé

ſcalpello, aut igne, aut medicamine, quod vrendi vim habet. Hæc igitur omnia ſanare poſſibile eſt, at non æque omnia generari poſſunt, vt in libro de ſemine diximus. Quædam vero ſunt, quæ etſi generari non poſſunt, licet tamen pro ipſis alterum efficere, quemadmodum in oſſe ex toto ſublato alteram ſubſtantiam in eius ſede reponere à carne, & oſſe differentem: eſt enim quæ in eius gignitur loco quædam veluti caro calloſa, vel callus carnoſus, & proceſſu temporis magis ac magis ad duritiem tranſfertur, cum ab initio carnis potius æmuletur naturam: quacunque vero parte ſublata, cum neque eandem ſecundum ſpeciem ſubſtantiam, neque ſimilem efficere poſſumus, tertia nobis intentio, quendam decorem inuenire, quæadmodũ in mutilationibus.

NON eſt autem ſuperflua præſens tractatio, vt cenſet Argenterius, ſed hic Gal. eundem ſeruat ordinẽ, quẽ & libro de differentiis morborum, neceſſarium quidẽ ob cõtinuatã poſt morborũ in cõformatione tractationẽ, tametſi multa repetat ex his, quæ in morbis ex ſoluta vnitate ſuperius dixerat. Agit autẽ præſenti cap. de præſidiis, ſeu cauſis ſalubribus, quæ morbis in numero debentur: vt autem quæ hic, & ſubſequenti cap. à Gal. ſcribuntur, rectius intelligantur, ſciẽdum eſt, quòd licet ex Gal. ſententia vterq; affectus tum is, qui ad numerum, tum is qui ad magnitudinem pertinet, ſub quantitatis prædicamẽto comprehendi poſſit, quandoquidẽ quantitas duas cõplectitur ſpecies diſcretam, quæ propriè quantitas nominatur, & continuam quam græci συνεχῆ vocant; quæ quidẽ (vt infra dicet Gal.) adinuicẽ quandã habent communionem, attamen cum in nonnullis ex eorum differentiis, in ipſa curatione indicationes diuerſæ exoriantur; non abre ab his qui ſecundum numerum, ac magnitudinem conueniunt, exorſus poſtmodum ad ea, quæ ſecundum numerum tãtum priuatas habent indicationes prograediens; poſtremo tandẽ de his, quæ ſecundum magnitudinem tantum, verba facit: quicquid blacterẽt expoſitores, qui confuſe admodum Gal. interpretantur. Cum igitur abundat, aut deeſt aliqua pars, talis vtiq; defectus ſeu ſuperabundantia duplex eſſe poteſt, aut eorũ quæ naturali inſint habitui, aut eorũ quę ex toto genere prætet naturã; priores quidẽ, quæ naturali habitui eueniunt in duplici rurſus ſunt differẽtia; aut enim naturalibus ſimiles, vt ſextus in manu digitus, is namque additus eſt quinque digitis, quibus cuiq; ex natura manus efformatur, quintiue

li. de mor. diff. cap. 8.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 722 sur 753

©BIU Santé

quintivè defectus, qui naturali habitui diminutio eſt, aut naturalibus ualde diſſimiles, ut in oculo unguem additum eſſe dicimus; hęc etenim ex altera ſubſtantia ab ea oculi conſtat, & pilorum in cute defectus, cuti namque pili diſſimiles ſunt: quæ uero ex toto genere pręter naturã cenſentur, licet in quapiam parte ortum habeant, non tamen ipſi adnaſcuntur, neque ſimiles ſunt, ut lumbrici, aſcarides, lapis in ueſica, grando in oculo, ſuffuſio, pus, item acrocordones, melicerides, atheromata, ſteatomata, uitiligines, calli, pręterea quicquid in abſceſſibus deprehenditur. Gal. de ſolis his defectu, ac abundantia peccantibus præſenti cap. loquitur, quæ naturali ſuperueniunt habitui, aut deficiunt ſecundum tamen totas ſui partes, neque de omnibus, ſed de his, quæ ad ſe curationem trahunt: natura nonnullæ quidem partes a prima generatione aut excedentes, aut deficientes deprehenduntur, ut ſextus digitus in manu, aut quinti defectus, quæ nullo pacto aut cum maximo uitæ diſpendio curam admittunt; alię uero poſt natiuitatem quandoque actioni non incommodantes inter morbos enumerari non merentur: at quæcunque actionẽ prohibent, auxiliis congruis (ſi fieri poteſt) curationem expoſcunt, ut pterygion ſiue unguis cum plurimum increuit, & pupillam obſcurauit, uiſum impediens. Si igitur ſit pars quæpiã naturali ſimilis ſecundum totas ſui partes, utpote caro, os, neruus, & huiuſmodi, quę actionibus officiant, talia enim ſub morbis in numero cadunt, ſicut cum ſecundum partes partium abundant, aut deficiunt, ſub his ſecundum magnitudinem, quorum auxilia inferius tradet Gale. intentio eſt id tale, quo ad fieri poteſt, reparare; medicus autem (vt & prædixerat) nõ principalis eſt author, ſed naturę miniſter, quę præcipua quodcunque fieri poteſt, operatur: præparat namque medicus cibaria conuenientia, ligaturas, embrocationes, unguenta, & huiuſmodi, quibus uirtus corroboretur, & ab ea impedimenta prohibeãtur (nõ erimus aũt circa huius iterp̃tationẽ longiores, ut res ipſa expoſtulat, ex his etenim quæ antea diſcuſſa ſunt, hæc etiam clara redduntur) & ſicut in deficiente natura primus eſt artifex, medicus vero miniſter, ita in ſuperabundanti, ut id excidatur, aut truncetur, ſola medici indiget opera, qui tribus auxiliis utitur, ſcalpello, igne, ac medicamine, quod adurendi vim habet: per ſcalpellum autem intelligit Gal. quodcunque ęneum, ferrumvè inſtrumentum, quo partes adnatas ſiue numero ſiue magnitudine peccantes abſcindimus, ſiue cultrum ſit, ſiue nouacula, ſiue forfix, ſiue aliud quid tale; per ignem autem actualia cauteria, quæ aut ex ferro, aut ære, aut auro conficiuntur, prout unum magis alterò conuenit diuerſis in partibus & affectibus, licet Ariſt. cęteris indiſtincte lib. 1. problem. 25. 4. primi.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 723 sur 753

©BIU Santé

ſtincte cauterium ex ere preponat, Aui. autẽ id ex auro, ac reliqui Arabes illud ex ferro magis comprobare videantur: per medicamen vero, quod vrendi vim habet, voluit cauteria, quæ apud noſtros potentialia nuncupantur, quandoquidẽ à calore naturali excitata adeo comburunt, vt partẽ, quã cõtingũt, ad eſcarẽ, carboniſvè formã redigãt. Sũt igitur hæc tria generalia ad partẽ ſuperabundantẽ incidendã opportuna remedia, licet alia ſub his ſpecialia cadãt, quę à modernis noſtris chyrurgicis quotidie adinueniũtur: atq; ob id talis in numero exceſſus facilius ſanatur, q̃ eiuſdẽ defectus, etenim medicus his ad excidẽdũ cõcine admodũ vtitur; nõ ſic ãt natura aut ſola, aut medici ope adiuta defectus reſarcire põt, vt & ſuperius ex ipſomet Gal. à nobis declaratũ eſt; nã deficiat digitus in manu, aut teſtis in ſcroto, natura huic defectui nequaquã reparare põt, ſicut dũ os in crure exẽpli gratia ſemotũ eſt, nullo pacto id reficere põt: quãdoque tñ & ſola & medici ope alterã ſubſtantiã pro deficientibus in eius ſedẽ reponit, vt in oſſe ex toto ſublato carnẽ quãdã calloſam, ſeu callũ carnoſum, qui magis ac magis tẽporis ſpatio indureſcit. Quocirca natura in carnoſis quidẽ partibus vtpote ex ſanguine à principio genitis idẽ carnoſum ſuplet; at in ſolidis, ac inſtrumentalibus nequaq̃, ſed in ſolidis quidẽ ſeu ſimplicibus vtpote ſemine genitis quid aliud uice prioris ſubſtituit, vt dictũ eſt; dũmodo impedimenta ammoueantur, quæ hmõi ſucceſſionem aut retardare, aut prohibere valent, vtpote pus inter os, ac os contentũ, id. n. non ſolum prohibet, quominus talis generetur callus, verum & partem oſſis uitiat, ut unio conſequi nequeat; at in inſtrumentalibus fortiori ratione natura aliud ſuplere nõ põt, ſed medicus ob decorẽ nonnunq̃ quippiã conſimile machinatur, vtpote manus, pedes, naſos, & hmõi arte conficiens; naturam quinetiã q̃nque æmulatur in defectu partis naſi nimirũ ex parte aliqua corporis, vtpote brachio carnem illius partis naſo adeo apponens, ac accommodãs, vt paucis diebus a brachio leuiter portionem illã naſo tamen vnitã incidens naturalem fermè naſum cõſtituat, vt nonnullis Patauinis gladiatoribus tempeſtate noſtra naſo detruncatis euenisſe uidimus: vnde ſi nõ eodem modo, conſimili tamen Galen. quæ in naſo, vel aure, uel labio curta ſunt, ea quidem his adiicere docebat, poſteaquã pfecte reficere non licet; modus ãt talis erat, vt medicus diuiſam utrinque cutim, mox in unum conductam agglutinet. Poſteaq̃ Gal. de primo hoc genere loquutus eſt, priuſquam ad alterum deſcendat, quod illius morbi in numero eſt ex toto genere præter naturã, unũ documentum tradit, ne putet quis, q̃ tametſi morbos in numero huius ſce primi generis lib. de diff. morb. ab his, qui ſunt ſecundum magnitu-

Libro de ſem.

4. meth. 38

dinem

©BIU Santé

dinem distinguat, non tamen diuersis præsidiis indigent, clarioris etenim doctrinæ ratione ab eo potius factum fuisse ait his uerbis.

De morbo secundum magnitudinem. Cap. 97.

COMMVNICAT *autem hoc genus totũ cum eo quod ad magnitudinem pertinet, nã quodcunque ex eo est secundũ naturam, illi propinquum existit, id uero tantum seiunctum est, ac separatũ, quod inter ea quæ sunt è genere non naturali connumeratur: in quo quidem prima intentio est ablatio, si uero hæc impossibilis existat, secunda est transpositio, ut in suffusionibus.*

TENIM id quod naturali habitui secundum naturam excedit, aut deficit, siue ex utili substãtia, siue inutili, siue priori simili, siue dissimili cõstitutũ, dicetur quodã modo secundum magnitudinem aut auctum, aut diminutum, atq; utrunq; ob talẽ ppinqnitatem, cõionemq; cũ eo, qđ ad magnitudinem pertinet, eisdẽ p̃sidiis egere. si n. abundet caro, ut peccatũ est in numero, resecatione indiget, sic ut magnitudo adaucta, eodem eget p̃sidio at qđ est ex toto genere præter naturã, sicut a p̃dicto genere seiunctum est, ac separatum, ita & ab eo distincta n habet curationem: In quo quidem genere (inquit Gal.) prima intentio est ablatio, si uero hæc impossibilis fiat, secunda succedit transpositio, cuius quidem in suffusionibus tradit exemplũ: suffusio nã que ex Ætio, quedã humorum est circa pupillam cõgelatorum affusio, quę visionẽ p̃hibet; talis aũt inter morbos in numero connumeratur, quæ toto genere p̃ter naturã sunt: propterea q; humores illi neque naturales sunt, neq; naturalibus similes: & sicut toto genere præter naturã dicuntur, ita pro curatione non resectionem quæ est à naturalibus separatio, diuulsioq;, sed ablationem, hoc est ex toto à corpore remotionem habent: itidem & lapis in uesica, & quicunque alii affectus, qui à Galeno describuntur. Non meminit aũt de his, quę toto genere præter naturã deficiunt, qm̃ cum non adsint, neque morbi causę iure censentur; ex his etenim nulla prohibetur actio. Nõ est aũt, ut omnium fermẽ expositorum interpretationes diluamus, q̃quidem ex nostra iã clara, & aperta manifestõ liquet, grauissime in primis errasse illum, qui librũ hunc in capita distinxit, cum non de morbo agat in magnitudine, sed vt dictum est, tradito documento de alio morbi in numero genere, qđ toto genere præter naturam est, verba facere: Errauit quinetiam Achachias, & alii cum eo, qm̃ non distinguit morbum in numero ab eo magnitudinis; lapis etenim in uesica toto genere præter naturam non

lib. 2. c. 51

lib. de dif. mor. & 14. method. med.

©BIU Santé

non tantum in numero morbus eſt, verum & in magnitudine, cum ad maximam molem excreſcat, vt ob eam deperdatur actio. Quid vero dicã de Argenterij interpretatione, ignoro, hic etenim dum aliorũ interpretationes calumniatur, in ipſius propria adeo confuſus, mancusque eſt, vt quid ſibi velit, nequaquam indiuinari poſſit. His itaq; interpretationibus miſſis quod reſtat ex hoc cap. tam concinnè ab illo diſtincto aggrediamur.

QVAECVNQVE vero non integris partibus, ſed partiũ tantũmodo particulis deficiunt, aut excedunt naturæ modum, refectio quidem, vel generatio in his, quæ deficiunt, ablatio vero & abolitio in his, quæ ſuperabundant. Quare neque in ipſis altera intentio, neque medicaminum forma genere diuerſa.

Poſtremò itaque Gal aſſignat cauſas ſalubres morborum, qui ſecundum magnitudinem, diminutionemve tantummodo dicuntur, cum enim membra organica præter naturam augentur, aut diminuuntur, non quidem ſecundum ſui totas partes, vt cum è cubito totum ipſius os magnum auellitur; talis enim defectus in numero morbus eſt, ſed ſecundum partes partium, vtpote iuxta oſſis, aut carnis portionẽ; talia vtiq; ex Gal. in magnitudine ægrotare dicentur; exempli gratia caro ex vlcere in ano, ſeu collo veſicæ aucta, morbus eſt ſecundum magnitudinem, quoniam excrementorum prohibet expulſionem; itidem ſi in vlcere eadem deficiat, morbus dicitur, ſed alter quidem ſecundũ auctionem, alter vero ſecundum diminutionem; primus quidem ablatione, ſeu abolitione curatur, quandoquidem aufertur tota illa caro excreſcens; ſecũdus uero generatione, ſeu refectione, generatur enim noua caro, quę particulæ illi additur eo, quo ſuperius dictum eſt, modo. Neque meo quidem iudicio quicquam habet difficultatis Gal. ſermo, vt Argenterius arbitratur; non enim per ablationem, & abolitionem intelligit abſolutam ablationẽ, ſed illius duntaxat ſuperabundantis, quæ proprie diminutio eſt: corpus enim pluſquã decet carnoſum, vt actiones deperdat, abolitione, ſeu ablatione ſuperflui curatur, ſicut emaciatum, carneque priuatum, generatione, refectioneque eiuſdem, quod deperditum eſt. Subſequitur poſtremum caput, quod ad compoſitionis morbos ſpectat, nempè vt doceat cauſas ſalubres, quibus corpora emendentur, quæ in ſitu ſunt vitiata.

De

©BIU Santé

De morbo ſecundum ſitum. Cap. 98.

SED iam veniendum eſt ad reliquum ſalubrium cauſarũ genus, quod ea corpora emendat, quæ in ſitu ſunt vitiata, ueluti luxationes, & inteſtinum in ſcroto. Fit autem hoc ex uiolenta tentione, atque impulſu, hoc uero ex dilatato, ac rupto cõtinente. Quare & duplex ſanandi modus, alter quidem ad oppoſitam partẽ ei, à qua facta eſt permutatio intendendo, atque impellendo, alter vero id, quod continet, firmius, ſolidiusq́, reddendo. Quibus uero uijs, ac rationibus ſingula inueniri poſſunt, in libris de arte curandi explanauimus.

GAL. lib. de differ. morb. ſub vltimo hoc genere morbi in compoſitione, quod eſt, dum partes à naturali habitu aberrant, duas ſpecies collocat, ſi rectè eius verba perpẽdantur, quemadmodum, & hoc loco, nempè luxationem, ſeu commotionem, & procidentiam membri, ſiue per laxationem, ſiue per ruptionem factam: per luxationem autem intelligebat integram, ac violentam commotionem, vbi particula penitus diuulſa eſt; per commotionem vero contortionem quandam; at membri procidentiam nominabat receſſum à cõſenſu vicinarum inter ſe partium, ſiue id fiat ob alicuius laxationem, ſiue intenſionem, ſeu ruptionem, cum in ea parte actio quæpiam abolet̃ur: Et licet Gal. ibidem ſitum pro vna ex dictis ſpeciebus nuncupet, pro genere tamen quandoque vſurpat, vt hoc loco, quem in duas prædictas diuidit ſpecies. Damnat autem Galenum Argenterius, quòd cũ morbus hic variis de cauſis à prædictis nominatis efficiatur, non ſolũ horum curationem non doceat, verum nec exquiſite ſupradictas ſpecies, quandoquidem in ſitu morbi contingunt, ſi quod in ſuperiori loco collocari debet, in inferiori ſitum ſit, ſi in dextro, in ſiniſtro, ſi retrocedat in anteriorem partem locetur, aut longius diſtet, quod propè eſſe debet, aut ad latus iaceat, quod mediũ locum affectat, & alia iſtiuſmodi; de quibus Argenterius ipſe ſe proprio libro ſeiunctim ſcripſiſſe ait: item relaxatio, ſeu ruptio nonnunquam ſit & ob contenti vitiũ, cum tamen de ſolo continente Gal. curationem aggrediatur; accidit enim plerumque ob inteſtinorum craſſitiem, ac grauitatem peritoneũ, ac

©BIU Santé

ac eas partes procidere, quandoque etiam ex crapula. Et quod plus est hoc malum hæreditarium nonnunquam esse ait, sæpe enim patres filios generant, qui huiusmodi affectibus obnoxij sunt: quandoq; etiã ob naturæ vehementiorem conatum, vt in mulieribus prægnantibus, quibus vterus seu fœtus ante tempus procidit. Quæ omnia, & quęcũque ab Aui. recensentur, vtpote tremor membri, qui quietem ac situ partium natiuũ prohibet, & huic aduersa immobilitas ex nodosa iuncura articuli motum tollens, & alia consimilia sub silentio inuoluuntur. concludebat itaque Argenterius Gal. in methodicorum qui ab eo pluries damnantur, errorem incidere non tantum in hoc, sed & alijs compluribus, vtpote qui solas tantum vniuersales, ac vulgò notas indicationes constituat, non solum hic, sed & in toto hoc opere, vt non ita facile excusari possit, quòd præsens opus omnium librorum cõpendium sit; ad quos nos plerunque remittit; quãdoquidem vana est (inquit ille) excusatio, compendium namque necessaria omnia, breuibus tamen complectitur. Verum Gal. non est increpandus, si recte ipsius mentem habeamus, nec ita fatuus, vt in scopum, quem destruxit, adeo facile labatur; nam communis scopus huiusce morbi est partis à suo loco motę in propriam, ac naturalem sedem repositio; at quibus scopus is consequatur, hoc proprium est artifici, ipsum in proprias ac particulares indicationes seiungere, vtpote à proprijs eductas speciebus: luxatur itaque aut cõtorqueturos, propria indicatio à luxationis qualitate desumitur, retro namque os à propria sede dimotum indicat, vt ad oppositam partem, quæ anterior est, trahatur: sic & de singulis alijs partialibus luxationibus dicendum est, de quibus quidem non egit Gal. quoniam satei fuerat, vt de specie ageret, quæ reliquos partiales morbos comprehendit. Quòd si Argenterius de his partiatim scripsit, vt liber suus fortè in magnam molem excresceret, ab eo factum fuit, quàm quòd medendi methodus exposceret. Non erat autem necessarium, vt Gal. causas omnes percurreret, sed eas duntaxat, quæ immediatè morbum in situ producentes ipsius essentiam constituunt, nam cum contentum, seu contenti vitium, crapula, & id tale genus causæ sint præincipientes, seu primitiuæ ab his vtique indicationes curatiuę sumendæ non sunt, sed præseruatiuæ; sicut cum ex hæreditate paterna partes illæ debiles sunt, vt leui quaque de causa in talem morbum delabantur: atq; obid continenti remedium affert, tanquam ei, quod præcipue morbum in situ constituit, cum ruptum id est, aut laxum, non autem contento, cui præseruatio potius debetur; patiter & luxationi, quam permutatione ad oppositam partem reparat, non autem mẽbrorum

2. primi cap. 3.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 728 sur 753

©BIU Santé

rum imbecillitati; quæ quidem pro præseruatione ab imminenti periculo corroborare tentamus. Rationali igitur via vsus est Gal. non autem methodica, licet compēdio artem pertractet, neq; in hoc tantum morbo, sed per totum opus, in quo essentialia solum recenset, quæ vero longiori indigēt tractatione, ad proprios libros lectorem remittit: atque ob id vberiori sermone, disputatio neque quibus viis, ac rationibus singula quæq; inueniri possunt, in libris meth. med. sparsim se explanasse ait, cum tū hic etiā per capita, seu genera totā tractationē perstrinxerit: atq; hæc quoad curatiuam partem spectant, sat dicta sint.

De causis præseruatiuis. Cap. 99.

Consequens est, vt ea omnia exequamur, quecunque in superiori sermone dicere distulimus: vocant autem eadem præseruatiua. Est autem horum triplex secundum genus differentia, prima quidem hominis, qui integra fruitur sanitate, secunda vero eius, qui non integre ualet, tertia eius, qui ægrotat: primum igitur genus ad salubrem attinet artem, atque in duas, vt antea diximus, diuiditur partes, secundum vero ad præseruatiuam spectat, tertium ad curatiuum.

Reargvit Argenterius postremam hanc tractationis seriem à Galeno obseruatam, necnon præseruationis vocabulum abeodem vsurpatum; etenim inquit ille, cum Gal. qui methodo artem scribere profitetur, ab initio diuisiones proponat, eas vtique tales in medium adducere debet, quæ omnia tractationis capita contineant; at eo loco nullam de causis præseruatiuis, & restauratiuis, quæ senibus potissimum debentur, mentionem facit: aut igitur in proponendo diminutus est, aut conuenientem non obseruat ordinem: prauè quinetiam præseruationis vocabulo vtitur, quoniam hic latius ipsam præseruationem vsurpat, q̄ vnquam alibi fecerit, quippè cū præseruationi subiicit morborū curationē, sanitatis cōseruationē, & à futuris malis præseruationē, ita vt horū triplex genus præseruatio cōplectatur; cū tamen & lib. ad Trassib. & illo de artis constit. hęc omnia sub correctione cōtineri doceat; corrigit nāq; semper ars medica secundū magis tamē ac minus, ita vt quæ sanorū vitia emēdat, cōseruatiua, eiusq; actio conseruare dicat, curatiua uero, seu curare, cū morbos sanat,

©BIU Santé

ſanat, ac præſeruatiua, ſeu præſeruare, quominus homines in morbos labantur. Verum ſi bonus iſte vir Gal. principia perpenderet, in has vanas obiurgationes non ita facile incurreret, cum potiſſimum interpretis officium ſit, mentem authoris exacte admodum perſcrutari. Galenus itaq; iuxta primã medicinę diuiſionẽ corporũ, ſignorum, ac cauſarum hucuſque ſemper recte procedit, & de cauſis agens corporibus quibuſq; eas vt illorum auxilia ſunt, applicat: cum autem ſuperius de cauſis ſalubribus, quę morboſis corporibus, quæ inſalubria vt nunc ſunt, vberius egerit; conſequens erat, vt de cauſis ſalubribus ageret, quæ neutris corporibus apponi queunt: ſunt autem hæ ex efficientiũ genere, licet & preſeruatiuę, & reſtauratiuę nominentur, quandoquidem efficiunt, quominus vlterius non labatur corpus, lapſusque ipſius corrigatur: & licet ſi rerum naturam intueamur, conſeruantes cauſę, vt à principio libri huius dicebamus, efficiant & ipſę quodammodo, ab his tñ diſtinguuntur, qm̃ conſeruatio eſt propriè ſimiliũ in qualitatibus, diſſimiliũ vero priuſquã ea parentur: preſeruatio vero contrariorũ, vt & curatio; propterea hę quidẽ rectius ſub efficientib. collocãtur, ſicut priores ſub cõſeruãtiũ gñe: nõ excedit igitur priora Gal. ab eo propoſita mẽbra, vt illi attribuit Argẽterius, qui ignorãs p̃ſeruatiuę, reſtauratiuęque cauſæ vocabula ad obiurgandum confeſtim deſcendit; neque minus præſeruationis nomine latius hic vtitur, quàm vnquam facit, nam non probamus ad Gal. mentem eam præſentis loci interpretationem, q̃ præſeruantium cauſarum triplicem ſecundum genus differentiam eſſe dicat; primam quidem corporis ſani; ſecundam eius, qui non integre valet, ac tertiam ægrotantis; vt & Argenterius, & ante ipſum Truſianus inconcinne admodum interpretantur: nam præter q̃ nullibi preſeruationem perfectè ſano corpori attribuit, ſed conſeruationem tantum, vt ſuperius fuſius ab eo declaratum eſt; verba quoq; ipſius aliam expoſcunt interpretationem, q̃ continuans præcedentem cum ſubſequenti tractationem dicat, conſequens eſt, vt omnia ea exequamur, quæcunque in ſuperiori ſermone diſtulimus, vocant autem ea preſeruatiua; capite namque 88. vbi de cauſis omnibus ſalubribus egit, quę inter ſeſe diſtinguuntur ob corpora, quibus applicantur, dicebat alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius temperaturæ, quę iam facta eſt, alias autem illius, quæ & adhuc fit, ſicut etiam alias eius, quæ futura eſt, & concludens; Huius itaque poſtremæ hæ quidem in præſeruatiua artis parte continentur, hæ verò inſalubri, primę autem inter omnes in curatiua tantummodo, ſed eius, quam mediam inter vtrãq; collocauimus in preſeruatiua, & curatiua, non ſolum Gal. preſeruãs a

conſer-

BIU Santé

conſeruante, ſeu ſalubri ſegregat, verum & agens de curatiua parte tra
ctationem de præſeruatiua ab alijs diſtinctam ad hũc locum remittit;
vt non amplius confundendum ſit præſeruatiuum genus cum curati-
uo, atque conſeruatiuo, vt volunt hi boni interpretes: inſuper eam ip
ſam expoſitionem redarguunt remedia, quę nulla facta ipſorum diſtin
ctione neutro tantum corpori, non autem perfectè ſano conueniunt,
non enim alteratio, & vacuatio humorum ſano corpori competunt,
quemadmodum & alia, de quibus hic agitur. Non igitur Gal. præſerua
tionis nomine abutitur, niſi vt & alibi vſurpauit, cũ cauſæ, & ei quod
fit, deberi præſeruationem autumet: In qua quidem re, vt & ſuperius
annotauimus, deceptus eſt Argenterius, vtpote qui cauſam illam con-
tinentem atque coniunctam admittens ei curationem attribuat. Nos
itaque rectius Gal. verba interpretantes dicamus, quòd cauſarum abſo
lute (quod quidem illud [horum] indicat) iuxta tres illas corporum
naturas differentias repetat, vt poſtmodum id cauſarum genus eligat,
quod preſeruatiuę arti vel maxime conducat, dicens.

Hoc autẽ vniuerſum genus circa humores præcipuè negotiatur, quos neque lentos eſſe oportet, neque craſſos, neque aquoſos, neq; plurimos, neque uehementer calidos, aut frigidos, neque morda ces, neque putredini obnoxios, neque veneni affines, nam ubi au ctifuerint, generant morbos.

Non videri hoc cauſarum genus, quod preſeruationi ſubijcitur, cir
ca humores ſolum verſari, ſed circa ſex etiam illa nonnaturalia, quæ
immediate temperiem alterant, comprobat Argenterius: etenim ſi ex
Gal. mente, quæ neceſſario nobis occurrunt, adeo imprimere poſſunt,
ut co pori noceant, ſi medicus in ſanitatis conſeruatione, & curatio-
ne morborum (vt ipſe ſæpius teſtatur) harum rerum curam habet; cur
etiam cum iam obſunt, & morbum minantur, præſeruationem nõ re-
quirent, ac inter cauſas ſalubres cenſendæ non erunt? inſuper falſum
eſt (inquit Argenterius) quod ſcribit Gal. præſeruationis officium eſ-
ſe, vt omnia moderate ſe habeant; nam hoc potius conſeruatricis eſt
proprium, præſeruatricis vero emendandi, quæ iam immoderata facta
ſunt: præterea preſeruationi ſubijcit eos, qui à cane rabido ſunt vul-
nerati, aut venenum ſumpſerunt, tanquam quòd humoribus affecti
ſint, cum tamen hęc mala ſolidas partes occupent, humores vero nul-
lum ſentiant auxilium: adhęc non omnia vitia Gal. recenſet, quę in
humoribus eſſe ſolent, ergò diminutus, non enim minus humores prę
ſeruandi ſunt, cum exuperant, quàm ſi deficiant, neque minus cum

calidio-

©BIU Santé

calidiores fiunt,& frigidiores, quàm humidiores,& ſicciores, peſtilentes, maligni & huiuſmodi. Inanes mehercle ſunt hæ aduerſus Gal. obiectiones, vtpote qui prioris quidem ſolutionem oſtentet, cum ait in contextu,[circa humores præcipue] nam præcipuum præſeruationis negotium in humoribus verſari inquit, indicans ex hoc nonnullis ēt imminere morbos ob temperiem citra humoris vitium, quæ quidem contrahi poteſt ex rebus ſex non naturalibus, atque aliis huiuſmodi: Quod igitur frequentius accidere poteſt compendio vtens complectitur, ſiquidem humores frequentius morborū ſunt cauſæ antecedētes, quibus ex Gal. ſententia præſeruatio propriè debetur: at intemperies citra humoris vitium neutra ſanè diſpoſitio vt nunc, ac minor, quàm morbus vix à medico perpenditur,& facilimam habet reductionem, idque potiſſimum ſi regulentur humores, qui immediate ab ipſis rebus non naturalibus afficiuntur. Non eſt autem difficile ei reſpondere, quod ſecundo Argenterius obiiciebat ex Gal. quoque verbis, nam cum ait: Quos neque lentos eſſe oportet, emendandi modum tradit, non quidem, quòd ita moderati ſint, vt in conſeruatione fieri ſolet. Sed quid ad illud ex cane rabido obiectum dicemus? facile vtique reſponderi poterit, ſi ad Galenum recurramus, morbique naturam fuerimus contemplati; nam rabies hæc in canibus primum, mox in hominibus impreſſa maniaca quędam eſt diſpoſitio, ſiue furor, quę ex humorum corruptione primum ortum habet; canes namque cum ex Ætii ſententia natura calidi ſint, ac ſicci,& ob propriam, adſcititiamq; ex æſtate potiſſimum temperiem immoderatius incaleſcunt, atque exiccentur, rabies hæc in ipſis gignitur, ſiue (ut Gal. ait) tanta humorum corruptio, vt ſolum eorum ſputum, ſi humanum corpus contigerit, rabiem excitare poſſit: licet igitur diſpoſitio hęc aucta ſolida corpora, & naturalem caliditatem & ſiccitatem euertat, vt poſtmodum immedicabilis ſit morbus, origo tamen ipſius in humoribus adeſt, qui corruptionem, ſeu venenum illud primum contrahunt, vt clariſſime teſtatur Gal. cui quidem prius obuiandum eſt, ne morbus exoriatur: propterea vir iſte confundit præcautionem, atque curationem, cum enim ſolida membra malum occupat, tunc morbus factus adeſt,& ei curatio debetur: at cum virus in humoribus tantum initium deſumpſit, præcauendus eſt homo, ne in morbum tranſeat; tunc. n. affectio tantū eſt, non morbus: atq; hoc eſt illud, quod ſentit Gal. cū humorū in corpore noſtro infectiones, quæ putredinis, aut veneni vim habeant, caueri inbet, ex his etenim tractu tēporis morbi enaſcuntur. Quod vero nō oīa recēſeat vitia, quæ humoribus ſolent cōtingere, id nullū eſt obiectum,

lib. 11. metho. med. cap. 2.

6. de lo. af. cap. 5.

lib. 6. c. 24

nam

©BIU Santé

nam ex dictis ſat ei erat, vt compendioſæ ſtudens tractationi reliqua comprehenderet, quæ aut eiſdem, aut conſimilibus auxiliis indigebát, quemadmodum ipſe paulò infra docet. Non eſt autem, vt multis nitamur aduerſus ea, quæ de peſte inepte ſatis protulit, cum ex tractatu Excellentis patris mei hæc omnia diſcuſſa vberius habeantur, vt cuique vanas ipſius ratiocinationes diſſoluere facilimum ſit: Vbi igitur humores in vniuerſum conuenientem ſtatum in quantitate, qualitatibus ſiue primis, vtpote calore, frigore, ſiccitate, ac humiditate, ſiue ſecundis craſſitie, tenuitate, lentore, & huiuſmodi, aut tota ſubſtantia, ut venenoſa, veneni affini, maligna, & ſimilibus (inquit Galen.) morbos parere ſolent, priuſquam ipſos gignant, præſeruatione vtendum eſt. Quomodo autem humores, quoad hæc omnia augeantur, ſubdens Gal. ita ait.

AVGENTVR *uero nonnunquam eadem ex cauſa, quæ ab initio generauit: Illud autem plerunque accidit, ut ſua alteratione inficiant eos, qui ſunt in corpore humores.*

Miſſa cæterorum expoſitione, dicamus cum Haly grauiſſimo interprete, quod humores bifariam augentur, aut ex cauſis eiſdem, ex quibus generantur, aut cum cibi mali bonos etiam in corpore exiſtentes corrumpunt: prima quidem cauſa manifeſta eſt, nam ſicut ex cæpis alleis, pipere, & huiuſmodi cibis calidis ſuccus calidus, ac bilioſus gignitur; & ex carne taurorum, animalium ſylueſtrium, & ſimilium ſuccus melancholicus, craſſus, & ex caſeo, lacte, & piſcibus pituitoſus ac frigidus, ita ex his omnibus iidem ſuci adaugentur, qui tandem corpora ad ægritudinem traducunt; Secunda pariter aperta eſt ob ea, quæ ab Hippo. conſcribuntur: non pura corpora, quanto magis nutries, tanto magis lædes; humor enim malus, ſi cum bono ſanguine, reliquiſque humoribus commiſcetur, non ſolũ ipſum alterat, verum & temporis ſpatio corrumpens ad ſui naturam conuertit, niſi a virtute valida coadiuuetur; & licet aphoriſmus ille de conualeſcentibus potiſſimum locum habeat, cum tamen ipſum Gale. ad ſanos ęt transferat, eundem quoque nos non inepte ad corpora neutra vt nunc, quæ præſeruatione indigent, trãsferre poſſumus. Non eſt aũt prima cauſa diuidenda in materialem atque efficientem, vt Achachias & Truſ. cenſerunt, quandoquidem ſi agens vtpote calor naturalis ſeu hepatis ſanguificatiua imbecille admodum digerit, aut aduſit, aut melancholicum ſuccum generat, partes illæ neutræ non ſunt, neq; præſeruatione egent, ſed ægræ cũ ipſarũ laſa ſit actio, ac proinde

1. par. aff. for. 10.

2. de tuẽ. ual.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 733 sur 753

©BIU Santé

curationem expoſcunt. Cum igitur ex his duabus cauſis augeantur humores, qui morbum multotiens pariunt, duobus etiam auxiliis pro eorum præcautione indigere ait.

INTENTIO *uerò, & horum ſanationis duplex exiſtit, alteratio, & euacuatio.*

Alteratione enim primæ cauſæ opitulamur, euacuatione verò ſecũdæ; licet vtrique vtrunque auxilium quandoque competat, cum alterum ſufficere non poſſit: ſit enim corpus, in quo ex cibis craſſis complures craſſi humores adaucti ſint, alteratione vtique opus eſt, qua ad tenuitatem conuertantur: ſi verò in ipſa attenuatione quippiam excrementoſum gignatur; ipſum quoque euacuare debemus: pariter ſit aliud, quod ex prauis humoribus adauctis preſeruandum occurrit, euacuatione quidem indigebit, quę peccantes ſuccos è corpore adimat, verum & non ſine priori alteratione, quandoquidem iuxta grauiſſimi ſenis aphoriſmum: Concocta medicari, & mouere non cruda opus eſt. De primo autem auxilio hunc in modum ſcribit.

ALTERANTVR *igitur uel ab ipſo corpore concocti, aut ab aliquibus alijs facultatibus, quæ uim medicamentoſam habent; è quorum numero etiam ſunt ea, quæ exitialium ferarum venenis aduerſantur, ac præterea pharmaca, quæ uenena appellantur, tranſmutant.*

Duo in vniuerſum proponit Gal auxilia, quibus humorum, qui neutram in corpore præſeferunt diſpoſitionẽ, alteratio efficiatur, virtus nimirum concoctrix, ac medicamenta, quæ vim medicamentoſam habent, vt humoribus alterationem præſtent; inter quę recenſet, quæcunque exitialium ferarum venenis aduerſantur, ac pharmaca, quę uenena appellantur: virtus quidem in corpore exiſtens coctionem præcipuè generat, quẽadmodum ſuperius declaratum eſt, quod enim craſſum eſt, attenuat, & ad debitam conſiſtentiam redigit, vt eo tandem partes nutriuntur; ſi quidem aſſimilat, apponit, & vnit, quo ad fieri poteſt; quòd ſi hæc omnia præſtare non poteſt, coctione ſaltim bonum à malo ſegregat, vt corpus bono quidem perfectè alatur, malum vero virtute expultrice è corpore eiiciatur: cibaria quinetiam non quidem priuario concoquunt, ſed ob virtutem, quam à calore noſtro ſuſcipiunt, impedimenta prohibent, quóminus coctio efficiatur, vt de ſyrupis antea dictum eſt, qui etenim infrigidant, calorem naturalem ad igneum conuerſum ad priſtinam naturam vertere ſtudẽt

ut

©BIU Santé

vt poſtmodum is validius concoctionis officium exerceat: qui autem calidos ſyrupos exhibent, adiumento ſunt facultati, quæ vnà cum calore medicamenti illius promptius audet craſſos, lentos, atque uiſcoſos humores aggredi rarefaciendo, & attenuando. Non eſt autem exponendum, vt multi interpretantur, quòd illud [concoctis] ad medicamenta etiam referatur, nam quomodo poſſunt interpretari ea, quæ ſubſequuntur uerba de alexiteriis, ac alexipharmacis, quæ agunt nullã molientes coctionem, ſed ob contrarietatem, quam habent cum venenis, & aliis iſtiuſmodi naturæ noſtræ valde inimicis? ſed vt dictum eſt, quòd ſecundariò tantum concoquunt, eo, quo declaratum eſt, modo, alterant vero primariò frigidam quidem infrigidando, calida verò calefaciendo, & tenuia attenuando, & craſſa incraſſando; quæ vero ex horum natura ſunt & alexiteria hoc eſt vim ferarum oppugnantia, & alexipharmaca hoc eſt aduerſus deleteria pharmaca nuncupantur, duplicia ſunt ex Galeni mente, quædam enim alterant, nonnulla uero è corpore affecto venenum corrumpens, deleterium vè medicamen euacuãt; quæ alterant adhuc in duplici ſunt differentia, alia enim dum ob qualitatis contrarietatem, ſiue ſimplicis, ſiue conplicatæ in uenena animãtis, & deleteria agunt, ipſáque adeo tranſmutant, vt non amplius corpori noceant, ſi enim frigidum venenum animantis, aut deleterium pharmacum corpus offendit, medicamentis calefacientibus ei auxiliũ præſtabimus; ſin calidum refrigerantibus, humidum exiccantibus, ac ſiccum humectantibus, ſicut ſi frigidum & humidum calefacientibus, & exiccantibus, ac aliis omnibus iuxta reliquas coniugationes: alia uero ex tota ſubſtantia venena, ac deleteria pharmaca immutant: atque hæc naturam habent mediam inter corpora affecta, & medicamenta, ſeu uenena lædentia: vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatẽ alexiteriã, q̃ alexiteri ad corpus: qua de re talia alexiteria ſi quo ad quãtitatẽ ꝓportionẽ excedũt animãtis corpus aduerſus deleteria nõ ſolum non iuuant, ſed & grauiter oblædunt; ea namque largius aſſumpta corpori uenena fiunt, ut hoc uocabulo hic nominat Gale. Rurſus quæ euacuant bifariam quoque diuiduntur aut tenuium partium caliditate, aut totius ſubſtantiæ ſimilitudine: unde dicebat Gale. non eſt mirandum cur hæc quidem ſurculos, alia uenenum trahendi facultatem habeant, ſed etiam eorum, quæ uenena trahunt, alia uenenum uiperæ, alia marinæ paſtinacæ, alia alterius cuiuſpiam attrahunt, ſiquidem ut magnes totius ſubſtantiæ ſimilitudine ferrum ad ſe attrahit, ita & hæc propria ſibi, affiniaque uenena, quæ quidem corpori non nocẽt, ſi congrua proportione adminiſtrentur; ob id enumerans quæ euacuatione

5. de ſim. med. c. 18.

1. de pot. nat. 14.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 735 sur 753

©BIU Santé

tione tale auxilium præstare possunt, duplex hoc medicamentorum genus recenset, quod non solum venena, & deleteria, uerum & superfluos corporis humores euacuare potest iuxta eam, quam ex tota substantia similitudinem obtinent, aut caliditatem, quæ in eorum tenues residet partes, atque ita scribit.

EVACVANTVR *autem satis calidis medicamentis, & purgationibus, & clysteribus, & sudoribus, & uomitibus.*

Taceat igitur Argenterius, qui ignorat, quæ nam sint hæc calida medicamenta euacuantia, sunt enim tenuiū partium, ac natura valde calida, quæ extrinsecus admota attractione omne deleterium venenum euacuant, ut erat Gale. sententia, sunt & illa, quæ leui quadam caliditate cum humiditate iuncta, vt cassia, manna, & istiusmodi interius assumpta leniunt corpus, & humores noxios lene admodum educunt; per pharmaca vero intellexit quęcunque totius substantię similitudine non tantum uenena, & deleteria, sed & utranque bilem, ac pituitam euacuant, quæ quidem cómunes sunt euacuationes, ut & quę ex clysteribus, sudoribus, atque uomitibus efficiuntur. Verum fortè quis obiiciat neque uerum uideri, clysteria, sudores, ac uomitus euacuationes esse communes, sed partiales, quandoquidem clysteria quæ in intestinis sunt, tantum euacuant, sudores verò materias cutaneas, ac vomitus proprios ventriculi humores; neque sibi ipsi constare, cum euacuationem per ventrem inter proprias enumeret: Respondet Argenterius, quòd euacuatio per clysteres, vomitus, atque sudores propria est partium, per quandam tamen consequentiam & vniuersi corporis; atque ob id communis etiam dici potest, sicut altera per ventrem propria: in quam etiam responsionem omnes fermè incurrunt. Nos vero fortè rectius ac clarius respondebimus, dicentes, quòd Galen. hanc vel illam communem propriamvè non nominat euacuationem ex loco, ex quo talis euacuatio efficitur, sed ex parte, aut toto, quod in morbum incurrere aptum sit, si enim totum sit corpus, quod ægrotaturum sit, siue euacuatio fiat per ventrem, siue per vomitum, communis apud Galenum dicitur euacuatio, at si immineat periculum, ne pars quępiam ægrotet, euacuemus autem per sudorem, aut vomitum, aliumve communem à Galeno vocatum locum, talis vtique partialis censebitur: ratione itaque aut totius, aut partium, quę ad ægritudinem delabuntur, euacuationum discrimina constituens, subdit.

5, de sim. med. c. 18

HÆC

©BIU Santé

Hæ igitur ſunt communes euacuationes, propriæ autem ex locis, in quibus coaceruantur, aſſumuntur, vt in libris de ſalubribus oſtendimus tertio præſertim, ac quarto, in quibus de laſſitudinibus egimus, ac reliquis diſpoſitionibus, quæ laſſitudini natura proximæ ſunt: promptius enim euacuantur per ventrē quæcunque in primis venis continentur ſuperfluitates: quæ autem in his, quæ in hepate ſunt, per vrinæ meatus: at quæ in toto corpore per ſudorem: ſicuti quæ in capite, uel per palatum, uel per nares, uel per vtrung: quæ uero ſunt in ſpatijs pectoris laxioribus per guttur ſimul cum tuſſi, quæ in renibus ſunt, uel ueſica, per urinam.

Prædictam itaque noſtram expoſitionem clariſſime confirmat, quæ circa proprias, quaſi locales dicas, euacuationes Gal. ſubiecit inquiēs. [Propriæ autem ex locis, in quibus coaceruantur.] Memorat autem diuerſas partiales euacuationes, cum & partialia loca neutram habent diſpoſitionem; de quibus ſe copioſius lib. de tuend. valet. ſcripſiſſe ait, cum de laſſitudinibus, eisque proximis aliis diſpoſitionibus ageretur; laſſitudines namque vt dicebat Hippo. morbos futuros prænuntiant: egimus autem & nos de eius auxiliis, cum ſuperius de eis in parte conſeruatiua ex Gal. mentionē fecimus, vt nil amplius deſideretur, quod ad præſentem locum attinere videatur: Non eſt autem, vt diutius circa partiales hos affectus, eorumque auxilia inſiſtamus, cum & de his ſuperius ſatis ſuperque dictum ſit. Quod vero ſubdit. 2. aphor. par. 5.

At trahendi ex omni loco ad oppoſitas partes communis indicatio eſt ad quam maxime diſtantia, deriuatio uero ad uicina.

In corporibus quidem neutris nonnihil habet diuerſitatis ab ea tractione, quam in affectis corporibus tum diuerſione, tum deriuatione adeſſe diximus; in prioribus namque morboſis ob fluentes humores diuerſio efficiebatur; ob fluxos uero nondum tamen fixos deriuatio: at in his, quę prę manibus pręſeruanda habemus in diuerſione, & deriuatione non ſolum humores fluentes reſpicimus, ſed & eos, qui nondum fluunt, fluxioni tamen aut apti, aut aſſueti ſunt: ſi enim (vt intendebat Galen. libello de ſangui-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 737 sur 753

©BIU Santé

nis missione) immineat periculum, vt quis in podagricum affectum incurrat, in quem quotannis statuto tempore solet incidere, huic vero uena è cubito secetur ante humorum fluxionem, talis vtique diuersio nuncupatur: Indicatio namq; communis oritur vt ad maxime distantes partes humores, qui ad pedes fluxuri sunt, retrahantur: si vero sit alius, qui ob humoris melancholici copiam partes hypocondriacas occupantis facile incurrat in vehementē venarum ac meatuum obstructionem, aut eius effluxionem ad cerebrum, ex qua melancholicus posthac affectus primariò gignatur, venę autem hęmorroidales aperiantur, hæc vtique deriuatio dicetur, ad propinqua namque talis fit humoris melăcholici retractio: Verū tamē quoad reliqua eodē modo in vtrisq; corporibus diuersione atq; deriuatione vtimur, ita vt diuersio ad maxime opposita, deriuatio vero ad vicina efficiantur secundū tamen rectitudinē seu fibrarū, seu communicantię lateris, seu vtriusque, quemadmodum à nobis superius declaratum est; tametsi in corporibus neutris rectitudo lateris potissimū spectetur, quàm ea venarum cum nec fluxio adsit, quā in ægris corporibus vel maxime perpendimus, dum humores ad propriam originem trahere exoptamus. Cęterum quæ circa hanc materiam superius à nobis dicta sunt, satis esse possent, nisi me Argenterius, vt nonnihil aliud dicam, mirum in modum incitaret non tantum ob ea, quæ aduersus Curtiū, Achachiā, reliquosq; grauissimos viros conscripsit, sed quæcunq; in Galenū inconstanter prodidit, cū modo quidē illū sectetur, modo vero eius sententię aduersetur Rē quidē hāc breuibus verbis agā id solū dissoluens, quod nostrę, quā supra tulimus, sentētię, Galenoq; oppugnare cognouero. Oppugnat itaq; in primis Galeno Argenterius, q diuersionem inconstanter vsurpet, modo quidem ad partem oppositam retractione secundum quaslibet oppositiones, vtpote dextrum, & sinistrum, ante, & retro, sursum & deorsum, modo vero pro ea ad propriam originem, vt fluxus hunc in modum sistatur: at quod prima retractio, quæ est à dextro ad sinistrum reuulsio dici non mereatur, aduersus Gal. idem comprobat: nam si fluxiones authore eodem ad suam originem reuellere
2. ad Glau. oporter, nunquam fluxionem à dextris ad sinistra, neque à sinistris ad dextra mitti reperiemus: item idem reuulsionem per communes venas faciendam esse iubet, sed quęnam communicantia est inter dextrum, atque sinistrum? nulla certe, non igitur talis est reuulsio: postremò Galen. est sententia ex Hippocrat. quòd seruetur rectitudo secundum sursum & deorsum, reliquas vero excludit, siquidem sursum & deorsum corporis longitudinem respicit, atque directionem, reli-

OBIU Santé

reliquæ vero latitudinem, atque vias obtortas. Secundo obstat, si reuulsio fit ad partes quàm maxime distantes, deriuatio vero ad propinquas, cur est, quòd eas quãdoque confundit, & diuersionẽ ad maxime propinquam partem facit, de oculorũ fluxionibus verba faciẽs, quibus ad palatum, seu nares per acria medicamina reuulsionis auxilium præstat? quæ quidem potius deriuatio, quàm reuulsio dicenda est. Tertiò obiicit Galeno, quòd humoribus, qui iam fluxi sunt, derivationem administret, quæ potius his debetur, qui lenè quodammodo fluunt, sicut diuersio his, qui rapidissime mouentur, nam (inquit ille) quod iam sparsum est per partis substantiam, dimoueri non potest, ita vt rursus ad proprios canales redeat, sed per localia potius auxilia dispergendum est. Aduersus autem ea, quę à nobis determinata sunt, cum diuulsionem, ac deriuationem quandoque eodem tempore, vnaque sectione fieri posse diximus, opponit idem, nam si deriuare, vt græcum sonat vocabulum, est ex riuo in alios canales humorem ducere, vt & in pratis irrigandis fieri solet, & Hippo. consentit, cum humores, qui per non conuenientem regionem terri inceperunt, ad eam ducimus partem, quæ ipsi propinqua est: reuellere vero sit ad partes longinquas, atque per eosdem canales, per quos materia effluxit, non vtique eodem tempore, eademque sectione diuertemus, ac deriuabimus, idem enim non potest esse respectu eiusdem loci affecti propinquum, atque remotum, neque per eosdem canales retrocedere, atque diuersos: insuper si diuersio ex Galeni mente, quod influit, respicit, deriuatio vero quod iam influxit, quomodo fieri potest, vt vni eidemque humori reuulsio & deriuatio tribuatur? Hæc sunt obiecta, quæ cũ Galeni nostramq; sniam respiciant, dissoluere proposuimus mittentes, quę in alios obiiciuntur, cum nostra intentio non sit rem hanc longiori tractatione persoluere. Atqui si studiosus Lector animaduertat etiam quęcunque superius à nobis dicta sunt, omnia hęc facillime dissoluere poterit; primo namque obiecto respõdimus, dum Auerroim obiurgaremus, qui vt & Argenterius Galenum de inconstantia reprehendebat; non enim intelligit Gal. quòd pars corporis dextra in reuulsione opposita sit alteri eiusdem sinistrę, nulla enim inter dextram hanc & sinistram rectitudo seruatur, sed in eadem parte seruatur dextrum, & sinistrum, ante, & retro, & similes oppositiones, vt exẽplo iecoris dictum est, qui respectu manus dextrę licet in dextra sit parte, ad sinistra tamẽ vergit: ex qua quidem declaratione secundę instantię satisfactum esse puto, quã ipse ex Gal. desumpsit, seruamus nãque cões venas in reuulsione à dextris ad sinistra eo, quo declaratũ est, modo: Quod vero postre

6. Epide. sec. 3. comm. 31.

2. ad Glauco.

2. ad Glauco.

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 739 sur 753

©BIU Santé

mò dicebatur Gal alibi ſolam ſurſum & deorſum oppoſitionem reſpi-
5. Epide. ſec. 2. con tex. 9. cere, falſum eſt, nam etſi Hippo. ſurſum & deorſum oppoſitionem ex-
priuat, cum ait, Diſſimilia ſi ſurſum repant, deorſum tracta ſoluere,
& contraria ipſa, vt capitis purgatio, venæ ſectio, ubi non ſponte
detrahitur; non tamen ob id reliquas excludit, quandoquidem cum
5. aphoriſ. par. 68. ait Hipp. Doléti partẽ capitis poſteriore in fronte vena inciſa prodeſt,
Gal. in com. ſubdit: Non ſolum ſtudet Hippocra. vbi ſit opus euacua-
re, ſed cum auerſione; auerſio autem ad contraria fit: ſecundum lon-
gitudinem quidem ſupra infraque, ſecundum latitudinem verò hinc,
atque inde, hoc eſt à dexteis & à ſiniſtris: ſecundum profundum verò
ante, & retro: Quod ſi dicat, vt innuit in ſua interpretatione Gal. per
auerſionem intellexiſſe quoddam veluti genus ad reuulſionem atque
deriuationem, etſi huius gloſſæ falſitas manifeſta ſit, quòd ſuis placitis
aduerſatur, cum deriuationem non ad contratia, ſed ad vicina fieri
Galeno conſentit; clarior tamen apparebit, ſi quæ Gale. conſcripſit,
ad verbum legantur: poſtquam enim Gale. quæ deriuatio ſit, edocuit;
nempè ad vicina loca, & reuulſio pariter ad contraria, exemplisque
vtranque oſtenderit, ſubdit, eodem modo ſi pars capitis poſterior
dolore affligatur, recta vena in fronte ſecta, vt diximus, prodeſt; pro-
pterea quòd non euacuat modo, ſed etiam reuellit, cum reuulſio (vt mo-
nui) ad loca contraria fiat, vt exempli gratia in longitudine ſupra & in
fra, in latitudine vero hinc & inde, hoc eſt à dextris, & à ſiniſtris, in al-
titudine retro & ante: Quid clarius? ſed cur Hippocra. de ſola oppoſi-
tione ſupra infraque eo loco agat, cauſa fuit, vt Galen. inquit in
commen. quoniam de humoribus irritatis, ac vehementer concita-
tis ſermo illi erat, in quibus quidem hæc potiſſimum oppoſitio
ſpectari ſolet; at in his, qui non valde confluunt, alias oppoſitiones
ſeruare poſſumus, atque potiſſimum ſi ægritudo diuturna eſt: quo
quidem caſu reſpectu humoris fluentis reuulſio neceſſaria eſt, at
pro fluxo deriuatio. Non eſt autem difficile ex dictis ſecundæ ob-
iectioni reſpondere, quandoquidem non ſolum Galen. reuulſio-
6. Epide. ſec. 2. con tex. 32. nem illam ad locum propinquum nuncupat, ſed & Hipp. cum ait:
Oculis rhyade affectis, ſi aliter conferre videtur, ad fauces reuellere, o-
culorum. n. diuturnas fluxiones ad fauces reuellendo transferimus a-
cribus videlicet medicamentis, quibus opus erit palatũ illinire, atque
vt gargariſmate vtantur iubere; niſi forte ſimus aliquid inde deterius
effecturi: hęc tñ deriuatio propriè non eſt, qm̃ nõ oẽs hẽt conditiones,
quæ ipſi debẽtur, licet ad propinqua quodãmodo fiat: ꝓpterea fallitur
bonus hic vir ob prauã terminorũ intelligẽtiã: quibus quidẽ rectè per-

ceptis

©BIU Santé

ceptis clara euadét oia, vt nil amplius cõtra nos ſcrupi derelinquatur: reuulſio itaque propriè tres habet conditiones, vt directionem lateris ſeruet, atq; fibrarum ductum, ſi fieri poteſt, ſi non apertum, occultum ſaltim, atq; internũ, per oppoſitionẽ quæ eſt ſurſum, & deorſum valde remotam, atque ob humores confertim fluentes, quæ autem ab his deficit, reuulſio & ipſa dicitur, verum non adeo propriè: pariter & deriuatio tria alia requiſita continet, vt ad latus vergat, ad vicina, & humores fluxos à parte affecta retrahat: propterea Galen. de reuulſione loquens non eam quidem ab auerſione diſtinguit, vt genus à ſpecie, vt ait Argenterius, ſed eodem vocabulo græco eam, quæ proprie & impropriè dicitur, declarat, dum Hipp. ſententiam interpretatur his verbis: cuius etiam ipſius rei diſcrimen in libro de humoribus nos edocuit reuellere nos iubens (græce enim ait ἀντισπᾶν) ad contraria, deriuare verò ad latera, quinetiam cum maxime influit, tum reuellere (eodem enim vocabulo ἀντισπᾶν vtitur) dictum vero & de hoc in eo libro eſt: quare nunc quoque ſi etiam num fluxio valenter irruat reuellere ad contraria ſtudebimus, vtique ſi in ſuperioribus vlcus conſiſtat per inferna purgantes, ſin autem in inferioribus ſit ſuperiorem ventrem vacuantes. De deriuatione vero hæc verba ſubdit: At ſi iam fluxio reſtitit, atque in membro inhæſit, deriuare per vicina magis expedit, cum & in propinquiora tranſlatio ſit, & medicamento promptior tum acceſſus, tum attractus è vicino detur. Si igitur accidat, quòd per locum non valde remotum fiat retractio humoris fluentis, hæc vtique à prima quodammodo deficit reuulſione, ſed non ob id nomen amittit, at ſi conditiones reuulſionis ac deriuationis adinuicem confundantur, quæ magis prævalent, retractioni nomen imponunt: ob id Hippocrat. cum ait; Dolore ad clauculam pertingente internam cubiti venam ſecandam eſſe, donec rubidior multo, vel pro puro, rubidoque liuidus fluxerit, Galen. in commen. ſubdit Hippocrat. venam hanc in cubito ſecare, quę ſanguinem ab affecta parte, & magis & velocius tum reuellere, tum vacuare poſſit, cum tamen humorem etiam fluxum, & non ad valde longinquam partem detrahat, vt ex parte humoris fluxi, lociq́ue propinquitate quodammodo deriuatio dicatur, ob alias vero prævalentes conditiones reuulſionis nomen mereatur. Reſpondentes itaque tertiæ inſtantiæ ſecundæ illius obiectionis dicimus, quòd duplex eſt materia in membro contenta, altera quidem fixa, & per minimas membri particulas diſperſa, quam vtique attrahere non poſſumus, ſed reſoluentibus euacuamus: altera vero ſoli parti

4. met. 6.

2. de rat. uict. 10.

ad

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 741 sur 753

©BIU Santé

adhærens', quam Hippocrat. reuulsione derivatiua euacuandam esse præcipit, alioquin frustra præceptum traderet, si vt ille ait, euelli non posset. Quòd vero nostris aduersatur dictis prius quidem ei responsum tradidissemus, si quæ hoc loco conscripsit à nobis visa fuissent, verum ex nuper dictis breuiter ei satisfaciemus, fatêres & nos deriuare nil aliud esse, quàm ex riuo in alium canalem ducere, atque hæc proprie deriuatio dicitur; at non adeo propriè ea est, quæ quapiam ex reuulsionis conditionibus participat, vtpote quòd per directum effi-
1. de hum. Hippo. cô. 13. ciatur: atque ob id dicebat Gal. postquam dixit, quòd deriuatio ad vicina loca fit, reuulsio vero ad contraria tradens. Exemplum subdit; vt si quod per palatum euacuetur, ad nares deriuamus, sursum vero reuellimus, quasi quòd inuicem nonnunquam ambę confundantur. Non est autem inconueniens (vt idem opponit) eandem sectionem & longè & propè dici, si ad diuersa comparetur, quippe vena iecoraria dextri lateris propè est inflammationi pleuræ dextri lateris, longè vero si pedis eiusdem lateris phlegmoni comparetur, licet in vtroque affectu rectitudo lateris seruetur; pariter eandem venam eiusdem loci comparatione longè dici atque propè, iecoraria namque vena mẽbranæ inflammatæ propè est venæ extremæ manus vel tali relata; quas quidem distinctiones cum ignoret Argẽterius in varia pericula dilabitur: sicut cũ ait vni, eidemque humori non deberi deriuationem, diuersionemque, fallitur namque ex eo quòd iuxta Hippo. decreta dictum est, cum primum quidem humor fluens, mox & qui fluxit, euacuetur, vt primum quidem diuersio, demum autem deriuatio iure dicatur: neque ob id confunditur curatio, seu præseruatio, tametsi ex varia euacuatione nomina retractionis diuarientur: Atque hæc satis sint pro satisfactione eorum, quæ nostris decretis poterant obstare, cum antea hęc ipsa, quoad Gal. contextum explanandum satis erant, fusius enarrauimus: Gal. autem finem causis imponens salubribus, quæ neutris vt nunc præsunt corporibus, hunc in modum scribit.

QVAECVNQVE uero huiusmodi curant dispositionem, causas salubres appellamus, sicut insalubres eas, quæ adaugent, & neutras, quæ neque obsunt, neque iuuant. Posset vero quispiam nec que omnino causas appellare, quemadmodum maior pars sophistarum, qui rerum quidem differentiam inuenire contendunt, plurimum vero temporis in nominibus conterunt, contra quos in alijs vberius disseruimus. At pars quidem artis præseruatiua talis est.

Facilima

©BIU Santé

Facilima est huius loci interpretatio, si recte Gal. verba perpendantur, vt non solum vtilis hęc tractatio sit, sed & necessaria, quicquid garriat Argenterius, qui vt & cæteri interpretes vanas confingentes expositiones ipsius mentem non percipiunt. Dicit itaque Gal. quòd prædicta omnia auxilia causæ salubres dicuntur, cum huiusmodi curant dispositionem, sicut eorum opposita, quæ adaugent, causæ insalubres, & neutræ quæ nec obsunt, nec iuuant; cum enim neutræ causę sint duplices conseruantes & efficientes; conseruantes quidem si corpori neutro applicentur, aut salubri, aut insalubri, nil eis obsunt, cum enim in medio sint, cuicunque applicentur corpori nullam in eo manifestam inferrent noxam; efficientes verò nullo prorsus neque ęgro, neque sano, neque neutro corpori iuuamento erunt; neutro quidem cũ & ipsę neutrę sint, ęgro vero ac sano, quoniam dum pro earum necessitate vtriuis corpori applicentur, idipsum alterare, immutareque non sufficiunt. Vanum igitur est, quod Argenterius arbitratur neutrius significatum alio modo hic à Galeno comprehendi, quàm alibi faciat; superfluum quinetiam est, ut nonnulli faciunt, scisciatari num hæc causæ neutræ diffinitio cum alia in primo libro tradita coincidat, siquidẽ id aperte satis liquet: atque ob id non iniuria sophistas reprehendit, qui causas has eo q aperte non alterant, inter causas reponendas non mereri existimant, in nominibus namque conterunt tempus, resq; ipsas intimius non scrutantur. Non est autem silentio prætereundum, quemadmodum à principio huius tertiæ sectionis à nobis dictum est, quòd cum Galen. non solum de causis salubribus agat, vt præsidia, sed de insalubribus & neutris, alioquin mancus eius sermo foret, de insalubribus quidem ut morbum generant, ac de neutris, vt nec iuuant, nec nocent, nonnulla solum pertingit, quoniam vtręq; hę propriè artis non sunt, sed quatenus à corporibus arcentur, non enim ars medica hominem interficit, neque eundem in medio statu detinet, si sanitatem introducere potest, sed tantum admonet, ac docet à quibus homo offendi potest, ut ab his postmodum pręcaueatur. Neque in eorum sententiam deuenio, qui aiunt in 2. libro de causis insalubribus Gal. loquutum fuisse, quandoquidem seipsum confunderet, cum primo de corporibus, secundò de signis, postremò de causis agere proponat. Restabat vt de corporibus neutris conualescẽtibus obloqueretur; hoc autem in postremo subsequenti facit capite, quod sic exordium sumit.

De

©BIU Santé

De parte artis, quæ conualeſcentes reficit, & ſenibus congruit. Cap. 100.

QVAE autem reficit, atque reſtaurat in conualeſcentibus, ac ſenibus locum habet: qnæ vero ſit horum diſpoſitio, & à quibus præcipuè cauſis ad naturalem reducitur habitum in libris, in quibus de medendi arte tractauimus, abunde explicauimus, ſed nunc per capita dicetur.

CVM neutris conualeſcentibus connectit etiam ſenes, ſiquidem ambo conſimili præſeruatione egere videntur, cum neque perfectam habeant ſanitatem, neque morbo præmantur. Verum aduerſus hanc Gal. tractationem Argenterius inſurgit, primum quidem non ſibi videri libris methodi Gal. de conualeſcentibus ac ſenibus copioſius pertractaſſe, etenim ſi locus is eſt, ſeptimus vtique metho. med. liber cenſetur; at eo loco quædam de conualeſcentibus ex ſicco morbo tantum peragit, non autem abunde, ac de ipſis ſenibus libris de tuend. ſanit. & lib. ad Traſſib. de vtriſque breui admodum cõpendio. Secundò autem oppugnat tractationem hanc ſenibus non cõuenire, quoniam ſenes ſanguinem non habent optimum, ac exiguum, ſed pituitoſum, & quandoque copioſum pro corporum diuerſitate: quod quidem non ſolum ex Hippo. atque ipſomet Gal. comprobat, ſed & ratione, atque experientia, quidam enim ſenes ſunt, qui permulto ſanguine, ſed pituitoſiore in venis abundant: Inſuper quod infra ſcribit eos ad conſueta exercitia redire, & cibos in principio humidos aſſumere; in progreſſu vero plurimum nutrientes, ad conualeſcentes tantum pertinet. Tertio obſtat etiam conualeſcentium ſtatui à Gal. de ſcripto, quòd non ſemper talis eſt, quandoquidem conualeſcentes nõ ſatis probo ſanguine conſtant, ſed quandoque acriori, ſiquidem his, qui ex febrili morbo leuantur, obardorem ſanguis acutior factus eſt, aut plerunque alijs inſignito adauctis qualitatibus, multoties etiã his vniuerſi corporis frigiditas non conſequitur, ſed potius caliditas quædam ex febrili calore derelicta. Quartò aduerſatur vnico verbo animali ſpiritui, quem Gal. commentum eſſe ait: ac poſtremò, quòd ſicut morbi, qui præceſſerunt, & corpora, quæ illis laborarunt, natura, & condi-

libr. 5. de tuen. ual.

©BIU Santé

conditione inter se discrepant, ita & vnus idemq; cõualescentiũ status esse nõ potest, vt sub vno tãtum capite eius curatio (vt hic facit Gale.) cõprehendatur, aliam namque curationem exposcere videtur siccitas post morbũ derelicta, aliam caliditas, & aliam frigus, siue humor superfluus, aut quid tale à prioribus distinctum. Quoad primum quidẽ obiectum attinet, vellem vtique, vt importunus hic vir septimũ illũ meth. med. adiret, neque duas tantum lineas percurreret, sed totam diligentius tractationem expenderet; inueniret namque confestim Galen. de conualescentibus ipsis sub ventriculi siccitate affecti exemplo copiosissime tractasse: quod quidem clarissime ostendit his verbis. Quod autem & de omnibus, in quibus conualescens nutritur, habenda in primis cura sit potissimum ne frigidiores, calidioresvè iusto sint, superuacaneum dicere arbitror; pari modo & de aliis eius generis, quæ inuenire sibi quisque sine nostra opera potest, doctus videlicet non solum ex his, quæ hic, sed etiam quæ in opere de sanitate tuenda sunt dicta: Est namque conualescentium victus ratio media quædam inter eam, quę sanorum propria est, & quæ ægrotantium: quare difficile non est ex his, quę de vtraq; sunt prodita, vt per seipsum quis mediam inuenat: & paulò post concludens subdit: Nunc illud dixisse abunde sit non modo in conualescentium victus ratione, sed etiam in morbis magnam partem ad materiæ alimenti, & medicamenti electionem ex consuetudine sumi. Quod autem idipsum & ad senes transferat, videri licet quęcunque de intemperie sicca ab eo conscribuntur, vbi solida corpora hæc ipsa contigerit; ait namque: Quippè senum hi ventriculum obtinent, priusquã consenuerint: quo fit, vt facile ex leuibus lædantur causis perinde ac senes, nec probè concoquere possint, ac tandem Gal. ea omnia tradit, fusius tamen, quæ hic per capita ab eo dicuntur. Secundi autem obiecti primæ rationi facilis esset responsio, si vt nonnulli legunt, loco optimi vtilis legatur, quasi dicat Gale ꝙ sanguis vtilis quidem est, vt in nutrimentum conuertatur, si virtus concoctrix sufficiat, at paucus ob virium imbecillitatẽ. ꝙ si legamus vel optimus, vel bonus, vt alii non simpliciter quidem talis sanguis dicendus, sed si ad morbosa corpora cõparetur, aut ad propriam senum materiã: talis n. bonus est, vt sua exigit natura atque temperies, non tamen absolutè; sat enim est, vt saltim nulla malitia participet, tametsi cruditate quapiam: cuius quidem causa est virtus duntaxat imbecilla, quæ si fortior fiat, quod potestate optimum est, actu tale postmodum efficietur: Alteri vero instantiæ responderi potest, quòd Galenus auxilia conualescentium præcipuè tradit, quæ & senibus adaptari possunt:

cap. sexto propè libri calcem.

&

©BIU Santé

& licet nonnulla ex dicendis ſolis conualeſcentibus competant, nõ tamen ob id tollitur, quin in his, quæ maioris momenti ſunt, vtriq; conueniant, vt in progreſſu noſtræ interpretationis clarius patebit. Nullũ autem tertium obiectum eſt, ſi ſolum conualeſcentium ſtatum contemplemur, ſanguis enim bonus eſt, quoniam & ſi in eo ob febrilem cãloré acuties introducta ſit, aut quid tale, purgatione tamẽ tum à medico, tũ à natura facta ad priſtinam temperiẽ redactus eſt, vt nil amplius quoad qualitatem ei deſit, ſed ſolum quantitas, quę recta victus ratione poſtmodum (vt docet Gal.) adaugetur. Quàm vero inepte quarto loco de ſpiritu animali damnet Gal. placitum, nõ eſt, vt impreſentiarum aliud dicamus, cum alibi eius ſententia fuerit exploſa. Reſtat autẽ, vt poſtremum obiectum diluamus, cui quidẽ ex dictis ſatisfactum eſſe reor, confundit namque morbi ſtatum cum eo conualeſcentium; etenim ſiquid in eo intemperiei derelictum eſt, aut humorum, nonne adhuc corpus illud ægrum dicetur, aut ſaltim neutrum ex decidentia, cuius quidem
3.aph.12. remedia Gal. ſuperius tradidit? Vnde dicebat Hippo. Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere conſueuerunt: at in ſtatu hoc conualeſcentium haud periculum eſt, vt in recidiuas labantur: ſiquidem ſolam ſanguinis paucitatem, & virium imbecillitatem habent, quibus quidem ſolis auxilium pręſtandum eſt. Cæterum obiiciunt alii, quòd ſenes neque ſub corporibus neutris, neque conualeſcentium, ſed potius decidentium enumerandi ſunt, non quidem ſub neutris corporibus, quandoquidem eos ad naturalem non reducimus, quinimmo ſi ſenex ſuum naturalem habet ſtatum, vt voluit Galen. lib. de tuend. valetu. nullo pactò ammouemus, ſed conſeruamus: Inſuper ſit ſenex à principio ſuæ vitę vſq, ad finem ſalubre corpus ſimpliciter, quomodo poterit eſſe neutrum corpus vt nunc? diuerſa namque ſunt, atque inuicem non ſe compatientia: poſtremò ſi neutra concedantur, potius inter decidentia enumerari promerentur, cum ſenum corpora in peius quotidie delabantur, vt tandẽ morti naturali ſubiiciantur: priori quidem rationi breuibus reſpondemus naturalem quidem ſtatum ſenum à nobis non reduci, ſed naturales actiones refici, atque inſtaurari alimẽto, ac victus ratione: atque ob id pars hęc ἀναλυτικὴ nuncupatur: ſecũdo vero dicimus, quòd licet ſenex ſalubre corpus ſimpliciter eſſe poſſit, attamen ſecundum quid & neutrum, vt vberius libro primo dictum eſt. Quod vero poſtremo adducebatur, facilem habet diſſolutionem, ſi conuenientiam, diuerſitatemque ſenum cum decidentibus ac conualeſcẽtibus corporibus perpendamus; licet enim ſenes decidant, non in morbum tamen naturæ inimicum, ſed in naturalem corruptionem, vt in

tractatione

©BIU Santé

tractatione de putredine dictum est: hoc enim ex natura propria quibusque naturalibus rebus inest: atque ob id senum, ac decidentium reparatio diuersa est, variaque expoſcit auxilia, quin immo decidentiũ reparatio facilis est, at senum difficilis, atque impoſſibilis: atqui senum, ac conualeſcentium tametſi non ex toto conuenientia exiſtat, ambo tamen in virium, ſanguiniſque reſtauratione conueniunt; vt hac de causa eadem expoſcere remedia videantur. Suppoſito igitur his verbis à Galen. vtrorumque ſtatu.

DISPOSITIO *igitur talis eſt, optimus quidem, ſed exiguus eſt ſanguis, atque vna cum ipſo ſpiritus animalis, atque vitalis, ipſe vero particulæ ſolidæ ſicciores, et idcirco earum vires ſunt imbecilliores, atque earundẽ ratione corpus vniuerſum frigidius.*

Cum enim ex tribus humanum corpus conſtet, vt voluit Hipp. contentis, continentibus, acimpetum facientibus, hoc eſt ſanguine, ſolidis membris, ac ipſis ſpiritibus, ſi corpori paucus, ſed bonus ſit ſanguis, ſpiritus quoque pauci, cum ex ſanguine gignantur, nec non ſolidę partes ſicciores erunt, quippe quæ ex dictis nutriantur, foueanturque neceſſario etiam conſequetur & vires, quæ ab ipſis prodeunt eſſe imbecilliores, & corpns tandem vniuerſum frigidius; declarat poſtmodum quibus auxiliis & vires inſtaurentur, & corpus caliditate foueatur.

CAVSAE *vero ſalubres, quæ hanc emedant diſpoſitionem, ut uno comprehendam capite, ſunt quæcunque præſentaneum, atque ſecurum exhibent alimentum.*

In vniuerſum ſunt ſalubres cauſæ, quæcunq; ſubito, ac cito nutriũt: aduerſus autem hoc obiicit Argenterius anxilium iſtud aduerſari Hip. placitis, qui iubet, quòd quæ longo ſpatio extenuata ſunt corpora, ea ſegniter reficere oportet, quę vero breui breuius: ſi igitur Hippo. limitat alimentorum exhibitionem, Gal. abſque vlla diſtinctione id ipſum præceptum tradere non debebat. Verum hic non intellexit Hippo. Galeniquedecreta, neque enim inuicem pugnant, cum Hip. loquatur de quantitate alimentorum, Gale. vero de eorundem qualitate, celerrime namque dicebat idem ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea ſcilicet q̃ ex calido ſucco ſanguinis nutriũtur, citiſſime etiã nutrimento reparari debent: at ob imbecillitatem partium longo tempore contractam parum & rarò cibi porrigendum eſt: ſi enim multum cibi exhibeamus, virtus ex abundantia ſuffocabitur, vt ignis paruus ex nimia lignorum ſtrue; atque ob id Hippo. præcipit vt ea corpora lente admodum, hoc eſt parum pro vice exhibentes reficiamus; quod quidem

2. Aph. 7.

7. met 7.

©BIU Santé

dem Galen. placito non aduersatur, vtpote qui non tardandam esse refectionem, sed parum tamen pro vice autumet. Quæ autem partiatim reficiant, subdens Gale. ait.

Secvndvm partem in motibus moderatis, & cibis, potibusq; ac somnis consistunt; sunt vero motus materiæ vehicula, ambulationes, & balneæ.

Tacuit autē breuitatis gratia vigilias, animi affectus, & excretiones, quæ inter corpus restaurantia reponi possunt: enumerat autem materias motus, seu species, vehicula, ambulationes, frictiones, & balneas, de quibus antea dictum est, talia namque calorem excitant, vt alimentum facile destribuatur, quod vero crassum est, attenuetur, vt in bonū sanguinem vertatur; insuper quod excrementosum est, per insensibiles diffiationes è corpore protrudunt, vt satis liquet in balneis ipsis, ob quas pori dilatantur, ac quod excrementosum est, per cutim diffiatur: cum vero subdit.

Et vbi non parum se ex his profecisse senserint, paulatim se ad consueta opera transferant.

Infert, quòd cum solita exercitia id ipsum præstent, quod & motus, & deambulationes, ac balneę, posthæc ad ea transferendi sunt, sed paulatim, vt de aliis dictum est; immoderata namque officia non solū non proficient, verum & nocebunt; siquidem nō solum non addetur alimētum corpori, sed & prius absumentur. Volens autem ad infimas vsque species condescendere, non solum prædictis contentus est auxiliis, sed & partialia magis subiicit, atque in primis de cibo.

Cibos autem assumant in principio quidem humidos, & concoqui faciles, neque frigidos, cum progressi fuerint, eos etiam, qui plurimum præstant alimentum.

7. met. Primum namque Galen. vbique locorum pisces saxatiles his administrat, mox aues, qui molli sunt carne, ac pedestria animalia; sunt & in hoc genere sorbitiones, pullorum iura, ouasorbilia, & huiusmodi, quæ humida pollent substantia, faciliq; ad concoquendum: in actiuis vero moderatam seruant temperiem; quandoquidem nostra est intentio neque infrigidare, neque incalescere, sed eos in eodem statu quoad qualitates actiuas sinere: atque ob id neque frigidos ait, vt vtriusque actiue qualitates excessum excludat. Neque

valet

©BIU Santé

valet, quod nonnulli obiiciunt, hoc quidem conualescentibus euenire posse; at non senibus; quandoquidem eos Gal. calorificis fouet; nam corpora vtraque a qualitate calorifica arcentur, sed cum sanguis ac spiritus augentur, per accidens quoque calida redduntur: calorificis igitur senes fouet, hoc est his, qui facili nutritione sanguinem & spiritus augentes calorem quoque membrorum foueant, atque instaurent. De potu autem inquit 5. de tuen. uale.

POTV uero opportunus est uinum ætatem quidem habens mediocrem, in substantia autem purũ, atque perlucidum, quod scilicet uel subflauum, uel album existat, atque suauiter olens: gustu uero neque aqueum omnino, neque cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acredine, aut amaritudine sentiatur.

Galenus, meo quidem iudicio, presenti loco altercationem illã diluit inter nonnullos grauissimos hercle viros obortam, qui de vini natura non parum inter se contenderunt, aliqui enim ipsum calidum esse & siccum arbitrati sunt, alii vero calidum & humidum, nonnulli etiam alii idipsum suapte natura frigidum, alii siccum, & alii humidum; vinum namque quod Gal. hoc loco senibus, & conualescentibus exhibet, cum ætatem habeat mediocrem, hoc est non mustum, neque per multos annos confectum; in substantia autem purum, atque perlucidum, non autem crassum, seu turbidum, vt nostri vocant; colore autem aut album, aut subflauum, non autem nigrum, aut aqueum; odore vero suauiter olens, non autem absque odore, aut cum graueolentia; quoad gustum vero postremo mediocre, non autem aquæ saporem obtinens, aut cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acredine, aut adstrictione (sic enim contextus græcus in vetere codice habet) temperiei utique humidæ est, ac in actiuis qualitatibus mediocritatem seruat; nam cum intentio sit humectare exiccatas partes, siccæ temperiei esse non potest, alioquin contrarium remedium moliretur Gal. non est autem valde calidum, quoniam vt dictum est conualescentibus ea administrari non debent; quæ corpora illa intemperie calida perantea vexata facilime quacunque leui occasione transferre possent. Talis igitur est vini natura hunc in modum desumpti, mode rate calida, ac humida: quod vero ab hac deficit, ad quam tendet viã, talis etiam temperiei dicetur; vinum namque oligophoron a Gal. nuncupatum & aqueum frigidi admodum, ac humidi est temperamenti;

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 749 sur 753

©BIU Santé

recens vero vtpote craſſum admixtum quid terrei habet, ac ſicci; ſicut & nigrum valde turbidum, ac craſſum; quod vero antiquum eſt, & dulce caloris non mediocris particeps, ac vehementius quidem qua inſigni pollebunt acredine; ſicut & quod grauiter olet, at adſtringens nonnihil ſiccitatis habet, atque frigiditatis; vt ex his palam ſit non vnam eſſe vini naturam, ſed multiplicem; quam vero deſcripſit Gal. vino ad mediocrem ſtatum vergenti vel maxime conuenire, ſiquidem & celeriter nutrit, humectat, moderate excalfacit, ſtomaco amicum eſt, hepatiq́ue non iniucundum: de quo quidem licet complura dici poſſent, hæc tamen nobis ſufficiant, vt tandem huic operi ad Dei Optimi Maximi laudem finem imponamus, vt & ipſe Gal. qui ita ſcribit

VT autem proxime diximus de his omnibus in libris de arte curandi conſcriptis plenius diſſeruimus: nũc enim neque oĩa particulatim recenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum, ſed ſolum capitum mentionem facere intendimus eorum, quæ in alijs uolumi nibus latius explicauimus, quorum omnium ſi prius & numerum & qualitatem expoſuero finem libro imponam.

Cur autem horum librorum a ſe editorum catalogum conſtituat, nulla alia planè eſt ea uſa, quàm ea nempe quòd Lector quàm facile intelligat, quo in libro vberius, ac ſeiunctim quæque habeantur, quæ hic per conpendium ſcripta ſunt: talis autem eſt Catalogus.

DIXIMVS itaque prius, quòd alter eſt liber, in quo de conſtitutione artis medicinæ diſeruimus; antecedunt autem eum alij duo De conſtitutione artium; ſed hi quidam unà cum hoc cui nunc extremam manum adiecimus, ſeorſum ſunt ab alijs libris in quibus plenior doctrina explicatur; illi uerò talem inter ſe ordinem habent, De elementis quidem ſecundum Hippocratem liber unus, poſt hunc autem tres De temperamentis, ex quibus quidem duo ſunt de temperamentis animalium, tertius uerò de his, quæ ſimplicium medicaminum ſunt. Quamobrem & tractatum illum, in quo de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur, nemo intelligentia aſſequi poteſt, niſi prius tertij libri de temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt & alius liber paruus, qui ordine ſequitur duos priores alios de temperaturis

peraturis; inscribitur autem De inæquali intemperie; similiter autem & hunc alij duo parui, alter quidem De optima corporis cõstitutione, alter De bono habitu. Alius vero tractatus est, qui tres cõplectitur libros de potentijs naturalibus, quẽ si quis legere velit post librum de tẽperamentis, siue post librũ de elementis, utrunque erit consentaneum. Post hunc in pluribus alijs libris De operationibus animalibus disseruimus, sed quoniam ad earum demonstrationes non parum conferunt, quæ per sectiones ostenduntur, in illis exercitari oportet: Est autem maxime inter alios utilis ille tractatus, qui de sectionum aggressibus inscribitur; alij autem sunt post eum plures, duo quidem De discordia sectionis, vnus uero de sectione mortuorum, post quos sequuntur hi, in quibus agitur de sectione uiuorum. In alijs uero quibusdam particulatim ob eos scripsimus, qui introducuntur De ossibus: sectio quoque musculorum, & neruorum, & arteriarum, & venarum, & quædam alia huiuscemodi ex eodem numero existunt; & liber etiam, in quo quæritur, Nunquid in arterijs continetur sanguis naturaliter: Qui vero earundem partium operationes demonstrant, duo quidem sunt De motu musculorum, tres autem De pectoris, & pulmonis mota: post quos sequitur liber de causis respirationis, post hunc liber de voce: De principatu autem animæ, & de omnibus alijs, quæ de naturalibus, vel animalibus operationibus in quæstionem trahuntur, in longo scripsimus libro, qui De dogmatibus Hippocratis & Platonis inscribitur: ad eiusdem generis contemplationem pertinet liber De semine seorsum conscriptus, & amplius de sectione secundum Hippocratem, quos omnes ordine sequitur tractatio de vtilitate partium. Ad dignoscendas autem ægritudines vtilis est liber ille, in quo De membrorum passionibus agitur: itidem ille in quo De pulsibus scribitur, in quo et præcognitiones edocemus; librum vero De pulsibus præcedunt alij duo, alter qui De vsu respirationis, & qui De vsu pulsuum: Is vero De pulsibus in quatuor diuiditur partes, primam, quæ eorum differentiam, secundam, quæ dignotiones, tertiam, quæ eorum causas, quar-

Oddi de Oddis Patavini phisici ac medici celeberrimi ... Expositio, in librum ... - page 751 sur 753

©BIU Santé

tam quæ illam, quæ per eosdem fit, continet præcognitionem: ex eodem genere est ille, qui ijs, qui introducuntur De pulsibus scriptus est: at uero in animo est alium scribere librum, ueluti quoddam omnium istorum compendium, quem inscribam uel Artem de pulsibus, vel Compendium: ad hanc quoque iuuant contemplationem, quæ à me exponuntur, & simul iudicantur in libro Archigenis De pulsibus. Ad præcognitionem autem plurimum confert liber De crisibus, ideſt decretis naturæ, quem præcedit alter De decretorijs diebus; sed liber etiam, qui De difficili anhelitu inscribitur, & ad dignoscendum præsentem affectum, & ad præscienda bona uel mala, quæ ægrotanti sunt euentura conducit: hi igitur omnes, atque vnà cum ipsis tractatus quidam vno tantum libro comprehensi cognitu viles sunt, sicuti illis, qui de præincipientibus causis inscribitur, & De medicinali experientia, & de extenuante victu, & qui De uenarum sectione ad Erasistratum, & qui de Tumoribus præter naturam, & qui De multitudine, atque alij præterea similes. Præcæteris autem ad curandi scientiam maxime necessarius existit, qui De morborum differentijs agit, & de accidentibus, & tertius præter illos, in quo morborum causas explicauimus: post quos sunt tres alij, qui accidentium causas explanant: sunt etiam De medicamentorum simplicium viribus libri, de quibus supra meminimus: & qui de medicamentorum compositione, quos sequuntur libri De arte curandi his, qui de salubribus inscribuntur, seorsum à nobis conscriptis. Quod uero ante hosce omnes prius exercitari oporteat in libris De demonstratione, si quis hanc artem sit cum ratione tractaturus, monstratum est à nobis in libro, qui de optima inscribitur hæresi. De alijs autem libris, & commentationibus à nobis scriptis transigere nunc minime necessarium, cum de hisce omnibus alibi simus tractaturi in vno fortasis, aut duobus libris, qui ita inscribentur. Galenus De voluminibus ab eo conscriptis.

Hæc quidem circa librorum ordine ab eo proditum nulla indigent expositione, nam quę in singulis libris traduntur intantum explanat Gale-

©BIU Santé

Galenus, inquantum ſatis nobis ſunt, vt quæ hoc loco per compendium ab eo pertractantur, propriis libris vberius diſcuſſa (vt prædictum eſt) reperire valeamus: Num vero qui libros ac tractatus hoſce in claſſes ac ſectiones diſponunt, Galeni mentem complectantur, ſtudioſis penſitandum relinquo, idq; potiſſimum cum hoc ab aliis longa oratione fuerit diſcuſſum, vt noſtra amplius non egeat interpretatione: atque hęc ſunt quæ complemento eorum, quæ Pater Excellens imperfecta reliquerat, interpretari conatus ſum ad Dei Optimi Maximi vnius, triniq́ue laudem, ac gloriam ſempiternam.

FINIS.